Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
E
27
NAPOLI

2:XI.
E
27.

Digitized by Google

Digitized by Google

THEATRVM FEVDALE,

IN DVODECIM PARTES,

& ſeptingentum ſexaginta Diluc.^nes diſtinctum.

QVARVM NOVEM QVATRINGENTAS TRIGINTA QVATVOR

Feudorum Dilucidationes, & quæ Ratione Naturæ: Conſuetudinis: Dominij: Inueſtituræ: Pactorum: Acquiſitionis: Diſtractionis: Succeſſionis: Paragij: Legitimæ: Partis Pretij: & aliorum ad directos vtileſq; Dominos, ac Vaſſallos, & quoſcumq; ſpectant; perlucidè, & grauitèr explicantur.

[illegible]ICA IVRIS COMMVNIS, & FEVDORVM, & REGNI,

Communibus Opinionibus, Supremorum Tribunalium Deciſionibus, Praxiq; roborata, ampliata, & explanata.

[illegible] CONTEXTV AD PVBLICAM, PRIVATAMQ; VTILITATEM,

& facilem cunctorum intelligentiam congeſtæ.

TOMVS PRIMVS.

AVTHORE

CAMILLO DE LARATHA

EX CASERTÆ COMITIBVS,

OLIM IN SACRO CONSILIO ADVOCATO PRIMARIO,

& in M. C. V. tàm Criminali, quàm Ciuili, ter Iudice Conſtantiſſimo.

Cum Rerum Verborumq; Indice locupletiſſimo.



N[illegible], Ex Typographia Dominici Maccarani M. DC. XXXVI.

SVPERIORVM FACVLTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſſimo, atq; Excellentiſſimo Principi

D. EMANVELI DE ZVNICA, ET FONSECA

MONTIS REGII, ET FONTIVM COMITI,

Domorum Viedmæ, & Vgliozæ Statuum, Domuſq; Riberæ, ac Solarij Arauij Domino, Ordinis S. Iacobi de Spata, vni ex trexdecim Cubiculi Sacræ Maieſtatis Præfecto, eiuſdemq; Status Conſiliario, Supremi Italici Conſilij Præſidi, apud Summum Pontificem Oratori.

Et in Regno Neap. Viceregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali.

CAMILLVS DE LARATHA EX CASERTÆ COMITIBVS Perpetuam Fœlicitatem.

PRodit iam in lucem FEVDALE THEATRVM, in quo conſtruendo plurimos annos, nec laboribus, nec vigilijs peperci, ſed luce publica minimè contentum; quippè, quę vulgaris eſt communiſq; omnibus, priuatam alicuius eminentioris maximiq; Principis lucẽ ambit, qua ſi fortè ex nuncupatione illuſtretur ad perennem gloriã, atq; immortalitatem aſpirare haud quaquam verebitur: hoc mihi perpendenti animo: Princeps Excellentiſſime, Tù ſolus occurriſti, qui pro rei dignitate, & experientia tot annos Regni huius clauum tenueris, qui incredibili tua in gubernando Scientia: in adminiſtrando Prudentia, animi Magnificentia, Iuſtitia, Clementia, in deliberando grauitate: Tuoq; ingenij

acumine, & mentis altiſſimo conſilio, res omnes diſpoſueris, ac temperaueris, quanta demum diligentia, & celeritate, cuncta, quæ difficillimis, hiſce temporibus ad Regni huius incolumitatem neceſſaria videbantur, executioni tradideris; Qui ſolus infracto animo Gallorum in Ciſalpinam ditionem, magna animi fiducia irruentiũ numeroſo Equite, ac Pedite conſcriptis, motus ſumma velocitate compreſſiſti, vt viderentur prius miſſi illuc Milites, quam hic conſcripti; Qui inſtructiſſima Claſſe ſemel, atq; iterum, in Narbonenſem Prouinciam miſſa, adiacentes Inſulas, ad hoſtium oculos occupandas, ac muniendas curaſti; Quid dicam de copijs, in ſuperiorem inferioremq; Germaniam miſſis, quarum ope, tot victoriæ patratæ: tot hoſtium exercitus fuſi: Quid de Tui regiminis memoria, & monumentis, quæ nulla vnquã poſteritas obſcurabit? Certè me prius lingua quam Illuſtrium tuorum facinorum ſeries deficiet? Reliquum eſt, vt Excellentiam Tuam nunc etiam, atque etiam exorem, vt qui nè dum feuda, ſed Regna, noſtro Inuictiſſimo Regi tam facilè defendiſti, Commentarium vniuerſi Iuris Feudalis in duos Tomos quos dimiſſo vultu Tibi nuncupo, aduerſus inuidorum morſus tuendum ſuſcipias. Meq; additiſſimorum Tibi clientum numero adſcribas. Seruet Te diutiſſime Deus Optimus Maximus. Neapoli &c.

AD EVNDEM ILLVSTRISSIMVM, ET EXCELLENTISSIMVM DOMINVM.

Authoris Epigramma.

MAgne COMES, Regni Rector cui ſumma poteſtas,
Cuius, & ad nomen terra, fretumq; pauet;
Accipe, quæ dat Amor, Paruis gratare tributis,
Sint licet, haud meritis equa Theatra tuis.

AD LECTOREM.

Proſper Rendella V. I. D.

H Actenus in Chronicis LARATHAE Illuſtris Iberæ
Stirpis Apud Reges bellica facta micent.
Iam olim Conſulta domi , nunc Feuda CAMILLI
Digna legi , ac relegi Candide Lector habe.
Publica vtriq; rei ſtuduere , hic legibus , Armis
Illi , impar onus , at par honor inde venit.
Arma decora illis , lex huic armata Coronam
Præbet : vtriſq; opus eſt mutua ob auxilia.
Cedant Arma Togæ , quòd ſpes infirma parentum eſt:
Dum ex genitis primus præmia Martis habet.
Regna ruunt , rerumq; vices mutantur , in ipſa
Progenie fieri Feuda caduca ſolent.
Sed lucubrando voluit prodeſſe CAMILLVS
Omni homini , omni æuo Viribus ingenij.
Hacq; labore ſuo congeſta recondidit Arca,
Non ſecus , ac florum commoda ſtipat apis.
Queis guſtare licet iucunda , & idonea vitæ:
Atq; incorrupti iudicium acre Viri.
Per ſe , perq; Atauos , per Iura ; per Arma CAMILLI
LARATHAE celebris Fama perennis , & eſt.

D. GV-

D. GVLIELMI RECCHI V. I. D.

Authori, & in Operis comendationem.

PRogenie Illuſtris , mauortis ſanguine cretus
Prouidus en Martis præmeditaris Opus ,
Et reuocans pugnas animo grauiora volutas ,
Tanta nec ingenio pondera ferre times ;
Te pugnata nouum ſenſerunt prælia Martem ,
Ardua dum ferro vindice tela geris ;
Non tamen indomito tumuerunt corda veneno ,
Sæuijt indomita nec ſine lege furor ;
Te tandem Aſtrea leges , ac iura vocarunt ,
Et noua mutato prælia Marte feris ;
Feudales magno leges certare THEATRO
Iuridica accenſus caſtra regis Themidos .
Olim , dum certas , fouerunt prælia legem ;
At nunc , nil mirum , prælia lege foues .
Proſequeris , miranda fides , Martemq; ; Theminq; ;
Legibus in ſacris degener haud Atauis ;
Te Themidem THEMA quodq; tuum LARATHA fatetur ,
Quæ melius leges , quam Themis ipſa , fouent ,
Teq; auidum pugnæ cecinerunt prælia legum ,
Te Themin , ac Martem ſat liber iſte docet .
Sis Themis in THEMATIS , ſis in certamine Mauors ;
Cum calamo didicit ſe ſociare chalybs .

Aliud ad Eundem .

DIctæas , Minos regnans iuſtiſſimus , Vrbes ,
Ducere , & imperium fertur in arce Stygis .
Aſt ò te melius cecinis (quam fabula) Cælum
Dum petis ipſe , Stygis dum ſubit ille lares .

SERIES

Digitized by Google

SERIES DILVCIDATIONVM

Nouem Partium Primi Tomi.

15	*Prima Pars.*	De origine Feudi.	fol. 1.
26	*Secunda Pars.*	De eſſentia, & definitione Feudi.	11.
40	*Tertia Pars.*	De quibus rebus Feuda conſtituuntur.	29.
40	*Quarta Pars.*	De conſtitutione, & quomodo Feuda erigantur.	60.
34	*Quinta Pars.*	A quibus Feuda conſtitui, & dari poſſunt.	97.
33	*Seſta Pars.*	Quibus Feuda dari, & concedi poſſunt.	123.
61	*Septima Pars.*	De diuerſitate, & ſpeciebus Feudorum.	148.
98	*Octaua Pars.*	Quibus modis Feuda acquirãtur, & diſtrahãtur.	185.
87	*Nona Pars.*	Qualiter, & qui in Feudis ſuccedunt. 288. vſq; ad	440.

Digitized by Google

APPROBATIO.

De mandato Emin.mi ac Reu.mi Domini Cardinalis Buoncompagni Archiepiſcopi Neapolitani.

VIdi Librum hunc, cui Titulus THEATRVM FEVDALE, Authore V. I. D. Domino Camillo de Laratha, & nihil inueni contra Fidem, nihilq; contra bonos mores, ſed omnia conſona, & apprimè vtilia; ac digna vt Typis mandentur. Datum Neapoli, in Domo Sanctæ Mariæ Angelorum die 29. menſis Maij 1630.

Don Thomas de Ancora Cl. Reg. Deputatus.

IMPRIMATVR.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore

CAmillo de Laratha delli Conti de Caſerta dice à V.E. che hauendo compoſto vn Libro de Feudi, continente quaſi tutta la materia Feudale, & altro deſiderando farlo imprimere: ſupplica V.E. commetta à chi comanda lo reueda, & ne li facci relatione, acciò lo fauoriſca dell'Imprimatur, e lo riceuerà à gratia da V. E. vt Deus &c.

R.P.D.Thomas Ancora Relig.Theatin.videat, & referat.

Enriquez Regens.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neapoli die 27. Februarij 1630.

De Amico.

EXCELLENTISSIME PRINCEPS

VIdi Librum de materia Feudali Authore V.I.D. Domino Camillo de Laratha, & omnia reperi in eo recta, & conformia.

Don Thomas de Ancora Cl. Reg.

IMPRIMATVR.

Tapia R. Enriquez R. Lopez R. Rouitus R.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neapoli die decimo Decembris 1631.

Hieronymus de Amico Scriba à Mand.

Digitized by Google

INDEX THEMATVM
QVATRINGENTVM TRIGINTA QVATVOR DILVCIDATIONVM,
Quæ in nouem partes Primi Tomi Theatri Feudalis continentur.

PARS PRIMA.

De origine Feudorum. Folio 1.

Thema. 1.

A Conſtitutione mundi, omne genus humanum liberum erat. communis.

Thema 2.

Res omnes ab orbis principio liberæ, & abſq; ſeruitute fuerunt. communis.

Thema 3.

Regna à populis Regibus donata, ne diſtraherent, neque diuiderent. communis.

Thema 4.

Reges in cunctis Prouincijs adeſſe non valentes: media via ad inuencta directo dominio retempto, vtile particularium rerum fideliter ſeruientibus donarunt, & ſic feuda introducta. communis.

Thema 5.

Modi plures, quibus feuda dari, & concedi cæperunt.

Thema 6.

Feudorum originem Romanorum temporibus ſub clientelis fuiſſe. communis.

Thema 7.

Feudum à fide, vt in ſequenti parte late fundatur, & ex ſpartanorum confederatione, & ſocietate, feudorum originem antiquiſſimum eſſe. communis.

Thema 8.

Vaſſallus à Romanis originem habuiſſe, cum alijs tamen vocabulis. cõmunis.

Thema 9.

Feudorum originem ſi à Longobardis aliqui deducunt, non ab eis, ſed Romanorum temporibus fuiſſe, ſub clientelis magis. communis.

Thema 10.

Officia, & Magiſtratus dicebantur militiæ, ipſiſque Magiſtratuum adminiſtratoribus dabantur Territoria, & Prouinciæ, vt in feudum. communis.

Thema 11.

Romanorum Imperium vndique vexatum, & differentiæ multæ ortæ, inter Imperatores, & Magiſtratus, pro ipſis, ſedandis, ex æquitate conſuetudines feudales introduxerunt.

Thema 12.

Militiæ, & ſtipendia antiqua ad iſtar feudorum dabantur militibus. cõmunis.

Thema 13.

Feudorum origo à Longobardis, non ſuſtinetur eſt, quæ falſa, leges ſcrittæ Longobardorum ipſarum non eſſe.

Thema 14.

Feudorum originem non ex iure Romanorum, ſed ex conſuetudine Germanorum habuiſſe traditur. communis, & vera.

Thema 15.

Feuda nec à Romanis, nec à Longobardis originem habere, ſi aliqui dicunt, tamen veritas eſt, quod à Romanis peruenerunt vltra quæ diximus, ex multis autoritatibus. concluditur verior.

S PARS

Digitized by Google

PARS SECVNDA.

De eſſentia,& diffinitione Feudorum. Folio 11.

Thema 1.

Feudum dicitur, à fide, & fides quaſi fac,& dic:quia in facto,& dicto vaſallus debet eſſe fidelis. communis.

Thema 2.

Feudum eſt beniuola actio tribuens gaudium capientibus, & beneficium. cōmunis.

Thema 3.

Feudum aliter definitur, quod ſit conceſſio pro homagio facta, quæ non procedit.

Thema 4.

Feudum eſt conceſſio rei cum vtili Dominio ad vtendum fruendumque directo dominio retempto.

Thema 5.

Feudum beniuolam actionem eſſe conceſſionis rei in feudum proprietate retempta.

Thema 6.

Feudum eſſe beniuolam,& perpetuam conceſſionem, rei immobilis cum traslatione dominij vtilis.

Thema 7.

Feudum eſt beneficium rei date proprietate retempta, & fructu in recipientem traslato,pro ſe,& hæredibus legitimis,ex corpore,vt Domino ſeruiet.

Thema 8.

Feudum, vt ſit beneficium à Domino ſponte datum non ſubſtinetur cum datur, vt fidelitatem, & ſeruitium præſtet,& ſic ob cauſam datur.

Dilucidatio 9.

Feudum eſſe rem immobilem fidei, & obſequij gratia certo modo alicui datam.

Thema 10.

Feudum eſt clientela militum contracta, vt cliens militarem opem præbeat,& patronus fidem,& bonam voluntatem,

Thema 11.

Feudum eſt,ius prędio alieno,vti fruendi, quæ quod nihil aliud eſt, quam vſusfructus rei immobilis.

Thema 12.

Feudum eſt vſusfructus rei immobilis ſub conditione fidei.

Thema 13.

Dominus conceſſo Caſtro in feudum de primis,cauſis vaſſallorum non cognoſcit.communis.

Thema 14.

Feudum eſt,contractus continens beneficium adeo quod naturalis legitimatus ad omnia beneficia cōtinebit feuda.communis.

Thema 15.

Feudum per ſe diffinitum contractus appellatur.

Thema 16.

Feudi contractus eſt,ſtricti iuris,& à cōſuetudine introductus.communis.

Thema 17.

Contractus ſiue inueſtitura feudorum de verbo ad verbum ſunt attendendæ vt ipſa verba facit ad literam,& ſic in aliquo indigent interpretatione reſtringi ad iura, & conſuetudines feudales, etiam quod iuri communi differant. communis.

Thema 18.

Feudum ex quo beneficium eſt gratia,& aliquando priuilegium, dici poteſt. communis.

Thema 19.

Feudum quaſi ſeruitus, & ſpecies ſeruitutis eſt, quod de regali intelligitur per vtilem Dominum directum.communis.

Thema 20.

Vſusfructus appellatione in materia feudali,dominium vtile venit,quod feudum vocatur,& eſt pluſquam vſusfructuarius, & vocatur quaſi dominus vtilis Dominij. communis.

Thema 21.

Conſuetudines feudorum non ius ſcriptum eſſe, ſed conſuetudines communi vſu, & obſeruantia pro feudis rece-

receptos, & probatione non egent. communis.

Thema 22.

Feudales conſuetudines ab omnibus tacitè ſi non expreſſè receptæ vim legis habent. communis, & verior.

Thema 23.

Feudales conſuetudines, omnes Reges, & Principes, etiam Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas ligant. communis, & verior.

Thema 24.

Conſuetudines diuerſæ exiſtentes in Curia Domini, & loco contractus; quo ad ſollemnitates attenditur conſuetudo loci contractus, ſi diuerſa eſt, in loco feudi, quoad exequutionem rei, & quæ ad rem pertinent poſt contractum, non Curiæ Domini, ſed loci rei ſitæ. communis.

Thema 25.

Inueſtituræ verbis ceſſantibus conſuetudo loci ſpecialis, aut ſtatutum, quod vniuerſalibus feudorum conſuetudinibus præfertur. communis.

Thema 26.

Quæſtio feudalis ſi ex inueſtituræ verbis, vel ex coſuetudine, Domini Curiæ, aut loci determinari non poteſt, de iure communi feudorum decidi ſolet, ſin autem ex eius rationibus decidatur, & ius feudorum ex iure communi interpræteatur. communis.

PARS TERTIA

De quibus rebus feuda conſtituantur.

Thema 1.

Feudum in rebus immobilibus, vel in eis, quæ inter immobilia connumerantur. communis.

Thema 2.

Iura, & alia ſolo cohærentia fructus pendentes, & aliæ res, quæ in feudum dari poſſunt. communis.

Thema 3.

Seruitutes prædiales ſolo cohærentes in feudum dari poſſe. communis.

Thema 4.

Molendina, & granaria ſolo cohærentia in feudum fari poſſunt. communis.

Thema 5.

Pecuniæ de Camera, & Erario Principis, ſiue Regijs in feudum dari poſſunt. communis.

Thema 6.

Vinum, Oleum, Frumentum, Ordeum, Auena, & ſimilia de Erario Principis, in feudum dari poſſunt. communis.

Thema 7.

Annui redditus de penſionibus in feudum dari poſſunt. communis.

Thema 8.

Pecunia ex feudo perueniens non eſt feudalis, licet feudo vendito ſuper pretio creditores cum abſenſu præferuntur, communis, & deciſa.

Thema 9.

Feudum quando venditur cum hæreditate, & alijs, feudi pretium ſuccedit loco rei. communis.

Thema 10.

Iura, & actiones, quæ loco immobilium ſunt in feudum dari poſſunt. communis.

Thema 11.

Regalia iura in feudum dari poſſunt, & feudalia ſunt. communis.

Thema 12.

Regalia duplicia ſunt, maiora, & minora, & quæ ſint, & ea habentes, quæ facere poſſunt.

Thema 13.

Res publicæ Imperij, ſiuè Regni in feudum dari poſſunt. communis.

Thema 14.

Rex ſiue Princeps, non poteſt vaſſallos iniunctos alienare. communis.

Thema 15.

Res aliena infeudari poteſt. communis.

Thema 16.

Annui introytus, reditus, & perceptiones infeudari poſſunt. communis.

Thema 17.

Iuriſdictiones, & alia iura incorporalia, in feudum dari poſſunt. communis.

Thema 18.

Iuriſdictio omnis merum, & mixtum Imperium venire Caſtro, vel territorio in feudum conceſſo, communis, ſed in Regno merum, & mixtum Impe-

rium non niſi ſpecialiter concedatur.

Thema 19.

Caſtrum Rectum à Ciuitate,ſi conceditur,in ipſo merum, & miſtum imperium venire, quia ſecundum iura Ciuitatis.

Thema 20.

Merum,& miſtum Imperium ex conſuetudine,& alijs venire.

Thema 21.

Iuriſdictio quomodo,& quando tranſit, & conceditur in feudum, & de eius ſpecialibus.

Thema 22.

Iuriſdictio criminalis, quæ exercetur ex priuilegio,non venit,niſi expreſſe cõcedatur;& de cauſis ciuilibus Baro ordinariam habet iuriſdictionem. cõis.

Thema 23.

Iuriſdictionum diſtinctio, & earum ſpecies enumerantur.

Thema 24.

Priuato habente iuriſdictionem perſonalem,vendito Caſtro non venit niſi iuriſdictio Caſtri cohærens.communis.

Thema 25.

Eccleſiæ res infeudari poſſunt, & ſolitæ à ſolo Prælato. communis.

Thema 26.

Prælatus rem Eccleſiæ infeudari ſolitã conſanguineis infeudare poteſt, cum ſit in Prælati electione, dare idoneo cui vult. communis.

Thema 27.

Rex ad Eccleſiã reuerſa,quando cũ alijs bonis Eccleſiæ incorporata cenſetur.

Thema 28.

Res infeudari ſolita quando dicatur.

Thema 29.

Actiones Eccleſijs pro rebus male alienatis,quanto tempore præſcribantur.

Thema 30.

Ad cõſuetudinem inducendã rẽ ſolitam infeudari, bina infeudatio requiritur.

Thema 31.

Regalia maiora nullo ſtatuto,vel tempore vllo præſcribi poſſunt cætera minora, cum bona fide,& tempore immemorabilis ſic. communis.

Thema 32.

In infeudatione rei Eccleſiæ conſenſus Capituli requiritur, ſaltim tacitus,cõmunis,& ſollemnitates in dubio quomodo interueniſſe præſumuntur.

Thema 33.

Infeudationes antiquæ de rebus Eccleſiæ,non infeudari ſolitis,ante Vrbanũ ſecundum,non valere, & contra, nec conſuetudo introduci poteſt.

Thema 34.

Conſuetudo infeudandi res Eccleſiæ induci poteſt,etiam cum tacito conſenſu capitoli, qui tempore immemorabili traſcurſo conſequitur.communis

Thema 35.

Mobiles res,& pecunia de per ſe infeudari,non poſſunt,& ſi fieret non valeret & contractus eſt nullus. communis

Thema 36.

Mobiles res, ſiue pecunia data ignoranter repeti poteſt,& vtroque ſciente donaſſe præſumitur,& contractus peccans vitio materiæ, valet, & non datur pænitentia.communis.

Thema 37.

Res ſacræ,religioſæ ſantæ publicę,& quę à ſtatuto conſuetudine,aut à teſtatore alienari ꝓhibẽtur infeudari nõ poſſũt

Thema 38.

Decimæ Eccleſiæ,ſiue rerum Eccleſiarũ poſt Conciliũ Lateranẽſe anni 1179. celebratum infeudari poſſunt cois.

Thema 39.

Prælatus promittens capitulo res eccleſiæ ſine ſuo conſenſu non infeudare, ſeruare tenetur, & Princeps vlla poteſtate excuſatur. communis.

Thema 40.

Res redditus annuatum vnciarum 20. feudum conſtituunt, & is dicitur feudatarius, & non qui partem, vel minus. communis.

PARS QVARTA

De conſtitutione feudorum,& quomodo eligantur. Fol. 60.

Thema 1.

FEudi conſtitutio ab eius acquiſitione differt, & per inueſtituram conſtituitur. communis.

The-

Thema 2.
Inueſtitura, aut de veteri, aut de nouó feudo fit, & quæ ſit.
Thema 3.
Inueſtitura multiplex de antiquo eſt veteris renouatio, de nouo autem eſt vera, vel præſumpta.
Thema 4.
Pròprie inueſtitura eſt, quæ non ſignis, ſed rei poſſeſſionis traditione, & apprehenſione fit. communis.
Thema 5.
Inueſtitura impropria, & abuſiua eſt, quando Dominus baculum, anulum, veſſillum, aſtam, vel quid aliud corporeum porrigit inueſtiendo aliquem de feudo. communis.
Thema 6.
Inuèſtitura rèquirit ſcripturam, quia præcipuè feudi probatio ab inſtrumēto, ſiue breue teſtato pendet. communis.
Thema 7.
Dominus inſtrumenta, ſcripturas librū, & alia concernentia ad feudum, & ipſam rem feudalem omnino edere tenetur inueſtito, ſi petierit. communis.
Thema 8.
Vaſſellus poſt inueſtituram tenetur Domino diretto fidelitatem præſtare, & renuens non conſequitur. communis
Thema 9.
Et ſi inueſtitura ſit duplex propriè, & impropriè, ſiue abuſiua non ex hoc ſunt diuerſæ.
Thema 10.
Actus hoc eſt tractatus de feudo conſtituendo, ſiue aliquem de feudo inueſtiendo, inueſtituram præcedente debet, qui actus ſit inter viuos, & in vltima voluntate, & aliquando talis actus cum ſollemnitatibus ſufficit.
Thema 11.
Inueſtitura, & ſub conditione, vel in diē, & de feudo caducando per aliud poſſeſſo fieri poteſt. communis.
Thema 13.
Feudi per inueſtituram abuſiuam promiſſi obligatio tranſit ad vtrumque ad Dominum, qui recipere tenetur. communis.
Thema 14.
Dominus per inueſtituram abuſiuam factam vaſſallo de feudo vacuam poſſeſſionem tradere, & ſi ad eum reuertatur reſtituere eum fructibus, & vaſſallus poteſt iurare in litem, & de priuatione, & nolens tradere, etiam armata manu recuperare poteſt. communis.
Thema 15.
Dominus ex abuſiua inueſtitura dare feudum non tenetur primo ſi vaſſallus non petat, vel ad intereſſe agit; ſecundo, ſi Dominus trahendi facultatem non habet liberatur tradendo intereſſe. tertio; ſi aliqua exceptio vaſſallo obijci poteſt. quarto, ſi contra vaſſallum præſcripſit. communis.
Thema 16.
Prælatus, vel Clericus propriam rem promiſſam in feudum ipſe, & ſui hæredes præciſe tradere tenentur, ſed rem Eccleſiæ non niſi cum conſenſu Summi Pontificis, vel Capituli promiſit, eum tali caſu ſucceſſor factum Prælati, vel Clerici defuncti in Eccleſia ratum habere tenetur. communis.
Thema 17.
Papa, vel Imperator feuda non dum aperta alijs promiſſant, illis mortuis ad dominium Pontificale, vel Imperiale, pleno iure per mortem vaſſalli peruenerint, & ſucceſſor ratum habere non tenetur.
Thema 18.
Si quis promittit, & inueſtit aliquem de aliquo feudó ſub conditione aliqua, & promittentis bona pablicata ſint, conditione poſtmodum exiſtente Fiſcus adimplete non tenetur.
Thema 19.
Dominus directus rem infeudatam alio reinfeudare pure non poteſt, ſed ſub conditione, quando aperiatur, & aliter poſſeſſor habet exceptionem nullitatis, ſi non conſenſijt. communis.

Thema 20.

Inueſtitura feudi non dum vacati per mortem poſſeſſoris, vel alias, adhuc deuolutum non ſit, & ſic per errorē non valet. communis.

Thema 21.

Infeudatio rei alienæ valet, vt Dominus vaſſallo ignoranti de euictione teneatur, & idem ſi feudum ſui vaſſalli promiſerit. communis.

Thema 22.

Iuriſdictio Principis, ſi ab alio infeudum datur, ipſo iure non valet, infeudatio, quoad iuriſdictionem licet quoad rē adiunctam ſubſiſtat, & habens conceſſionem ab Imperatore, ſiue Rege, ſine eorum conſenſu alteri dare non poteſt; & de euictione non tenetur.

Thema 23.

Inueſtitura requirit ſubſtantiam, qualitatem, & ſollemnitatem, & ſi aliquid deficit inueſtitura, eſt nulla, vel in alium contractum tranſit.

Thema 24.

Poſt promiſſum feudum præſtito fidelitatis iuramento, vaſſallus, quando vult inueſtituram petet, & ſi à Domino monitus recuſauerit iurare, Dominus inueſtire non tenetur. communis.

Thema 25.

In licentia data à legge, vel ab homine alienandi feudum, nulla qualitas eſt, addenda, vel minuenda, ab expreſſis in abſenſu, vel inueſtitura feudi, & ſi addatur, vel minuatur, contractus corruit, & ſi cum abſenſu, in illo alteratur. communis.

Thema 26.

Dominus duos de feudo inueſtiens, cui res eſt, tradita præfertur priori, niſi appareat, de præciſa voluntate Principis, dominium traditione traslatum venit per modum gratiæ. communis.

Thema 27.

Dominus, qui duos de feudo inueſtiuit, tenetur tradere, vel intereſſe præſtare cui feudum non habuit, ſi non decexerit, ſine hærede, vel perſona Eccleſiaſtica. communis.

Thema 28.

Inueſtitura renouari debet toties, quoties mutatur Dominus directus, vel vtilis per mortem vnius cuiuſque alterius, vel alio caſu. communis.

Thema 29.

Inueſtire renouatio mortuò vaſſallo infra annum, & diem peti debet, alias amictitur feudum de iure communi feudorum, ſed obſeruatio in Regno eſt, quod tranſigitur, & fit compoſitio cum Curia. communis.

Thema 30.

Tempus petendi inueſtituram non poteſt artari neque minui, & tempus tale præfinitum currit, etiam mulieribus, licet ex iuſta cauſa reſtituatur. communis.

Thema 31.

Minores decem, & otto annorum, nec ipſi, vel alij pro eis ad fidelitatem, & ſic ad inueſtituram renouandam cogi poſſunt, ſed ſponte ſic. communis.

Thema 32.

Minores aduerſus non petitam inueſtituræ renouationem, finito tempore minoris ætatis, & infantiæ tempore maioris ætatis infra quatriennium reſtituuntur, communis, & quæ ſit eorum ætas.

Thema 33.

Minor in delictis non reſtituitur, & ſi abſit negligentia tutoris habet recurſum aduerſus tutores, & ſi terminum contumaciter, & inueſtituram non petit, nec reſtituitur, communis, & deciſa.

Thema 34.

Tempus ad petendam inueſtituræ renouationem vaſſallis, Domino exiſtente minore, vel non nato currit à die tutoris, vel curatoris, ſiue alijs dati, à die ſcientiæ iuris, & qualibet cauſa excuſat. communis.

Thema 35.

Mortuo vaſſallo infra annum petitionis inueſtituræ renouandæ, filius ſiuè ſucceſſor non reſiduum anni defuncti, ſed inte-

integrum annum,& diem ad eam petendam habere debet. communis.

Thema 36.

Renouatio inueſtituræ ad antiquam, & primam conceſſionem eſt referenda, & quod non ſit prȩiuditium tertij,cui ex antiqua ius quæſitum fuerat.communis.

Thema 37.

Princeps quamuis ſupremus, à præcedenti inueſtitura non recedit à vaſſallo,aut terrio præiudicare, non valet. communis.

Thema 38.

Mortuo directo Domino pluribus delictis filijs hæredibus,& ſucceſſoribus, & ſi in feudo iuris longobardi diuiſibili omnibus iuramentum præſtare debet, tamen ratione iuramenti vni tantum præſtabit. communis.

Thema 39.

Vaſſallus vnum tantum debet habere dominum, & ſi plures ſint hæredes, Domini, requirendi ſunt, vt vnum eligant, cui fideliter præſtetur omnium nomine digniori, & francorum iure viuentibus primogenito. communis.

Thema 40.

Vaſſallus Vniuerſitatis,non ſingulis,ſed Sindico, Senatui, Rectori, ſeruitium præſtatur Vaſſallus Eccleſiæ Epiſcopo, vel Rectori vaſſallus vxoris marito minoris tutori, vel curatori. communis.

PARS QVINTA.

De his qui feuda conſtituere, & dare poſſunt.

Thema 1.

Omnes cuiuſcunque gradus, & conditionis,feuda conſtituere,& dare poſſunt.communis.

Thema 2.

Enumerantur in ſpecie,qui feuda conſtituere, & dari poſſunt.

Thema 3.

Papa infeudare poteſt.communis.

Thema 4.

Legati Papæ à latere,in feudum dare poſſunt. communis.

Thema 5.

Procurator cum libera poteſtate in feudare, & donare non poteſt, nec feudum domino apertum tenouare ſine ſpeciale mandato. communis.

Thema 6.

Poſt Papam, Patriarcha Vniuerſitates, & eorum Legati, Vicecomites, Procuratores,& adminiſtratores alijs feu da conſtituere, & dare poſſunt.

Thema 7.

Archiepiſcopi feuda dare poſſunt, & Eſcoporum maiores ſunt. communis.

Thema 8.

Epiſcopi feuda dare poſſunt.communis.

Thema 9.

Presbyteri,Diacoui,Subdiaconi, Acoliti, Eſorciſtæ, Rectores, Salmiſti, Hoſtiarij, Clerici, & alij, qui ſint Clerici feuda conſtituere,& dari poſſint.communis.

Thema 10.

Monachis inter Clericos numerantur, ſed Abbas,& omnes Clerici,qui Epiſcopo ſunt inferiores, ſi liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem habent,in feudare poſſunt communis.

Thema 11.

De Laicis,qui feuda conſtituere,& dare poſſunt, & primo de Imperatore, qui inter Laicos primum locum tenet eſt quæ legum ſollemnitatibus ſolutus. communis.

Thema 12.

Imperator vocatur Princeps Auguſtus abſolutus Dominus Cæſar, & etiam Rex Romanorum, communis de nomine Cæſaris.

Thema 13.

Rex feuda conſtituete, & date poteſt. communis.

Thema 14.

Rex nouas dignitates conſtituere poteſt de vna Prouincia,duas de vno feudo duo, & ſolo verbo Ciuitatem erigit, & Doctorum graduat. communis.

Dilu-

Thema 15.

Princeps etiam inferior,qui ab Imperatore, vel Rege Principatum tenet, feuda conſtituere,& dare poteſt.communis.

Thema 16.

Dux etiam Regi ſubditus,bona ſua libera in feudum conſtituere erigere, & dare poteſt. communis.

Thema 17.

Marchio feuda, & erigere, & alijs quibus, vel dare concedere poteſt.

Thema 18.

Comes etiam Regi Imperatori, vel alteri ſubditus feuda erigere, & cui vult dare poteſt.

Thema 19.

Comites de Comitatu, ſiue territorijs inueſtiti non ſunt verè Comites, & ſunt vti Imperator Grecorum Rex Scaccorum Comites Lombardiæ, & Doctores ignorantes.communis.

Thema 20.

Comites Conciſtoriales Sacri Palatij rei militaris,Sacrorum Largitionum, Palatini, & rerum priuatarum, qui ſint,& eorum officio.

Thema 21.

Comes Domus,qui hodie Maiordomus Comes ſollemniorum,Ludorum,formarum limitatorum, ſepulcrorum, horreorum, ſacri ſtabuli tribuni ſcolarium ſtabilis Doctorum, qui ſint,& eorum officia.

Thema 22.

Comitatus dicitur territorium plurimũ Caſtrorum,& Villatum, & debet deſignari in Ciuitatibus non in Villis, & expulſus à Comitatu dicitur vere Comes, licet Comitatum, non poſſideat.communis.

Thema 23.

Filius Principis, Ducis, Marchionis, & Comitis,viuẽte Padre Princeps,Dux Marchio, & Comes appellatur.

Thema 24.

Comes in parlamento, & ſextionibus Regijs habet honorem,in ſedendo,& præcedit Barones, Milites, & Nobiles. communis.

Thema 25.

Comes per abſuntionem alterius tituli etiam maioris præcedentem titulum retinet, & ſic de alijs aliquam dignitatem habentibus, primam retinet, & eis omnibus gaudet in fauorabilibus,non autem in pænalibus.

Thema 26.

Baro, quid ſit, vnde dicatur, vnde hoc nomen,ſumpſit, & de eius origine, & quod feuda dare poſſit. communis.

Thema 27.

Capita in dignitatibus non veniunt ſub alia dignitate ſimpliciter dicta,& verbum in capite, exponitur immediatè & ex hoc habetur in Regno feudatarius, qui feudum à Rege in capite tenet, & ſub feudatarius, qui tenet, ab inueſtito à Rege. communis.

Thema 28.

Capitanei feuda dare poſſunt, & dicuntur propriè à lege feuda tenere, & in propriè ſunt, qui partis plebis] eis conceſſa.

Thema 29.

Plebis nomen eſt generale, ſicut feudi appellatio,quod ſi Imperator dat terram allodialem, in feudum facit feudum nominatum,& innominatum. nominatum eſt,Principatus,Ducatus Marchionatus, & Comitatus, innominata ſunt,cætera feuda.communis

Thema 30.

Valuaſſores feuda dare poſſunt, & ſunt maiores,qui ſint à Principe, Duce, Marchione, vel Comite, plebi, aut partis plebis gubernandæ præpoſiti ſunt, & dicuntur etiam Capitanij, & minores ſunt,qui à maioribus feuda tenent.

Thema 31.

Valuaſſorum,quatuor ſunt ordines, primus Capitaniorum Regni,& ſũt Principes, Duces, Marchiones, & Comites, ſecundus valuaſſorum maiorum, tertius valuaſſorum minorum, quartus valuaſſorum minimorum dicuntur, qui ſint, & à quibus feuda recipiunt,

piunt, & quod dare poſſunt.

Thema 32.

Priuatus quilibet, qui ſuorum bonorum adminiſtrationum liberam habet eius bona in feudum conſtituere, & dare poteſt. communis.

Thema 33.

Qui de ſuis bonis diſponere non poſſunt nec infeudare licet, & de alijs, qui feuda conſtituere, & dare poſſunt.

Thema 34.

Sunt, & aliqui feuda dare valentibus, & ſine inueſtitura tenentibus, vt infra.

P A R S S E X T A.

Feuda quibus dari, & concedi ponſſunt. Folio 123.

Thema 1.

Omnibus vtriuſque ſexus, & conditionis feuda dantur, niſi eis in ſpecie ſit prohibitum. communis.

Thema 2.

Feuda minoribus etiam dari poſſunt, ſi aliud non obſtat. communis.

Thema 3.

Feuda ſeruis etiam dari poſſunt. communis.

Thema 4.

Filijs familias feuda dari poſſe. communior, & verior.

Thema 5.

Papa, Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, & Eccleſiaſticæ perſonæ, omnes ſunt feudorũ capaces, ſi in feudi conſtitutione, ita cautum ſit.

Thema 6.

Feudi franchi, de quo non præſtatur ſeruitium, nec fidelitas, Clerici ſunt capaces, ſuccedunt, & retinent. communis.

Thema 7.

Clericus, & huiuſmodi religioſæ perſonæ ſunt feudorum capaces, & retinent ſi ſeruitium præſtandum honeſtè à Clerico præſtari poſſit. communis.

Thema 8.

Clericus feudum retinet, ſi ſeruitium militare, & alia pro feudo debita, per ſubſtitutum præſtari permittitur. communis.

Thema 9.

Si Pater feudum poſſidens, vel Agnati operentur, vt ſucceſſurus in feudo in fraudem, fiat Clericus, vel Monacus, mortuo Patre, & dimiſſo Clericatu legitimè feudum habere poteſt.

Thema 10.

Monacus ex diſpenſatione Summi Pontificis, ſit comes oblatum feudum habere poteſt.

Thema 11.

Feudum ſuperiorum permiſſu ordinatum, ſi eſt, vt ſemper per ſubſtitutum ſeruire debeat in eius ſucceſſione Clericos capaces eſſe.

Thema 12.

In feudo in quo Reale ſeruitium, & annuus cenſus ſolum præſtatur, Clerici admittuntur, & Monaci eorum vita durante, & non præſtatur fidelitas. communis.

Thema 13.

Conſuetudine, aut ſtatuto, ſi inductum eſſet, vt Clericus feudi capax ſit, ipſum retinet, & in eo ſuccedit.

Thema 14.

Dominus feudi, ſciens aliquem eſſe Clericum eiuſque conditionem, & de nouo illi feudum concedit, retinere poteſt, ſi ſeruitium per Clericum applicari poteſt. communis.

Thema 15.

Monaci tertij ordinis S. Franciſci ſuccedunt in feudis. communis.

Thema 16.

Femina poſt ſibi conceſſum feudum, effecta Monialis, retinet feudum, communis.

Thema 17.

In feudo acquiſito pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus, quibuſcunque, & ſeruitium præſtatur per ſubſtitutum, adeo quod non eſt electa induſtria perſonæ Clericus, & Fœmina admittuntur. communis.

Thema 18.

In hoc Regno Rex habet electionem cogendi

gendi feudatarios ad ſeruiendum de perſona in bellis, licet de iure, communi feudorum electio ſit vaſſalli, & Religionem vouens, feudi incapax eſt.

Thema 19.

Succeſſio Clericorum in feudis in tres caſus compræhenditur. Primo quando habilis ſucceſſit in feudo, & deinde fit Clericus. Secundo quando exiſtens Clericus, aut Religioſus, defectus ſibi feudum laicatur, & hic rectè recipit. Tertio, ſi exiſtens Clericus, & Religioſus, defectus ſibi feudum, ſi ſtatim exijt à Religione, & Laicatur habebit, alias non. communis.

Thema 20.

Adoptiui filij feuda habere non poſſunt, nec in eis ſuccedunt, nec in linea Collaterali, nec arrogatus, niſi ſtatuto, vel conſuetudine ſit cautum. communis.

Thema 21.

Laici omnes quacunque dignitate decorari etiam Imperatoria, feuda accipere poſſunt, & reſpectu feudi recepti ſunt dantis, vaſſalli, quamuis illæ, qui dat minoris conditionis ſit. communis.

Thema 22.

Omnibus cuiuſcunque gradus, & ordinis exiſtentibus feuda dari poſſunt. communis.

Thema 23.

Excipiuntur aliqui quibus feuda dari non poſſunt, cum limitationibus.

Thema 24.

Feudorum incapaces ſunt hermafroditi, & alij, vt infra. communis.

Thema 25.

Cecus, Mutus, Surdus, vel alius impeditus, feudum nouum accipere poteſt, antiquum verum cum diſtinctione, in ſubfeudum. communis.

Thema 26.

Furioſus, mentecaptus, & infans, per tutores, & curatores feuda accipere poſſunt, Pubes, Maior, ſiue adultus, cum vel abſque tutoribus, vel curatoribus. communis.

Thema 27.

Feuda dari, & recipi poſſunt per Procuratores, ſpecialiter ad hoc conſtitutos communis.

Thema 28.

Feudum alteri, quilibet ſine mandato paciſcendo, vel ſtipulando, acquirere poteſt, dummodo ratihabitio ſequatur.

Thema 29.

Frater fratri directis verbis ſtipulari poteſt, & ei acquiritur. communis.

Thema 30.

Feudum à Principe conceſſum acquiritur tertio, cui confertur, quando ſtipulatur præſenti iuramento dantis confirmatur.

Thema 31.

Inuaſor violentus, vel alius feudi, vel Caſtri ſciens Dominus, & non ignoranter confirmat, eius violenta poſſeſſio, non valet; & quod valeat, ex iuſta cauſa, & publica vtilitate. communis.

Thema 32.

Hæretici excommunicati, Banniti, ſiue præſcripti crimine læſæ Maieſtatis, vel ſimilibus feudorum ſunt incapaces. communis.

Thema 33.

Qui feuda accipiunt, nominantur vaſſalli, cliens, deuoti, fideles, infeudati, feudatarij, & ſubfeudatarij, qui diſtinguuntur, in Principe, Duce, Marchione, Comite, Barone, Capitaneo, Valuaſſore, & Valuaxinis, & qui ſint diximus ſupra.

PARS SEPTIMA.

De diuerſitate, & ſpeciebus feudorum.

Folio 148.

Thema 1.

FEudum Maſculorum, ſi per Maſculum, Fœmininum, ſi per fœminam acquiritur.

Thema 2.

Feudum eſt nouum in perſonam acquirentis.

Thema

Index Thematum Dilucidationum.

Thema 3.

Feudum vetus, ſiue paternum eſt, quando per prędeceſſorem eſt acquiſitum.

Thema 4.

Feudum Paternum eſt, ſi à Petre eſt acquiſitum.

Thema 5.

Feudum antiquum eſt, quando à prędeceſſoribus vltra ab Auum peruenit, & nouum iure antiqui concedi poteſt. communis.

Thema 6.

Feudum antiquum iure feudi noui concedi poteſt. communis.

Thema 7.

Feudum in dubio præſumitur antiquum communis.

Thema 8.

Feudum Regale, vel non Regale eſt, & quæ feuda ipſa ſint.

Thema 9.

Feudum non Regale eſt, quod ab inferioribus recognoſcitur.

Thema 10.

Feudum nobile eſt, quando aliquam dignitatem annexam habet, vel quando ita è Rege conceditur. communis.

Thema 11.

Feudum nobile illud dicitur, quando ab habente poteſtate nobilitandi, cum hac voluntate conceditur, & quando nobili conceditur, & cum vaſſallis. communis.

Thema 12.

Feudum ignobile, ſiuè ruſticũ eſt, quod recognoſcitur ab habente feudum aliqualiter nobile. communis.

Thema 13.

Feudum corporale, & incorporale de Camera, & de Cauena quod ſit, & in quibus conſtituatur.

Thema 14.

Feudum ſoldatæ eſſe præſtationem aliquam annuam inſolidũ tum donationem, & aliquando eſt de Camera.

Thema 15.

Feudum nominatum, eſt feudum guardiæ, vel caſtaldiæ, quod datur pro guardia.

Thema 16.

Feudum nominatum, item eſt mercedis, vel officij, ſiue Aduocatiæ, & quæ ſint.

Thema 17.

Feudum Curtis, & feudum extra Curtim, quid ſint.

Thema 18.

Feudum thenaſiæ dicuntur tenimenta, territoria, ſiuè domus, de feudo Baronis, alijs conceſſa cum annuo canone, ſiue reditu de quibus debenrur collectæ.

Thema 19.

De feudo proprio, & inproprio.

Thema 20.

Feudum proprium eſt, quod propriam feudi naturam habet.

Thema 21.

Feudum improprium eſt quando is à cõſuetudine, & feudorum natura, receditur pacto, quod multis modis fit vt infra.

Thema 22.

Feudum poteſt eſſe Eccleſiaſticum, & ſæculare, & quomodo ſint.

Thema 23.

De feudo ligio, vel non ligio, quæ ſint.

Thema 24.

Feudum hæreditarium eſt, quando conceſſio facta eſt pro ſe, & hæredibus. communis.

Thema 25.

Feudum ex pacto, & prouidentia illud eſt, quod alicui, & liberis, ſeu filijs, aut alijs abſque mentione hæredibus conceditur.

Thema 26.

Feudum miſtum illud eſt, quando pro ſe liberis ex corpore, & hæredibus conceſſum eſt, & de pacto, & hæreditario participat. communis.

Thema 27.

Feudum ſimpliciter conceſſum, alij hæreditarium putant, alij ex pacto, & prouidentia, prout in dubio, ita præſumitur.

Thema 28.

In dubio feudum potius eſt ex pacto, & proui-

Digitized by Google

prouidentia, quam hæreditarium, communis,& deciſa.

Thema 29.

Feudum rectum quid, & quotuplex dici poteſt.

Thema 30.

Feudum perpetuum eſt, quod apud poſteros primi acquirentis perpetuo manet. communis.

Thema 31.

Feudum temporale dicitur, quod tempore perit,ſi deſinit, vel deuoluitur.

Thema 32.

Feudum perſonale eſt, quando conceditur ad vitam alicuius, quod differt à feudo perpetuo,cum exemplis, & dato vſufructu in re vſufructu, & datare ad vtendum, tranſit proprietas.

Thema 33.

Feudum edictale hæreditarium dicitur, & adita hæreditate, hæredi acquiritur,& dabatur,& hoc ante fiet renouatio.

Thema 34.

Feudum Aduocatiæ eſt feudū nominatum datum pro patrocinio vti Fiſcali, vel ſimile,& non bene ſeruiens, & ſit Garulus feudo, & adminiſtratione priuatur.

Thema 35.

Feudum Cancellariæ eſt, quod datur pro mercede alicuius rei, vel pro officio Cancellariæ durabit durante officio.

Thema 36.

Feudum commiſſariæ eſt, quod datur Commiſſario alicuius Prouinciæ durante officio.

Thema 37.

Feudum ſcutiferi eſt, quod pro tali officio deputatum eſt.

Thema 38.

Feudum carceri, & concurſori conceditur,& ſic claudo, qui non currit,illæ poteſt valenti carcere locarem.

Thema 39.

Feudum guſtus eſt Sagij Perguſtatoris, ſiue viuandarij.

Thema 40.

Feudum Muſicæ, vel Cantatoribus, & Muſicis datur pro recreando Domimino, alias valet pactum.

Thema 41.

Feudum paraſrenale, dicitur quod Mulier habet, & in dotem marito non dedit.

Thema 42.

Feudum dotale eſt,quando à Muliere datur in dotem viro.

Thema 43.

Feudum Caſtrenſe eſt, quod per Dominum alicui filio familias militi datur in bello,& quaſi caſtrenſe non militi.

Thema 44.

Feudum Paganicum dicitur, quod à perſona priuata datur filio familias.

Thema 45.

Feudum manſum eſt, tantum terræ, quantum ſufficit duobus bobus ad laborandum, & colendum per annum

Thema 46.

Feudum conditionale eſt quod ad certum,& determinatum ſeruitium conceditur.

Thema 47.

Francum feudum eſt, quando in inueſtitura expreſſum eſt, vt ſit francum.

Thema 48.

Feudum decretale eſt illud quod poſt mortem vaſſalli hæredi confirmatur.

Thema 49.

Feudum iurabile eſt, quod iuratur, non iurabile, quando abſque iuramento conceditur.

Thema 50.

Feuda omnia regulariter ſunt diuidua, & iure communi feudorum, & vno ex conſortibus reluctante non diuiditur, aliqui dicunt,verius tamen eſt, quod vno procurante diuiditur, & quomodo.

Thema 51.

Feuda dignitatis, Regalis, Electoratus, Principatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus habentia annexam dignitatem ſunt indiuidua communis.

Thema

Thema 52.

Feuda in quibus francorum iure viuitur ſunt indiuidua, & primogenito deferuntur, maximè in hoc Neapolitano Regno per conſtitutionem, & capitula communis, & indubitata.

Thema 53.

Feudum corporale eſt, quod conſiſtit in rebus immobilibus.

Thema 54.

Incorporale feudum eſt, quod in iuribus conſiſtit.

Thema 55.

Feudum decimarum eſt, de decimis corporalibus, quas Domini habent à territorijs, & in feudum dari poſſunt.

Thema 56.

Iuriſdictio datur in feudum, & eſt ſpecies incorporalis feudi, quod iuriſdictionale feudum dicitur.

Themu 57.

Feudum quaternatum ſimpliciter eſt, quod immediatè, & in capite à Regia Curia tenetur, cuius collatio ad Regem ſpectat, & eſt regiſtratum, in quinternionibus Regiæ Cameræ, vbi cœteri feudatarij annotantur.

Thema 59.

Feudum quaternatum ſecundum quid eſt illud quod in capite à Barone, cũ conſenſu Regis datur.

Thema 59.

Feuda talia quaternata ſecundum quid, dicuntur, & ſunt feuda mixta, & in eorum alienationibus, & diſpoſitionibus aſſenſus vtriuſque, ſcilicet Regis, & Baronis requiritur. communis.

Thema 60.

Feudum planum, & de tabula eſt territorium, vel quid aliud ſolitum dari à Barone, vel alio alicui benemerenti, aliġuè, & nõ iure feudi quaternati, ſed etiam, & ruſtici tenentur. communis.

Thema 61.

Conceſſo Caſtro, ſiue feudo multa veniunt, de quibus infra.

PARS OCTAVA

Quibus modis feuda acquirantur, & diſtrantur. Fol. 191.

Thema 1.

Aliqui dicunt feuda otto modis, acquiri, alij tribus, alij duobus modis, de quibus infra.

Thema 2.

Feuda per inueſtiturã quomodo acquirantur.

Thema 3.

Feudum per donationem acquiri antiquiſſimum eſſe modum.

Thema 4.

Feudi alienatio omni iure prohibita, eſt, & eius minima pars de Iure Regni, nec præſcribi poteſt. communis.

Thema 5.

Feudum, quia beneficium, & beniuolactio interuentu pecuniæ non acquireretur, hodie tamen eſt, pecuniare, & eſt. tertius modus feudum acquirendi.

Thema 6.

Permutatio in feudis eſt permiſſa, & eſt, quando feudum cum feudo permutatur, vel proprietas, ſiue res aliqua pro feudo reditur. communis.

Thema 7.

Feudum per Iudicis ſententiam acquiritur, & eſt. quintus modus acquirendi, vt quando Iudex pronunciauit aliquam rem feudalem alicui dari. communis.

Thema 8.

Feudum per ſucceſſionem acquiritur, & eſt. ſextus acquirendi modus, & in ijs quæ poſſidentur ſucceſſio cadit. communis.

Thema 9.

Succeſſio per conſuetudinem datur, etiam contra ius maxime in feudis. communis.

Thema 10.

In regnis, & alijs primogeniti ſuccedunt ex ſola vi conſuetudinis. communis.

SS *The-*

Index Thematum Dilucidationum.

Thema 11.

Succeſſio teſtamentaria per inſtitutionem, vel fideicommiſſum, aut legatum, & ſi in alodialibus præcipua reputantur in feudis vero, maxime pacto, & prouidentia non ita. & eſt. nulla etiam per donationem cauſa mortis. communis.

Thema 12.

Succeſſio feudi hæreditarij pro quibuſcunque, vel quibus datur per teſtamentum, aut contractum valet, etiam in extraneum, & feudi miſti pro filijs, & hæredibus, in proximum ſucceſſurum ſimiliter, valida eſt. communis, & deciſa.

Thema 13.

Teſtamentaria, & per contractum diſpoſitio de feudo ex pacto, & prouidentia cum conſenſu domini directi, filijs, agnatis, non præiudicat, ſed ipſi Domino ſic, & filij, & agnati reuocare poſſunt. communis.

Thema 14.

Feudum ex pacto etiam cum Regio aſſenſu alienatum filius, vel agnatus, reuocare, vendicare, & recuperare poteſt. communis.

Thema 15.

Feudo hæreditario, cum Regio Aſſenſu per patrem alienatum filij, & hæredes, vel agnati, reuocare non poſſunt. communis.

Thema 16.

Feudum per perſcriptionem acquiritur, & eſt. Septimus acquirendi modus, quæ perſcriptio temporis poſſeſſio eſt, & etiam exceptio dicitur. communis.

Thema 17.

Per triginta annos poſſidens rem etiam allodialem præſtando ſeruitium, & cum ſcientia Domini, tali præſcriptione poſſeſſor tuetur de iure communi feudorum. communis.

Thema 18.

Præſcriptio quadragenalis contra rempublicam, & Eccleſiam tuetur, ſeu contra Eccleſiam Romanam centenaria eſt opus, & tricennalis contra tertiũ, & contra Dominum directum aſſenſum interueniſſe præſumitur.

Thema 19.

Præſcriptio tricennalis non procedit in Neapolitano Regno, quia aſſenſus requirit ſcripturam, & ſpecialiter inpetrari debet, prout eſt. de obſeruantia, & deciſum.

Thema 20.

Aſſenſus ſpecialiter in Regno requiritur nedum in alienationibus feudorum, ſed in quota parte ipſorum, & non ſufficit tacitus, & poteſt expediri in ipſo contractu, & eum ſubſequi, communis, & deciſum.

Thema 21.

Feudum acquiritur præſcriptione centenaria, & immemorabili tempore, quæ habet vim tituli legis, & priuilegij, & contra eam non datur reſtitutio. communis, ſed in Regno Aſſenſus Regius quia ſpeciale, & inſcriptis interuenire debet in feudalibus, nec per mille annos præſumitur.

Thema 22.

Præſcribens ſi titulum habet nullum, ex tituli nullitate præſcriptio inualida iudicatur deciſum, & quod in præſcriptione requiratur titulus; & bona fides, verior ſententia, & communior eſt.

Thema 23.

Feudum guardiæ, vel alterius naturæ datum in rectum, poſſeſſione triginta annorum non mutatur, ſed eo iure quo poſſeſſionem nactus eſt, poſſidere ſemper præſumitur. communis.

Thema 24.

Poſſeſſio feudi pignorati, etiam vltra annos triginta præſcriptionem non probat, cum cauſam ſuæ poſſeſſionis nemo moſtrare poteſt, niſi à die receptionis per Dominum, vt feudum, communis, & deciſum.

Thema 25.

Feudum, vel ipſius pars eiuſque inueſtitura, ſiue directi Domini aſſenſu, nullo tempore præſcribitur, & ipſæ contrahens,

trahens, ſuique hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, contrauenire poſſunt, nullitates allegare, & recuperare, pluries deciſum.

Thema 26.

Feudo ex pacto, & prouidentia cum aſſenſu directi Domini in vlteriorem agnatum alienatum ſciente proximiore elapſo anno ei præſcribitur actio reuocandi, ſed alienato ignorante agnato, vt in extraneo, non niſi annis triginta præſcribitur. communis, & deciſum.

Thema 27.

Alienatione feudi ex pacto, & prouidentia facta in extraneum, triginta annorum ſpatio reuocatur, in agnatum remotiorem infra annum, quibus elapſis amplius non auditur filius, ſiue agnatus proximior. communis.

Thema 28.

Ius reuocandi alienationem feudi in vlteriorem agnatum factum, competit promiſſionibus, etiam non natis, & ſi plures ſint in eodem gradu, cæteris omnibus pro rata feudi, ſi francorum iure non viuunt reuocare poſſunt omnes. communis.

Thema 29.

Agnatus ſiue interrogatus, ſiue non fuerit, vt feudum emat, & nolens, ius reuocandi, & retrahendi amittit, ſed ius ſucceſſionis, ſi ei ſubuenerit reuocare, & reiuendicare feudum poteſt. communis.

Thema 30.

Feudi ex pacto, & prouidentia præſcriptio contra patrem, vel agnatum poſſeſſorem, etiam hæredibus, & agnatis completa, filijs, & agnatis non nocet. communis.

Thema 31.

Præſcriptione contra proximiores agnatos completa, alijs agnatis non nocet, etiam ſi contra impeditos anni plus triginta, vel immemorabile tempus, aut annorum centum, ſiue ducentum effluxerint, cum ius non dum delatum præſcribi non poteſt, communis, & deciſum.

Thema 32.

Annum, ſiue anni triginta, vel aliud tempus ad præſcribendum ius reuocandi alienationem feudi currit à die ſcientiæ, tam filio, quam agnato, & ex vera ignorantia aduerſus tale tempus decurſum reſtituitur. communis, & deciſum.

Thema 33.

Annus, & tempus reuocationis feudi alienati per reſcriptum, currit, à die mortis alienantis, vel ſtatim à tempore ſcientiæ, cum locus ſucceſſori ad reuocandum aperitur, communis, & deciſum.

Thema 34.

Seruitium, & libertas vaſſalli pro feudo contra dominum non præſcribunt, etiam ſi centum, vel mille annis ea non præſtiteri t niſi requiſiti ea negauerint, & ſi poſſeſſionem Domino interuerterit, & idem in emphiteota. communis, & deciſum.

Thema 35.

Ius reuocandi feudum à vaſſallo ſine Domini conſenſu alienatum, non niſi immemorabili tempore præſcribitur. communis.

Thema 36.

Regalia contra imperium, nec tempore immemorabili præſcribuntur, ita vt præſcribens illi non ſub ſit, communis, & deciſum.

Thema 37.

Regalia alia, etiam ſupremæ poteſtatis, Papæ, Imperatori, vel Regi debita excepta ſuperioritate in vniuerſum, tempore immemorabi, & contra priuatos annis quatraginta præſcribuntur. communis.

Thema 38.

Regalia contra alium, contra Papam, Imperatorem, vel Regem, aut Ciuitatem bona fide, & cum titulo longi temporis ſpatio præſcribuntur, & ex negligentia annis quatraginta, etiam fiſco incorporata, ſed ſuprema iuriſdictio, nunquam. communis.

Thema 39.

Da acquiſitione feudi per poſſeſſionem, & eſt octauus, & vltimus modus acquirendi feudum, quæ poſſeſſio eſt. Rei corporalis detentio, per eam feudum acquiritur, vere, & abuſiuè, communis.

Thema 40.

Feudi abuſiua conceſſio, & poſſeſſio acquiratur neceſſe eſt; vt inueſtitus agat contra Dominum, vt feudum ei tradat, quod præciſe tenetur, & non liberatur tradendo intereſſe. communis.

Thema 41.

Vaſſallus poſt inueſtituram propria authoritate poſſeſſionem feudi capit, etiam per ingreſſũ vnius corporis feudi, ſi plura ſunt eidem feudo ſubiecta, communis, & deciſum.

Thema 42.

Quibus modis feuda acquiruntur eiſdẽ fere alienantur, & diſtrahuntur cum conſenſu Domini directi. communis.

Thema 43.

Alienatio feudi hæreditarij valida eſt. cum conſenſu Domini, etiam ſi alienationi ſubſequatur, communior cũ ratihabitio Domini conſenſui præcedenti comparatur, & retrotrahatur, quoad ipſius Domini præiudicium, communis., & verior.

Thema 44.

Feuda alienare permiſſum, & prohibitum fuit in totum, vel in partem diuerſimodè, & diuerſis temporibus de iure communi feudorum, cum Regio aſſenſu à Proregibus, exceptis certis caſibus. communis.

Thema 45.

Feuda in totum, & in partem ſine Domini conſenſu, vigore conſtitutionũ, capitulorum, pragmaticarum, Regni alienati prohibentur.

Thema 46.

Aſſenſus alienandi, & diſponendi de feudis Regi reſeruatus, ordinatur, vt per Proreges Regni, & Collaterale Conſilium concedatur, præter quam in nouem caſibus hic inſertis, cum reformatione tertij, quinti, & noni capitis.

Thema 47.

Aſſenſus Proregis, eiuſque Collateralis Conſilij requiritur, in alienatione, & obligatione Vniuerſitatum, & eorum quæ bonorum, & omnes aſſenſus expediantur formiter cum ſigillo infra quatuor menſes, & literæ, & aliæ regiæ prouiſiones à Regia Maieſtate præſententur infra annum in Regia Cancellaria alias ſit nullius roboris, & momenti.

Thema 48.

Aſſenſus duplex legis, & hominis, qui triplex ſcilicet vaſſalli tenentis feudum, alterius non tenentis, & directi Domini, qui ſubijcitur, vt infra, & Dominus, directus, & vtilis, vnus ſine alterius voluntate alienare non valet. communis, & deciſum.

Thema 49.

Alienans feudum in Dominum, vel filio Domini alio aſſenſu opus non habet. cum filius Regis, Padre viuente, dicitur Rex Dominus, & Vicarius patris, ſecus ſi retrocedatur alteri, tunc non obſtante aſſenſu Baronis Regis requiritur, communis, & deciſum.

Thema 50.

In prima conceſſione feudi data poteſtate alienandi, in dotem dandi, & diſponendi ad arbitrium, & voluntatem ſuam, & cui dederit, abſque alio aſſenſu, alienari poteſt, ſed ſi dixit in feudum, & ex verbis patet, eſt ſecus, & nouus requiritur Regius aſſenſus. communis.

Thema 51.

Licentia alienandi feudum, ſi eſt poſt conceſſionem, & inueſtituram in executiuis nihil operatur, & nouus requiritur aſſenſus. communis.

Thema 52.

Si feudum alienatur, cum Regio aſſenſu ſine alio Regio aſſenſu feudatarius non alienat, nec diſponit, quia ex natura ſine alio aſſenſu in alienabilis

lis erat. communis.

Thema 53.

In conceſſione, ſiue in aſſenſu Rex dixerit, quatenus ritè, & rectè proceſſerint feudi natura non mutata hadois, ſeruitijs, debitis, & fidelitate reſeruatis, ſine Regio aſſenſu feudatarius de feudo diſponere non poteſt. communis.

Thema 54.

Feudum emere volens à Regia Curia, cum pacto dandi ſecundogenito emptio ſi ſtipulatur etiam cum Prorege valet tale pactum non maximè ſi Prorex prædixerat, oblationem reformari ſecundum formam iuris, communis verior, & deciſa.

Thema 55.

Superior dicens venditionem feudi reduci ad formam iuris intelligitur, abſque aliquo pacto inſolito, & ſi cum eo, ſtipulatur, etiam cum Principe, in pacto non adeſt, voluntas, & ſic nulla, & inualida, & inſeperabilibus, vtile, per inutile, non vitiatur. communis.

Thema 56.

Feudi iuris francorum natura à Principe mutari non poteſt, nec à ſuis miniſtris, vt ſecundogenitus ſuccedat, nouam formam feudo dare ſpectat ad Regem.

Thema 57.

Aſſenſus Regius eſt, neceſſarius, etiam in conceſſione actionis ad feudum, & in adiudicatione, communis, & deciſa.

Thema 58.

Aſſenſus obtentus ſuper obligatione crediti principalis non extenditur ad intereſſe, & ad pœnam, de quibus non fuit locutum, & ſi in donatione feudi cum pacto de retrouendendo, vel retrodonando aſſenſus ob tale pactum corruit deciſum.

Thema 59.

Aſſenſus præſtitus ſuper executione facienda non extenditur ſuper facta, quod eſt. ſecus ſi impetratur ſuper obligatione facienda, & reperitur facta, & aſſenſus ad relationem inſtrumenti, non expreſſo tenore, non vitiare data deciſum.

Thema 60.

Aſſenſus præſtitus ſuper capitulis matrimonialibus, in quibus ſit mentio de contractu mortui extenditur ad contractum mortui, & creditores cũ aſſenſu præfe. untur anterioribus ſine aſſenſu deciſum cum nunquam aſſenſus retrotrahitur in preiudicium tertij.

Thema 61.

Alienato feudo pupilli per tutorem, cum Regio aſſenſu, & promiſſa ratificatione, cum fuerit maior quando poſt maior ratificauit alius nouus aſſenſus non requiritur deciſum.

Thema 62.

Aſſenſus Regius in beneficium mulierum vigore capitulorum cenſetur datus pro omni contractu, & reſtitutionis dotium, & aſſenſus impetratus ſuper capitale extenditur ad intereſſe & præſtitus ſuper donatione ex nunc pro tunc valet, deciſum.

Thema 63.

Exteri in alienatione feudorum, qui in hoc Regno habent, debent obtinere aſſenſum, à Regia Maieſtate, & non à Prorege, vt ex Regia Pragmatica, etiam ſi in Regno per decennium habitauerint, deciſum fuit, quod ſecus in obligatione iurium, deciſum.

Thema 64.

Aſſenſus Regius per capitulum gratiarum, huic Ciuitati mulieribus conceſſus valet, & habet locum, etiam ſi mariti, vel alij obligati carent ſucceſſore, & ſic etiam in caſibus, Regibus aſſentire prohibitum deciſum.

Thema 65.

Aſſenſus his, qui ſucceſſorem non habent ſeni, vel valde inhabili non conceditur per Proregem, & vbi adeſt facultas alienandi eſt gratia deciſum.

Thema 66.

Carens filijs habens aſſenſum, vt vẽdat feu-

feudum, ſi vendit habenti filios non valet,& ſi pluries deciſum;& per non expreſſionem alienante carere ſucceſſorem aſſenſum non cotrui,deciſum.

Thema 67.

Aſſenſus præſtitus poſt reuocationem alienationis feudi vigore conſtitutionis diuæ memoriæ eſt nullus deciſũ.

Thema 68.

Habens feudum, obligatum, cum aſſenſu,& cædit alteri, ſibi ſoluenti ceſſionarius ſine Regio aſſenſu in ſuum locum non ſubingredit, & eſt opinio verior.

Thema 69.

Fructuum feudi perceptio ſimplex, abſque Regio aſſenſu fit,ſed ſi conſtituatur vſusfructus formatus in feudo requiritur aſſenſus,alias ipſemet conſtituens poteſt reuocare.

Thema 70.

Fructus feudi ſine aſſenſu concedi permictitur,etiam per decennium, quod eſt modicum tempus deciſum, & ad tempus determinatum puta ad vitam

Thema 71.

Fructus feudi,vti burgenſatici ad inſtantiam creditorum feudatarij, contra eius hæredes, exequi poſſunt deciſũ.

Thema 72.

Fructus feudi,& ſi ſint burgenſatici,in vno remanent feudalis, quod de eis non ſoluuntur collectæ, ſeu Gabellæ de obſeruantia in Regia Camera, & deciſum.

Thema 73.

Aſſenſus in contractu, ſi imputatur in eius ratificatione alius aſſenſus non requiritur, deciſum.

Thema 74.

Aſſenſus poteſt procedere in eſſe,& ſubſequi actum, ſiue contractum, ſed ſi ſubſequatur, non afficit illum, qui medio tempore contraxit, ſed erit ſolum in damnum Domini aſſentientis

Thema 75.

Confeſſio ex aliquo contractu ſuper re feudali ſine aſſenſu non valet,tanquã ex contractu nullo.

Thema 76.

Aſſenſus impetratus, etiam poſt decoctionem in creditorum beneficium admictitur deciſum.

Thema 77.

Vaſſallus feudum ſine Domini conſenſu alienare non poteſt, quod verbum compræhendit omnem actum, per quem ius aliquod reale in feudo conſtituitur. communis.

Thema 78.

Feudum, nec in vtilitatem directi ſine eius aſſenſu, alienari poteſt. communis,

Thema 79.

Feudum licitè ſine aſſenſu per refutationem acquiritur proximiori,ſed vlteriori,in gradu non,ſine aſſenſu.communis, & deciſum.

Thema 80.

Alienatio, ſiue refutatio, ſine Regio aſſenſu in vlteriorem agnatum,in antiqua inueſtitura compræhenſum fieri non poteſt, nec valet. communis, & deciſum.

Thema 81.

Aſſenſus, ſiue conſenſus tacitus Domini in alienatione, ſiue diſtractione feudi, in Regno non ſufficit, ſed expreſſus requiritur, & idem extra Regnum, de autoris opinione contra communem,& hæc eſt verior,& textualis.

Thema 82.

Aſſenſus tacitus per extra Regnum,quatenus ſufficeret, intelligitur præſtitus, quando his qui conſentire debẽt actum ſuaſerit,& cum ſigillo,vel ſubſcriptione,vel alio actu, ex quo comprobabiliter intelligitur conſentire. communis,& recepta.

Thema 83.

Præſentia Domini actus,& quid agatur intelligentis, & non contradicentis etiam ſi ad alios extraneos actus non progreſſus fuerit conſentire dicitur. communis,& recepta ſententia.

Thema 84.

Scientia,& taciturnitas, abſque præſentia

tia conſenſū non inducunt, immo nec præſentiam cum taciturnitate ſufficere multi volunt, tamen communis.

Thema 85.

Domini directi, ſi plures ſint ab omnibus aſſenſus in alienationibus, & contractibus feudalibus eſt impetrandus, ſi vero vnus ab vno.

Thema 86.

Feudum à Rege, qui tenet cum Regio aſſenſu ſub infeudat, in ſubfeudatarij alienatione, cuius requiratur aſſenſus tres ſunt opiniones, prima Regis, & communis, ſecunda ſubinfeudantis, etiam communis, tertia vtriuſque & hæc vltima eſt tutior, & communior.

Thema 87.

Feudum quaternatum ſimpliciter cum aſſenſu ſolius Regis alienari, & de eo tractari poteſt quaternatum, ſecundum quid, cum aſſenſu vtriuſque, ſcilicet Regis, & Baronis, planum, & de tabula ſolius Baronis aſſenſus communis.

Thema 88.

Prælatus feuda ſeperata, & adminiſtrationem à capitulo habens, vaſſallo alienanti conſentire poteſt; dummodo ius Eccleſiæ in nullo, vel in modico lędatur, ſed ſi cum conſenſu capituli contra id ſucceſſor non venit.

Thema 89.

Feudum tenens à ſolo Prælato, ſi ei refutetur, poteſt Prælatus ipſe illud alteri conferre, etiam ſi iuraſſet in conſulto Pontifice non alenare communis, ſi vero tenet à Prælato, & Capitulo conſenſus, vtriuſque requiritur. communis.

Thema 90.

Feudum ſi in communi tenetur à Prælato, & à Capitulo in eius alienatione, & in ſui infeudatione aſſenſus vtriuſque requiritur. communis.

Thema 91.

Prælatus Eccleſiaſticus res, neceſſitate vrgente, pro vtilitatem Eccleſiæ cum ſollemnitatibus, quæ ratione temporis requiruntur, & ſine infeudare poteſt. communis.

Thema 92.

Prælatus ſine ſollemnitatibus ſub Capitulo infeudare poteſt, cum legitima, cauſa quod ſublimitatur ſi ante iudicium, vaſſallus defectum ſollemnitatum oppoſuerit. communis.

Thema 93.

Prælatus ſanguine coniunctus ęque Idoneo ſolita concedi infeudare poteſt, etiam ſine ſollemnitatibus. communis.

Thema 94.

Prælatus ob exceſſum à prælatura remouentis, & feudum tempore prædeceſſoris apertum reinfeudare poteſt, ante tamen accuſationem ſuam.

Thema 95.

Prælatus quilibet, cum ſollemnitatibus in alienatione neceſſarijs, feuda conferre, & infeudare poteſt. communis, & deciſum.

Thema 96.

Prælatus reſpatui momenti, & modicas, vt prædium, aut veniolam, & infeudari ſolitas, ſine ſollemnitatibus infeudare poteſt. communis.

Thema 97.

Feudum ex conſuetudine ſine aſſenſu alienari poteſt. communis, & deciſum.

Thema 98.

Ad conſuetudinem contra legem inducendam decem, vel viginti anni requiruntur, alij innumerabile tempus, ſi iura Imperij læderet, & induci poteſt, etiam quod feuda adiudicentur creditoribus. communis.

PARS NONA.

Qualiter, & qui in feudis ſuccedant. Folio 288.

Thema 1.

REgna, & feuda inueſtitura, & ſucceſſione acquiruntur.

Thema 2.

Licentia alienandi feudum non extenditur ad Eccleſiam, vel Ciuitatem.

Thema

Digitized by Google

Index Thematum Dilucidationum.

Thema 3.

Pater de feudo ſine Regio aſſenſu diſponere non poteſt. communis.

Thema 4.

Prærogatiua primogeniti ipſique Regna,& feuda dari, eſt de iure diuino, & humano,& de iure Regni,ius francorum eſt inductum, vt feuda primogenitis deferantur ſintque indiuidua, & primogenitus fundatam habet intentionem, & Pater in beneficium ſecundogeniti non diſponit.

Thema 5.

Pater ſi inæqualiter, filios in feudis inſtituit, vel vni filiorum feudum omni iure ſpectantem,vel è contra,talis diſpoſitio non valet,& filios non ligat.

Thema 6.

Diſpoſitio vaſſalli feudi,in vltima voluntate,& ſi non valet etiam eum Domini directi conſenſu, quando contra tenorem inueſtituræ, tamen ſi conſenſit, ad ipſius Domini præiudicium valet,ſiuè à principio,ſiue ex poſt facto conſentiat,communis,& deciſum

Thema 7.

Dominus directus in teſtamento vaſſalli de feudo diſponentis, poteſt conſentire, etiam poſt mortem in præiudicium Domini tantum, ſed non filiorum, & agnatorum, & teſtamentum,quoad burgenſatica valet, licet quoad feudalia corruat. communis.

Thema 8.

Teſtamentaria,& alia diſpoſitio feudi in proximo ſucceſſuro valet, etiam in remotiorem, proximioribus conſentientibus, vel cum conſenſu Domini directi, & tali caſu habet locum l. fin. C.de edict.Diu. Adrian.toll.

Thema 9.

Dominus directus eius dominium directum ſine ſui ſuperioris Domini ſi habet, non alienat, niſi inter ſuos, & non in extraneos, communis, & deciſum.

Thema 10.

Feudi legati extimatio non debetur, cõmunis, & deciſa.

Thema 11.

Succedendi abinteſtato, tres ſunt ordines, Primus deſcendentium. Secundus aſcendentium. Tertius Collateralium de iure ciuili, ſed non ita ſimpliciter in feudis.communis.

Thema 12.

Feudo recepto pro ſe filijs,& liberis ſuis deſcendentibus omnes deſcendentes in infinitum ſuccedunt.communis.

Thema 13.

Succeſſio feudorum,in Maſculos,& fœminas de iure communi feudorum, & de iure Regni eſt in infinitum in deſcendentes. communis.

Thema 14.

Filij naturales per reſcriptum Principis in ſpecie ad feuda ſuccedunt in feudis,ſed legitimus per ſubſequētē matrimonium, etiam ſimpliciter ſuccedi in feudis. communis, verior, & deciſa.

Thema 15.

Pater naturalis habens filios, duxerit vxorem, ipſaque mortua contrahens matrimonium, cum concubina, filij antea ſuſcepti fiunt legitimi, & feudorum capaces.communis,& deciſũ.

Thema 16.

Filius legitimatus per ſubſequentem matrimonium, & ſi prioris matrimonij tempore natis multi dicunt, quod non procedat contraria opinio eſt. magis communis, & deciſum.

Thema 17.

Filius ex matrimonio putatiuo vno, vel vtroque in bona fide exiſtente,pro legitimo,etiam ad feuda habetur, & ad alia paterna deciſum.

Thema 18.

Filij naturales de plenitudine poteſtatis per reſcriptum Principis, ad feuda ſpecialiter legitimati, in antiquis, & nouis feudis ſuccedunt.communis.

Thema 19.

Filij adoptiui,& ſi in allodijs,de iure ciuili ſuccedunt;in feudis, vero non niſi in prima inueſtitura ex pacto appoſito,vel ex conſuetudine.

Index Thematum Dilucidationum.

Thema 20.

Feudis hæreditarijs ſuccedũt legitimati, ſimpliciter abſque quod dicatur ad feuda in reſcripto Principis, qui ex iuxta cauſa, & ob publicam vtilitatem res alterius capit, & alteri dat, ſed tenetur ad pretium.

Thema 21.

In feudo Realis dignitatis, Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & de iure francorum primogeniti ſuccedunt. communis.

Thema 22.

Secundus ordo ſuccedendo abinteſtato eſt aſſedentium, pater in feudo nouo filij non ſuccedit, ſed in feudo ab eo refutato, ſi filius inueſtiatur, ſuccedit, & eſt primus caſus cõis, & deciſum.

Thema 23.

Filio reſpectu patris de feudo inueſtito, mortuo ſine deſcendentibus Pater ſuccedit. communis, & eſt. ſecundus caſus aſcendentium ſucceſſionis.

Thema 24.

Feudo nouo iure feudi antiqui conceſſo filio ipſo mortuo ſine filijs ad patrem deuenit, communis., & deciſum, & eſt tertius caſus.

Thema 25.

Ex pacto conueniri poteſt, vt pater vel alius ſuccedat in feudo filijetiã nouo & ſuccedit, & eſt quartus caſus.

Thema 26.

Pater etiam ſine pacto ſuccedit filio in feudo per eum quæſito pro ſe, & hæredibus quibuſcunq; vel quibus dederit, cõis, & deciſũ, & eſt. quintus caſus

Thema 27.

Feudo per patrem refutato filio ipſoque mortuo ſuccedit pater, cũ alijs defunctis fratribus, de iure communi feudorum. communis.

Thema 28.

Feudũ etiã maternũ ſiue aliud ſicut ad extraneos, ita ad patrẽ peruenire põt.

Thema 29.

Aſcendentes deſcendentibus in feudis, etiam nouis ex ſtatuto, vel conſuetudine ſuccedunt.

Thema 30.

Antiquitus feudorum nulla erat ſucceſſio, ſed diuerſimodè concedebantur, deinde in deſcendentibus, & in collateralibus aprimo acquirente in infinitum, & in feudo nouo Collateraliũ ſucceſſio de iure feudorum, vſque ad ſeptimum gradum, de iure Regni vſq; ad tertium eſcluſa patre.

Thema 31.

Deficientibus, deſcendentibus, & aſcendentibus Collateralis, ideſt carnales frater, & deinceps in feudis ſuccedũt cũ ſuis cõditionibus, quomodo, & qñ

Thema 32.

Fratre aliquo ſine filijs mortuo alter frater carnalis, & filij alterius fratris prę mortui in feudis ſuccedunt, & nepos patruum, & è contra de iure communi feudorũ, & Regni cũ ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata. cõis, & deciſa

Thema 33.

In feudo nouo conceſſo pro filijs fratres nõ ſuccedunt, ſi pro hæredibus ſic, ex gratia huic Regno, ſucceſſio eſt ampliata in fratribus, & ſororibus acquirentis, in patruo, Amita, & nepotibus ex patre, vel ſorore, ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruatur. cõis, & deciſa.

Thema 34.

Dupplicitas vinculi in ſucceſſione feudi non operatur ſi feudum non peruenit à cauſante dupplicitatem vinculi, & ſic in feudo paterno primogenitus conſanguineus præfertur, in materno vterinus, communis, & deciſa.

Thema 35.

Conſtitutio Regni, vt de ſucceſſionibus induxit coniunctionem dupplicitatis vinculi, ad iuris francorum confirmationẽ, vocando ſucceſſores ad feuda, etiam noua ſeruata ſexus prærogatiua, & ampliauit in linea tranſuerſali vocando fratres, ſiue vtroque parente, ſiue ex altero tantum ſorores in capillo.

Thema 36.

Nepos ex filio primogenito præmortuo in ſucceſſione feudi aui, vel patrui excludit

cludit alium patruum, vbi francorum iure viuitur. cõis, & deciſa pluries.

Thema 37.

Patruus, & patruus magnus in collaterali. ſuccedunt in feudo antiquo nepoti, & pronepoti, de iure cõi feudorum

Thema 38.

Pluribus fratribus de feudo inueſtitis, aliquibus mortuis filijs relictis, deinde altero fratre mortuo ſine prole feudum non ad nepotes; ſed ad Dominum reuertit niſi ex pacto, & ex gratia huic Ciuitati, & Regno, communis, & deciſum.

Thema 39.

Fratribus ſimul habitantibus in feudo empto frater ſuccedit fratri cõmunis

Thema 40.

Fratres communibus expenſis in bello, ſi acquiſierint feudum ſciente Domino ad inuicem ſuccedunt. communis.

Thema 41.

Si vnus fratruum in communi exiſtentiũ emit feudum ſtipulando vtriuſq; nomine ad inuicem ſuccedunt.

Thema 42.

Feudo dato pluribus inſolidum omnes ſuccedunt. communis.

Thema 43.

Feudo donato à Principe duobus vnus ſuccedit alteri.

Thema 44.

Feudo diuiduo conceſſo pluribus fratribus, non inſolidum, vno mortuo ſuccedat alter frater, ſed ſoluat partem pretij Domino, vel Dominus partem pretij fratri ſuperſtiti.

Thema 45.

Feudo conceſſo clerico, ſciens Dominus eum filios non habere nec poſſe, quia in ſacris, & conceditur pro hæredibus, & ſucceſſoribus peruenire debet ad agnatos. communis.

Thema 46.

Feudum nouum, quando conceditur, vt antiquum naturam antiqui aſſumit. communis, & deciſa.

Thema 47.

Compræhenſus in antiqua inueſtitura ſuccedit, etiam iure accreſcendi.

Thema 48.

Frater in feudo refutato, vel alias ammiſſo non prohibetur ſuccedere in alia parte, ſibi ſpectante aperta. communis.

Thema 49.

Feudo emphiteuſi nouis à ſocijs receptis pro eis, & filijs maſculis, & fœminis viuentibus habet locum ius accreſcendi inſuperſtite. communis.

Thema 50.

Feudum conceſſum indiuiduum duobus, vno deficiente locum habet ius accreſcendi. communis.

Thema. 51.

Conſuetudine exiſtente, collaterales ſuccedant in feudo, vel in emphiteoſi ſeruanda eſſe. communis.

Thema 52.

Feudo acquiſito pro ſe, & fratre eo mortuo ad ſuperſtitem, fratrem, & ſic ad collaterales ipſius vſq; ad ſeptimum gradum ſuccedit, ſed poſt fecit tranſitum ad collateralem illius deſcendentes ſuccedunt in infinitum. communis, & deciſa.

Thema 53.

Feudo nouo ſuccedunt deſcendentibus, & collaterales ſi reperiuntur agnati in ſeptimo gradu. cõmunis, & deciſa.

Thema 54.

In feudo ex pacto, & prouidentia ſucceditur primo acquirenti, in feudo vero hæreditario, vltimo decedenti ſucceditur. communis.

Thema 55.

Agnati, ſiue filij repudiata defuncti hæreditate feudum ex pacto habere poſſunt, ad onera hæreditaria non tenentur.

Thema 56.

Aeſtimatio feudi, vel de feudo in quo quis hæres inſtituitur non debetur, nec de feudo in quo quis eſt nominatus, etiam vigore præcedentis contractus emphiteuſis, vel vlterius.

Thema 57.

Feudo hæreditario ſucceditur vltimo morien-

morienti tenenti feudum , ſed ius à prima acquirente, communis, & deciſum .

Thema 58.

Feudo conceſſo filij,& hæredibus, quod ex pacto,& prouidentia,ac de hereditario participat, & ſic mixtum ſuccedit primo acquirenti.

Thema 59.

Filius ſponte hæreditatem renuncians, feudum non habet, ſed non delatam habebit, & in ſubſidium creditoribus hæreditarijs tenebitur. communis.

Thema 60.

Filius prætetitus, vel exhæredatus ſine culpa habebit feudum .

Thema 61.

Pater debitis filijs, vti filij non præiudicat, & ſic,nec in feudo ex pacto, & prouidentia.communis.

Thema 62.

Vaſſallus ſucceſſor, & hæres, tenetur ſoluere æs alienam ab anteceſſore ſuo factum.

Thema 63.

Feudum ex pacto, & prouidentia antiquum in legitimam non imputatur, communis,& deciſa.

Thema 64.

Feudum ex pacto, & prouidentiæ nouum imputatur in legitimam . communis,& deciſum.

Thema 65.

Feudum hæreditarium antiquum, ſiue nouum in legitimam computatur, communis,& deciſa.

Thema 66.

Regna, Principatus,Ducatus,Marchionatus,Comitatus, & feuda in quibus francorum iure viuitur ea ſunt legitima primogeniti.communis,& deciſa.

Thema 67.

Feudum totum iuris francorum hæreditarium non verè eſt, legitima primogeniti, quia tenetur ad onera, ſed bene dici poteſt, quod ſit legitima ſucceſſio.communis.

Thema 68.

Filius primogenitus ſuccedens in feudo tam ex pacto,& prouidentia, quam hæreditario antiquo,ſiue paterno,tenetur ad vitam ,& viliciam alijs fratribus minoribus.

Thema 69.

Feudatarius partem pretij tempore emptionis feudi debet,& non tempore mortis patris, & quamuis contraria opinio prætenditur,tamen partem pretij empti deberi eſt deciſum.

Thema 70.

Feudi donati ſi per primogenitum ſucceſſorem debetur pars pretij deciſum tamen contraria opinio, quod vitam militiam tantum dare teneatur, & de donatione propter merita, quod debeatur euictio in æqualitatem .

Thema 71.

Pars pretij feudi per primogenitum ſucceſſorem in collaterali linea non debetur alijs fratribus ſecundogenitis.

Thema 72.

Clericus primogenitus, qui propter ordinem non ſuccedit in feudo, non excluditur à vita militia , nec à parte vel toto pretio feudi empti, nec à burgenſaticis,ſiue allodialibus, ſiue debitis,vel relictis.communis.

Thema 73.

Frater conſanguineus, ſiue vterinus fratri conſanguineo, vel vterino defuncto , excluſo patre forte viuente ſuccedit,etiam ſi non eſt coniunctus , ex latere, vnde feudum peruenit , communis, & pluries deciſum.

Thema 74.

Rege effecto monaco, Regnum non tranſit ad monaſterium, & quomodo feuda vaſſallorum tranſeant ad Eccleſias .

Thema 75.

Clericus primæ tonſuræ feuda tenere poſſe, ac tenentes, non amittere, iuxta veriorem opinionem, monaci niſi dimiſſo ordine, vel habitu reintegra ſecundum aliquos.

Thema 76.

Cardinales in feudo ſuccedere due referuntur opiniones.

Thema

Index Thematum Dilucidationum.

Thema 77.

Archiepiſcopum aliumque Prælatum feudorum capaces eſſe, & diximus ſupra in ſexta parte dilucidatione quinta,& ſeq.& ſicut cœteri clerici. communis.

Thema 78.

Aequites Hieroſolymitani theutonici,& ſimilium, feudorum incapaces, & habentes ſine ad eos peruenieetes ammittunt. communis.

Thema 79.

Clerici, Monaci, & in Eccleſiaſticis ordinibus exiſtentes, vel peruenientes, in feudis non ſuccedunt, nec Monaſterium verior,& deciſa opinio.

Thema 80.

Mortuo feudatario, cui remanſit frater matris ſuæ, qui dicitur auunculus, & ex ipſius feudatarij patruo, filius qui dicitur parruelis, quomodo ſuccedat.

Thema 81.

Fœminæ ad ſucceſſionem feudorum in defectum maſculorum ſunt admiſſæ, ſed in aliquibus caſibus etiam maſculis exiſtentibus in feudis ſuccedunt, de quibus infra.

Thema 82.

Filius foriudicati poſt foriudicationis ſententiam conceptus, aut natus. Si aliqui dicunt,quod non ſuccedat, tamen non eſt,ita,& remanet agnatus, cognatus, ſuccedit, & præfertur fœminæ.

Thema 83.

Vxor,Adoptiuus Naturalis,Socius, Eccleſia,Collegium,Conſiliarius,Miles, Peregrinus, Obſidis, Oſpitale, Poteſtas,Furioſus,Tutor, Ciuitas, & alij, excludunt Fiſcum, in bonis ſucceſſorem non habentibus, & in quod ſuccedat fiſcus, vt infra.

Thema 84.

Alienatio feudi proximo ſucceſſuro eſt refutatio,in qua conſtitutio, conſtitutionem diuæ memoriæ de reuocatione feudorum locum non habet, nec feudo proximo ſucceſſuro vendito vaſſalli ad demanium admittuntur.

Thema 85.

Feudatario defuncto multis relictis oneribus ſuper feudo, & ſuper burgenſaticis ſi onera ſint diuiſa, & diſtincta à burgenſaticis, & feudalibus, & primogenitus, vel ſucceſſer in feudo eſt inſtitutus ſolus in eo,& ſecundogenitus in burgenſaticis tantum onera pro rata bonorum ſoluuntur deciſum.

Thema 86.

Fiſcus eſt alienum, & legata modo aperte grauatur inſtar hæredis præſtare tenetur ex bonis vacantibus,ſi vero propter defectum hæredis Fiſcus capit,& legata, & fideicommiſſa non ſoluit. communis.

F I N I S.

THEA-

THEATRI FEVDALIS PARS PRIMA

DE ORIGINE FEVDORVM

PRIMA DILVCIDATIO

THEMA.

A Conſtitutione mundi omne genus humanum liberum erat. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Omines omnes ab origine naturæ liberi naſcebãtur, & Deus non fecit vnum alterius ſeruum.*
2 *Natura rationalis ordinatur, vt homo ad hominẽ.*
3 *Libertas eſt ius inſitum hominibus ab exordio rationalis naturæ.*
4 *Seruitus eſt accidentalis iniũncta hominibus à caſu, & fortuna.*
5 *Accidens eſt, quod præter naturæ intentionem eſt.*
6 *Iudicium dandum ſecundum illud, quod eſt de per ſe, & non per accidens.*
7 *Seruitute non probata, iudicandum eſt ſecundum libertatem.*
8 *Iuramentum fidelitatis, & ipſa fidelitas eſt quædam ſeruitus.*
9 *Homo dicitur, qui liber ſui arbitrij eſt; & omnis prohibitio, contradicit libertati.*
10 *Libertatem nemo bonus, niſi cum anima amittit.*

OMnis homo cunctæque res, & bona à principio humani generis de iure naturali gentium, primæuo libera, & allodialia fuere, id eſt franca, & nulli ſubiecta ſeruituti, & quidem quãtum † ad homines 2 quoniam ab origine naturæ rationalis liberi naſcebantur, vt in l. manumiſsiones, de iuſtit. & iure, vbi communiter Doctores, quia in natura Deus, non fecit vnum alteri ſeruum, ſed par omnibus conceſſit arbitrium cuius ratio eſt, ſecundum D. Thom. 2. ſentent. diſtinct. 44. q. 1. art. 3.

4 Quia † natura rationalis quantum ad libertatem, non ordinatur niſi, vt homo
5 ad hominem: Nam † libertas eſt ius inſitum hominibus de neceſſitate, & de per ſe ab exordio rationalis naturæ, & ſic de iure naturali, vt 4. diſtinc. c. ius naturale,
4 ibi (omnium vna libertas) † ſeruitus, aut eſt accidentalis iniuncta hominibus à caſu, & fortuna: vnumquodque autem ſequitur ſpeciem ſuam ſecundum illud, quod eſt per ſe, non ſecundum illud,
5 quod eſt † per accidens extra rationem ſpeciei, hoc autem dicimus per accidens eſſe, quod eſt præter intentionem naturæ, vt patet 2. phyſic. & ſecundum Sanctum
6 Thom. 1. 2. q. 72. art. 1. † Iudicium autem de per ſe dandum eſt, ſecundum illud eſt per ſe, & non ſecundum illud eſt per accidens. vt per Sanct. Thom. vbi ſupra q. 71. artic. 5. & ſic ſeruitus regulariter non habet cauſam naturalem, ſed accidentalem, ideſt impoſitam, vel præſcriptam §. vlt. inſtit. de ſeruit. l. altius, & ſeq. de Aqua pluu. arcend. Ex hoc manifeſtè ſequitur, quod non pro-
7 batur, quod † aliqua ſit ſeruitus; & in dubio iudicium dandum eſt pro libertate, & ſecundum libertatem; & per conſequens præſumendum eſt, quod homo ſit liber, niſi probetur contrarium, vt in l. quoties dubia de regul. iur. vbi legitur (quoties dubia interpretatio eſt libertatis, reſpondendum eſt ſecundum libertatem) & in l. inter partes ff. de re iudic. cap. ex literis, de probat. cap. fin. de re iudic. cap. fin. de coniug. ſeruor. 12.
8 quæſt. 2. cap. cum redemptor, & quia † iuramentum fidelitatis, & ipſa fidelitas, eſt quædam ſeruitus l. ſi curſus §. 1. de vſufruct. & notatur in gloſ. in cap. cum olim extra de priuileg. vbi ius poſſeſſionis, quod eſt contrarium libertati, dictat, quod nemo eſt alterius homo, vel vaſſallus, ſeu fidelis, niſi eſſe probetur, & probatur eſſe probato, quod debet eſſe: Ita dicit, Bald. in l. libertas de iure perſon. idem Bald. in l. 1. C. de ſeruit. & aqua pluu. arcend. & in cap. cum omnes 11. col. in fin. extra de conſtit.
9 Eſt autem conſiderandum, quod ille † dicitur liber homo, qui eſt ſui arbitrij, ſecundum Ariſt. 1. metaphyſ. l. fin. ff. de lib. homo exhib. vnde habentes facultatem liberè de perſonis propriis diſponendi prout volunt liberi ſunt. Nam in hoc differt ſeruus ab homine libero: omnis enim prohibitio, ſiuè temporalis, ſiuè perpetua contradicit libertati, ff. de ſtat. hom. Vnde definitio libertatis eſt §. ſeruitus, inſtit. de iure perſon. Ideò
10 † libertatem nemo bonus, niſi cum anima ſimul amittit: vt dicit Saluſt. in Catilinar. De hoc pulcrè, Luc. de Penn. in l. vn. C. de capit. ciuit. cenſ. exhibend. colon. lib. 10. Bartholom. de ſte Latas in quæſt. Imperat. & Regis poteſtate, refert Dionyſ. Gottofred. in ptaxi ciuili lib. 2. tit. de conſilit. Princ. in cap. incip. perſonæ ab initio fol. 209.

PARTIS SECVNDÆ.

Dilucidatio ſecunda.

THEMA.

Res omnes ab orbis principio liberæ, & abſque ſeruitute fuerant. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Res omnes de iure naturæ libera.*
2 *Ioſeph tempore famis omnem terram Ægyptiorum Pharaoni ſubiectam, & tributariam fecit, & antea liberi erant.*
3 *Serua nulla res præſumitur, niſi probetur.*
4 *Allodialia bona ſunt res propria, quæ à nullo alio recognoſcuntur.*
5 *Seruitus negligentia non præſentis præſcribitur.*
6 *Libertas nullo tempore præſcribi poteſt.*

QVantum ad res immunitas, vt ſunt terræ Prædia, & quælibet res aliæ: Similiter
1 eſt dicendum, quod † originaliter à principio mundi de iure naturali primæuo liberæ fuerunt, vt in §. feræ inſtit. de rer. diuiſ. & l. 1. & ſeq. ff. eod. tit. l. hoc iure de iuſtit. & iure in quibus iuribus omnes ſcribentes firmant ac in cap. nimis de iur. iur. & quæ ibi notant Doctores: & probatur per illud geneſ. cap.
2 47. vbi legitur, quod † Ioſeph tempore famis omnem terram Ægyptiorum ſubiecit Pharaoni, hoc eſt tributariam fecit, quod antea non erat. Ergo ſequitur, ſi de ea ſoluebatur quinta pars, quod antea libera erat: apparet etiam hac ratione, omnis terra, omnes res antequam occuparetur, in nullius bonis erat, vt patet inſtit. de rerum diuiſ. d. §. feræ: Ergo omnis res ante occupationem libera erat: ex hoc etiam ſequitur,
3 quod † nulla res inanimata, nulla terra, vel hæreditas præſumitur ſerua, vel obligata: Item nulla ſubiectio, vel ſeruitus præſumitur, niſi probetur per aſſerentem; vt in l. ſiuè poſſidetis C. de probat. l. nec creditor C. de pignorat. actio. ſecundum Innocent.

in cap.bona il 2. de poſtulat. Prælat. & hoc
vnuſquiſque ſcire debet. ſecundum Bald.
in l.1.C.de ſeruit.& aqua pluu. arc. Alex.
conſ. 15. lib.5. Iaſon in l.ſi priuſquam de
4 nou. oper.nunt.col.13 ✝ bona autem allo-
dialia: dicuntur enim res propriæ, quæ ab
alio non recognoſcuntur, niſi à ſolo Deo
cap.1.de allod.in vſib.feud. Aluarot. quia
cuncta quæ Deus creauit, fecit in miniſteriũ
cunctis gentibus, quæ ſub cęlo ſunt, vt in
Deut. ronom. cap. 4. vnde homo quilibet
conceſſione diuina poteſtatem habuit præ-
occupandi cuiuſcunque rei poſſeſſionem,
quæ à principio erat communis, & omnis
res præſumitur allodialis, donec probetur
contrarium, d.l.libertas ff. de ſtatu homin.
hinc fit, quod ſufficit ad præſcriptionẽ ſer-
uitutis ſola negligentia non petentis l.ſi is
qui pro emptore §. qui ſeruus ff. de vſu ca.
& l.1 C.de long.temp.præſcrip. quæ pro li-
6 bertate, & non contra libertatem. ✝ Li-
bertas enim nullo tempore præſcribi po-
teſt l.fin. eod.tit. Bartholom.de las Latas in
d.tract. de Imperat.& Regis poteſt & idem
Gottofred. vbi ſupra in cap. incip. ab initio
liberè d. fol.209.

PARTIS PRIMAE.

Dilucidatio tertia.

THEMA

Regna à Popolis Regibus donata, nè diſtraherent, neque diuiderent communis.

SVMMARIVM.

1 *MEum, & tuum quietem humanam turbarunt.*

2 *Populi, & Gentes Reges ſibi conſtituerunt, eiſque Regna dederunt, nè diſtraherent, & indiuidua conſeruarent.*

DVlciſſimus ille omnium vſus in mundo
erat, vt omnia communia eſſent, & oc-
cupanti cõcederentur, cum per iniquitatem
mortalium ſublatus eſſet, & adiuuenta illa
duo verba (quæ quietem turbarunt videli-
1 cet meum, & tuum, vt in Canon. dilectiſſi-
mis fratribus 12. quæſt.1. & cum gentibus
Prouincijs iam diſtinctis Reges ſibi conſti-
2 tuiſſent, ea lege Regna dederunt ✝ Regibus,
vt propria ipſorũ Regna non eſſent patri-
monia: teſtatur Luc.de Pen. in l.2.C.de feud.
patrim.lib.12.per l.2.§. hoc interdicto il 2.
ff.nè quid in loco publ. Hoc tamen pacto à
Populo Regibus data, vt Regna ipſa indiui-
dua ſeruarentur, & nè ipſorum partem ali-
quam diſtrahere poſſent, vt per Doctores
communiter, maximè Innocent. in cap.licet
de voto.

PARTIS PRIMÆ.

Dilucidatio quarta.

THEMA

Reges in cunctis Prouintijs adeſſe non valentes, media via adinuenta, directo dominio retento vtile particularium rerum, fideliter ſeruientibus donarunt, & ſic feuda introducta. Communis.

SVMMARIVM

1 *REges ✝ in cunctis partibus regnare non ualentibus coacti inuenerunt Barones aptos ad militandum.*

2 *Reges, Barones in aliquibus Prouintijs præpoſuerunt, Capitanei appellati, quibus merum Imperium conceſſerunt.*

3 *Reges aliquam partem dare uolentibus pacta de non diſtrahendo ſeruare detempto directo dominio utile dederunt.*

REges, non valentem fidem pollicitam po-
pulis ſeruare, ne Regna diſtraherent,
nec diuiderent, nec perſonaliter in cunctis
Prouintijs, & Regnis adeſſe, propter quod
eueniebat, vt Regna manus recta guberna-
rentur: fuerunt coacti, homines graues vul-
1 go Barones ✝ adinuenire, grandes corpore,
& actos ad militandum à verbo Græco Ba-
ro Latinæ graues: ſecundum Luc.de Penn.
in l.fin.C.de manc.& colon. lib.11. quorum
aliqui excubijs quaſi varones, hoc eſt ſep-
tatores, & ſequentes Regni eſſe deberent:
aliqui in aliquibus Regni partibus ipſi Re-
ges pręeſſe non poterant, & maximè bellis,
2 nomine ipſorum debellauerant ✝ præpo-

ſuerunt : quibus merum, & miſtum Imperio dederunt, Bald. in cap. innotuit de electiion. ex qua poteſtate euenit quod à lege Capitanei appellati ſuerunt, vt in cap. ſundamenta §. perinde de election. & teſtatur idem Bald in cap. 1. verſ. March. col. 2. de his qui ſeud. dar. poſſ. & habetur in c. 1. quis dic. Dux in c. 1. §. 1. de his qui feud. dare poſſ. Adiuuentis itaque Baronibus, qui cum multis animis in Prouintijs Regibus fideliter ſeruiſſent, & Reges ne ingratitudinis vitio, notarentur, & ne Barones in futurum eos deſererent, cum voluiſſent eos remunerare, & ne valuiſſent, vt populis pacta ſeruarent : Baronibus aliquam partem Regni dare hac medit via vt retempto directo dominio penes Reges vtile dominium rerũ particularium Regni ipſius donabant, donec Regibus placeret, à quibus magna fidelitas ſperabatur. Vnde feuda ceperunt eſſe cap. 1. ex quib. cauſ. feud. amictat.

PARTIS PRIMÆ.

Dilucidatio quinta.

THEMA

Modi plures quibus feuda dari, & concedi ceperunt.

PRimo ad beneplacitum vt etiam nedu Reges reuocabant.

Secundo, vt conceſſio duraret vſque ad vnum annum tantum.

Tertio, vt duraret vſque ad vitam fidelis.

Quarto, vt peruenirent ad vnum ex filijs feudatarij, quem Rex eligebat.

Quinto æqualiter ad omnes filios tantum.

Sexto ex beneficio Corradi, ad nepotes ex filio feudum communis Patris perueniret.

Septimo, vt frater fratri, ſine legitimo hærede de functo, vel filio, in beneficio, quod eorum patris fuerat.

Octauo vſque ad quartum gradum ſecundum quoſdam, & alij dicunt vſque ad ſeptimum gradum.

Nono & vltimo inter deſcendentes ex maſculis vſque in infinitum, vt omnia prædicta ad literam habentur in c. 1. §. & quia vidimus : de his, qui ſeud. dar. poſſ. & in c. 1. de ſucceſſ. feudi vbi ſcribẽtes omnes communiter hoc firmant, Serader. de feud. part. 7. cap. 5. num. 1. cum alijs conceſtis infra in articulo 9. in Dilucidationibus de ſucceſſione deſcendentium de iure communi feudorum, & Regni latius, qui, & quomodo ſuccedatur dicimus.

PARTIS PRIMÆ.

Dilucidatio ſexta.

THEMA

Feudorum originem Romanorum temporibus ſub clientelis fuiſſe. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudorum originem antiquiſſimum fuiſſe à Romuleis temporibus.*

2 *Feuda ex clientelis ortum habuiſſe, ut Vaſailus loco clientuli, & Dominus loco patroni, qui tempore Romuli fuerunt.*

3 *Clientes ab initio Romæ fuiſſe qui potentes copularium cauſas defendentes vocabunt.*

4 *Agri nomine clientelæ clientibus dabantur, qui iurabant nihil ſe contra Patronos molituros.*

ANtiquiſſimam feudorum originem
1 † fuiſſe dubitandum non eſſe per tex. in cap. vnico in princ. qui feud. dar. poſſ. vbi ſi Ferr. Montan. in cap. 1. §. 1. ſcribit : hoc eſſe nuperrime inuentũ : & ſi alij antiquitatẽ Romanis tribuunt alijque Longobardis tempus, ex quo originem habiſſe non annotarunt, & quomodo à Romanis, & ex qua eorum parte ceperit occaſio inter omnes non æque conueniunt. Ego, inter tantos Doctiſſimos viros minimus, miror. Nam occaſio patet in præcedenti dilucidatione,
2 & ex clientelis, vt vaſſallus † loco clientis, & Dominus loco patroni, ſit. Ita tenet Guilelm. Budeus in l. herennius ff. de euiction. qui ad priſcorum Romanorum inſtantiam feudalia iura hæc refert : Apud quos inde à Romuleis temporibus Patronorum clie-

tum.

eum inſtituto naſcuntur. Oldendorp. de actio.benefic.Hannetton.d.c.2. lib.1. & eleganter Sonsbehc in tract. feud.par.1.nu.30. & ſeq.Arnald.Forcon. in Conſuet. Burdeg. tit.8.de feud.in princ.lib.2.qui ex Iulio Cęſar. lib.2. de bel. ciu. hoc probans dicit, erant pleſumque, vt ex hoc tempore, & municipia, & vrbes in fide aliquorum potentiorũ: quare & P. Dolobell.lib.9.epiſto. famil.apud Marc.Tul.Cicer.diſſuadẽs Marco Tullio ne propè iam indiuinata victoria. Pompeium Magnum ſequeretur: animaduertere ſatis eum ait: Cneium Pompeium; nec nominis ſui, nec rerum geſtarum gloria,nec etiam Regum,ac nationum clientelis,quas oſtentare crebro ſolebat,eſſe tutũ: & vltrà Budęum, originem feudorum probarũt,Claud.Cantiunc.in Topicis iuris ciuilis: facit cap.1.ff. & ſi clientulus;de alienat. feud.& de ipſis clientibus fit mentio in l.3. de vſu, & habetur in l. 3 ff. ſed quod diximus, de pęn. leg. l.5. ff. de his qui deiecerunt, tit. 1. C.vt nemo ad patrocin. ſuum ſuſcip.ruſtic. & ibi Cuiacius, & ex Dionyſ. Alicarnaſ. Aulo Gellio, & alijs, quos adducit Vlderic. Zaſ.poſt Budæum: in epit. feud.in procem. par.1. num.1. & 2. col. 1. & in l.2. num.15. de orig. iur. contrariamq; ſententiã cõmunẽ eſſe erroneam, & ex vetuſtaignorantia proceſſiſſe, dicit ab Vr-
3 bis Romanæ initio † Potentes popularium cauſas tuendas ſuſcepiſſe, quos clientes nominabant, qui ſe, & ſuos in potentum ditione commendabant, cum Romani in Gallia, Germania, & alibi victricia ſigna contuliſſent: magnãque partẽ clientũ in Prouincijs remanſiſſe,veriſimile eſt (cum multum
4 eſſet agris)vicinos pro † clientibus inuitaſſe, eiſque agros, & fundos nomine clientelæ, certis in vtroque obligationum capitulis conſtitutis, contuliſſe: atque ita temporis, quod omnia variat, proceſſu, feuda, atque conceſſiones in id genus emerſiſſe, & idem tenere videtur Pirr. Aurilit. tit. de feud. col. 1. fol. 4. Recipiebant ergo veteres in clientelam quoſdam, qui iurabãt ſe nihil aduerſus patronos molituros iſti è contra ab illo velut à tutore, patronoque defendebantur. Ita quod in iure ſit Titulus de forma fidelitatis.

PARTIS PRIMÆ.

Dilucidatio ſeptima.

THEMA.

Feudum à fide, vt in ſequenti Parte latè fundatur, & ex Spartanorum conſęderatione, & ſocietate feudorum originem antiquiſſimam eſſe. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feuda a Spartanorum confœderatione dem nſtrantur antiqua.*
2 *Feudum à fide.*
3 *Feudorum uocabula, quæ Latinæ fecit Budæus, in fidem ſe conferunt.*
4 *In fidem eſſe, ideſt feudum tenere, obſequiũ exhibere, eſt fidem, & homagium facere, & aliæ declarationes.*
4 *Feuda Romanorum temporibus fuere licet ſub alijs uocabulis.*

SPartani quandam coibant ſocieta-
1 tem,& conſęderationem † quam phedigion appellabant, ex quo Budæus conie-
2 cturam optimam fecit,eum à fide † feudum dici;nemo dubitat,ſed vox Barbara eſt,& à Gotis eo ſæculo facta,quo Romanus ſermo cum Imperio ipſo labefactus temporis calamitatem ſenſit. Omnia vero feudorum
3 vocabula † ferè Latine fecit Budæus, vt eſt in fidem ſe conferre: in fidem admitti: cliẽtulum pro vaſallo, quod & in feudis ſæpe traditum eſt, & in cap.1. de content. inter domin.& fidelem,in cap.1.de client.feud.in princ. & patronus pro Domino, & cliente-
4 larium prædium pro † feudo: in fidem eſſe, pro eo,quod dicitur,rem in feudo tenere, inijcere manum prædio: pro eo, quod eſt Sayſire feudum: emancipare prædium, eſt alij tradere,& vendere feudum: obſequium exhibere, eſt fidem, & homagium facere,& laudemia pro accordamentis, & alaudium ſiuè allodium pro libero fundo,& pleraque id genus,& alia declarat Budęus in d.l. Herennius, & omnia faciunt quod tempore
5 † Romanorum feuda erant, licet ſub alijs vocabulis, ſcilicet prædia clientelaria, &

vaſallos ſub vocabulo clientis, ac Dominos ſub patroni voce comprehendebatur, vt ſuperius oſtenditur.

PARTIS PRIMÆ.

Dilucidatio octaua.

THEMA.

Vaſallos à Romanis originem habuiſſe cum alijs tamen vocabulis. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaſalli tempore Romanorum ſub diuerſis vocabulis fuerunt.*
2 *Cuſtodes, prouocatores, & actores uti uaſallos Romanorum tempore poſſidebant.*
3 *Coloni aſcriptitij Romanorum tempore ad inſtar Vaſallorum erant.*

1 VAſallos † originem à Romanis ſumpſiſſe, aiunt, dum in libris Codicis
mentio fit actorum, cuſtodum, & præcipuè Colonorum, quibus agri certi, ea conditione attributi erant; vt cum eos colerent, certam eorum nomine penſionẽ præſtarent, neque dimittere illos poſſent, l.6.& l.18.& l.19.C.de agric.cenſib.& col.
2 cuſtodem † denique, & procuratores, atq; actores poſſeſſionum, cępiſſe perpetuò iure poſſidere, quod prius quaſi præcario poſſidebant: Quin etiam inſignis præfertur locus ex Maximilianenſis lib. de prouid. ſcilicet fundos (inquit) maiorem expetũt, & Coloni dicuntur fiunt, iugo ſe inquilinæ abiectionis abdicant. Item quos ſuſcipiunt, vt alienos, & extraneos, incipiant habere, quaſi proprios: quos eſſe conſtat ingenuos, vertunt in ſeruos, quibus tamen in locis in omnibus nulla militaris muneris vel tenuiſſima mentio fit, dicit Franc. Hotoman. in ſua diſputa. feud. cap.2. fol.16. quæ omnia conferunt quod feuda à Romanorum temporibus originem cepiſſe, & ex prima noſtra huius partis dilucidatione patet, & quod à Colonis † aſcriptitijs, ſeu hominibus, qui Romanorum tempore fuerũt, & Colonias ad feuda & Colonos ad feudatarios deducũt, dicit Borcol. poſt Cuiacium de feud. cap.2. num.12. Hominum iſtorum eſt mentio, in l. 4. C. de dignit. lib.12. in l. 2. C. de Epiſcop. & in l. vnica C. de conductoribus, & procur. fundorum fiſci.

PARTIS PRIMÆ.

Dilucidatio nona.

THEMA.

Feudorum originem ſi à Longobardis aliqui deducunt, non ab eis, ſed Romanorum temporibus fuiſſe ſub clientelis magis. Communis.

SVMMARIVM.

1 *FEuda à Longobardis originem ſumpſiſſe aliqui dicunt.*
2 *Clientulus, & feudatarius idem eſt.*
3 *Feuda ab antiquiſſimo Romanorum tempore ſumpſiſſe originem, magis communis opinio eſt.*

LIcet, nec in legibus Romanorum, nec in Anthẽticis nulla fiat expreſſa de feudis mentio: coniectura, & probabilior eſt ex hoc peruenire dicit Fritia de ſubfeud. in princip. num.9. & ſeq. vbi & alias refert opiniones; & ſi num.35. & 55. dicat: mihi
1 probabilius liquet ex Longobardis † feuda ipſa exordium cepiſſe, quia cum ipſi Italiam inuaſiſſent aliena prædia gratis accipiebant: Non ex hoc operatur, quod antiquioribus temporibus, & Romanorũ feuda non fuerint: & ipſemet probat contrarium ex multis dictis num.8. & 9 ergo ſua opinio ſubſtineri nequit, ſed dum clientelę de iure antiquo. Romano cognite fuerunt, & ad inſtar infeudationum erant, & cliẽ-
2 tulus † feudatariuſque idem eſt, vt expreſsè habetur in cap. 1. §. & ſi clientulus, de alien. feud. ibi (& ſi clientulus fecerit bellum, vel aliud de medietate feudi) & de ipſis clientulis fit mentio in multis iuribus in præcedenti dilucidatione 7. allegatis, & quod à clientelis Romanorum feuda venerint, vltra quę diximus in pręcedentibus expreſsè firmat Blanc. in cap. 1. nu. 22.

per

per verbum Forte Zaſ.latè in procem. p. 1. num. 1. & 2. & in l. 2. num. 15. ff. de orig. iur. Oldendorp. vbi ſupra Hannectno c. 2. lib. 1. Alicarnaſ. lib. 2. antiquit. Gell. lib. 5. c. 13. & id mentio de eis in d. iuribus Budęus in d. l. Herennius ff. de euiction. Roſental. d. cap. 1. concluſ. 8. in gloſ. liter. A. Ergo feuda ab antiquiſſimo Romanorum tempore nemo
3 dubitare, & pro ✝ magis communi opinione teneri debet, cum roborata ſit tantorũ virorum authoritate, qui etiam contrarijs reſponderunt, & ex alijs infra etiam dicendis.

PARTIS PRIMÆ.

Dilucidatio decima.

THEMA.

Officia, & magiſtratus dicebantur militiæ, ipſiſque magiſtratuum adminiſtratoribus dabantur territoria, & Prouinciæ vt in feudum. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratibus à Romanis dabantur territoria, in quibus ius dicerent, & officia magiſtratuum militia dicebantur.*

2 *Magiſtratus Romanorum tempore annales erant, ſed tempore Calori Magni ad uitam, & militijs, & iudicijs præerant.*

3 *Magiſtratus ad filios prorogati, & dein de ad liberos deſcendentes, in infinitum, & ad Collaterales.*

1 HErman. Vulteius in lib. 1. de feud. c. 1. ex alijs firmat apud Romanos:✝ mos erat magiſtratibus ſingulis territoria, in quibus ius dicerent, aſſignandum, tamdiù quanti populo, vel Imperatori placeret, & officia magiſtratuum, quæ tunc militiæ dicebantur, hodie feuda, ab initio dabantur præcatio, vt ex tex. in cap. 1. ſ. & quia vidimus de his, qui feud. dar. poſſ. & hoc tempus, eſt antiquiſſimus tempus quo Gerard. hoc dixit: & illi magiſtratus
2 ✝ annales erant, quod Romanorum proprium fuiſſe, nemo eſt, qui dubitet: ſed ſub Imperatoribus, tempore Caroli Magni, vel non multo poſt primum factum eſſe puto, vt magiſtratus ad vitam illius, cui concedebatur, eſſet. Quia magiſtratus cum appellatione militię dum contineantur, tam ſi erant militares, quam ſi iuri dicendo præpoſitis, & qui in Prouincijs iuri dicendo præerant, eaſdem ab hoſtibus defendere neceſſe habuerat: Poſtea dignitas illa ad
3 ✝ filios etiam deuoluta ſunt, non tamen ad filios omnes ſed Imperator quem vallet, tempore autem Corradi ad alios, etiam, & ad liberos in infinitum & ad Collaterales certo modo.

PARTIS PRIMÆ.

Dilucidatio vndecima.

THEMA.

Romanorum Imperium vndique vexatum & differentiæ multæ ortæ inter Imperatores, & magiſtratus pro ipſis ſedandis ex ęquitate conſuetudines feudales introduxerunt.

SVMMARIVM.

1 *Romano Imperio undique uexato, pro differentijs ſedandis Conſuetudines feudales introductæ ſunt.*

2 *Imperatores poſt Carolum Magnum ex Germania proceſſerunt.*

3 *Feudũ penes Romanos, & ſub Imperatore Carolo Magno immutata ſub alio nomine.*

1 CVm Imperium Romanum omni ſui parte ab hoſtibus ✝ vexaretur, & Imperatores poſteriores prudenter aduerterint, ruinam Imperij occidentalis à magiſtratibus Imperatorum, qui tunc in Oriente inhabitabant, vide tes, quod ſe Prouinciarum Dominos conſtituerent: vel cũ hoſtibus Imperatorum colluderent, ſpe ampliorum opum, & dignitatum, conſultius viſum eſt præter dign tatem adminiſtrationem, magiſtratibus, etiam dignitatem illarũ Prouinciarum, & territoriorum, in quibus erant magiſtratus, concedi & in his adminiſtrandis

ſtrandis, & defendendis eſſent alaeriores,&
fideliores, & Imperatores reſeruarent ſibi
fidelitatem, duntaxat,& ſeruitium,quam vt
Prouinciæ ab Imperio Romano prorſus
euellerentur. Hoc autem ſine dubio fa-
ctum eſt per conuentionem inter Impera-
torē,& magiſtratum, atque ideo neceſſe fuit
ſępe de territorijs inter Imperatorem, &
magiſtratum, ſiuè magiſtratus, item inter
magiſtratus ipſos ſi fortè in eodem territo-
rio eſſent plures, etiam eſſent confines,&
cōtrouerſiæ; has autē controuerſias neceſ-
ſe erat iure definiri, & ideò dum id ius eum
in legibus Romanorum non ita clarè re-
periebatur, vt puta magiſtratuum iure
maxima ſui parte mutato, inde factum eſt,
2 & † controuerſiæ illæ deciderentur ex
æquitate, & ex æquitatis illius deciſione
conſuetudines feudales introducerentur:vt
mirum non ſit vocabula, quibus in hac do-
ctrina vtimur,eſſe Barbara,& Stoica: ſiqui-
3 dem omnes Imperatores † poſt Carolum
Magnum ex Germanis ſunt oriundi. Feu-
da igitur ſemper fuerunt apud Romanos,
ſed ſub Imperatoribus immutata ſub Caro
lo Magno, & Imperatoribus ſubſequenti-
bus,& vocabula noua ex immutatione rei,
& ius nouum acceperunt, vt ex Vulteio
vbi ſupra.

ponens verbum ſtipendiarium de prædijs
1 † datis militibus, vt ex eorum fructibus
viuerent, ſtipendiorum nomine, atque Rei-
publicæ ſeruirent abſque alijs ſtipendijs: &
in præmium emeritæ, militiæ Romanorum
tempore dabantur, & ſic militiæ, & ſtipen-
2 dia antiqua † ad inſtar feudorum militibus
territoria dabantur, vt in §. Lutius ff. de
euiction. l. ſed& ſi de rei. vendicatione
firmant. ex alijs Vigl. Zuich. in rubr. in
inſtitution. de teſtament. milit. &
Sonsbech. vbi ſupra num. 33. dum militiæ
ad inſtar feudorum militibus à Romanis
dabantur: feuda à Romanis cognita dice-
re neceſſe eſt: multa de militijs & ſoldatis
tradit idem Garſ.d.cap.12.num.15.& ſeq.&
proinde à militijs feuda originem ſumpſiſ-
ſe dicit Haoland in nouell.53.& 33. Olden-
dorp. vbi ſupra refert Hotoman. in diſput.
feud.cap.1.& 2. Borcolt. cap.1.Fritia loco
citato num.22.& 39.deducit quandam affi-
3 nitatem eum prædijs † pro ſtipendijs mi-
litum in Prouincijs conſtitutis habeant ex
eis originem feuda habere dicit Sonsbech.
par.1.num.33.& de his militijs fit mentio in
l.omnimodo §. 2.C. de in offic.teſtam. & in
l.fin.C.de pignor. & l.49.ff.de leg.2.licet nō
ſint omnino ſimilia dicit Roſental. de feud.
cap.1.concluſ.8.in gloſ.lit.B.

PARTIS PRIMÆ.

Dilucidatio duodecima.

THEMA.

Militiæ, & ſtipendia antiqua ad inſtar feudorum dabantur militi-bus. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Militibus pro militia, & ſtipendijs antiquitus dabantur territoria ad inſtar feudorum.*

2 *Feuda à militijs originem ſumpſerunt.*

3 *Feuda à prædijs, quæ pro militijs dabantur, originem habuerunt.*

IOannes Gail in tract. de expenſ. & melio-
rat.cap.12. num. 54. ex Luc. de Penn. in l.
quicunque C. de omni agro deſerto lib. 11.
& ex Sonsbec de feud. par.1.nu. 31. per §.
1 Per traditionem inſtit. de rerum diuiſ. ex-

PARTIS PRIMAE.

Dilucidatio decimatertia.

THEMA.

Feudorum origo à Longobardis non ſubſtinetur, eſtque falſa leges ſcriptæ Longobardorum, ipſarum non eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Feuda à Longobardis originē trahere aliqui dicunt.*

2 *Feuda originem à Longobardis habere eſſe falſum.*

3 *Longobardi conſuetudinibus à principio & nulla lege ſcripta regebantur.*

4 *Leges ſcriptæ Longobardorum non ab ipſis, ſed à Carolo Magno.*

5 *Longobardorum legum liber Capitularis Caroli Magni appellabatur.*

6 Lon-

Digitized by Google

6 *Longobardorum leges. ſiue capitula edita à Carolo Magno poſtquam eos ab Italia deleuit hortatu, Pontificis Adriani.*

7 *Longobardi Italiam vaſtarūt ab anno 572. uſque ad annum 776. fuerunt eiecti.*

ALij à Longobardis feuda repetunt, quod nimirum, à Germania, præſertim ex ea parte, quæ Saſſonia dicitur Vvecembech. de
1 feud. cap. 3. num. 2. Longobardi † prodeuntes, & Italiam occupantes è patria eorum, & conſuetudines de feudis ſecum attulerint, illiſque in ea parte Italiæ in qua ſedes ſibi conſtituerunt, quæ ex eo dicta eſt Longobardia, ſiuè Lombardia, perinde ſicut in eorum patria vti fuerint, quos poſtea alij vſus illos approbantes, ſecuti ſunt, vt in prælud. feud. Iſern num. 41. Afflict num. 27. Beluiſ. num. 24 Duaren. de feud. cap. 2. & 3. de benefic. cap. 3. atque hanc communem eſſe Doctorum ſententiam teſtatur clarus in ſ. feudum q. 1. Claud. Seylell. in ſpecul. feud. circa definitionem feudi ſ. 3. principaliter Borcolt. d. cap. 2. num. 2. vbi tamen ſubiun-
2 git hanc communem † falſam eſſe: Et ſi dicitur, ex quo in cap 1. de feud. cognit. in c. 1. de content. inter dom. & fidelem de inueſtit. feud. & in cap. 1. de not. feud. fit mentio de legibus Longobardis, & in ipſis Longobardis legibus eſt titulus de beneficijs, & terris tributarijs, & ſic de feudis, quæ beneficia
3 ſunt, nihil oportet, quia ab initio † nulla ſcripta lege vti fuecrunt, ſed conſuetudinibus regebantur, quarum ſœpe ſit mentio in volumine Longobardorū legum intitulato eorum lingua Caderfredam, quod verbum conſuetudo dicere interpretatur, Nicol. Boer. in l. ſi duo ſtatus de ſucceſſio. Cuius eſt quoque mentio in l. 1. de reb. à conduct. car.
4 & ſi poſtea leges † in ſcriptis edidiſſe: leges ipſe non à Longobardis editæ, ſed à Carolo Magno Francorum Rege, & Romanorum Imperatore; & libri ipſarum legum appellatur capitulare Caroli. Secundum gloſ. in cap. 1. 33. quæſt. 1. verſ. ſcriptum eſt, primo libro capitulare Caroli videlicet, in Lombardia, quod ad hoc allegat Alexand. in l. ſi pro hærede ſ. ſi ſepulcri ff. de acquir. hæredit. & per Ioann. Baptiſt. Caccialup. de S. Seuer. in cap. 1. verſ. adde quod iſte leges Longobardorum, & per Franc. Cur. in ſuo tract. de feud. par. 1. q. 1. & talem librum Longobardorū legum fuiſſe à Carolo prædicto, & capitulare ipſius appellari probatur etiam per ſuprascriptionem cap. in memoriam 19. diſtin. ibi (item ex capitulis Caroli Imperatoris) idem in c. ſacrorum Canonum 63. diſtin. & in cap. omnes in fine 11. quæſt. 1. ibi (ita inſcripta per Carolum reuocata cognoſcat, quæ in ſuis capitularibus) ait & ibi gloſ. dicit, quod non inuenitur in Longobarda; quod nunc eſt, ſed ea, quæ eſt in Gallia, & in cap. ſeq. incip. volumus, legitur (& inter noſtra capitula pro lege tenenda, &c.) vt tit. in cap. pro leg. tenend. l. vnic. & in l. 1. de Epiſcop. & Cleric. ſic appellat gloſ. in cap. 1. ſ. iniuria, vel furtum tit. legitimè de pace iur. firm. & comprobat ex alijs Boer. in præfatiuncul. lib.
5 Longobard. leg. & ipſe leges † ſiuè capitula edita fuerunt à Carolo Magno poſtquā ab Italia ipſos Longobardos deducit hortatu Adriani Pontificis pro Eccleſia Anno Domini 776. c. hortatu 24. q. 8. & ante has progatiuas in c. Adrianus 63. diſtin. & Fritia de ſubfeud. c. de antiquo ſtatu Regni poſt Croniſtas, quin ab Italia eiecerat dum ab
6 anno Domini † 572. ipſam deuaſtare, & regnare cęperant, ſecundum Euſeb. de tempor. cōmemor. & ex Paul Diacono refert Proſper Rendell. Doctor acutiſs. ingenij in reliquias iuris Longobardis c. 1. nu. 3. & ex his concluditur cum Borcolt. vbi ſupra communem opinionem feuda à Longobardis originem trahere eſſe falſam, vt plenius infra demoſtratur.

PARTIS PRIMÆ.

Dilucidario decimaquarta.

THEMA.

Feudorum originem non ex iure Romanorum, ſed ex Conſuetudine Germanorum habuiſſe traditur communis, & vera.

SVMMARIVM.

1 *FEuda ab ipſa conſuetudine, & uſu maximè Germanorum originem traxiſſe aliqui dicunt.*

FEudorum originem, non ex iure Romanorum à Longobardis ab ipſa conſuetudine ab vſu maximè Germanorum Iſer. in prælud. feudorum num. 41. verſ. quarto dubi-

dubitatur, & quæritur, vbi ſubdit multas differentias inter vtramque militiam, à Paſtoribus Imperatoribus ad inuenta, inquiẽs Afflict. in prælud. n. 27. Beluiſ. in ℊ. fin. de his qui feud. dar. poſſ. vbi Laudenſ. in princ. nu. 24. & dicit ex conſuetudine feuda originem ſumpſiſſe communem opinionem eſſe Aluarot. dicit in proœm. verſ. quæro ſeptimo, & in cap. 1. num. 3. de content. inueſt. inter domin. & vaſall. hanc opinionem ſequitur Ferrar. Montan. lib. 1. feud. c. 1. & 2. Seyſell. in tit. de diffinitio: eleganter Vvſenbech. in princ. ſui tract. de orig. feud. & hoc communiter receptũ ex alij teſtãtur Iaſ. in prælud. feud. n. 33. & ſeq. Clar. in ℊ. feudũ q. 1. Marim. Fritia in princ. lib. 1. de orig. feud. n. 4. & ſeq. præſertim nu. 82. eleganter, & latè hunc pũctum excutiens, Mozz. in c. de orig. feud. nu. 4. Scrader. par. 2. c. 1. n. 2. Vvlteius de feud. lib. 1. cap. 1. nu. 1. 10. & ſeq. præſertim nu. 14. quam ſententiam recitatis, & reiectis aliorum opinionibus comprobat Intrigl. in centur. feud. q. 3. nu. 20. ex Iulio Claro in d. loco q. 1. crebiorem vnicam, & concordem omnium eſſe refert Cum. in prælud. cap. ſi aliquem nu. 6. in fine Zaſ. in feud. par. 1. in princ. Ardizon. c. 2. Roſental. de feud. c. 1. concluſ. 8. in gloſ. lit. D.

PARTIS PRIMÆ.

Dilucidatio decimaquinta.

THEMA.

Feuda, nec à Romanis, nec à Longobardis originem habere ſi aliqui dicunt tamẽ veritas eſt quod à Romanis peruenerunt vltraque diximus ex multis authoritatibus concluditur verior.

SVMMARIVM.

1 *Feuda non à Romanis nõ à Longobardis cepiſſe, ſed nouæ, & politiarum feudalium forma eſſe.*

2 *Feudorum uſum à Gallis ad Germanos, aliaſque Europæ Populos ueniſſe.*

3 *Feuda Romanorum tempore fuiſſe cognita & originem ſumpſiſſet quam opinionem opinionem Author amplectitur, & ex multis comprobat ueriorem.*

ALij, nec à Romanis, nec à Longobardis feuda deducunt, inter quos Ferrar. Mõtan. in lib. 1. de feud. cap. 1. dicens, quod iuris Romani conditionibus feuda latitabãt, quare nihil de eis conſtituere potuerunt, ſed nouæ ſunt politiarum feudalium formæ, quas nouis regulis eorum qualitatibus ſic exigentibus comprehendere oportebat: vt longè ſecus ac rerum priuatorum, iudicande veniunt in quibus, ſi quid iure cõſuetudinario feudalia prætermiſſum ſit, ad iure cõmune ſcriptum cõfrigere iubemus hæc ille Ferrar. Montant. d. loco. & Ioannes Garſ. in d. tract. de expenſ. c. 12. Sonbech. p. 1. de feud. n. 3. Cõnan. in commen. iuris lib. 2. c. 9.
2 n. 5. exiſtimant feudorum † mores veniſſe à Gallis ad Germanos alioſq; Europe Populos, ex Cæſare lib. 3. de Bello Gallico: & ſi ex ſuperius dictis patet quod feuda
3 † Romanorum temporibus cognita, & ex ipſis Romanis originem ſumpſerint, quia clientelæ, & militiæ ad inſtar feudorum erãt & hæc opinio amplectẽda eſt qua comprobatur authorit. Octoman. in ſua diſputatione feudali c. 2. de var. Doctor. & hominum ſententijs de feudorum origine, & inſtitut. aliorumque etiam iurium, & antiquorum authorum, ſententijs fundat, & ex pluribus Hingin. Flauio, & Pomponio leto dicente, veterem conſuetudinem fuiſſe, eamque ab Imperatore Conſtantino repetitam, vt Ducibus præfectis, & tribunis: qui pro augẽdo Imperio conſueuerant, darẽtur agri villeq; vt neceſſaria ſuppeterent, quo viuerent: quas parrocchias vocabant: Suetonius, in Iulio aſſignauit, & agros veteranis milibus, ſed non continuos, ne quis poſſeſſor appellaretur: eiuſque aſſignationis mentio fit in l. item ſi 15. ℊ. 1. ff. de reiuendic. & in l. 2. de euiction. & vocabula noua, ex immutatione rei, acceperũt, & alijs multis relatis opinionibus, ita ex multis firmat. Vvlteius de feud. c. 1. n. 14. fol. 12. quam opinionem comprobat etiam Bald. lib. 1. c. 1. n. 22. per verbum fortè de defin. feud. Hannetton. c. 2. lib. 1. Sonsbech lib. 1. de feud. n. 30. & ſeq. Arnald. Ferron. in Conſuet. Burdegalenſ. tit. 8. de feud. in prin. lib. 2. Roſental. de feud. concl. 8. c. 1. qui alios adducunt, & ex ſuperius in præcedentibus Dilucidationibus, allegatis clarè patet, feuda à Romanis ne dum antiquiſſimis, ſed Romuleis, & Imperatoribus temporibus originem habuiſſe, veriorem, & communem opinionem eſſe.

THEATRI FEVDALIS PARS SECVNDA

DE ESSENTIA, ET DEFINITIONE FEVDORVM

PRIMA DILVCIDATIO.

THEMA.

Feudum dicitur à fide, & fides quaſi fac, & dic: quia in facto, & dicto vaſallus debet eſſe fidelis. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum à fide ſiue à fidelitate dictũ: à faida nomine Longobardo inimicitia, vel à fieri.*

2 *Fides in feudo conſiſtere debet in illis ſex videlicet incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, & poſſibile.*

3 *Fidelitas eſt baſis, & fundamentum feudi: & ſine fidelitate non eſt feudum.*

4 *Fide dicitur, quaſi fac & dic: mutus, qui cum lingua ſeruire non poteſt, amittit feudum.*

5 *Fidelitas conſiſtit intuitione perſonæ honoris, & bonorum Domini.*

1 FEuda à fide ✝ ſeu à fidelitate nuncupata ſunt. cap. 1. ꝟ. fin. per. quos fiat inueſt. ibi (nulla autem inueſtitura ei fieri debet, qui fidelitatem facere recuſat) cum à fidelitate, ſiue à fide feudum dicatur, vel à faida nomine Longobardo, inimicitia, gloſ. in c. 1. verſ.

verſ. legibus, in finalibus verbis de his, qui feuda dare poſſ. ſeu à ſedere, quaſi pro tuēda, & defendenda inimicitia publica: ex quo Longobardi feudum, beneficium militare voeatum dicit Garſ. in tract. de expenſ. c. 12, num. 30. vel à fieri ſecundum Ant. de Prat. in d.c. 1. de his qui feud. dar. poſſ. teneatis qualem opinionem vultis de prædictis modo intelligatis nomen hoc attendere obligationem ipſius fidelitatis, adeò vt licet in omnibus contractibus graue ſit fidem fallere l. 1. in princ. de cōſtit. pecun. l. bona fides ff. de poſit. & l. beneficiū C. de action. & obligat. fides ✝ tamen per excellentiā in feudo conſiſtere debet, quę ineſt in illis ſex videlicet incolume, tutum, honeſtum, vtile facilè poſſibile c. vn. de form. fidelis & propterea, Iſern. in c. porr. col. 4. & 8. quæ fuit prima cauſ. ben. amiſſ. dixit de ſubſtantia feudi, non eſſe ſeruitium quod præſtatur à vaſallo Domino ſuo, ſed ipſa fidelitas Afflict. deciſ. 129. num. 2. Paris de Put. de reintegr. cap. 8. num. 17. c. 267. n. 4. Roland. à Valle conſ. 1. n. 8. conſ. 81. nu. 6. lib. 4. conſ. 50. nu. 8. lib. 3., Borcolt. de feud. c. 1. de feud. diffinit. nu. 1. 2. & 20. ex alijs, & Claud. Seyſell. in prælud. feud. col. 6. & 7. in quæſt. quid ſit feudum
3 dixit ✝ fidelitatem eſſe baſim, & fundamentum feudi, & vbi aliquo caſu vaſallus ſoluitur à iuramento fidelitatis, nō videtur amplius eſſe feudum, vt inſtit hic finit. lex Corrad. in 1. gloſ. Alberic. in diction. in verſ. feudum. Odofredus in ſumma tit. in quib. ten. vaſall. ſeruite Domino, & feudum vaſallo ob id datur, vt aliquid fiet & fides ſecundum Stoicos ex eo quod fiat quod dictum eſt dicitur authore Cic. in 1. offic. Borcolt in c. 1.
4 nu. 4. & etiam ✝ fides dicitur quaſi fac & dic, quia in facto & dicto debet eſſe vaſallus fidelis & ſic in opere, & ſermone, vnde ſi cum lingua non poteſt ſeruire Mutus amittit feudum c. vn. an mut. aut. alius impeditus &c. Mozz. in ſuo tract. feud. c. quid ſit feudum, nu. 4. fol. 4. ergo fidei præſtatio illorum quæ in forma fidelitatis continentur, & generaliter proponuntur, in cap. 1. qualit. vaſall. &c. Specialius in c. 1. de form. fidelit.
5 & in ſumma ✝ pertinet ad tuitionem perſonę honoris, & honorum Domini dicunt Vulteius de feud. lib. 1. c. 6. nu. 11. fol. 115.

PARTIS SECVNDAE

Dilucidatio ſecunda.

THEMA.

Feudum eſt beniuola actio tribuens gaudium capientibus, & beneficium, Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum beniuola actio tribuens gaudiū capientibus atque beneficium.*
2 *Beneficium dicitur à beo beas, quia beatum facit accipientem, & ſimpliciter eſt feudum.*

Feudum licet à Doctoribus varie diffiniatur tamē ſecunda eius diffinitio eſt quod
1 ſit ✝ beniuola actio tribuens gaudium capientibus, tribuendo id quod prona, & ſpontanea voluntate parata, vt habetur, in tex. quibus eſt cauſ. feud. amitt. §. beneficiū 1. reſponſo. quæ definitio propriè congruit beneficio, quod eſt genus ad feudum, vt ibi expreſsè dicit litera, & Eguin. Baro in comment. ad illum tex. ibi (beneficium eſt generaliter defiritum ſecundum quod diffinit, Senica in tit. de benefic. quam diffinitionem communiter ſequuntur Summiſtæ, & etiam Socein. conſ. 167. lib. 2. & conſ. 66. lib. 3. & beneficium dicitur à beo beas, quia beatum facit accipientem: Beare enim eſt quod prodeſſe l. bonorum ff. de verbor. ſignific. Quandoque beneficium accipitur pro feudo, quandoque ſimpliciter profertur in hac materia, vt c. beneficium, §. de feud. controu. ſuer.

PARTIS SECVNDAE

Dilucidatio tertia.

THEMA.

Feudum aliter definitur, quod ſit conceſſio pro homagio facta, quę non procedit.

SVMMARIVM.

1 *Feudi alia definitio eſt quod ſit conceſſio pro homagio facta.*
2 *Homagium incognitum tempore libri feudorum.*
3 *Homagium eſt quando quis ſe hominem alterius facit, & ſtare, & habitare ubi Dominus uoluerit.*
4 *Homagij obligatio ſit præſtando fidelitatem, & obedientia.*

Feudum etiam definitur quod ſit conceſſio rei pro homagio facta, vt colligitur ex c. ſi diligenti extra de Simonia, quam diffinitionem non reprobando ponit Blanc. in ſumm. de feud. tit. 1. in princ. Iacob. de Bel-

louiſ

louiſ. & Guliem de Cugno in princip. lib. feudorum, quæ difinitio non procedere, nec ſufficiens eſt detur, quia ſunt multa feuda, ſine homagio, & ſacramento fidelitatis, vt in cap. nulla per quos ſiat inueſtit. & quia
2 † homagiũ fuit incognitum tempore libri feudorum, nec in aliqua parte ipſius, aliquid de eo agitur, ſed dumtaxat, de inueſtitura, & fidelitate tantum, vt per Ioannem Raynerium, in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. in ſuo comprehenſorio feudorũ num. 1. & iſtud homagium poſtea inductum eſt moribus, & quadam Conſuetudine faciendo ſe hominem alterius, de quo per ſpeculat. in tit. de feud. §. 11. & Ioanne And. in Clement. 11. §. rurſus de ſentent. & re iudic. ſuper verbo homo ligius;
3 † Homagium enim eſt quando aliquis promittit, ſe eſſe hominem alicuius Domini, & ſtare, & habitare vbi Dominus voluerit, & ea ſeruitia exhibere, quæ Dominus voluerit. & ſuper hoc facit ſibi homagium id eſt promiſſionẽ, vt ſit homo ſuus, de quo in Clement. Paſtoralis de re iudic. Nam cenſetur pro
4 † homagio obligatus, qui fidelitate, & obedientiam præſtat, vt in cap. grauem extra de except. prælat. aliqui appellant vaſallagium aliqui, obligationem hominum, vt per propoſit. in prælud. feud. num. 65.

PARTIS SECVNDAE.

Dilucidatiio quarta.

THEMA.

Feudum eſt conceſſio rei, cum vtili dominio ad vtendum fruendemque directo dominio retempto.

SVMMARIVM.

1 *Feudum eſt conceſſio rei cum traditione vtilis dominij cum exhibitione honeſti ſeruitij.*
2 *Feudi definitio dicta eſt defectiua, quia non fit per eſſentialia definiti, quod libere, & gratuite concedatur.*
3. *Feudum non pecunia, ſed amore, & honore Domini conceditur.*
4 *Feudi eſſentia eſt vt accipiens tacitè, vel expreſſè ad fidelitatem adſtringatur.*

1 Alia, & quarta feudi definitio eſt quod feudum † ſit conceſſio rei cum traditione vtilis Dominij ad vtendum fruendumque cum exhibitione honeſti ſeruitij. & hæc definitio clarè colligitur. ex c. benefic. quib. mod. feud. amitt. verſ. huius autem generis, vbi ponitur deſcriptio beneficij, prout eſt feudũ, & iſta definitio, licet appropinquet veritati, tamẽ eſt defectiua cũ nõ fiat p eſſentialia diffiniti, dũ propria eſſentia feudi, ſit quod libere, & gratuito concedatur, quia
3 non prætextu † pecuniæ conceditur, ſed amore, & honore Domini c. 1. de feud. dar.
4 in Vic. leg. cimiſſ. Item de eſſentia † & proprietate feudi eſt, quod ad fidelitatem aſtringatur accipiens, expreſſè vel tacitè, vt in c. nulla per quus fiat inueſtit. vbi dicitur, fidelitatem habere, ſine iuramento ex pacto tacito: Ergo ſiuè iuretur, ſiuè non, tenetur vaſallus ad fidelitatem. Idem Io. Rayner. vbi ſupra num. 3. & Mozz. de feud. in princ. in cap. quid ſit feudum, num. 10. 11. & 12.

PARTIS SECVNDÆ.

Dilucidatio quinta.

THEMA.

Feudum beniuolam actionem eſſe conceſſionis rei in feudum, proprietate recempta.

SVMMARIVM.

1 *Feudum beniuolam conceſſionem rei cum vſufructu eſſe, proprietate vtentu.*
2 *Feudi diffinitio dicta eſt oſcura.*

1 Quintam feudi † diffinitionem eſſe, quod feudum ſit beniuola actio conceſſionis rei in feudum datæ proprietate retempta, & vſufructu capienti cõceſſo. Ad hoc vt fideliter ei ſeruiat, vt per Odofredum in ſumm. feud. in princ. tituli 1. & refert Io. Rayn. vbi ſupra num. 4. dicens, quod licet iſta diffinitio appropinquet veritati, eſt oſcura, nec dicit in perpetuum, nec declarat cuius rei, vnde coniungendo iſtas duas diffinitiones ſic colligere, quam pro ſexta diffinitione ponimus, vt in ſequenti dilucidatione.

PARTIS SECVNDÆ.

Dilucidatio ſexta.

THEMA.

Feudum eſſe beniuolam, & perpetuam conceſſionem rei immobilis, cum tranſlatione vtilis dominij.

SVMMARIVM.

1 *Feudum beniuolam, & perpetuam conceſſionem rei immobilis, eſſe vtili dominio tranſlato, & proprietate retenta.*

2 *Vtile dominium re vera in vaſallum transfertur.*

1 SExta diffinitio feudi eſt, quod feudum ſit beniuola † & perpetua conceſſio rei immobilis, vel ſolo cohærentis, aut inter immobilia computaræ, ad vtendum fruendũque cum tranſlatione vtilis dominij proprietate retempta, ſub fidelitate, & exhibitione ſeruitij, & hanc diffinitionem ſequitur Rebuff. in ſuo tract. feud. in princ. Zaſ. in epi. feud. par. 1. num. 3. dicitur beniuola propter verba tex. d. §. beneficium, libera propter. cap. 1. de ſeud. dar. in vic. leg. concep. & perpetua, vt vult tex. in d. §. beneficium, & hoc intellige de feudo recto, & propriam naturam feudi habente: rei immobilis, vel ſolo cohærentis, aut inter immobilia comprehẽſæ, vt in cap. fin. de feud. cognit. & d. §. beneficium, vt comprehẽdatur feudum guardię, & caſtaldiæ, & feudum camerę, caneuæ, & feudum iurium incorporalium, vſusfructus, vſus sboſcandi, paſcendi, cretam ſodendi, lapidem ſcindẽdi, & ſimilia, & feudum coldatæ cum tranſlatione vtilis dominij: quia
2 re vera in † vaſallum ex natura ſeudi vtile dominium trãsfertur. vt vult tex. in d. §. beneficium, & ideo ſequuntur verba proprietate retenta: & clarè voluit tex. in §. fin. de inueſtit. de re alien. fact. & cap. vnic. de controuerſ. inter vaſall. & alium, de benefic. c. vnico. & ſub fidelitate, & exhibitione ſeruitij, vt d. c. 1. §. nulla in fine, & d. §. beneficiũ: quod ſeruitium quandoque non, & cum hac diffinitione Io. Raynaudi videtur pertranſire. Federic. Schenck. quam refert, & ſequitur Iul. Clar. in §. ſeud. q. 4. ac etiam Mozz. vbi ſupra num. 13. 14 & 15.

PARTIS SECVNDÆ.

Dilucidatio ſeptima.

THEMA.

Feudum eſt beneficium rei datæ proprietate retempta, & fructu in recipientem tranſlato pro ſe, & hæredibus legitimis ex corpore, vt domino ſeruiet.

SVMMARIVM.

1 *Feudum eſt beneuolentia rei data proprietate retempta vtili dominio in deſcendentibus tranſlato.*

2 *Beneficium nihil aliud eſt quam beniuola actio.*

SEptima feudi diffinitio, quam ponit Ober. de Orto ſeudorum compilatorem, in c. 1. §. beneficium quib. ex cauſ. beneſ. amict. eſt quod ſeudum ſit beneficium ex beneuolentia alicuius datum proprietate danti retempta, vſufructu pro ſe, & hæredibus maſculis & feminis (ſi de eis feminis dictum ſit) in perpetuũ, ad hoc, vt ille, & ſui hæredes fideliter Domino ſeruiant, ſiuè ſeruitium illud nominatim, quale eſſe debeat, ſiuè expreſsũ, ſiuè indeterminatũ ſit expreſſum, & ſi plerique Doctores: hanc ſequũtur in d. cap. 1. §. fin. ſiue Eguinar. Bar. cap. 4. de benefi. c. 7. ita vt communi eorum calculo ſit recepta, & teſtantur Curt. Iun. par. 1. q. 6. Afflict. in prælud. ſeud. num. 69. Vvſembec. d. c. 1. nu. 2. Borcolt d. c. 1. nu. 10. Clarus in §. feud. q. 4. tamen, in hac feudi diffinitione multa offeruntur, quæ ipſam controuertunt. Primò, dum dicit quod ſeudum eſt beneficium: Idem Obert. in d. cap. in quibus cauſ. feud. amict. ex Seneca his verbis beneficium
2 † nihil aliud eſt quam beniuola actio, &c. At feudum non eſt actio, nec beneficium: à quo remouetur genus, ab eodem, & ſpeciẽ remoueri neceſſe eſt: actus quo feudum conſtituitur præcedit ſeudum, igitur actui eſt conſequens, ſicut ergo cauſa, & effectum ita differunt, ita actio illa beniuola, ſiuè beneficium, & ſeudum, quo eodem argumento refellitur, & illorum beneficium qui dicunt feudum eſſe conceſſionem rei immobilis, vel feudum eſſe contractũ. Cuiacius in d. c. 1. in quibus cauſ. feud. amict. quem ſequitur. Borcolt. d. c. 2. nu. 11.

PAR-

Digitized by Google

PARTIS SECVNDÆ.

Dilucidatio octaua.

THEMA

Feudum, vt ſit beneficium à Domino ſponte datum non ſubſtinetur, cum daturus fidelitatem, & ſeruitium præſtet, vt & ſic ob cauſam datur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum eſt, ius, quod Dominus in re ſua beniuole alicui concedit.*
2 *Feudum datur ob cauſam, ex qua Dominus, & vaſallus ad inuicem obligantur.*
3 *Feuda poteſt concedi ſub mercede, ſiue pretio.*
4 *Feudum nullum ante Corradum debatur in perpetuum.*
5 *Feuda aliqua, nec hodie dantur in perpetuum.*
6 *Feudum eſt etiam quod probatur francum de quo nullum præſtatur ſeruitium.*

OBertus de Orto animaduertens, quod ex Philoſophorũ ſententia, feudum definitum ſit beneficium reuius loco iuris conſul-
1 tus dicturus fuiſſet, feudum † eſt ius, quod Dominus in re ſua beniuole alicui cõcedit: ſed Obertus non vti Philoſophus, ſed vti Iuris Conſultus definire detractat, etiam quia Philoſophi non improprias, & figuratas definitiones ponunt, ſed proprias, ſi haberi poſſunt, & feudum propriè non eſt beneficium, vt ex eiuſdem deſcriptione: inquit enim Obertus quod beneficium eſt actio beniuola tribuens gaudium capientibus, capienſque tribuendo in id, quod facit pronus, & ſponte ſua parata voluntate; At vero
2 feudum † datur ob cauſam, & ex eo Dominus, & vaſallus ſibi inuicem mutuo ſunt obligati, quod beneficio proprio accepto nõ
3 conuenit. Item feudum † poteſt concedi ſub mercede, ſiuè pretio. c. 1. de natur. feud. cap. 1. de benefic. fratr. Item in eadem diffinitione dicitur, feudum concedi, in perpetuum, quæ qualitas, ſi omnium eſt, feudorũ, atque natura eſt ante Corradum Imperatorem nulla adeſſe feuda neceſſe eſt dicere, cũ
4 ante ipſum † nulla res debatur in perpetuum, ſed ab initio præcario, poſtea ad annũ, mox ad vitam accipientis, concedebantur: Denique etiam ad filios porrigebantur: Ac vero non minus tum illa eſſe feuda, atque ea, quæ hodie dantur in perpetuum, teſtatur Gerard. in d. ſ. & quia &c. Præterea, nec hodie quidem feuda omnia conſtituuntur
5 in perpetuum, ſed nonnulla † etiam ad tẽpur, quaila ſunt feuda guardiæ de camera, & de lauena, & quæcunque etiam alia, de quibus Cuiacius in d. cap. 1. ex quib. cauſ. feud. amiſſ. ſunt etiam & feuda, † de quibus nullum præſtatur ſeruitium, & eſt improprium. Borcolt. cap. 4. num. 32. Schender. c. 4. num. 6. quod feudum francum appellant quod ſignificat liberum à ſeruitio, & tamen ſeruitia ab Oberto adſcribuntur, non eſt igitur illa vera diffinitio, dum in tot controuertitur.

PARTIS SECVNDAE.

Dilucidatio nona.

THEMA.

Feudum eſſe rem immobilem fidei, & obſequij gratia certo modo alicui datam.

SVMMARIVM.

1 *Feudum rem immobilem eſſe, quæ fidei, vel obſequij gratia datur.*
2 *Feudum non eſſe rem ipſam, ſed ius in re adiunctum res prius feudum poſterius, quod ſine re eſſe non poteſt.*

AB alijs alia feudi datur diffinitio, qui
1 dicunt † feudum eſſe rem immobilẽ, quæ fidei, vel obſequij gratia certo modo fruenda alicui conceditur. Duaren. de feud. cap. 2 & feudum non eſt res ipſa, ſed ius in re conſtitutum, quæ duo multum inter ſe differunt, appellatio namque rei refertur ad ipſam ſubſtantiam, ius eſt rei adiunctum
2 † res prior eſt, feudum poſterius, & res quidem eſſe poteſt, vt feudum non ſit, ſeudum ſine re, in qua conſtituitur eſſe nequit: Hinc valdè eleganter Cuiacius in d. c. 1. ex quib. cauſ. feud. amiſſ. inquit feudum non eſt res ipſa immobilis, quæ in feudum datur, res eſt materia feudi, multum autem intereſt, materiam, & feudum, ideoque Duaren. aliquando pinguius locutus eſt, dum feudum accipit pro re ipſa. dicit Borcolt. d. cap. 1. nu. 11.

PARTIS SECVNDAE.

Dilucidatio decima.

THEMA

Feudum eſt clientela militum contracta, vt cliens militarem opem præbeat, & Patronus fidem, & bonam voluntatem.

SVMMARIVM.

1 *Feudum clientela militum eſt.*
2 *Feudi hac diffinitio, nec ſufficit, quia ad ſola feuda quæ militiæ cauſa dantur.*
3 *Feudum ob quod honeſtum ſeruitium conſtitui poteſt.*

OCtaua ſub nectitur diffinitio ex Hotoman in diſputatione feudali c.4. dicente
1 quod feudum † ſit clientela militiarum ea lege contracta, vt cliens pro beneficio accepto militarem opem præbeat, viciſſimque patronus ſuam illi fidem, & beneuolentium
2 præſtet, eſt enim iſta etiam definitio, † ſuo definito anguſtior. vt puta ad illa ſola feuda pertinens, quæ militiæ cauſa dantur cum, tamen multa ſint feuda, quæ militaria non ſunt, nec militiæ cauſa dantur. Fateor enim à principio feuda nonniſi pro militia data fuiſſe, & tunc quidem feudum ita definiri potuiſſe. At vero cum nunc feudum
3 † conſtitui poſſit ob quod vis honeſtum ſeruitium, etiam ſi militare non ſit, imò cum ſola fidelitatis conditione etiam contra illius ſeruitij menſionem: inquirenda eſt igitur diffinitio altera, quæ de omni feudo, & omni tempore vara ſit.

PARTIS SECVNDAE.

Dilucidatio vndecima.

THEMA.

Feudum eſt ius prædio alieno vti fruendique, quod nihil aliud eſt, quam vſusfructus rei immobilis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum eſt ius prædio alieno perpetuo vtendi, fruendique, vt accipiens fidem militiæ exhibeat.*
2 *Feuda nihil aliud eſt, niſi vſusfructus rei immobilis.*

NOna feudi diffinitio ex Cuiacio in princ. in comm. feud. adduci poteſt, quæ magis conſona videtur; & eſt, quod feudum
1 † ſit ius prædio alieno in perpetuum vtendi, fruendique, quod pro beneficio Dominus dat ea lege, vt qui accipit, ſibi fidem, & militiæ munus aliudue ſeruitium exhibeat. Sed neque hæc placet. Nam antiquitus feuda non dabantur in perpetuum, quædã morte dantis, & recipientis finiebantur, vt mercenariorum militum: quædam morte recipientis tantum. vt feuda, habitationum: quædam finiuntur etiam anno, ſunt fundus cuſtodiæ, procuratorum vt, & poſſent etiam feuda conſtitui, vt de illis ſeruitia non præſtarentur, cum igitur illa definitio non omni tempore, neque omni feudo conuenit; vitioſa eſt nihil Dominus valdè placet, feudum eſſe ius † prædio alieno, vtendi; quod nihil aliud eſt, niſi vſusfructus rei immobilis per l. 1. ff. de vſufruct. & in principio inſt. eodem, & ſic aliam diffinitionem colligemus, quæ optima, & vltima erit.

PARTIS SECVNDAE.

Dilucidatio duodecima.

THEMA.

Feudum eſt vſusfructus rei immobilis ſub condilione fidei.

SVMMARIVM.

1 *Feudum vſusfructus eſt rei immobilis ſub conditione fidei.*
2 *Differentia inter vtilem Dominum, & vſusfructuarium.*
3 *Legatum eſt donatio quadam à defuncto relicta ab harede præſtanda.*
4 *Feudi prima conditio, & natura eſt, vt quaſi vſusfructus ſit.*
5 *Fides ſola eſt, quæ feudum in eſſe deducit.*

FEudi decimam, & vltimam diffinitionem ex Vulteio in lib. 1. cap. 2. nu. 2. de feud. colli-

1 colligemus dicente, quod feudum † eſt vſuſfructus rei immobilis ſub conditione fidei. Quæ diffinitio eſt logica, & iure, & naturæ omnium feudorum conueniens: & ſi plures Doctores negant feudum eſſe vſuſfructum, eſt contra tex. in c. 1. ex quib. cauſ. feud. amiſ. in quo dicitur, vſumfructū rei datæ transire in accipientem, & illud verbum vſuſfructus non ſtat propriè, ſed ponitur pro vtili perceptione fructuum:
2 Nam differentia † eſt inter feudatarium, & vſufructuarium, quia feudatarius habet vtile dominium fructuum in re pendentiū, ſed vſufructuarius habet ſolum dominium fructuum perceptorum. l. ſi vſufructuarius reexium ff. quib. mod. vſuſfructus amiſ. ita vult Bal. in cap. quæ in Eccleſiam circa ſexta col. de conſtitut. & non dixi ſimpliciter, feudum eſſe vſumfructum, ſed quod ſit vſuſfructus quidam ſub conditione fidei, vt puta. qui habeat illo vſufructu ſingularia quædam, quemadmodum etiam
3 legatum † diffinitur, donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda. in §. 1. inſtit. de leg. quia cum legatum ſit donario, non tamen per omnia, nec in omnibus, cum donario eadem cenſeatur. Idem que authoritate illorum in vſufructum, qui feudum dicit eſſe vſufructus inſtar. Iſern. in cap. 1. §. hoc quoque nu. 6. & ibidē Afflict. num. 37. & num. 102. de ſucceſſ. feud. Iacob. de S. Georg. de feud §. & cum pacto num. 37. Gail. lib. 2. obſeruat. 155. num. 3. & lib. 2. de pace publ. obſeru. 14. num. 11. & obſeru. 17. num. 17. Micincer. reſponſ. 92.
3 nu. 25. atque ita directè ſcribit Hotoman. in cap. 1. §. ad optimus, ſi de feud. defunct. contentio ſit inter Dom. & Agnat. primā
4 feudi † conditionem, & naturam fuiſſe, vt quaſi vſuſfructus eſſet, & tamet ſi ſententia contraria, vt dixi, ſit communis hanc tamen veriorem eſſe teſtatur, Borcolt. de feud. d. cap. 1. num. 13. Quod autem dixi vſumfructum illam in re immobili conſtitui ſub conditione fide, id formam, & ſubſtantiam feudi denotat; de qua forma non
5 eſt ſeruitium: fides † enim ſola eſt, quæ feudum in eſſe deducit, de qua & fidelitate diximus in c. vnde dicitur feudum, atque hinc vniuerſa de feudis doctrina depēdet, cum enim dicitur, quod ſit vſuſfructus, & vſuſfructus eſt ius, ius autē ſēper refertur ad aliud, & conſtat in acquirendo, conſeruando, & minuendo: Siquidem aut hoc agitur quemadmodum quid cuiuſq; fiat, aut quemadmodum quis rem ſuam, vel ius ſuum conſeruet, aut quomodo alienat, & amittat. l. fin. ff. de leg.

PARTIS SECVNDÆ

Dilucidatio decimatertia.

THEMA.

Dominus conceſſo Caſtro in feudum de primis cauſis vaſallorum non cognoſcit. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Dominus conceſſo Caſtro de primis cauſis vaſallorum non cognoſcit ſed is, cui conceſſit.*
2 *Dominus directus in terris Baronum ſibi ſubiectis non poteſt dare tutorem pupillo.*
3 *Fidei conditio, & ſeruitij faciunt, ne proprietas ſit inutilis.*
4 *Vſuſfructus conſtituitur in immobilibus & in mobilibus.*
5 *Feudum nonniſi in rebus immobilibus, & quæ loco immobilium ſunt conſtituitur.*
6 *Feuda ad homines deferri ex doctrina de ſeruis, qui in iure noſtro dicuntur homines.*

Bald. in l. 2. q. 41. ff. de rer. diuiſ. quod
1 Dominus, † qui conceſſit Caſtrum in feudum non poteſt cognoſcere de primis cauſis ruſticorum, ſed prima cognitio pertinet ad Baronem, ſiuè vaſallum conceſſionatum, & iſtud vltimum tenet præpoſitus in præud. feud. col. 7. & interminis Curt. Iun. conſ. 2. in princ. vbi etiam allegat. Martin. Laudienſ. in tit. de Princ. in 1. rub. concluſ. 138. incip. Dux Mediolani. Hic etiam eſt quod dixit. Io. Fab. inſtit. de
2 author. tut. Dominum † directum nō poſſe in terris Baronum ſibi ſubiectis dare tutorem pupillo, nec exercere aliud actum iuriſdictionalem per ea, quæ habentur. in cap. Paſtoralis de offic. ord. n. & in cap. Roman. eodem tit. vt firmat Mozz. de feud. in princ. poſt num. 16. verſ. & animaduertēdum circa, & pro beneficio Dominus dat ea lege, vt qui accipit, ſibi fiat, & militiæ munus, aliudue ſeruitium exhibeat, & cū extinguitur, niſi aliter ſit actum, vt ad hæredes tranſiret: Sed Iuſtinianus, protelauit ad hæredem primum, vt in l. antiquitas

C. de vſufruct. & aliquando ad libitum
dantis, poſtea ad annum, deinde ad uitam
vaſalli, dabatur tandem progreſſus, vt fi-
lios deuolueretur, poſtremo in infinitum.
vt d.§.& quia vidimus, & alius, vt ſupra
diximus. Quod non impedit quin vſufru-
3 ctus non ſit quoniam † actio fidei ſeruitij,
& huiuſmodi alia faciunt ne proprietas
4 ſit inutilis: vſusfructus † in ſpecie acceptus
conſtituitur in rebus quibuſuis tam mobi-
libus, quam immobilibus, & quidem verè
ſi res ſit eiuſmodi, quæ vtendo non conſu-
matur, l. ſi Titius ff. de vſufruct. quemad-
modum cauſatur, quaſi ſi res vtendo ab
ſumatur: quod factum eſt Senatus conſul-
to: Feudum autem nõniſi in rebus immo-
bilibus conſtituitur, aut in his quæ im-
mobilium iure habentur. tit. 1. lib. 2.
vaſallus fundi ac ſeruitutis habere vendi-
catione. tit. 8. §. rei. autem lib. 2. & tit. 43.
eod. quod vſufructuario non conceditur,
l. 1. ff. ſi vſufructus pet. l. 1. & fin. ff. de nou.
per nuntia. de feudo fides, & plerumque
etiam ſeruicium præſtatur, quod non eſt
in vſufructu. Nec deſinam dicere, quod
ſunt, qui feuda ad homines deferunt, ideſt
repetunt doctrinam de feudis ex doctrina
de ſeruis, qui in iure noſtro dicuntur ho-
mines. ita in ſcribit Cuiacius in prin. com-
mentar. ad vſus feudorum, quem ſequitur
Borcolt. d. cap. 2. nu. 12.

PARTIS SECVNDÆ.

Dilucidatio decimaquarta.

THEMA.

Feudum eſt contractus continens beneficium actio, quod naturalis legitimatus ad omnia beneficia, continebit feuda. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum contractus beneficium continens eſt.*
2 *Feudum, quod ſit beneficium.*
3 *Legitimatus ad omnia beneficia feuda obtinere poteſt.*

Aliam diffinitionem afferam, quod
1 ſit † contractus continens beneficiũ,
ſecundum Curt. in ſuo tract. feud. q. 11. n. 3.
quem ſequitur, Siluan. de feud. recognit.
2 q. 2. num. 2. & quod ſit † beneficium: eſt
tex. expreſſus, in cap. vnic. in quib. cauſ.
feud. amict. quem ibi omnes ſequuntur in-
terpretes, & in cap. vnic. de his qui feud.
dar. poſſ. &c. vbi Laudenſ. num. 1. c. vnic.
de feud. March. cum quatuor ſequitur c. 7.
de probit. fead. alien. per Lonar. latè Bald.
in plælud. feud. num. 9. vbi dicit hanc com-
munem interpretum opinionem eſſe, Af-
flict. ibidem num. 13. & 14. Ardizon. in ſum.
feud. cap. 1, num. 4. Claud. Seyſell. in ſpec.
feud. tit. de diffinit. Duaren. cap. 2. Eguirna.
Bar. lib. 4. de benefic. cap. 7. Oldendorp.
poſt claſſ. 5. de action. beneficiar. Hotoman
in ſua diſputat. feudali. cap. 4. Borcolt. de
feud. cap. 1. num. 7. Bart. in l. 1. nu. 13. C. de
iur. & facti ignorant. Alex. conſ. 17. nu. 2.
lib. 5. & hæc diffinitio eſt adeo vera, quo ex
3 ea Decius Conſuluit legitimatum † ad
omnia beneficia etiam feuda obtinere
poſſe conſ. 76. ex alijs Sonsbech in ſuo cõ-
mento ad vſus feudi par. 2. num. 2. Berous
conſ. 121. num, 2, Roland. à Valle conſ. 93.
num. 29. lib. 2. Roſental. de feud. cap. 1. con-
cluſ. 1. in gloſ. litera A.

PARTIS SECVNDÆ.

Dilucidatio decimaquinta.

THEMA.

Feudum per ſe diffinitum, contractus nominatus appellatur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ex ſtipulatu, vel ſi teſtamento promictatur ex eis agitur.*
2 *Contractatio qualibet feudi contractus nominatur dicitur.*

1 SI valida ſtipulatione, † res in feudum
promictatur ex ſtipulatu, ſine condi-
tione, ſi per teſtamentum ſimiliter validũ
promictatur, ex teſtamento agi poteſt cõ-
tra promictentem, qui ad obſeruantiam
tenetur. Iſern. in cap. 1. ſi facta nu. 1. Affl.
num. 8. Aluarot. num. 8. & alij. ſi de feud.
defuncti, &c. & latè dicimus in parte 8. ta-
2 lis contractio, † ſiuè promiſſio feudi con-

tractus

tractus nominatus propriè dicitur vt reiectis contrarijs firmat. Roſental. de feud. c. 1. concluſ. 4. in tex. & gloſ. litera B. ex Bart. in l. iuris gentium. §. quinimo nu. 19. & ibi additio Albani in verſ. feudum autem puto Iaſon ibidem nu. 16. & 17. ff. de pact. quem ibi communiter ſequuntur, teſte Curt. in tract. feud. q. 1. num. 3. & q. 9. per ſolam p. t. & conſ. 1. num. 36. Capyc. in inueſtit. cap. feudalis contractus, col. 3. §. contractus feudi fol. 139. ex communi. idem Iaſon in præluď. feud. num. 34. & in l. 1. num. 8. verſic. adde etiam in ſimili, &c. & nu. 9 ff. de condit. ex leg. ſequitur eum. Schenc. in c. 1. §. in primis tit. 15. in quib. cauſ. feud. amit. & ſentit hoc. Iſern. in cap. 1. nu. 6. de alien. feud. patron. Zaſ par. 1. num. 5. Vveſ. num. 7. d. c. 1. vbi dicit eſſe communem in explicatione verbi definitionis, Intrigl. in cent. feud. q. 15. per ſolam præſertim num. 10. vbi magis communem dicit, & ſequitur, Scrader par. 2. cap. 2. num. 1. & 2. idque veriſſimum eſſe dicit, num. 3. Pariſ. ex communi conſ. 3. num. 79. lib. 1. Cęfal. conſ. 23. nu. 51. l b. 1. conſ. 156. n. 52. lib. 2. conſ. 302. num. 121. lib. 3. & conſ. 549. num. 42. vbi communem teſtatur. Rolan. à Velle cõſ. 3. nu. 33. lib. 1. & conſ. 32. nu. 60. lib. 4. Burſat. ex communi conſ. 160. n. 31. lib. 2. vbi multos allegat Graſſ. ex communis lib. 2. commun. opin. c. 2. de feud. q. 3. Soares ex communi in Theſaur. recept. ſententent. ſub lit. F. num. 52. & ex alijs Roſental. vbi ſupra.

PARTIS SECVNDÆ.

Dilucidatio decimaſexta.

THEMA.

Feudi contractus eſt ſtricti iuris, & à conſuetudine introductus. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudi contractus eſt ſtricti iuris.*
2 *Feudorum priuatorum contractu ſtricti iuris.*
3 *Feudorum contractus à conſuetudine introducti.*

1 Et ſi diximus feudum eſſe beneficium, ſiuè beneficij ſpecies, tamen eius † contractus ſtricti iuris eſt, Iacob. de Belloniſ. in cap. 1. de feudor. recognit. vbi Bal. num. 9. Afflict. num. 8. Rauen. & Caccialup. in repet. cap. ſi autem 1. num. 6. de content. inueſtit. in princ. & ibidem. Afflict. num. 2. Iaſon in prælud. num. 26. Vvſembec. cap. 1. & conſ. 60. & conſ. 4. nu. 108. Curt. q. 9. p. 1. communem dicit, & poſt eum. Clar. in §. feudum q. 6. Capyc. in inueſtit. feud. cap. feudalis cõtractus col. 3. §. contractus feudi eſt ſtricti fol. 139. Hanc etiam dicit communem, quòad feuda priuatoria. Zaſ. fol. 1. num. 16. & communem poſt hos pronunciat. Corpul. in tract. de iure emphiteus. cap. 12. num. 15. Hieron. Garuon. in tract. de femin. ad feud. recept. verſ. ſi igitur eſt feudum, & col. ſequent. Siluan. de feud. recognit. q. 4. nu. 3. & 13. Caccialup. de feudor. cognit. fol. 5. reg. 4. nu. 7. Mozz. de feud. in princip. num. 21. Intrigl. centur. feud. q. 16. nu. 1. & ſeq. vbi communi dicit. Scrader. d. p. 2. cap. 2. nu. 1. & 4. vbi veriorem eſſe dicit Ruin. conſ. 45. lib. 1. Cęphal. conſ. 303. num. 110. lib. 3. Loffred. conſ. 1. nu. 50. Suares etiam communem teſtatur in Theſaur. recept. ſentent. litera F. n. 53. &
3 tales feudali † contractus, ſicut & alij à conſuetudine introducti, & conſuetudo ſtricti iuris etiam eſt, l. 3. §. hæc verba vbi DD. ff. de negot. geſt. Bald. in cap. 1. num. 8. de feud. cognit. & ibi præcitati alij, Bart. in d. l. iuris gentium §. quinimo num. 9. ff. de pact. Curt. Iun. p. 1. q. 9. num. 3. Iaſon d. loc. Clar. d. q. 6. in fine Vvſembech. vbi ſupra. Ruin. conſ. 45. numer. 16. lib. 1. rub. Alexand. conſ. 50. Grauett. conſ. 606. num. 2. lib. 4.

PARTIS SECVNDAE.

Dilucidatio decimaſeptima.

THEMA.

Contractus, ſiuè inueſtituræ feudorum de verbo ad verbum ſunt attendendę, vt ipſa verba iacent ad literam, & ſi in aliquo indigent interpretatione reſtringi ad iura, & conſuetudines feudales etiam quo iuri communi differant. Communis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *INueſtitura, & contractus rei feudalis tenor, & verba, ſunt actendenda quæ ius, & naturam derogant.*

2 *Inueſtituræ verba, nec reſtringenda, nec amplianda.*

3 *Inueſtituræ verba, non oſtenditur de re ad rem nec de perſona ad perſonam.*

5 *Inueſtituræ interpretatio, ſi contra ius commune fiat eſt reſtringenda ad ius, & conſuetudines feudales,*

6 *Inueſtitura eſt ſtricti iuris, & attendenda eſt etiam ſi iure, & natura feudali contraria.*

7 *Feudali legis quod magis accedit eſt actēdendum.*

1 IN cauſis feudalibus decidendis, † te-
nor, verba, & pacta contractus, ſiuè in-
ueſtituræ feudalium rerum ſunt actendē-
da, & intelligenda, quæ omnium feudorū
iuri, & naturæ derogant, vt eſt. tex. in c. 1.
ibi propter tenorem inueſtituræ. tit. de
duob. patrib. à c. inueſtit. & ibi Iſern. nu. 1.
Bald. num. 2. Aluarot. num. 2. Afflict. nu. 5.
Laudenſ. num. 1. Præpoſit. Schench. num. 4.
& Pen. rauen. & tex. in §. in quib. cauſ. feud.
amict. §. fin. feud. March. c. 1. de feud. non
habente propr. natur. feud. cap. 1. de natur.
ſucceſſ. cap. 1. de eo qui ſibi, & hęred. & in
dictis locis Feudiſtæ omnes ſcribentes.
2 Schench. in cap. 1. num. 8. & 9. & hoc † ne-
glecto omniam corruere dicit. Bart. Ca-
merar. in repet. cap. Imperialem fol. 217.
de prohib. feud. alien. per Federic. Iaſon in
prælud. feud. Iacobin. de S. Georg. in noſtro
Marchio num. 2. Curt. d. p. 1. q. 6. num. 29.
Vrian. conſ. 58. num. 23. lib. 2. Pariſ. conſ. 5.
lib. 1. Zaſ. par. 6. num. 24. & par. 8. num. 49.
Scrader. par. 5. cap. 2. num. 30. Afflict. dec.
262. num. 102. & ſeq. Tiraquell. in l. ſi vn-
quam verſ. libertis C. de reuoc. donat. Can-
nett. in extrauag. volentes. §. ſed neceſſa-
ria ſection. 5. n 75. §. expliciti his ſect. 14.
num. 2. & 3. & in §. At non erit ſectio. 47.
num. 97. & ſeq. fol. 135 (vbi etiam ait, quod
ſiculi tenorem inueſtituræ formam vocāt
&c.) in extrauag ſi aliquem. §. opinio præ-
dicta ſectio. 16. num. 19. fol. 251. & § fin. &
quia num. 5. fol. 334. Thom. de Marin. de
gener. & qualit. feud. tit. 19. num. 4. Intrigl.
latè in ſua centur. feud. 1. q. 10. num. 47. &
ſeq. multi, Gail. obſeruat. 50. num. 15. lib. 2.
Crauett. conſ. 251. & hanc vocat vnam ma-
ximam Laudenſ. in cap. 1. nu. 1. de his qui
feud. dar. poſſ. Seraf. conſ. 98. num. 1. & ſeq.
centur. 1. Piſtoris lib. 2. par. 1. q. 1. num. 3. &
p. æclare, ac ex multis lib. 2. par. 2. q. 41. &
inueſtituræ tenorem radicem, & funda-
mentum omnium, & ſemper inſpiciendum
dicit. Borcolt. de feud. cap. 1. num. 25. vbi
multos allegar. Paris de Put. de feud. rein-
tegr. cap. 30. num. 12. cap. 94. num. 14.
& ſeq. c. 229. nu. 2. & cap. 237. nu. 8. Iacob.
de Franch. in prælud. feud. in 1. ſect. nu. 53.
& oſtendit naturam contractus. Bald. in
prælud. num. 47. Piſtor. vbi ſupra Menoch.
præſumpt. 92. lib. 3 & conſ. 1. nu. 124. & ſeq.
ex alijs Roſental. cap. 1. concluſ. 12. in gloſ.
litera A. inueſtituræ, nec reſtringendæ, nec
amplianđę ſunt. Sed vt iacent, & ſonant
ſunt interpretandæ. Bald. in cap. 1. §. Deniq;
quæ fuit prima cauſ. benefic. amicten.
Clarius Curt. par. 1. q. 6. num. 29. Cannet.
in d. extrauag. ſi aliquem. d. §. opin. prædicta
num. 16. Intrigl. d. loco num. 57 65. & ſeq.
Roland. à Valle conſ. 67. num. 1. lib. 1. Bal.
conſ. 119. conſiderandum eſt eſt quod quā-
do Scruff. conſ. 98. centur. 1. & conſ. 21. &
conſ. 31. centur. 3. Paris de Put. d. loc. c. 30.
c. 94. cap. 229. c. 237. Piſtoris d. q. 1. lib. 2. p. 1.
num. 4. & ex alijs Roſental. d. c. 1. concluſ.
12. in gloſ. lit. B. & inueſtituræ verba, nec
3 reſtringenda, † nec amplianda ſunt. Tira-
quell. d. loco nu. 8 & 9. qui refert & ſequi-
tur, Piſtor. lib. 2. q. 1ur. par. 1. num. 3. & 4.
Vvlteius de feud. cap. 7. nu. 56. verſ. mens
hominis, &c. poſt princ. Bald. conſ. 251. n. 3.
lib. 2. Curt. Iun. conſ. 1. nu. 5. Roman. conſ.
33. verſ. inueſtituræ tenor, &c. num. 1. Dec.
cōſ. 395. n. 6. Zaſ. conſ. 12. n. 45. lib. 1. Scruff.
conſ. 91. num. 2. & 3. centur. 1. Roland. à
Valle conſ. 79. num. 38. lib. 2. & vbi ſupra
Roſental. cap. 1. concl. 12. & c. 6. concl. 28. in
gloſ. litera C. & † extentionem de re ad rē
& de perſona ad perſonam, non patitur.
Bald. in d. cap. 1. num. 9. Afflict. num. 18. de
feud. cognit. et ibi Petr. de Rauen. Roſent.
cap. 1. concluſ. 5. in gloſ. litera C. niſi plana
interna ſubſit ratio, et explicatio contra
naturam feudi non ſit, & ita intelligendi
ſunt, qui contractum, ſiuè inueſtituram
feudi longè interpretandam etiam ſi con-
5 tra † ius commune interpretatio fieret
reſtringenda eſt ad ius et conſuetudinem
feudalem, non quæ iuri communi adhæ-
runt interpretationes actendende, ſed ar-
gumenta feudalia potius obſeruanda ſūt,
Caccia ſup. in c. 1. par. 4. num 37. & ſeq. de
feud. cognit. intelligendo ſemper de con-
ſuetudine feudali rationabili: Hinc, &
Scrader. in d. ſuo tract feud. p. 1. q. 4. nu. 11.
& ſeq. quando ad argumenta veniendum:
Si caſus lege non ſit deciſus, ſed argumen-
to legis, & etiam iuris feudalis à ſenſu cō-

trario

trario decidi poſſe, quod ſunt à conſuetu-
dine feudi hoc à contrario ſenſu ſumptũ
6 præponderet,& quod † magis legi feudali
accedit,eſt actendendum, & non quod iuri
communi, vt diximus, & videtur ſentire
Roſental.de feud.cap.1.concluſ.5.nu.1. &
ſeq.eſtque inueſtitura ſtricti iuris Vveſem-
bech.cõſ.60.n.11.& ex multis. ex ſuperius
dictis patet, & ita inueſtituræ verba
7 ſunt accipienda † & interpretanda, vt
iuri, & naturæ feudorum minus lędant.
Dec.conſ.193.nu.5.Paſtor.q.iur.lib.2.par.1.
q.1.num.112.per l.2.C.de nox ab
c.cum dilectus de conſuet.cap.1.§. quin
etiam vbi Screb.epiſcop.vel Abbat.c.1. §.
Titia vero de feud.ſucceſſ.Intrigl.d. q.10.
num.55.& 92.& ſeq.Roſental.d.c.1.concl.
12.in gloſ.lit.D.

PARTIS SECVNDAE.

Dilucidatio decimaoctaua.

THEMA

Feudum ex quo beneficium eſt, gratia & ali quando priuilegium dici poteſt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ſi beneficium eſt, poteſt dici gratia.*
2 *Feudum dicitur priuilegium, quando datur perſonæ incapaci, vel cum directo dominio.*
3 *Feudum dicitur priuilegium, ſi res talis, quod in feudum dari non poſſet, & dans poteſt.*
4 *Priuilegium dicitur, quod contra ius, vel conſuetudinem fit.*
5 *Beneficium omne largo modo ſumptum dicitur priuilegium.*

SI feudalis contractus, ſiuè inueſtitura eſt
beneficium, vt diximus, ſicut, & donatio,
quæ ſimiliter dicitur contractus nominatus
prout communiter tenent. DD. in d.l. iuris
gentium §. quinimo ff. de pact. vt teſtatur.
Curt. in d.tract.feud.q.11. num.3.& Siluan.
in d.cap.de feud.recognit.q.2.n.2. Reſpectu,
1 quod beneficium † ſit: Rectè gratiam dici
poteſt, à potiore, & eo, quod primum fieri
ſolet, dicit Bald.in prælud.feud. num.9. &
ibi Iaſon. num.25. Afflict.num.47. Curt. d.
loco Laudenſ.in cap.1.in princ. num.8. de
his qui feud.dar.poſſ.Rebaff.in declar. feud.
Zaſ.par.1.num.4. Curt. ſen. conſ.49.nu.47.
licet magis propriè beneficium, quam gra-
tia dicat.Claud Sayſell.cap.de diffinit.feud.
Capic.in inueſtit.feud. verſ.feudalis contra-
ctus col.2.§.contractus feudi fol.138. &
cap feudatariorum filij,fol.198. Sed non ita
2 explicitè poteſt dici priuilegium † ſed tã-
tum in caſu vbi datur perſonæ vbi alias nõ
capax,vt feminæ ſuccedant vel cõcedatur,
dominium directum dominium in accipien-
3 tem transferratur, aut res talis † eſſet,quæ
regulariter in feudum dari non poſſet, &
Imperator Rex, aut alius qui priuilegia
dare poteſt daret.Bald.in prælud.feud. n.18.
Afflict.ibidem num.48.Iaſon num.26. Curt.
d.q.11.num.2.Laudenſ.in cap.1.num. 10. de
his qui feud.dar.poſſ.Claud.Sayſell.latè d.c.
de diffinit.feud.Intrigl.d.centur.1.q.10.n.31.
38.& ſeq.Natta conſ.163. quia quod contra
4 ius vel conſuetudinem fit propriè priuile-
gium dicitur Doctores præcitati, Bart. &
alij in l. beneficium ff. de conſtit.Princip.li-
5 cet alias,vocabulo latè ſumpto,omne † be-
neficium dicitur priuilegium cap. olim vbi
Canoniſtæ de verbor.ſignific. Bald. Afflict.
Laudenſ.& Curt.in locis citatis.Bart. & Do-
ctores in d. l.beneficium.

PARTIS SECVNDÆ.

Dilucidatio decimanona.

THEMA.

Feudum quaſi ſeruitus, & ſpecies ſeruitutis eſt, quod de regali intelligitur per vtilem dominum debitum directo. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Vtilis Dominus pro feudo ad multa directo domino tenetur, remiſſiuè in par. 12.*
2 *Feudum quaſi ſeruitus, & ſpecies ſeruitutis eſt.*
3 *Feudum eſt cum vinculo ſeruitutis, & non purum beneficium, ſed ſeruile eſſe.*
4 *Feudum adeò eſt ſeruitus, quod argumentum de vaſallo ad libertum valet.*

1 MVlta ſunt, quæ vtilis Dominus † pro
feudo ſibi conceſſo, vel aliter habito
ratione

ratione iuramenti fidelitatis, & alia de quibus in 12. parte latè loquimur. Vnde di-

2 citur quod † feudum quaſi ſeruitus, & ſpecies ſeruitutis ſit. Accurſ.in l.ſi vſusfructus legatus ſit. verſic. oportere ff. de vſufructu. Bald.in cap.inter filiam, num.1. ſi de feud. defunct. milit. contro, ſit,& in l.quoties.C. de ſuis,& legitimis. Luc.de Penn.in l. coloni col. 1. C. in quibus cauſ.coloni Dominum accuſare poſſ.lib. 11. Garſon.in tract. de femin.ad feud.recep.col.8. in princip. vbi ait.

3 † (feudum continere ſeruitutem expreſſam eſſe cum vinculo ſeruitutis, & oneris grauiſſimi, non purum beneficium,ſed ſeruile.Caccialup.in cap.1.p.5.num.98.de feud. cognit. Bart. Soccin.conſ.68.num.44. lib.1. Alex.conſ.55.nu.19.lib.4.Curt.Iun.conſ.49. num.7.Roland.à Valle conſ.46.num.40. & ſeq. lib.3. Dec. conſ.468. ſuperiori anno num.7.Gail.obſeru.99. nu.5. lib.2. Menoch. lib.3.præſumpt.91.num.2.ex alijs Roſental. cap. 1. concluſ.7. in gloſ. litera D. & ad eo

4 feudum † eſt ſeruitus quod argumentum de vaſallo ad libertum validum eſſe dicit gloſ. in §.item ſi delator, quæ fuit prima cauſ.benefic.amiſſ.& quæ ibi notant Doctores,& gloſ. in cap. 1. §. fin. de milit. vaſall.qui contumax eſt.gloſ.in l. ſolo in verſ. obſequij.C.de liberal.cauſa Aluarot.in c. 1. §.in quibus num.1.de conſuet.rect.feud. & in cap.1.fin.nu.4.de alien. feud. patet. Affli. in prælud.feud.num.27.Miſincer.in §. pen. vlt.nu.40.inſtit,de actio:firmant multi quos allegat. Euerard.d.loco à liberto ad vaſallos,& dicit hanc communem eſſe opinionē Bal.in l. liberti libertæque num. 35. C. de oper.libert. Iaſon in prælud. feud. num. 20. Thomas de Marin. de qualit. & gener. feud. tit.2.par.2.num.50. Siluan. de feud.recognit.q.14.num.4. Claud. Seyſell. de feud. fol.74 vbi exempla aliqua,& Roſental. de feud.cap.1.concluſ.11.in gloſ. litera A.

PARTIS SECVNDAE.

Dilucidatia vigeſima.

THEMA

Vſusfructus appellatione in materia feudali dominium vtile venit, quod feudum vocatur, & eſt pluſquam vſusfructuarius, & vtatur quaſi dominus vtilis dominij. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum non nudum vſumfructum quia tranſit ad deſcendentes, ſed quaſi dominus eſt.*

2 *Feudatarius quaſi dominus dicitur, n.4.*

3 *Feudatarius dominus vtiliter dicitur.*

1 Vtile dominium, quod vaſallo per conceſſionem feudi vnde dicitur † feudum, non nudum aliquem vſumfructum eſſe, ſed pleniorem, quia tranſitorium eſt ad deſcendentes maſculos, ſiuè quos alios iuxta inueſtituræ tenorem, & feudatarius quaſi Dominus eſt per, tex.in c.1.§.rei. ibi

2 (quaſi † dominus vindicare, de inueſtit. de re alien.fact. vbi Iſern.num.2. ibi (hic patet,

3 quod eſt dominus † vtiliter. Beluiſ.Schech. num.3.Bal.num.2. poſt gloſ. ibidem Aff ict. num.6.& dicit ibi communem Aluarot.n.5. & Petr.Rauenn. (per tex. in cap.1. de controuerſ inter vaſall.& alium) Laud. num.8. 16.& 18.in princ.d. c.1. de inueſtit. de re alien.facta. Aff ict. in prælud. feud. num.61. Bal.num.23.Hannecton lib.1.cap.2 Zaſ.p.1. num.3. Iacobin.in verſ. inueſtiui talem nu. 10. Seyſell.in tit.de diffinit. Curt.par.1. q.6. num.5.Sonsbech.par.2.num.20. Rebuff. in declarat.feud.Duar.cap.2 num.8. Vveſ.c.1. Fritia in principio lib.1.de orig.feud. nu. 20. Iaſon in §. ſed iſte, num.58. Pet. Iacob. in form. libell. pro vtili dominio. Ferrar. in ſumma lib.quo agitur ad reuoc. feud. Guid. Papa deciſ. 304. vſumfructum dominium & vſumfructuarium dominum dici, l. qui vſumfructum, in fine ff. ſi vſusfructus petat.l.in venditione,ff.de reb.author iud.poſſidend.l.ſi vſusfructus,& ibi notatis de aqua pluu. Areid.quę etiam communis eſt ſententia Gomazius, in §.æque, ad finem inſtit. de action.Emanuel Soarez in litera V. nu. 29. Dec.conſ.193.nu.3.pro tenui, &c. Vulteius lib.1.de feud. cap.2. num.9. & hanc ſententiam Camera Imperialis infinitis deciſionibus ſecuta eſt:dicit Roſental. de feud. c. 1, concluſ.6.in gloſ.litera A. in fine.

PARTIS SECVNDÆ.

Dilucidatio vigeſimoprima.

THEMA.

Conſuetudines feudorum non ius ſcriptum eſſe, ſed conſuetudines com-

communi vſu, & obſeruantia pro feudis receptas, & probatione non egent. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudales conſuetudines inſcriptis redaptas ius ſcriptum eſſe aliqui dicunt.*
2 *Feudales conſuetudines remanſiſſe conſuetu- uerius eſt.*
3 *Ius ſcriptum non eſt ſi authoritate poteſtatē habente non ordinatum ſcribt.*
4 *Conſuetudinis ſcriptæ communi uſu, & abſeruantia recepte, probatione non indigent.*

1 Conſuetudines ✝ feudales in ſcriptis re
dapte ius ſcriptũ eſſe aliq dicũt ipſaſq;
deſijſſe dicit. Petr. Lorius in vſi feudorum
in princ.Scrader.par.2.par.9. princ. ſection.
3. num. 114. verſ.3. conſuetudines,& ta-
2 men conſuetudines ✝ remanſiſſe verius eſt.
Beluiſ. in cap.1. ꝟ. fin. de his qui feud. dar.
poſſ.& in procem.Laudenſ.num.4.Præpoſit,
num. 5. Aluarot.in rub. tit. de his qui feud.
dar.poſſ.ferè per totum.Ardiz. in ſum. c. 2.
Bart. in l.de quibus ff. de legib. & hæc eſt
communis opinio. Curt.d.par.1. q.1. nu.11.
Capic.in inueſtit.feud.c.feud. contractus in
princip.fol.138.Sonsbech.par.1.nu.2. & ſeq.
Duaren. cap.1. feud.Oldendorp. de beneſic.
action.Vvſenb. in princ.num.4.& commu-
niter vocantur, & allegantur vſus,aut con-
ſuetudines feudales.Caccialup.in repet. c.1.
par.5.num.1.2.& 3. communem vocat de
feud.recogn. Scheneyd. in d.epit. feud.p.1.
num.7.Mozz.de feud.cap.1.nu.35.Bart.in d.
l.de quibus num.7.8.& ibi Iaſon num.36.&
alij ff.de legib. Scrader. par.2. par.9. ſect.3.
num.106.& multis diſputat,quamuis ab hac
ſententia poſtea recedat, & non video cum
3 ius ✝ ſcriptum non ſit vbi, expreſſa autho-
ritas, quæ formam legis concipiat, & con-
ceſſam ſcribi commendat.Oldendorp.d.lo-
co poſt claſſ.5.de benè verſ.action.ſub loco
quo authere,&c. & Sonsbech.d.loco,& ce-
teri præallegati, & cum conſuetudines
4 ✝ ipſe à priuatis primum literis mandatæ,
& communi vſu recepte ſine, probatione.,
non egent. Curt.d.q.1.nu.13.par.1. Aluarot.
& Laudenſ. dictis locis, Afflict. in prælud.
feud. nu. 14. ſicut,nec alia notoria conſue-
tudo.Bal.in l.Iulia num.3.ff.de teſtib. Bal.in
l.fugitiuus nu.3.C.de ſeru. fugitiuus.Curt.d.
num.13.Siluan. de feud. recognit.q.1. cap.1.
num.42, Iaſon in d. l. de quibus num. 78.
Alex.in l.vnica nu.3. C. vt quæ deſũnt Ad-
uocat,&c. & conſ.14. num. 1. lib. 5. Dec.
conſil. 483. pro tenui num. 20. quos ſe-
quitur Gail practic.obſeruationum obſer-
uat.26.& 31. num.17. lib.2. Grauett. conſ.
137. num.5. & ſeq. Maſcard. concluſ. 108,
facit.tex.in auth.iubemus, & ibi Bal.Ang. &
alij C.de iudic.Roſental.d.cap.1. concl.8. in
tex.& gloſ.litera I.

PARTIS SECVNDAE.

Dilucidatio vigeſimoſecundo.

THEMA.

Feudales conſuetudines, ab omnibus tacitè ſi non expreſsè recepte, vim legis habent communis & verior.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudines feudales, quod publica coram Imperatoribus, & in iudicijs allegatæ tacitè ſi non apertè receptæ ſunt, & legis uim obtinere.*

1 Notorium eſt conſuetudines feudales ab immemorabili tempore,& voto omniũ communi comprobatæ coram Imperatoribus Regibus Principibus, & omnibus iudicijs allegatæ, & ſic tacitè,ſi non expreſsè, & apertè receptæ ſunt legis vigorem, & authoritatem,argumento l. Denique ff. de legib.author.iubemus C.de iudic.Beluiſ.c. 1. ꝟ. qui feud. dar. poſſ. Iſern. in prælud.feud. num.24 & ſeq.Bal.num.3. & ſeq. Aluarot. num.14. Laudenſ.num.6. Iaſon ibidem in prælud.num.1.Afflict.nu.8. & ſeq. Præpoſit. num.7.Petr.Rauen.& Petr. Loriot. in vſib. feud.& dicunt Aluarot.Præpoſit.Iaſon, & Rauen. in dictis locis, quod iſta ſit communis opinio, & obſeruantia: Idem teſtatur Maranta in Specul. aureo par. 3. num. 84. Curt.iun.latè in d.q.par.1. vbi contraria refutat:Capic.in inueſtit.feud.cap.feudorum leges col.2. ꝟ. liber feudorũ fol. 261. Zaſ. in princip.num.3.idem communiter tradere Doctores teſtatur Siluan.de feud. recognit. q.1.num.49. & num.57. hoc omnes tenere aſſerit contrarijs reſpondens.Rebuff.in declarat.feud. Hannett. cap.1. Vveſ. in princ. ſui tractatus de origine feud.Sonsbech. p.1. num.22.& Clarus in d.ꝟ.feudum q. 3. Borcolt.

colt.de feud.cap.2.nu.10.& 30. Duaren.c.1.
num.5.Scheneid.in epit.feud.par.1. & verio-
rem, & receptiorem vocat. Mozz. de feud.
cap.1. num. 33. vbi communem eſſe ſcribit
poſt.Ripam quoque in l.fin.num.699.& ſeq.
C.de reuoc.donat.& nouiſſimè.Scrader. in
tract.feud par.1.q.1. nu.6. & per totam poſt
Viui.in commun.opin.verſ.feudorum liber.
& par.9.q.2. ſect.3. num.114. ex communi.
Vulteius lib.1.cap.4.& 5.vbi magis commu-
nem eſſe dicit,& ſequitur.Intrigl. poſt lon-
gam diſputationem, in 1.centur. feud. q. 4.
num.26. & ſeq.magis communem pronun-
cians, poſt multos alios quos conſtat,& ra-
tiones ponunt. Beluiſ.Iſern.Afflict. Bal.Al-
uarot.Propſit.Sonsbech.Curt.& alij in locis
citatis : contrarium tenuit Hoſtien. in ſum.
de immun. Eccleſ. §. in quantum. quem ſe-
quitur. Bellamera conſ.48.refert Roſental.
de feud.cap.1.concluſ.9.in gloſ.lit.A.

PARTIS SECVNDAE.

Dilucidatio vigeſimatertia.

THEMA.

Feudales conſuetudines omnes Re-
ges,& Principes etiam Eccleſias,
& perſonas eccleſiaſticas ligant.
Communis. & verior.

SVMMARIVM.

1 *Reges, & Principes omnes feuda te-
nentes per conſuetudines feudales li-
gantur.*

2 *Quis ac patrona eccleſiaſtica feuda te-
nentes ligantur remiſſiuè.*

3 *Conſuetudines feudales in Gallia non eſſe
receptas aliqui dicunt. ſed contrarium
eſt verius.*

4 *Feudales mores Gallia primum cæpiſſe
ſub Henrico VII. Galliæ Rege.*

5 *Feudorum determinatio ſpecialis ſi ad eſ-
ſet in iure canonico præualeret, vel obſer
uantia contraria.*

6 *Feudales conſuetudines ſeruande ſunt in
foro canonico, & in foro conſcientiæ,niſi
faueant peccatum.*

7 *Conſuetudines, ſi non ſunt rationabiles,
non ſeruiantur niſi ſint immemoriales.*

8 *Conſuetudines feudales etiam ſi non ex a-
ea ratione fulciant ſunt tolerabiles, &
vſu approbatæ, ut in ſtatutis.*

9 *Feudalis conſuetudo ſi plenè iniqua eſſet
non ſeruatur.*

1 REges, † & omnes Principes etiam de
facto Imperatorem non recognoſcẽ-
tes, per cõſuetudines feudales ligantur, fir-
mat Iſern. in præluд. feud. num. 27. & ſeq.
Afflict. ibidem num.17.& ſeq.Præpoſit. n.7.
& ſeq. Petr. Rauen.verſ. ſecundo dubitatur.
Aluarot.in cap.1.de pac.iuram.firm.num. 4.
& 5 poſt gloſ.& Iacob.de Bellouiſo ibidem
facit gloſ. in cap. per venerabilem, qui fil.
ſunt.legit.Bar.coſ.187. plenius quæritur,Ol-
drad. conſ.121.& 241. vt hoc communi vſu
receptum tradunt.Curt.iun.p.1.q.1.in tract.
feud.paſſim,& præſertim num. 16. Claud.
Sayſell in cap.de defin. Vveſ.in princ. tract.
feud.latem,Boer.in Conſuet. Bituricenſ.tit.
de feud.§.3.gloſ.1. Caſſan. in Conſuet. Bur-
gund.in rub.de feud.num.17.Patr. Rebuff.in
declarat.feud. Guid. Pap.deciſ.180.& deciſ.
297.& conſ.215.218. hoc ferè omnes te-
nere. Capic.d.cap. feudorum leges col.2. §.
leges feudorum ligant.Roſental.de feud.c.1.
2 concluſ.9.in gloſ.lit.B. Et, quod † eccleſia-
ſticas perſonas feuda tenentes, vide gloſ. in
cap.ex parte de feud. cap. Apoſtolicæ de re
iudic.in 6.Felin.in cap.1.de conſtit. & tradit
Abb.Felin.Bal.& alij communiter in c.cęte-
rum de iudic.per iſtum textum. Aluarot. in
in cap.1.in princ.nu.14.Iaſon. cap. 1. nu.36.
de his, qui feud. dar. poſſ. vbi communiter
Doctores Laudenſ. in prælud. feud. num. 6.
Vveſ.loco allegato,& eſt communis opinio
teſtibus Maranta in ſuo Specul.par.3. n.39.
Ampliſſimè Curt.iun. d.par.1. q.2. & conſ.
171.num.10.Capic.d.col.1.§. Amplia leges,
&c. (ſaltim ſi Eccleſia feudum à laico te-
nent, diuerſum enim ſentire vedetur, ſi lai-
cus ab Eccleſia feudum recognoſcit. col. 2.
§.limita,& vide) Mozz. tit. de his, qui feud.
dar.poſſ.num.30.Sonsbech.par.1.num.26. &
27.Scrader.ex magis communi in ſuo tract.
feud.par.1.q.2.per totum(& etiam quod cõ-
ſtitutiones Imperatorum conſuetudinibus
feudalibus inſertas reiecta Curtij diſtinctio-
ne)quod,& Io. Cannett. in extrauag. c. vo-
lentes, ſectio incip. vt quid dicendum de
feudo Eccleſiæ q.66. num. 3. & 9. in fine in-
nuit,licet num.4.diſtinguat inter feuda, quę
Eccleſia primordialiter, ex ſuo allodio cõ-
ceſſit, vt in his,non obtieant,hæc iura,& ſic
accipiat. Iaſon contrarium conſ.117. lib. 4.
Clar.in d.§.feudum q. 3. & 9. 90. commu-
nem teſtatur. Villalob.in communibus opi.
lit.C.num.75. & litera F.num.92. Vulteius
nu.8.

nu.8. lib.1.& cap.1.vbi Barbat. diſtinctionem conciliat, eandem Intrigl. magis communem, & veriorem teſtatur, in prim.centut.feud.q.14.nu.4.& ſeq. Graſſ.lib.5. commun.opin.c.2.de feud.q.3.Roſental.de feud. cap.1.concluſ.9. in gloſ. litera C. & ſi aliqui
3 dicunt has conſuetudines † feudales in Gallia non eſſe receptas, vt Petr.Iacob.in tract.rub.de ſucceſſ.feud.tamen contrarium quod, ſcilicet, in Gallia in caſibus per localem conſuetudinem non, deciſis, non, minus, quam in alijs chriſtianiſſimi Prouincijs obtineant, verius eſt, vt volũt omnes præcitati DD.præſertim Iſern.Aluarot.Seyſell.Vveſ. Guid.Papa; & Reouff. ibidem dicit hanc eſſe communem opinionem.(& Vvſenbech. refert, quod ſibi non conſtat, eum vbique deficiente conſuetudine ſpietiali Galliæ ex hoc iure decidat, quod etiam verum eſt) Hannet.d.c.1.lib.1.verum quidem eſt, quod Guid.Papa propriè loquitur de Delfinatu, qui non eſt propriè de Regno Galliæ, ſed cęteri indifferenter loquuntur: & eos ſæpè pro deciſione, & explicatione cõſuetudinis etiam ſpetialis Galliæ allegat Boer. in Cõſuet.Bitoricenſ.§.2.tit.de conſuetud. feu. & cenſ. & tit. de præſcript.§ 2. gloſ.2. & Vvlt.Caſſan.in Conſuet. Burg in fine rubric. de feud.nu.17.& Bar.de benefic.c.2. lib.1.&
4 in prælatione, ait mores † feudales Galliæ primum ſub Henrico VII. Galliæ Regis Euulgari cæpiſſe, vt nõ incerta ſit coniectura non vtentiũ ex Gallis, ſed Gallos ex eius moribus promulgatis rem, & verba deſcripſiſſe: Fetron. quoque in Conſuetudinibus Burdegalenſ.p.8. de feud. his Conſuetudinibus poſt ſuos mores vbique vtitur, & inde decidit Roſental.de feud.cap.1.concluſ.9. in gloſ. litera E. & conſuetudines, & leges feudales, quod ſint ſeruandæ in foro eccleſiaſtico, & ſeculari velut etiam, Panormit. Felyn.& alij Canoniſtæ in cap. cęterum de iudicijs, Zaſ.in procem.num.3.& Vvlt. Bal. in prælud.num.6.Seyſell.in d. cap. de diffinitio.feud. vbi aſſerit hanc communem opinionem eſſe, & Curt.d. par.1.q.2. hanc ſententiam ſequitur. Sonsbech. p.1. nu. 26. & ſeq.Vvſenbech.de orig. feud. dicit communem, Hannetton.lib.1.c.1.Scrader.d.q.2. p.1.c.verum & c.ex tranſmiſſa, & ibi Canoniſtæ de for. compet. †
5 Niſi ſpetiale quid circa feuda in iure canonico eſſet deciſum: vel obſeruantia contraria inductum, tunc enim in foro canonico pręualeret, ſicut Hannetton. Vvlteiuſ.Scrader. dictis locis credunt.Decian. conſ.90. lib.1. num.3. Roſental. cap.1. concluſ.9. in gloſ. litera F.
6 & hę † feudales conſuetudines, ne dum ſeruandæ ſunt in foro Eccleſiaſtico, & ſeculari, vt per pręcitatos Doctores, ſed etiam, & in foro conſcientiæ, ſi foueant peccatum, dicit Bal in prælud.feud.d num 6.Felyn. in cap 1.de conſtit.Curt.d.q.2.par.1. num.1. Intrigl.d.q.14.num 15. & Roſental. dicto loco
7 in gloſ. lit. G. † & conſuetudines ſi non ſunt rationabiles non ſeruantur, per tex.in cap.fin.§. fin. vbi gloſ. in verſ. rationabilis de conſuetud.num.1 Panormit.num.5. & ſeq.ibidem Petr de Rauen.in allegat in materia conſuetudinis fol.452. verſ.conſuetudo, & ſeq. Gayl. obſeruatione 31. num.11. & 12. niſi ſit immemorialis. Scrader.p. 10. ſectio.9.num 241.poſt Crauett.conſ.21.nu. 2. (quę autem conſuetudo ſit rationabilis tradunt Raueuna, & Gayl.dict.locis)& cõmunem pronuntiat Ficard. in comm. opin. litera F. num 179.in verſ. conſuetudo, & Emanuel Suarez in Theſaur.recept.ſentẽt.
8 litera C.n.274. & tamẽ hæ generales † feudorum cõſuetudines etiam ſi non omnimoda, & exacta ratione fulciantur ſint tolerabiles, & vſu approbatæ, ſicut in ſtatutis ſępè vidimus, & ita inquit Aluarot. d. cap. 1. nu.2.de feud cognit.quem ſequitur.Schẽch. ibidem num. 3. ſentit Syluan de feud.recognit.q.1.num. 47. in fine poſt Seyſell. in procem.de feud. facit c.1. & ibi notãt de fil.
9 nat.ex matrim.ad Morgan. quod † ſi plenè iniqua, & ſine ratione eſſet, non ſeruaretur. tradit gloſ.in cap.1. de feud. cognit. & ibi Iſern.num 2.& in cap.moribus num. 1.ſi de feud.defuncti controuer.fuerit, quos citat, & ſequitur Maranta in Speculo Aureo.p.3.nu.90.Capyc. in inueſtit.feud. cap. feudorum leges in finè fol. 263. Roſental. vbi ſupra.

PARTIS SECVNDÆ.

Dilucidatio vigeſimaquarta.

THEMA.

Conſuetudines diuerſæ exiſtentes in Curia Domini, & loco contractus: quo ad ſollemnitates attenditur conſuetudo loci contractus ſi diuerſa eſt in loco feudi quo ad exequutionem rei, & quæ ad rem pertinent poſt contractum non Curiæ Domini, ſed loci rei ſitæ, Communis.

PARTIS SECVNDAE.

Dilucidatio vigeſimaquinta.

THEMA.

Inueſtituræ verbis ceſſantibus, conſuetudo loci ſpecialis, aut ſtatutum, quod vniuerſalibus feudorum conſuetudinibus præfertur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *IN defectum verborum inueſtituræ per conſuetudinem, ſiuè ſtatutum loci feudi ſiti, deciditur, quod uniuerſalibus feudorum conſuetudinibus præualet.*

2 *Feudalis differentia iuxta ſtatutũ, & conſuetudinem localem ubi feudum eſt ſitum explicari debet.*

3 *Conſuetudo, ſiue ſtatutum loci feudi ſit pro maſculis, & feminis, & conceſſio ſimplieiter pro maſculis, & feminis intelligitur.*

4 *Feudum cenſetur conceſſum ſecundum ſtatuta, & conſuetudines ſpeciales loci, & iux. eorum pacta ſpecialia terminari.*

QVæ ex verbis inueſtituræ decidi non
1 poſſunt ex † conſuetudine, vel ſtatutis Prouinciæ, vel loci feudi ſit diiudicari debeat. Nam illa vniuerſaliter feudorum conſuetudinibus præualent, Aluarot. in c. 1. num. 2. de feud. cognit. Laudenſ. ibidem n. 10. Præpoſit. n. 2. & 3. Schench. n. 19. ibique Petr. Rauen. facit cap. 2. & ibi notata per Afflict. num. 5. & communiter Feudiſtæ, quod 53. illæ tex. in loco Mediolani ſolum obtinuerit, de filijs de matrimonio ad Morganicam contracta. Hoſtienſ. de feud. in ſumma ſua in §. fin. Afflict. in cap. 1. num. 10. in fine. An Agnat. vel fil. &c. Rebuff. in declarat. feud. poſt principium Vvſembech. c. 17. ante finẽ, & conſ. 74. num. 26. Caſſan. in Conſuetudin. Burgun. tit. d'icelluy. gloſ. 2. in verſ. & ſelõ la naturæ, n. 1. & 2. Boer. in Conſuet. Beturicẽſ. tit. de præſcript. §. 2 gloſ. 5. Scruff. conſ. 66. num. 9. centur. 1. Pariſ. conſ. 12. num. 44. conſ. 13. num. 18. & 30. conſ. 21. num. 14. lib. 1. (vbi ait certiſſimum eſſe potiſſimum attendi debere conſuetudinem, & conſtitutiones loci, vbi feudum eſt ſitum) Brun. conſ. 81. nu. 6. & in tract. de ſtat. art. 5. q. 11. Ant. Gabr. in commun. opinion. de conſuetud. concluſ. 1. num. 10. lib. 6. Berous conſ. 77. num. 27. lib. 1. Thom. de Marin. de gen. feud. tit. de feud. non hab. propr. nat. feud. nu. 6. Oldrad. conſ. 59. ex præſenti Themate nu. 5. Menoc. de præſumpt. c. 95. & ſeq. lib. 3. ac conſ. 400. num. 6. lib. 4. Guid. Pap. conſ. 59. num. 2. & deciſ. 297. Euerard. in locis argumentis legalibus loco à contrario ſenſu nu. 31. Burſat. conſ. 50. num. 25. lib. 1. & inueſtituram
2 iuxta illam † conſuetudinem, ſiuè locale ſtatutum rei ſitæ explicari debet. Oldrad. d. conſ. 59. num. 8. Pariſ. conſ. 13. num. 30. lib. 1. & conſ. 21. nu. 48. d. lib. 1. hoc ad terminorum ſucceſſionum tradit ſi talis ſit conſuetudo. Brun. conſ. 81. num. 6. Burſat. d. nu. 25. & vbi ex conſuetudine feuda ſunt alienabilia ita inueſtitura facta cenſetur. Crauet. conſ. 926. num. 10. vbi ex hoc infert, inueſtituræ conceſſionem præſumi iure feudi antiqui factam, ſi ita mos regionis, & omnes ita fiant. Bal. in cap. 1. §. hoc quoque nu. 8. de ſucceſſ. feud. Pariſ. conſ. 12. num. 44. lib. 1. Menoch. d. loco Alciat. in tract. præſumpt. præſumpt. 32. reg. 3. nu. 15. Vvſembech. d. conſ. 74. nu. 26. & ſic iudicatum refert Guid. Pap. deciſ. 257 & Schench. in cap. 1. §. in primis num. 11. in quibus cauſ. feud. amitt. Boer. conſ. 77. nu. 27. & 28. lib. 1. Scrader. de feud. p. 5. cap. 2. nu. 45. Deinde ſecundum ſtatuta, &c. facit l. quod ſi nolit. §. & quia ff. de edilit edict. & Scrad. eſt intelligendus, vbi loci ſitus eſſet diuerſa conſuetudo de quo in ſeq. Dilucid. loquimur. Roſental. d. c. 1. concl. 13. in gloſ. lit. B.
3 & ſi † conſuetudo, vel ſtatutum loci feudi ſiti ſit, pro maſculis, & feminis, & inueſtitura ſit ſimpliciter, interpretatur pro maſculis, & feminis. Oldrad. Pariſ. Alciat. & Vvſembech. in locis allegatis, Guid. Pap. d. conſ. 59.
4 nu. 2. & deciſ. 297. nu. 2. & ſic. ſi † ſtatutum vel conſuetudo, habet alia pacta, & obſeruantium ſpecialiter, & ſuccedant maſculi tantum, & ſic ex pacto, & prouidentia ita conceſſum cenſetur. Afflict. in prælud. feudor. n. 92. verſ. in Regno, &c. & ex alijs multis Roſental. d. loco in gloſ. lit. D. & pacta appoſita in infeudatione cenſentur repetita in ſub infeudatione Roſental. de feud. cap. 9. concl. 43. in fine.

PARTIS SECVNDAE.

Dilucidatio vigeſimaſexta.

THEMA

Quęſtio feudalis ſi ex inueſtituræ verbis, vel ex conſuetudine, do-

mini Curiæ, aut loci determinari nõ poteſt, de iure cõmuni feudorum decidi ſolet, ſin autem ex eius rationibus decidatur, & ius feudorum ex iure communi interprætatur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudales controuerſiæ ex uerbis inueſtituræ ex conſuetudine loci rei ſitæ & ex conſuetudine Curiæ Domini determinantur.*
2 *Prædictis deficientibus ex iure communi feudorum.*
3 *Inueſtitura, conſuetudine, iure feudorum deficientibus ex rationibus iuris feudalis determinantur controuerſiæ feudales.*
4 *Ratio ipſa lex eſt, quæ ubi eſt lex non deficit.*
5 *Similitudo extenſio eſt.*
6 *Legis ratione, quod ſit ex ipſa lege fieri uidetur.*
7 *Ratio nil aliud eſt. quã infirmitas intellectus, ubi legem habemus.*
8 *Caſus à conſuetudine, & iuribus feudalibus non deciſus à iure communi interpratatur.*
9 *Ius ciuile, & canonicum ſi diſcrepans, ratione iuramenti, peccati, aut animæ ſalutis, Theologum, & ius Canonicum attenditur.*

1 Feudorum controuerſiæ † verbis inue-
ſtituræ, ex conſuetudine loci feudi ſiti
vel domini concedentis, & eius Curiæ, gra-
datim ſi decidi non poſſunt, ex communi
iure feudali determinari ſolent, vt habetur
ex tex. in cap. 1. de feud. cognit. vbi Gloſ. &
Doct. omnes vbi ſcribentes, ſi vero etiam
2 ius feudale deficiat. † ex eiuſdem iuris feu-
dalis rationibus definiri debent cum ratio
3 † nil aliud ſit, quam ipſa lex. Imò anima
legis. Euerard. in locis legibus, in loco à na-
tura ad ſtrictum ius dicit, vbi enim eſt legis
ratio non dicitur lex deficere. Canon. Con-
ſuetudo prima diſtinct. l. ſcire oportet. §.
ſcire de excuſat. tutorum facit. cap. 2. de
appellation Iaſon. in l. quamuis nu. 2. ff. de in
ius vocand. Laurent Siluam. conſ. 21. nu. 41.
lib. 1. Curt iun. d. tract. de feud. p. 1. q. 3. nu. 12.
4 & non ex † ſimilitudine, quæ exiſtit eſt. vt
dixit Afflict. in d. c. 1. nu. 16. de feud. cognit.
Io. And. in c. cum non, ad finem vltimæ
quæſtionis de conſuetudine fieri dicitur
5 Quod † ratione legis ſit, ex ipſa lege deciſũ
dicitur. d. canon. conſuetudo. 1. diſtinct. de re
ſcript. ad quæ faciunt allegata: Nam quære-
6 re legem, vbi habemus ratione nihil aliud
eſt, quã infirmitas intellectus. vt poſt Ang.
conſ. 104. quoniam in vltimis voluntatibus
col. fi. ex Ariſt. allegat Curt. d. n. 12. facit tex.
in l. prætor ait §. interdictum ff. de nou oper.
nuntiat. vbi gloſ. in verſ. expreſſum. & Ang.
n. 1. ac Iaſ. n. 3. facit tex. in l. nominis, & rei. §.
verbũ ex legibus ff. de verb. ſig. l. leges ſcire
ff. de legib. Curt. d. tract. p. 1. q. 4. n. 2. Gail. pra-
ctic. obſeru. lib. 1. obſeru. 2. n. 2. eleganter. &
latè Euerar. in Topic. legalibus, a ratione le-
gis larga, & c. ad extentionẽ legis n. 18. & 19.
Roſent. d. c. 15. in gloſ. lit. D. & ſimiliter dico
7 quam caſus † à cõſuetudine, & iure feudo-
rum expreſsè nõ deciſus à iure cõmuni in-
terprætationem recipit. Bal in l. 2. n. 4. C. de
ſuis, & legit. in l. cum oportet in princ. n. 18.
ver. in feudo. vbi hoc pro regula feudali nota.
Iaſ. in l. de quibus n. 14. in fi. & ſeq. ff. de legib.
Euerar. in locis argumentorũ, de loco à cõ-
trario ſenſu, nu. 30. Præpoſit. in d. c. 1. vbi eſt
tex. nu. 3. de feud. cognit. & ibid. Caccialup. in
repet. p. 4. n. 21. Camer. in c. Imperialẽ. §. præ-
terea ducatus f. 837. facit tex. in l. ſi cũ dote,
cum ibi notatis ff. ſolut. matrim. cum ſimili-
bus Piſtoris in quæſt. iur. lib. 2. p. 2. q. 38. n. 10.
11. & 20. per tex. in d. c. 1. & ibi omnes inter-
prætes de feud. cognit. Iaſ. in prælud. feud. n.
63. Curt. de feud. p. 1. q. 4. in prin. Garzon. d. lo
co, & Marant. in Specul. aur. p. 3. n. 86. Roſẽt.
de feud. c. 1. concl. 16. in gloſ. lit C. Et ſi ius
8 † ciuile, & canonicũ cum diſcrepant, defi-
ciente iure feudali, in materia iuramẽti pec-
cati, aut animæ ſalutis, ſacram Theologiã, &
ius canonicũ ſequendum eſt. Bal. in l. liberti
liberteq; n. 39. de oper. libert Calderin. conſ.
2. tit. de iudic. quod Felin. in c. ceterũ de iud.
declarat. ſub verſ. fortè (vt ſi ſaltem agat de
exequutione iuramenti ad Eccleſiaſticũ nõ
pertineat, niſi vaſallus hoc velit, & patet, &
de neceſſitate ei recurrẽdum ſi de validita-
te eius agatur) ſequitur. Mozz. de feud. tit.
de natur. feud. n. 112. quidquid dicunt. Gail.
obſeru. 25. n. 1. 2. 3 & 4. lib. 1. & Roſental. in
d. c. 1. concl. 19. in gloſ. lit. A. & B. per tradita
per Bar. in l. priuile. n. 2. C. de ſac. ſan. Eccleſ.
Clar. lib. 5. recep. ſenten. q. 37. & Bar. Imol.
Petr. Coſtal. in l. Titia ff. de ſponſal. Felin. in
c. 1. nu. 21. de iureiur. & in c. cum ſit, nu. 1. 7.
eod. Gail. d. loco, & ex alijs Roſental. d. lit. A.

THEATRI FEVDALIS PARS TERTIA

DE QVIBVS REBVS FEVDA CONSTITVANTVR.

PRIMA DILVCIDATIO.

THEMA.

Feudum in rebus immobilibus, vel in eis, quæ inter immobilia connumerantur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum in immobilibus. & in quibus inter immobilia tantum conſtitui poteſt.*

2 *Immobiles res ſunt, quæ ſolo cohærent uti fundus Caſtrum, territorium, & ſimilia.*

OBertus de Orto feudorum compilator in diffinitione feudi ait. rei immobilis quibus verbis cauſam materialem feudi indicāt, conſiſtit ergo feudum † in immobilibus
1 rebus tantum, aut vt idem Obert. nonniſi in rebus ſoli, aut ſolo coherentibus, vel his, quæ inter immobilia connumerantur. c. vn. in fine. de feud. cognit. hac regula Oberti de Orto tria comprehenduntur, Primo conſiſtere in rebus ſoli, ſolum, teſte. Senie. lib. 2. de natura ait tertia pars de Agris terris ſatis arbuſtis quærit. Et Iuris Conſulti, res ſoli appellant res immobiles, vt in l. 1. §. 1. ff. de re iudic. l. 1. de condit. tritic. ibi (ſimiles ſint ſiuè ſoli) l. 3. §. 1. vſufructuar. quemadmo. cau. & in alijs locis in qui-
2 bus res mobiles ſoli apponuntur, res † vero immobiles, & quæ inter immobilia connumerantur, quæ in feudum dari poſſunt, quæ ſoli coherent, ſunt fundus, Caſtrum territorium, & ſimilia, vt in §. ſciendum de feud. cognitio. Scrader. de feud. par. 3. cap. 2. num. 1. & communiter Doctores in d. c. 1. de feud. cognit.

PARTIS TERTIÆ.

Dilucidatio ſecunda.

THEMA.

Iura, & alia ſoli coherentia fructus pendentes, & aliæ res, quæ in feudum dari poſſunt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Ivra † quoque perpetui uſus ſunt ſoli pertinentia in feudo in feudum tranſeunt, ut ſunt fructus & ſimilia.*
2 *In conſideratione bonorum mobilium non uenire fructus pendentes.*
3 *Fructus alicuius rei in feudum dari poſſunt.*

NEdeum res ſoli coherentes, ſed etiam
1 omnia † iura item, quæ perpetui vſus cauſa ſunt, ideſt, quæ rei ſoli ſunt pertinentia ſimul in feudum conceſſa ſunt, niſi illa nominatim ſint excepta, vt ſunt fructus pendentes, qui feudo conceſſo veniunt ad feudatarium, quia pars fundi ſunt, vt per Bart. Alexand. Caſtrenſ. & alios in l. cum filius familias ff. de legat. 1. l. fructus pendentes ff. de rei vendic. l. fin. §. pen. ff. quæ in fraudem credit. & in terminis Præpoſitus in §. fin. num. 5. in fine vbi Laudenſ. num. 12. de his, qui feud. dar. poſſ. Afflict. in cap. 1. §. ſciendum num. 1. & 2. & ibi alij de feudi cognit. & plures communes de hoc adducit Roſental. de feud. c. 4. concl. 4. & elegāter explicat Couarr. var. reſolut. cap. 5. in princ. de his iudicandum eſt, vt de fundo Bald. in c. vnico §. vltimo verſ. quæro de fructibus. de pace tenen. Hinc Afflict. in conſtit. Regni
2 incip. grandis num. 4. dicit in † confiſcatione bonorum mobilium non venire fructus pendentes cum ſint pars ſoli idem in conſtit., ſi quando aliquem not. 9. & qui partem fructuum habet, partem fundi habet, & poteſt dominum prohibere nè fructus ſe inſcio colligat. Specul. in tit. de decim. §. 1. col. vlt. verſ. vltim. quæritur Io. And. in cap. ex parte ibique Panorm. extra eodem, hinc eſt
3 quod † fructus alicuius rei in feudum dari poſſunt, vt fructus feni, alicuius prati, & ſimilis iuris piſcandi cedendi ligna, lapides, vt per gloſ. fin. in d. §. ſciendum vbi Iacob. de Belloviſ. Laudenſ. & alij de fundi cogniti: Iſern. in cap. 1. ſi vaſallus de feud. ab aliquo, &c. Zaſ. de feud. part. 4. num. 19. communem dicit. Borcolt. cap. 6. num. 11. Tiraquell. in retract. lignag. gloſ. 7. §. 1. num. 45. & alij per Roſental. de feud. d. loco.

PARTIS TERTIÆ.

Dilucidatio tertia.

THEMA.

Seruitutes Prædiales ſolo coherentes in feudum dare poſſe. Communis.

SVMMARIVM.

1 *SEruitutes Prædiales, ut ius proſpiciendi eundi, quæ in ſolo coherint in feudum dari poſſunt.*

1 SEruitutes † Prædiales, quæ ſolo coherentes ſunt, vt ius eundi proſpiciendi infeudari poſſunt. gloſ. in l. 1. C. de vſu cap. transform. Alexand. conſ. 211. num. 4. & ſeq. lib. 6. Rolan. à Valle conſ. 1. num. 27. lib. 3. facit l. ſed ſi pecunia, §. fin. ff. de reb. eorum, qui ſub tutel. &c. Gail. obſeru. 11. num. 11. in fine lib. 2. Vvſembech. cap. 6. num. 2. Borcolt. c. 6. num. 17. Vvlteius lib. 1. cap. 5. num. 4. Roſent. de feud. d. cap. 4. concl. 2. qui alios adducunt & quamuis Seyſell. contradicat in Speculo ſuo feudali in rub. quæ res in feudum dari poſſunt non probat.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio quarta.

THEMA.

Molendina, & granaria ſolo coherentia in feudum dari poſſunt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *MOlendina, & granaria quorum ſtipites ſolo adſunt infeudari poſſunt.*
2 *Molendina in aquis natantia, & à uentis agitata*

agitata non in feudantur niſi à loco non ſunt amouebilia.

3 *Molere ſi uicini tenentur hoc ius quia ſeruitus in re ſolo coherenti infeudari tale ius poteſt.*

MOlendina,& granaria ſolo coherentia quorũ ſtipites in terra ſunt. infixi partes ſunt edium, l. granaria de action. empt. illorumque exemplo poſſumus dicere, molondina ſolo coherentia,& inter res immobiles referri in feudum dari poſſe Iacob, de feud.in verſ.& cum molendinis,nu.2.Franc. Curt.de feud.q.6.par.1. nu.11. Vvſembech. c.7.num.2.& 6. Roſental.c.4.concl.4.Iaſ.in l.quo minus nu.120.ff.de iureiuran.Scrader. de feud.par.3.cap.2.nu.2.Mozz.de reb. quæ in feud.dar.poſſ.num.8.ex alijs Roſental.d. cap.4.concl.4.& Vulteius d.cap.5.nu.5.quod
2 tamen ad molendina † in aquis natantia referendum non eſt, nam huiuſmodi Molẽdina,quia ſolo non coherent pro mobilibus habentur.Ripa in d.l.quo minus Tiraquell. de vtroque retractu in verbis,aut alijs rebus §.1.gloſ.7.num.92.Borcolt.d.c.6. nu.11. Roſental. d. loco idemque in Molendinis à ventis agitatis ſentiendum eſt, reg.l.Titius horceum de aquis rerum.Dominic. Bolcolt. d.num.11.niſi fortè hęc ita facta ſint, vt facte ſint,vt à loco ſuo non amoueantur.Roſental.d concl.4.Vulteius d.cap.5.num.5. ita
3 etiam ius † quo vicini obligati ſunt in molendinis molere, quia ſeruitus in ſolo coherenti eſt in feudum dari poteſt. Roſental. d. loco,& Vulteius d.cap.4.num.9.etiam ſi tale ius in molendino in aquas natanti eſſet, & dictum ius non haberet annexam, cum fundo rectè in feudum dati poſſe ex dictis per Iaſon.in d.num.120.Iacob. in d. verbo cum molendin.num.1.& fin. Vvſembech. d. c.7.nu.2.ſunt enim aliquando fundi inſtrumenta Roſental.d. cap.4. concluſ.4. num.2. in gloſ.lit. E.

PARTIS TERTIÆ.

Dilucidatio quinta.

THEMA.

Pecuniæ de camera,& erario Principis, ſiuè Regis in feudum dari poſſunt. Communi.

SVMMARIVM.

1 *PEcunia per ſe conſiderata, quia inter immobilia connumeratur non feudatur.*

2 *Pecunia erarij Regis in feudatur, quia dũ à fundis, & immobilibus percipitur inter immobilia computatur.*

1 PEcunia † conſiderata de per ſe quia inter immobilia cõputatur ſi in feudũ dari nequit, vt per Bal. in c.1.verſ.vel minus ſi de feud. vaſall.ab aliquo, &c.Borcol. cap.3.num.13.fol.92.Roſental.de feud. c. 4. concluſ.7.ac deciſum,& de communi teſtatur Scruff.conſ.11.nu.2.centur.1. & ex alijs, quæ dicemus in dilucid.de rebus,quæ infeudari non poſſunt,& particulariter de pecunia, ſed tamen infeudari poteſt pecunia,
2 † quia Princeps,ſiuè Rex ex ſuo erario alicui confert, quod feudum de camera, aut camera, aut ſoldata,vel cuſtodiæ,dicitur de quibus diſtinctius infra dicemus: quia iſta pecunia à reditibus ſtabilia immobilium ac aliarum rerum, quæ inter immobilia computantur per, tex. in cap.1.§.ſciendum de feud.cognit.vbi communiter Doctores omnes Blanc.de feud.lib.1.cap.6.num.5. Mozz. in tit. de reb. quæ in feud.dar. poſſ. num. 6. Scheneyd. de feud.par.2. nu.3. & ita demum ſi detur,vt dominus,proprietatem, retineat vaſallus redditus percipiat. Afflict. in cap. vnic.num.7.ſi de feud.vaſall.ab aliquo interpellatur.

PARTIS TERTIÆ.

Dilucidatio ſexta.

THEMA.

Vinum, oleum, frumentum, ordeum,auena,& ſimilia de erario Principis: infeudum dari poſſunt. Communis.

Quia breuis deſeruiunt pro ſummmario.

VInum, oleum, frumentum,ordeum,auena, & ſimilia, quę ex erario horreo, vel cellario Domini perueniunt annuatim alicui, feudi nominine dantur, vt tempore mortis dantis,vel recipientis extinguuntur, vt in cap. vnico §.fin.de pign.dar.feud. quid iur. ſit

iur.ſit Ardizz.in epit.de feud. cap. 29. verſ. hæc autem feuda ex alijs firmat, & etiam pecunia, vinum,oleum,frumentum,&c. ratione erarij, vel pecuniarij, aut ſummæ capitalis, quæ apud nummulatarium eſt inter immobilia numerantur, & proindè infeudũ dari poſſunt,dicit Borcolt.c.6. de reb. quæ infeud.dari poſſunt num.13.alias huiuſmodi res de per ſe conſideratæ,verè mobilia ſũt, vt ibidem Borcolt.num.14.fol.91. ſed tamquam ab erario Principio peruenientes, in feudum dari poſſunt,vt diximus.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio ſeptima.

THEMA

Annui reditus de penſionibus, & ſimilibus in feudum dari poſſunt. Communis.

Quia breuius deſeruit pro ſummario.

ANnui reditus de penſionibus,& ſimilibus bene in feudum dari poſſunt, & de eis feudum conſtitui. Mozz.de feud.in cap. de reb. quæ in feud.dar.poſſ.per totum fol. 62. Bolcnl.d.cap.6. ex multis Vvlteius d.cap.4. num.9. de quibus infra dicimus diſtinctius.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio octaua.

THEMA.

Pecunia ex feudo peruenta non eſt feudalis, licet feudo vendito ſuper pretio creditores, cum aſſentu præferuntur. Communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *PRetium ex feudo vendito peruentum, non eſt,nec efficitur feudalis,& in mobilibus connumeratur.*

2 *Feudi venditor, non tenetur pretium rei venditæ in emptionem conuertere,niſi ex conuentione, num. 5.*

3 *Pretium per ventum ex re feudali non eſt feudale.*

4 *Pecunia, ſiuè pretium maioratus alienatus eſt maioratus.*

5 *Pretium rei feudalis ex conuentione in emptionem alterius feudi conuerti poteſt,& quando.*

6 *Pecunia ex feudo euicto peruenta, non eſt feudalis.*

DIximus feudum conſiſtere in re immobili ſolo coherenti,vel pertinenti.& res
immobiles de per ſe feudum dari nequeũt,
1 ſic † pecunia de feudo peruenta ipſaque
verè mobilis eſt,vt ex Cyno Bal. Alberico
de Roſat. in l.ea demum C.de collatio.&
apertè probat tex.in §.& quia parum, in
auth. de nupt.& ex alijs Borcolt.d. cap.6.
num.14. & ideò non ſuccedit loco rei, &
feudalis non eſt,per tex.in c.1.§. ſciendum
de feud. cognitione, & bene facit tex. in l.
tutor rerum ff. de adminiſtrat. & per tutorum,& ex alijs firmat Scruff.conſ.11.n.1.
2 centur.1.ſubdens,Nec tenetur † venditor,
vel aliter feudum alienans feudi pretium
in emptionẽ ſimilis rei cõuertere, quæ teneatur loco feudi,quia receſſum eſt à ſimplicitate feudi proprij, & ita expreſsè determinat.Bald.in c.1. de feud. non habente proprium feud. natur, in princ. & quod
pecunia de feudo peruenta non ſit feudalis,licet Io.And. in addit. ad ſpecular. in
tit.de feud.& Ening.God. conſ.18. num3.
Curia Saxonia in iudicando contrarium
tenuerint teſte, Vvſembech.in cap.7.nu.9.
& malè 1 quod non ſit feudalis confirmat
Scruff.ex alijs d.conſ.11.nu.1. & ex pluribus Roſental.d.c.4. concl.7. & regulam
3 † eſſe,quod pretium redactum ex re feudali non ſit feudale dicit Præſ. de Franch. in
deciſ.64.nu.3.Iſern.in cap.1.§.planſtarum
in fine,quæ ſint Regal. c. ſi vero vbi Iſern.
ſi de feud.fuer. controuerſ.Afflict. in conſtit.Baiuli locorum in 3. notab. & alij in
c.1.de feud. non habente propr. feud nat.
Idẽ Præſ.de Frãch.in dec.75.n.6.Molin.de
primog.Hiſpan.lib.4.c.4. deciſum firmat.
Et licet ex Gregor.Lopez in l.6 tit.11. p 6.
in gloſ.in verſ. Quæ nò le podieſſe vender.
col.8. verſ.an autem pretium; refert quod
4 pretum redactum ex † re maioratus alienata ex Regia facultate ſit etiam maioratus,& ſi id in Regia facultate non exprimatur hoc enim non eſt in pecunia ex feudo
peruenta, quæ non eſt feudalis, vltra iã
dictas deciſiones hanc ſententiam eſſe
communem de iure veriorem dicit Vvſembech.

bech.c.7.num. 9. & hanc ſententiam adeò
5 verum eſſe, vt ſi inter † fratres vel agnatos conuenerit, vt eiuſmodi pecunia aſſumeret naturam feudi, & ſoli maſculi, ſuccederent conuentio etiam ſi iurata ſit, nullius etit momenti, antequā feudū ematur. ita firmant Iſern.Præpoſit.& Affl.in d. c.15.interpell.de feud.vaſall.Borcolt. c. 6. nu.14.Roſental.c.4. concl.8. Vulteius c.4. nu.10.verſ.ita in ſpecie,&c.ſed ſi pretium peruentum ex feudo conuertitur in emptionem alterius feudi, & adhuc non cōſignati venditor ab hac vita deceſſerit hæredes eius, vel vnus ex his, qui conuenerunt, vt aliud feudum ematur, ex illa emptione ad aliud feudum emendum cogi poſſunt, & ſecundum hoc ita pronuntiatū teſtatur Borcolt.d.cap.6.num.14. Vulteius d.cap.5. num. 10. circa finem,& ratio poteſt eſſe, quia conuentio ſunt de pecunia in emptionem conuentendam ideò per hæredes mortui ſeruandum, & tunc pecunia conuenta in feudi emptione eſt feudum.
6 Item pecunia, † quæ de feudo euicto peruenit,& debetur, nec feudalis eſt. Beluiſ. in d.cap.1.de feud. non habente propr. feud. nat.& ibi Bald.nu.6.Aluarot.nu.5.Laudenſ. num. 4. qui in iſta ſpecie putat pretium in alium feudum conuertendum ex Bellouiſo, qui ſolus dicit hoc eſſet equius, ſed reprobatur ab omnibus. Affict.nu.16. & alij multi per Roſental.de feud.c.4.concl.8. & de communi teſtatur.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio nona.

THEMA.

Feudum quando venditur, cum hæreditate,& alijs feudi pretium ſuccedit loco rei. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudi cum hæreditate venditi pretium loco rei ſuccedit.*
2 *Feudi uenditi pretium liberatur prius creditoribus, cum aſſenſu, & ita ſeruatur.*
3 *Feudi, cum pacto de retrouendendo pretium peruentum liberatur anterioribus creditoribus abſque aſſenſus ex neceſſaria cauſa.*
4 *Pretio ex feudo peruento primus ceſſionarius præfertur ſecundo quamuis ſecundus aſſentum obtinuerit.*

1 Feudum, quando venditur † cum hæreditate, & alijs feudi pretium loco feudi ſuccedit.& datur caſus, vt pretium ſuccedat loco rei,& eſt,quando patrimonium alicuius venditur cum fondo feudū loco feudi ſuccedit, per tex.in l.ſi rem, & pretium,ff.de poſit.hæredit. quem allegat Iſern. in cap. 1. verſ. ſiuè alienaui de controuerſ.inter Dom. & fidel. de port.fratris mei: Nam licet feudum,non ſit Vniuerſitas iuris, vt per Iſern.in cap.1. verſ.traditionibus.quid ſit inueſtit, tamen quia feudum videtur cum hæreditate, & Vniuerſitate bonorum in quibus ineſt feudum, eſt quid vniuerſitate iuris, non tamen ex ſua natura, quod aliud eſt, quam non eſt Vniuerſitas iuris, ſed facti ſi venditur de per ſe non habet locum d. l.ſi rem pretiū. Vnde per Sacrum Conſilium Neapolitanū fuit decifum, & eſſe de eius eſſe de ſtilo
2 quando venditur † feudum liberare eius pretium crediroribus,cum aſſenſu, quamuis poſterioribus aliorū creditorū,ſine aſſenſu per prædicta, Io. Vinc. de Anna in allegat.141.& ſignanter,num.204.ex alijs, & ita quotidie iudicatur, dicit Camill. de Curte in diuerſor. iuris feud. verſ. in hoc igitur num.9.fol.20.Ricc.coll:ct. dec.888. Thot.in Compend.deciſ. Neapol. verſ.pecunia peruenta ex feudo. Secus eſt,quando feudum venditur de per ſe, & non cum vniuerſitate hæreditatis, ſiuè bonorum, quia tunc pretium non eſt feudalis, vt præ diximus. prætactam deciſionem, quod ſit ſatisfactio creditoribus,cum aſſenſus, excluſis aſſenſum, non habentibus, limita,
3 niſi feudum † ſit reſoluibile,ex neceſſitate cauſæ antiquæ, ſiuè pactis de retrouendēdo in pecunia non facta reſolutione ex quo pecunia ſemper fuit, & eſt allodialis, non præferunt poſteriores cum aſſenſu:videtur enim debitorem numquam feudum habuiſſe,ſed eam pecuniā, quam à principio expēdidit in feudum,ſibique ex pacto reditam, ſemper conſeruaſſe, ex quibus & alij,quod pretium feudi venditi cum pacto de retrouendendo ſoluitur creditoribus anterioribus tàm ſine aſſenſu, quàm cum aſſenſu, deciſum firmat. Præſ. de Franch. deciſ. 64. num. 18. limita etiam quando
4 aliquis eſt † creditor alicuius ſuper feudo cum aſſentus cui venit liberāda pecunia, ſi iſte creditor, ſui crediti facit ceſſionem duobus, ſecundus obtinet aſſenſum,qui in ceſſio-

ceſſione actionis, & iurium ad feudum ſicut in ceſſione ipſius rei feudalis, vt per Iſern. in Conſtitut. Regni honorem noſtri diadematis col. penul. verſ. ſecus ſi eſſet, & ex alijs Præſ. de Franch. deciſ. 75. num. 2. Prima, ceſſionarius, qui prælatus fuit, & ita deciſum in d. deciſ. Franch. 75. in fine.

PARTIS TERTIÆ.

Dilucidatio decima.

THEMA.

Iura, & actiones, quæ loco immobilium ſunt, in feudum dari poſſunt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *IVra, & actiones ad res immobiles inter incorporalia connumerantur, & infeudantur.*

2 *Actio ad rem immobilem, immobilis, & ad rem mobilem mobilis iudicatur.*

3 *Actionis appellatione bonorum continentur, ut ſi ſint reales, reales, ſi perſonales, perſonalis, & tertiam ſpeciem eſſe.*

4 *Actio perſonalis ad rem immobilem infeudata ipſa res debita uidetur conceſſa.*

5 *Actio, ſi eſt ad feudum feudalis eſt.*

Res etiam incorporales, quæ iure immobilia cenſeantur ſunt iura † & 1 actiones ad res immobiles competentes, quæ in feudum dari poſſunt Doctores communiter tradunt in §. ſciendum, vbi Iſern. num. 3. Bal. num. 3. Affiict. num. 5. Laudenſ. num. 8. & 9. Aluarot. num. 3. Præpoſit. nu. 5. Gail. lib. 2. obſeruat. pract. 11. deciſum firmat Borcolt. cap. 6. num. 26. Ant. Gabr. in com. opin. tit. de verb. ſignif. concl. 7. n. 27. Mozz. de reb. quæ in feud. dar. poſſ. nu. 11. Scrader. par. 3. cap. 3. n. 10. vſque ad finem, vbi hoc eleganter, explicat Roſental. c. 4. concl. 6. lit. B. ex multis alijs firmat, & intellige ſi ius, vel actio competat ad quid immobile, quia tunc eſt immobilis, vt per Gloſ. in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſactionem, in gloſa fin. & in Auth. de non alien. in gloſ. in verſ. numeranda. Bar. in l. ſi ſic §. fin. ff. de leg. 1. & ibi Ang. & Din. in l. poteſt. ff. de au thorit. tutor. Caſſan. in Conſuetud. Burg. Brun. in tract. quod ſtantibus maſculis q. 26. Bal. in auth. hoc ius porrectū C. de ſac. ſanct. Eccleſ. Socc. conſ. 101. & in conſ. 175. Alex. conſ. 109. lib. 4. Marian. Socc. cōſ. 97. lib. 2. & ſi Din. Tenet. contrarium in cōſ. 8. eſt ſibi contrarius, & Pariſ. conſ. 94. lib. 2. eorū opinio ſaluatur dicendo, quod quan-
2 do actio † competit ad rem immobilem res tunc immobilis iudicatur, quando vero ad rem mobilem erit mobilis, vt prædictæ gloſæ, & authoritates etiam dicunt, & ita declarat Bart. in l. mouentium, ff. de verb. ſignif. in poteſt ff. de author. tutor. in l. 1. C. ſi aduerſus tranſactionem. Bart. in conſ. 50. & hoc eſt, quod voluerunt dicere, Bald. in cap. 1. in fine principij de pace tenenda in cap. 1. de feud. cognit. Aufrer. in addit. ad deciſ. Cappell. Toloſ. 315. Guid. Pap. q. 52. & alij multi per Ant. Gabriel. in com. opin. in tit. de verb. ſign. concl. 7. n. 4. vbi num. 5. ex Bald. in cap. 1. §. 1. de feud. cognit. procedere in diſpoſitione legis quia in diſpoſitione hominis numquam appellatione mobilium, vel immobilium venit. actio, quando actio daretur ad pecuniam in genere quia cum genus non ſit quid mobile, nec poteſt prout, quid mobile conſiderari ſecundum Romanum conſ. 509. ex mente Lapis, allegat. 91. in fine, & licet magis communem opinionem eſſe, quod actiones, neque mibilium, neque im-
3 mobilium, ſed † bonorum appellatione continentur, & tertiam ſpeciem eſſe de cōmuni teſtatur, idem Ant. Gabr. vbi ſupra num. 5. & Bald. in d. num. 3. quod ſi actiones ſint perſonales, etiā ſi ad rē, ſint in diſpoſitione legis non hominis ſolum obtinere, quod loco immobilium ſint, quia in hac poſteriore indifferenter actio per perſonalis, neq; mobilium loco habeatur, quod Gloſ. d. loco num. 7. ex alijs comprobat tamen id in noſtro propoſito non aduerſari
4 cum actione † perſonali ad rem immobilē competente infeudata ipſa res debita videatur conceſſa, dicit Roſent. in d. concl. 6, lit. B in fine, & proinde iura, & actiones ad res immobiles competētia in feudum dari poſſunt. vti præcitati Doctores tenent, & ex alijs multis Roſental. d. lit. B. & actio
5 † ſi eſt ad feudum iuxta Doctorum ſententiam feudalis eſt in vno poſſidente feudum prout ita deciſum fuit in Sacr. Conſil. in cauſa Magdalenæ Longobardæ, vt teſtificat, Horatius Viſconte in add. ad Præſ. de Franch. dec. 593. & refert Thor. in Cōpen. deciſ. in verſ. actio ad feudū &c. quod facit pro noſtra dilucidatione, vt iura, & actiones in feudum dari poſſunt, & intellige, quando ſunt ad res immobiles, vt prædictum eſt.

PAR-

PARTIS TERTIÆ.

Dilucidatia vndecima.

THEMA.

Regalia iura in feudum dari poſſunt, & feudalia ſunt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Iura Regalia infeudari poſſunt, & iura fiſci dicuntur.*

2 *Iura regalia non niſi Imperatori, & cui ipſe tacitè, vel expreſsè concedit, conueniunt & num. 5. & 6.*

3 *Regalia à pluribus Regibus, à Venetis Ianuenſibus, & alijs vſurpata. ut ſuperiorem, non recognoſcant.*

1 INter iura, quæ ✝ infeudari poſſunt, ſunt regalia dicta, de quibus eſt rub. in vſib. feud. quæ ſunt regalia, quæ ſecundum Cuiacium iura fiſci dicuntur, & ab Imperatore titulo feudi concedi poſſunt. tradit Zai p. 5. num. 12. Scrader. par. 4. col. 1. num 9. de feud. dicta ſunt, ita quia ſoli Regi competunt, quæ in teſtibus feudalibus interpretamur Imperatorem. Iſern. in cap. 1. nu. 1. vbi Afflict. num. 5. quæ ſint regal. Aluarot. in cap. 1. in princip. de noua form. fidelit. Ingneus in l. neceſſarios. §. nouiſſimè ff. ad Senat. Conſult. Syllan. Roland. à Valle conſ. 1. nu. 15. lib. 2. & conſ. 4. num. 14. lib. 3. Roſental. de feud. cap. 5. nu. 2. vel quod hodie non Imperatoribus tantum, ſed etiam Regibus alijs competont, vel conceſſione, vel vſurpatione, quadam, cum alias, ſiuè de iure loquamur,
2 non ✝ niſi Imperatori conueniant, vt diuit Iſern. Bal. & Aluarot. in cap. 1. quæ ſint regal. & idem Iſern. in cap. 1. de noua form. fidelit. Curt. iun. de feud. par. 2. de feud. Laicorum nu. 7. vel quod illa ſola cenſeantur eſſe regalia, quæ à Rege Romano, ideſt Imperatore conceduntur. ita tradit Bal. in c. 1. num. 1. vbi Aluarot. num. 4. Præpoſit. num. 1. vbi Affli. n. 1. quis dic. Dux. Bart. in l. 1. n. 15. ff. de iuriſd om. iudic. Marant. in ſuo Specul. p. 4. diſtinct. 5. n. 3. Pruzkan de regal. p. 1. n. 16. Vvlteius d. c. 5. num. 6. circa finem, & iura regalia ſolo Imperatori, ſiuè Imperator, expreſsè, vel tacitè habenda dedit in ſignum præheminentię ad Imperij dignitatẽ, & vtilitatem eius conſeruandam pertinentia, & ad Principem Dominum diuinitus ſibi commiſſi, regulariter regalia ſpectant, & ab eius authoritatem ſolum pendet, & cui ipſe tacitè, vel expreſsè concedit, vt diximus: Et ſi aliquem Principem Regia dignitate eminere iuſſerit, eiudem quæcunque regalia in ſuo Regno taciti concedit, ex eo enim, quod Rex ſalutatur ab Imperarore, omnia ipſum ſequuntur, quæ Regia ſunt
3 ✝ vſurpationis, vt eſt Rex Vngariæ, Boemiæ, & Poloniæ, & ſi qui alij ſimiliter Reges, qui Principatum illum ſupremum antiquitus tenuerunt, & ſuperiorem non recognoſcerent, vt Regna ſua, ita & regalia temporis diuturnitate, & conſuetudine quęſierunt, quorum numero ſunt Reges Galliæ, Hiſpaniarum, Portugalliæ, Angliæ, Daniæ, Suetię, & plerique alij, idem de quibuſdam Republicis, vt Venetiæ, Ianuæ, atque aliæ, quæ & ipſe regalia pręſcriptione prætendunt quæſiuiſſe, & quaſi conceſſione tacita in eorum dominijs. Ferrar. de feud. lib. 5. cap 7. ibique quod regalia publici sũt iuris, in quo à Reliquis priuatorum bonis diſtant, ſiuè feudalia ſint, ſiuè emphiteatica, ſiuè cenſualia, vt in l. inter publica ff. de verb. ſig.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio duodecima.

THEMA

Regalia duplicia ſunt maiora, & minora, & quæ ſint, & ea habentes, quæ facere poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Regalia duplicis generis maiora, & minora ſunt.*

2 *Maiora regalia ſunt, quæ ſupremam authoritatem, & præbeminentiam Imperatoris demoſtrant, & quæ ſint.*

3 *Fiſcum nemo habet niſi ex conceſſione Imperatoris, vel Regis.*

4 *Papa habet regalia.*

5 *Minora regalia, quæ ſint.*

REgalia duplicis generis eſſe, maiora, vel minora. dicunt Ferr. Montan. d. lib. 5. cap. 7. Borcolt. cap. 1. num. 3. Hæc dignitates Imperij appellantur, & reſpiciunt perſo-

perſonā Imperatoris, hæc Imperiū ipſius
maiora regalia de quibus infra in p. 11. de
iuribus,& rebus Principis,ſiuè Regis,& Af
fli.in c.1. quæ ſint Reg.Iacob.in verſ. Prin-
ceps Pedemōt. Caſſan. in Catal.gloſ.mund.
Bal.in l.vniuerſa.C.de præcib.Imperat of-
2 ferend. & maiora † regalia ſunt illa, quæ
ſupremam authoritatem & præheminen-
tiam Imperatoris demonſtrant, quales sūt
regales dignitates conferre puta Principa-
tus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus.
Doctores in cap.1.quis Dic.Dux. Peregrin.
de iure fiſci lib.1. num.39. Borcolt.lib.1. n.1.
num.4.Comitem Palatinum facere, quam
authoritatis prærogatiuā Bart. ſe à Carolo
eius nominis Imperatore IV. habere glo-
riatur, vt Doctorē ſalutare Laureā perticā
donare,quæ prima inter Germanos,Corra-
do,Cęlſi,Maximiliani beneficio, contingiſſe
dicitur, atque alia huius generis munera,ac
priuilegia,quæ paſſim à Principibus petun-
tur prætermiſſam,ſed ponit Bal. in l.2.C.de
ſeruit. & aqua, & Raphael Fulgoſ in conſ.
162.vita priuilegiorum Ferrarius d. lib.5. c.
7.de feud.ita,& nobilitate, Doctores in l.ſ.
ff.de natal.reſtit.Bart. & alij in l.1.C. de di-
gnit. Tiraquell. de nobilit. cap.6. Caſtrenſ.
conſ.22. lib.2. extra legitimum Thorum
quæſitos legitimare, Magiſtratus deſigna-
re,legem cōdere,famam reſtituere,veniam
gratis concedere, Peregr.de iure fiſci lib.1.
num. 10. Tabelliones creare, à iuramento
abſoluere ad finem agendi.Borcolt c.1.nu.4.
Cuiac.in cap.1. quæ ſint regal. per l.1. ad l.
Iul. de ambit. ſcolas publicas,quas accade-
mias vocant confirmare, & priuilegijs mu-
nire : quę honorem potius,& onus habent,
quam aliquod commodum, & vtilitatem
de quibus in cap.1.quæ ſint regal. Vulteius
3 cap.5.num.7.minora † regalia ſunt, quæ ad
fiſcum ſpectant, de quibus in d. cap.1. quæ
ſint regal. quæ ob id Cuiacius appellat iura
fiſci, quoniam fiſcum nemo propriè habet
niſi Imperator iure ſuo proprio Bal.in c.1.
§.ad hæc de pace.iuram.firm. vbi addit Pa-
4 pā † ſimiliter habere,quem refert,& ſequi-
tur Peregrin.d.cap.4.Reges, & alij non niſi
ex conceſſione Imperatoris, tacita, quæ in-
ducitur præſcriptione: vel expreſſa conceſ-
ſione, aut conuentione,alias non veniunt.
5 Hæc enim minora † regalia,vt ſunt porto-
ria, vectigalia,riparia,monetas cudendi,ſa-
linæ,angariæ,piſcationum,nauium prouen-
tus, confiſcationes bonorum,flumina publi-
ca nauigabilia,vectigalia,argentariæ,& alia,
vt in d. cap. quæ ſint regal.ibique Afflict.&
ſcrib.& ponit Vulteius d.cap.5.num.7.ſ.84.
& ſeq. quæ omnia Principibus, Ducibus
Marchionibus Comitibus, & reliquis Impe-
rij, vel Regni Proceribus per inueſtituram
conferuntur : ſiuè expreſſim, vt in multis
conceſſionibus eſt videre, ſiuè ad generalē
clauſulam pertinentiarum, & iurium com-
prehendantur & ad ea referuntur: quæ qui-
dem beneficia regalium concedi ſolent po-
nit Oldrad.in conſ.121. in princip. Ad pri-
mam quæſtionem, qua quæritur Barbat.in
cap. per translationem de offic. delegat.
Felin.in cap.cauſam de reſcript.Ferrar.in d.
lib.5.cap.7.de feud. Vulteius,& alij in dictis
locis.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XIII.

THEMA.

*R*es publicæ Imperij, ſiuè Regni in
feudum dari poſſunt. Commu-
nis.

SVMMARIVM.

1 *RES publica Imperij, ſiuè Regni infeu-
dantur, niſi in graue damnum
Imperij ſiuè Regni non ſint.*
2 *Læſio ſubditorum grauis eſt eos infeudan-
do, ſed ſi conſentiunt fieri poteſt.*
3 *Ius ſuperiori in dubio ſemper reſeruatum
cenſetur.*

1 IMperij, ſiuè Regni Reſpublicę infeudari
poſſunt, firmat Præpoſit. in prælud. feud
nu.23.& 24.Ialon. de feud. nu.77. Scrader
de ſeud.par.4. cap.1.num.7.& ſeq.qui alios
adducunt. Dum tamen illa infeudatio non
veniat in graue Imperij,ſiuè Regni damnū,
vel læſionē,arg.cap.intellecto,vbi Bal. &
Abb.de iur.iurand.Lauden.in cap.1.nu.31.
& ibi omnes ſcrib. communiter. de his, qui
feud.dar.poſſ.Iacob.in verſ.in feudum, n. 2.
Zaſ.par.5.num.15.Scrader.d.cap.1.num.22.
& ſeq.Doctores in c. gradi de ſupplend. ne-
glig.præla. Alex. conſ.1. nu.4.& 16. lib.7.
Natt.conſ.638.nu.46.lib.3. Menoch. conſ.1.
num.39.& ſeq. lib.1. Imò & ſi ſubditorum
2 læſio † grauis ſit, ſed ſi patiuntur, & conſen-
tiunt,fieri poſſet. docuit Curt.Iun.par.6.q.2.
Felin.in cap.dilecti nu.47.de præſcrip.Socc.
conſ.4.num.7.& 8.lib.3. Socc. Iun. conſ.94.
num.30.lib.2.Pariſ.conſ.22. num.98. & conſ.
23.num.102.lib.1.& fiat ex certa ſcientia 3

Code.

Gode.conſ.2.num.5.& Imperio ſeruetur ius ſuperioritatis. Laudenſ.& Afflict.in d.cap.1. quæ ſint regal.idq; notatur in d.c.gradi,& in
3 c.intellecto: quod ius † in dubio eſſe reſeruatũ preſumitur, Iacob.verſ.cum uero nu.2. Canoniſtæ, in c. cęterum de iudic. Roſental. de feud.cap.5.concluſ. 7.

PARTIS TERTIÆ.

Dilucidatio XIV.

THEMA.

Rex, ſiue Princeps, non poteſt vaſallos inuitos alienare. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Princeps, ſiuè Rex, non poteſt vaſallos inuitos alienare.*
2 *Rex ſiuè Princeps poteſt infeudare, & ſubinfeudare.*
3 *Princeps bona propria ſubditorum alienare non poteſt, licet ab Imperio recognoſcat.*

REx, ſiuè Princeps vaſallos inuitos in totum, vel in partem alienare non poteſt. gloſ.in l. inuitus, ff. de fideicommiſſ.liber. Bal.in l.teſtamẽto.C.ad legem Falcid. Iaſon. in l.debitorem n.7.Curt.n.8.C.de pact.Boſſ. in tit.de Princ.num.290.Dec.conſ.689.nu.5. Neuizan. inter Bruni conſ.12. num.64. ibidem Leonard.conſ.114.nu.58. Ruyn. conſ. 7.num.13.lib.2.& conſ.1.num.9.lib.4. Curt. Iun.conſ.174.num.17.Pariſ.conſ.22. nu.70. conſ.23.num.91.lib.1. Grat.conſ.103. nu.1. lib.2.Curt. Iun.conſ 94 nu.27. lib.2. Alciat. conſ.267.num.7.Crauett.conſ.54.num. 3. & conſ.241.num.15 & conſ.314. eſt tex.in c.1. §.ex eadem lege de leg.Corrad.ibi (Dominus ſine voluntate vaſalli, feudum alienare non poteſt) & tex.in cap.1.§. Præterea ducatus verſ. Nec Dominus, de prohib. feud. alien.per Feder.habetur (Nec Dominus, ſine voluntate vaſalli ad alium transfert) Curt.Iun.in vſib.feud.par.6. circa finem, & in conſ.164.num.17.communem, & veram opinionem eſſe, & magis communem teſtatur Iul. Clar. in feud.q.28. verſ. quarto, & ex alijs multis per me congeſtis in cõſ.meo 86.num.1.& ſeq. pluribus etiam contrarijs
2 reiectis. Tamen infeudare † & ſubinfeudare poteſt. Bal.in procem.feud.deciſ.3.Iaſ. conſ.227.lib.2. Afflict.in prælud.feud.n.63. Crauett.conſ.411. nu.23. Cęphal. conſ.155. num.12. lib.2. idque ex generali Principum conſuetudine receptum eſſe dicit. Bal.in c.1. §.ex eadem lege Corradi. Dec.in l. debitorẽ num.1.Iaſon. d. conſ.227. contra quam diſcurrit. Menoch.conſ.264.num.66.& ſeq. & certè multi diſſentiunt ab ea, exiſtimantes, quod prohibitus alienare hæc, cenſeatur prohibitus etiam infeudare, quos refert Curt. Iun.p.2.q.23. Natta d.conſ.12.nu.15.
3 tamen, & ſi non † bona ſubditorum propria, licet ab Imperio recognoſcantur. Scrader.d.par.3. cap.1. num.28. ex multis, & ex præcitatis authoribus habetur.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XV.

THEMA.

Rex aliena infeudari poteſt. Communi.

SVMMARIVM.

1 *REs aliena infeudatur, ſed hoc malè de facto.*
2 *Res propria abſque dubio infeudantur.*
3 *Res occupata poteſt ab Imperatore, vel Rege occupanti in feudum concedi ſciente priori poſſeſſore.*
4 *Res occupata, vt ab alio infeudari poſſit. tria requiruntur, & nu. præcedenti.*
5 *Feudum commune cum aliquo habens ſubinfeudare poteſt.*

1 REs aliena, vt infeudari poſſit, eſt. tex. in cap.1.de inueſtit. de re alia. fact.& docet, Sonsbech.p.8. num 33. Vvſ.cap.7. Scrader.par.3.cap.1.num 6. Vulteius cap.5. num.15.& 16. ibique dicit, quod hoc malè, de feudo alicuius alteri ſpes fieri, & de eo ſub tempore, vel cõditione inueſtiri puta, ſi Domino feudum aperiatur, vel ad eum reuertatur, quod ex multis expoſuit, Scrader.d.par.3.c.2. num.16. vſque ad num.54.
2 & alibi Vulteius d.loco: De proprijs † rebus concedentis nulla eſt dubitatio, quod de bonis Imperatoris, ſiuè Regis patrimonialibus, ſiuè proprijs, quod infeudari poſſint, tradit Scrader.d.cap.1.num.4. niſi fortè quæretur de re violenter occupata, an
3 ea poſſit Dominus † occupanti in feudum concedere, aut ſi forte ab alio conceſſa ſit

Digitized by Google

illam confirmare? & poſſe probatur per ea
quæ allegauit Roſental.cap.3.concl.10. &
Scrader.d.cap.1.num.35. Vvlteius d. cap.5.
num.18.& rem proprio Domino ipſo igno-
rante in feudum,qui dat nihil agit. Menoch.
conſ.87. lib.1. qui allegat Bart.in l.ſi aliquã
rem num.9.in fine ff de acquir.poſſeſſ. dicti-
que vaſalli promiſerunt.nu.2.hoc quidem
in facto errante.ſed ſecus ipſo ſciente id fiat
Nam tunc res accipientis propria ab alio
recognoſci,& in feudum redigi poteſt.Spe-
cul.de feud. §. ſi vero recognoſco Iaſon in
l.2.num.177.in fine C.de iur.emphit. Bene-
dict.in c.Raynutius verſ.& vxorem n. 444.
de teſtam.Doctor.omnes, communiter in
l.ſi rem aliquam Caſtrenſ.in l. cum falſa C.
de iur.& fact.ignorant. Ruin. conſ.208. nu.
10.lib.1.Curt.Iun.conſ.140.nu.5. lib.2. Me-
noch.conſ.5.num.1. num.63. lib.1. Cæphal.
conſ.168.num.71.lib.2.& ad hoc vt res pro-
pria ab alio in feudum recognoſci poſſit
4 † tria requiruntur , dicit Burſat. conſ.46.
num.17.& ſeq. lib.1.verſ.3.Primum, vt Do-
minus ſciens rem ſuam propriam recogno-
ſcat ab alio , qui ſimiliter ſciat dictam rem
alienam, ſed vti ſuam recognoſcat: Secun-
dum, vt recognoſcens,agat animo alienan-
di,& ſubijciendi rem dictam ſub alieno do-
minio, nõ animo ſimpliciter recognoſcen-
di rem ſuam. Tertium,vt hoc conſtet non
per verba diſpoſitiua, & inductiua,transla-
tionis alicuius dominij, alioquin vno ex his
deficiente non transfertur ius rei in alium ,
etiam Imperatori.Bal.ad ſpeculat. de feud.
in fine.Socc.Iun.65.num 3.& 4.lib. 1. Ruin.
conſ.40.nu.12.lib.1.Roland. à Valle conſ.1.
nu.109.lib.5.Cephal.conſ.168.nu.71.Burſat.
d.conſ.46.num 14 .Vvlteius d.c.1. num.19.
5 qui num. 20. firmat quod res † communis
cum aliquo in feudum dari poſſit . per tex.
in cap.1.§.cui Dominus de not.feud.Blanc.
de feud.lib.1.cap.6. num.8. Sonsbech par.8.
num.30. Vvſembech.cap.7.nu.7. Roſental.
cap.4.concluſ.14.adeò quod,ſi quis feudum
habet cum aliquo commune alio ſub infeu-
dare poteſt,tradunt Iſern. & Aluarot. in d.
§.ſciendum Sonsbech.par.8.nu.32.Vvlteius
d.cap.5.num.20.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XVI.

THEMA.

**Annui introytus, reditus, & perce-
ptiones infeudari poſſunt. Com-
munis.**

SVMMARIVM.

1 *ANnui reditus inter immobilia com-
putantur.*
2 *Annui reditus per fratres minores poſſide-
ri non poſſunt.*
3 *Nomina debitorum, & inſtrumenta ſi cõ-
ſiſtunt in annuis perceptionibus , infeu-
dari poſſunt.*
4 *Pœnæ ciuiles infeudari poſſũt,& ſint,quæ
certo tempore annuatim dabantur his,
qui texeram frumentariam habent.*
5 *Dominium vtile quod vaſallus,& emphi
teata habent infeudari poſſunt.*
6 *Dominium directum infeudari poteſt.*
7 *Vſusfructus infeudari poteſt.*
8 *Nomina debitorum concernentia annuam
præſtationem infeudantur.*
9 *Reditus annui in feudum conſtitui poſſunt
dummodo ab aliqua negatione , vel loco
citato percipiatur.*
10 *Annua ſolutio infeudatur dummodo non
merè perſonalis ſit.*

ANnui reditus inter immobilia connu-
merantur.Clement.exiui §.cum quæ an-
nui reditus de verb.ſignif.l.Iubemus la ſecõ-
da, & ibi Bald. notat in princip. C. de ſacr.
ſanct.Eccl.& in §.3.author.de non alien. ibi
ciuiles annonas, & ibi gloſ. & Ang. & in l.fi.
hac edictali §.illud annorum quoque ciuil.
& ibi gloſ.Cyn.& Bal. in c. 5. in fine in prin.
de pac.tenen.Bal.in l.1.C. de ſuffrag. Feder.
de Sen.conſ.52.Rom. conſ.187. Imola in c.
nulli de reb.Eccleſ.non alien.cap. eodem
tit.in 6.in Clem. 1.eodem tit. Gemin. cõſ.40.
Deti. in cap.in preſentia, nu.70. de probat.
2 vbi dicit,quod ideò † annui reditus per fra
tres minores acquiri non poſſunt , Tiraq.
declarat.in tract.lignagier. §.5. gloſ.6. nu.3.
& ſeq. Roſental. de communi ex pluribus
teſtatur Cap.4.concluſ.5.in gloſ.lit.A. Ant.
Gabr.el in ſuis commun.opin.tit.de verb.ſi-
gnif.concl.8. iuxta communem concluſio-
nem firmat , & ommiſſis limitationibus di-
cit , quando debeatur actione reali , ſeu
mixta , ſed ſecus ſi perſonali debeatur. ex
Bald.in cap.1.§.1.de feud. cognit. & ex aliis
de communi teſtatur.Roſental.d.c.4.cõcl.5.
lit.A.ac Ant.Gabr.d. loco & ratione adiun-
cti reputantur,prout id ad quod competũt,
& iſtam diſtinctionem ſequitur Martin.
tract.oblat.Alex.in apoſtill.ad Bar.in l.mo-
uentium ff.de verb.ſign.Ant. Gabr.ibidem
num. 5. ergo annui reditus debiti actione
reali, & ſiuè mixta , quia inter immobilia
connumerantur in feudum dari poſſunt,&
de eis feudum conſtitut. in d. §. ſciendum
Iſern.

Iſer.num.2. Afflict.num.5. Aluarot. in fine nu.4. Præpoſit.nu 4. Bal.nu.4. & in prælud. feud.verſ. ſed hic quæro per.cap.1. de controuerſ.inter vaſall.& Epiſcop.Laudenſ. in cap.1.in princ.num.12.de his,qui feud.dar. poſſ.Sonsbech.par 8.num.24. Borcolt. p. 6. nu.15.Roſental.par.4.concluſ.5.Mozz.de reb.quæ in feud.dar.poſſ.num.7.Zaſ.par.2. num.9. Claud. Seyſeil. latè in rub.quæ res in feud. dar. poſſ. Hannetton. cap.4. lib.1. Vvſembech.d.cap.7.Sonsbech.par.8. nu.29. & par.2.num.38.Ferrar. Montan. lib.2.c.3. Scrader.par.3.cap.3.nu.2. Tiraquell.d.n.7. Roſental.concluſ.5 cap.4. lit. B. Roland. à Vall.conſ.66.num.33.lib.1.& conſ.1.n.131. lib.3.& quia in reditibus annuis quibuſcumque, Zaſ. par.4.nu.4.Mozz.vbi ſupra nu. 9. Scrader.d.par.3.cap.3.nu.2.& ſeq.ita tamen ſi ſint ſicut alij prouenti ex negotiatione licita Rebuff.de feud.in prin.Zaſ.d.p.4.n.12. & 13.Mozz.vbi ſupra nu.12.Scrader. d.c.3.

3 ſimiliter in † nominibus debitorum, & inſtrumentis, ſi modo concernant perceptiones annuas,Aluar.in d.§. ſciendum Zaſ.p.4. num.11.Sonsbech.d.par.8.num.29. Vvſembech c.7,num.5.Mozz.d.in loco nu.10. quod intellige dummodo annua perceptio,& ſolutio non ſit merè perſonalis, nec ſit debitum pecuniarium,in quibus feudum conſtitui non poteſt,dicit Mozz. ibidem,& prædiximus. Item, & panes † ciuiles, qui inter

4 immobilia connumerantur, in feudum dari poſſunt,de quibus loquitur,gloſ.in d.§.ſciendum in verſ.immobilia, arg.l.fin.§ præterea C.de iur.dotium,vbi Panes ciuiles in dotem dari poſſunt, ſunt autem panes ciuiles, qui certo tempore annuatim dabantur, qui teſſeram frumentariam habebāt,idēſt ſignum quo oſtenſo panes, vel frumento dabantur, qui etiam nominantur annonæ ciuiles, l. iubemus nulli poſt princ. de ſacr. ſan.Eccl. vbi annonæ ciuiles Eccleſiæ debitæ alienari prohibentur, & ſic panes ciuiles in feudum dari poſſunt, ex Mozz. de reb.quæ in feud. dar.poſſ.num,13.dicit Vulteius.d.c.5. nu.9. Sonsbech. par.8.num.28. Zaſ.p.4. num.14.

5 Item dominium vtilē, quod habet vaſallus & emphiteuta in feudum dari poſſunt.Scrader.d.p.3.cap.2. num.5. Vulteius.d. num.9.

6 Item Dominium † directum firmat. Scrader.ibidem num.7. Vulteius d.num.9.

7 Item, & de † vſufructu quod infeudari poſſit firmat idem Scrader.d.loco num.6. & Vulteius d.num.9.

8 Item, in nominibus † debitorum ex inſtrumentis, ſi modo concernent perceptiones annuas,in feudum dari poſſunt,Aluarot. in d.§.ſciendum Zaſ.par.4.num.11. Sonsbech. p.8.num.29.Vvſembech.cap.7 nu.6 Mozz. de reb.quæ in feud.dar.poſſ.nu.10.Vulteius d.num.9.

9 Item in reditibus † omnibus quibuſcumq; feudum conſtitui poteſt firmat. Mozz.d.n.9. vbi dicit dūmodo iſti reditus ab aliqua negotiatione, vel ab aliquo loco liciti commercij ſoluantur. exemplum,ſi ad menſam nunnumularij, ſeu in banco pecuniam pro queſtu poneret,poteris hunc queſtum dare in feudum.ſimiliter ſi ad ſocietatem pro lucro,& dāno pecuniam pones,potes in illo lucro,& pecunia creare feudum:quia ea pētio,licet, ex immobili re non proderit,tamē fundatur in aliquo negotio camerali, quod immobilis: ei vice repreſētatur & præſtat, dedictis prouentibus, loquitur Iſern. in c.1. in prin. ſi de feud.vaſalli.ab aliquo interpellat.& Zaſ.d.p.4.num. . . Scrader. d. par.8. num.29.Vvſembech.c.7.num.6. Vulteius d.

10 num. 9. dummodo † annua ſolutio non ſit merè perſonalis, in qua feudum conſtitui non poſſet, nec in debito pecuniario conſtitui poteſt. Argumento gloſ.in d. cap.1. & eſt etiam de mente, Bald. Aluaroti,& Præpoſiti in d. §. ſciendum Mozz. vbi ſupra num.10. & ſi videtur contrarium, quia pecunia data ad negotiandum ſit debitum pecuniarium, quia non datur in feudum dictū debitum ſed quæſtum ex negotiatione licita peruentum, & ſuis temporibus percipitur,quod poteſt in feudum dari,vt prædicti Doctores firmant.

PARTIS TERTIÆ.

Dilucidatio XVII.

THEMA.

Iuriſdictiones, & alia iura incorporalia in feudum dari poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio eſt poteſtas de iure publico introducto,cum neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendi.*

2 *Iuriſditio omnis à Deo eſt.*

3 *Iuriſdictio in genere comprehendit omnes ſpecies iuriſdictionum,merum miſtumque Imperium, & ſimplicem iuriſdictionem.*

4 *Iuriſdictio etiam, quod inter incorporalia ponatur poteſt infeudum dari.*

5 *Iuriſdictio in dubio conceſſo Caſtro, vel territorio in feudum venit iuriſdictio.*

1 IVriſdictio † eſt poteſtas de iure publico introducta, cum neceſſitate iuris dicendi ęquitatis ſtatuendę verba ſunt gloſ. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. communiter per Legiſtas approbata ibi pręſertim, cum adiuncto Bart. ſcilicet tamquam à perſona publica. Belluc. in ſpecul. Princ. rub. 23. ver. ſed natura, n. 23. Hieron. de Monte in tract. fi. regiud. cap. 11 num. 4. & ſignificat publicam poteſtatem iudicandi ſecundum ius, & publicum ius in magiſtratibus conſiſtere. l. 1. ſuus ff. de iuſtit. & iur. Mozz. de feud. rub. de natur. feud. num. 12. Regens Valen. conſ. 43. num. 134. & ſeq. & omnis † iuriſdictio mediatè, & immediatè à Deo eſt, dicit Hoſtienſ. in cap. 1. §. Hęc ſanta de ſumm. Trinit. & ſide Capt Archidiacon. in cap. An eſt 11. q. 3. Innocent. in cap. quod ſuper his, de voto, & voto adept. Ant. de Butr. in cap. licet ex ſuſcepto dę foro conpet. Abb. Sicul. in conſtitut. 12. incip. conditor omnium. Affli. dec.
3 391. num. 8. iuriſdictio † autem in genere ſumpta comprehendit omnes ſpeties iuriſdictionis merum, & miſtum Imperium, & ſimplicem iuriſdictionem, vt habetur in l. 1. & l. Imperium ff. de iuriſdict. omnium iudic. Scruff. conſ. 27. nu. 4. centur. 1. & iuriſdictio † etiam quod inter incorporalia connumeratur in feudum dari poſſit, ſi alias nihil ſit impedimenti, & per patientiam traditio Fiaſ. l. 4. §. dare de vſufructu:
5 Iamque † Caſtro, vel territorio in feudum conceſſo in dubio venit iuriſdictio, & in feudum conceſſa cenſetur. Præpoſit. cap. 1. §. item ſi quis §. quib. mod. feud. amict. facit lex pupillus §. territorium ff. de verb. ſignificat. Bart. in l. ſi quando, in fine C. de bon. vacant lib. 10. Bald. in l. qui multa C. de bon. quæ liber. Ang. in l. 1. qui mandatam in fine C. de offi. eius cui mandata eſt iuriſdictio. Ancar. in cap. Præterea de leg. & alij adducti per Iacobin. de feud. in verſic. de Caſtro num. 4.

PARTIS TERTIÆ.

Dilucidatio XVIII.

THEMA.

Iuriſdictio omnis merum, & miſtum Imperium venit Caſtro, vel territorio in feudum conceſſo communis: ſed in Regno merum, & miſtum Imperium non niſi ſpecialiter concedatur.

SVMMARIVM.

1 *IVriſdictio omnis merum, & miſtum Imperium venit conceſſo Caſtro, vel territorio in feudum, de iure communi.*
2 *Merum, & miſtum Imperium in Regno non venit niſi expreſſè concedatur, & num. 3.*
3 *Merum, & miſtum Imperium venit cõceſſo Caſtro, cum omnimoda poteſtate & iuriſdictione.*

CAſtro, vel territorio in feudum con-
1 ceſſo venit † omnis iuriſdictio meruũ & miſtum Imperium, ita firmat Innoc. in cap. ex literis vbi Io And. de iure perſon. & Hoſtienſ. in ſumma §. qualiter transferatur in fine Luc. de Penna in l. 1. col. pen. de priuileg. Scolar. lib. 11. Alexandr. in cap. 1. de capit. qui iur. vend. Socc. conſ. 74. col. pen. lib. 1. Iaſ. in l. fi. ff. de conſtit. Princ. & in cõſ. 45. col. 2. lib. 1. Albbert. Brun; conſ. 31. col. 3. Iſern. in cap. 1. verſ. traditionibus num. 5. quid ſit inueſtit. §. Præterea ſi inter duos col. penult. de prohib. feud. alien. per Feder. num. 83. in fine. Couar. pract. qq. cap. 1. concluſ. 9. & 10. Decian. conſ. 43. in primo du-
2 bio lib 3. ſed in † Regno merum, & mixtum Imperium non veniunt, niſi exprimantur, Iſern. vbi ſupra per cõſtit. ea quæ ad Decuſ. Prępſid. de Franch. deciſ. 192. num. 10. ibique loquitur, cognitionem primarum, & ſecundarum cauſarum non venire, niſi exprimãtur, alij vero dicunt, quod in hoc Regno nõ tranſeũt, quia exceptuantur, ergo, dum nõ exceptuatur tranſeunt: ita Paris de Puteo de reintegrat. feud. in verſ. caſtrum fol. 107. col. 3. num. 4. & in ſuo refertur in verſ. Caſtrum, & communem, dicit Purpurat. in l. 1. ff. de iuriſd. omnium iud. num. 161. Sebaſtian. in l. 1. ff. de offi. eius num. 99. Gaſpar. Valaſc. in l. Imperium ff. de iuriſdict. omnium iud. num. 27. Io. Vinc. de Ann. alleg. 52. num. 2.
3 Hoc vltimum, quod dum non † exprimum tranſeunt, mihi videtur ſubtilitas Aduocatorum, contra dictæ conſtitutionis expreſſa verba: Nam dum ibi dicitur (ea quæ ad ſpecialẽ decus, & merum Imperium celſitudini noſtrę ſpectare noſcuntur, per præſũptiones illicitus volumus à nomine vſurpari.

pari. Hoc igitur pię noſtræ Maieſtatis edicto perpetuò valituro firmiter inhibemus Comitibus, Baronibus, & ſimilibus locorum Vniuerſitatibus nè iuſtitiariatus officium in terris ſuis exercceri audeant, vel gerendum alicui demãdare, ſed magiſtris iuſtitiarijs, & iuſtitiarijs, ab excellentja noſtra ſtatutis inendant, ex dictis expreſſis, & claris verbis conſtitutionis habetur, quod in hoc Neapolitano Regno, iuriſdictionem merũ, & miſtum Imperium non venire, niſi in conceſſione exprimatur. Etiam ſi Caſtrum concedatur, & expreſsè dicatur cum iuriſdictione. Afflict. in prælud. conſtit. nu. 7. quia in tali cõceſſione non venit niſi ſimplex iuriſdictio. ipſius Caſtri, vel feudi, tenuit Bal. in c. quanto nu. 5. in fine extra de iudic. Ang. In d. l. Imperium nu. 11. ff. de iuriſd. omn. iud. Longauall. nu. 197. & Curt. iun. nu. 41. idem Curt. in l. 1. in princip. num. 53. ff. de offic. eius Petr. de Gregor. in tract. de conceſſ. feud. p. 7. q. 3. in princ. Intrigl. de feud. centur. 2. art. 8. num. 3. diſtinguit, quod ſi Princeps cõ-
4 cedit ✝ Caſtrum cum omnimoda adminiſtratione iuriſdictionir, venire merum, & miſtũ Imperium, ſed ſi donauit Caſtrum cum iuriſdictione nihil aliud exprimendo merum, & miſtum Imperium non continere, ex Felino. in cap. quod ſedem extra de offic. ordinat.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XVIV.

THEMA.

Caſtrum rectum à Ciuitate, ſi conceditur, in ipſo merum, & miſtum Imperium venire, quia ſecundum iura Ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *CAſtrum Ciuitati ſubditum regitur, & moderatur ſecundum Ciuitatis iuriſdictionem.*

2 *Caſtrum, ſi conceditur à Ciuitate, cũ iuriſdictione Ciuitatis conceſſum cenſetur.*

3 *Caſtro conceſſo cum omnimoda iuriſdictione, merum, & miſtum Imperium venire.*

4 *Caſtro conceſſo cum iuriſdictione pleniſſima, & integro ſtatu, merum, & miſtum Imperium uenire.*

1 CAſtrum cum iuriſdictione ✝ ſubditum Ciuitati regitur, & moderatur ſecundum iuriſdictionẽ ipſius Ciuitatis, Menoch. de præſump. p. 1. lib. 3. præſumpt. 97. num. 33.
2 & 39. vnde ab aliqua ✝ Ciuitate poteſtatem habeate, vel cum aſſenſu ſuperioris aliquod Caſtrum cõcedatur; cum iuriſdictione cum mero, & miſto Imperio, quæ Ciuitas habebat conceſſum intelligitur, & ſi Afflict. in d. conſtit. ea quæ ad Decus num. 22. & Bald. in cap. quanto num. 7. in fine extra de iudic. dicunt merum, & miſtum Imperium ſub generalitate verborũ nõ venire, ſed ſpecialis
3 mentio requiritur, tamen cõceſſo ✝ Caſtro cum omnimoda iuriſdictione, merum, & miſtum Imperium venire. Gloſ. notab. in Clem. 1. verſ. omnimodam de for. compet. quã omnes Doctores ibi ſequũtur, teſtatur Liber. Decian. conſ. 43. num. 3. lib. 3. & voluerunt Menoch. de præſumpt. par. 1. præſump. 97. num. 34. Curt. iun. in l. 1. nu. 50. ff. de offic. eius. Pariſ. conſ. 90. num. 3. lib. 1 Couar. pract. qq. cap. 1. nu. 10. verſ. primum etenim. Felin. in cap. quod ſedem num. 3. extra de offic. ordin. Iaſon in l. Imperium ff. de iuriſd. omn. iudic. Rolan. à Valle. conſ. 42. num. 39. lib. 2. quia inquiens maximè ſi verba dictant cum
4 iuriſdictione omnimoda, pleniſſima ✝ & integro ſtatu, quæ cum ſint integralia important conceſſionem meri, & miſti Imperij, & tanto magis, ſi adijciatur dictio omnis, quæ eſt integralis, & vniuerſalis, vt per Bal. in l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. Præſ. de Franch. deciſ. 117. num. 13.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatiio XX.

THEMA.

Merum, & miſtum Imperium, ex conſuetudine, & alijs venire.

SVMMARIVM.

1 *MErum, & miſtũ Imperium ex conſuetudine venire, in conceſſione feudi.*

2 *Reſeruatis aliquibus meri, & miſti Imperij reliqua venire.*

3 *Regalibus aliquibus reſeruatis in cõceſſione alia venire.*

1 SI conſuetudo ✝ eſſet, quod merum, & miſtum Imperium in conceſſione, ve-

 niat

niat abſque quod exprimatur, ex vi conſuedinis venit. Roman.conſ.59. col.2. lib.2. Iaſon in l. vt liberis col:3. C. de collatio. & Ant.Gabr.in commu.opinion.lib.6. concl.1. de conſuetud. nu.31.

Item ſi in conceſſione Princeps aliqua meri, & miſti Imperij reſeruaſſet, reliqua quæ meri Imperij ſunt, conceſſa intelligũtur. Menoch.de præſumpt.lib.3. par.1. præſumpt.97. num.35. & hanc communem ſententiã eſſe teſtatur Couarr. d.q.1.nu.9. Alciat.in cap.quod ſeruo num.27. de offic. ordinar. Roland.à Valle conſ.42. nu.30. lib.2. Pariſ.conſ.8.num.7.& conſ.9.num.11. lib.1. ſicut etiam in conceſſione iuriſdictionis cõ-
2 tinentur, ſi ✝ aliqua ex regalibus fuerint reſeruata, Decian.conſ.173.nu.39. lib.2. Menoch.præſump.98.num.73.Boer.q.50. ſub n.60.licet regulariter conceſſo Caſtro cum iuriſdictione non comprehendantur merè regalia, Menoch.ibidem num.41.vbi ſubijcit neceſſarium eſſe ſpecificam nominationem, vt conceſſa dicatur. Valaſc.in d.l.Imperium nu.50.& ibi Iacob.de S.Georg.n.14. Calcan. conſ.102.col.1.Alciat.in cap. quod ſedem nu.28.& & 29.extra de offic. ordin. Couarr. d.nu.10.Boer.d.q.50.num.12.Surd.conſ.152. num.34.lib.2.& conſ.210. ſub nu.58. eodem lib.2.Rolan.à Valle d.conſ.42. num.8. lib.2. & conſ.1.num. 102. ibidem, & in mandato generali, ſi aliqua reſeruantur omnia alia, quæ ſpeciale mandatum requirunt comprehendit, c.qui ad agendum de procurator.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XXI.

THEMA.

Iuriſdictio quomodo, & quando tranſit, & concedatur in feudum & de eius ſpecialibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio in genere ſumpta omnes iuriſdictionis ſpecies comprehendit.*
2 *Iuriſdictio duplex ſuperior competẽs concedenti, & inferior competens conceſſionario.*
3 *Iuriſdictio ius incorporale eſt.*
4 *Iuriſdictio item duplex ciuilis, & criminalis.*
5 *Feudi conceſſio iuri communi non derogat: & eſt veluti nebula ſuper paludem.*
6 *Territorio ab homine Caſtro aſſignato, iuriſdictio actiuè aſſignatur.*
7 *Iuriſdictio ſi non eſt ſolita in aliquo Caſtro eo conceſſo non venire.*

1 IVriſdictio in genere ✝ ſumpta omnes iuriſdictionis ſpecies comprehendit miſtum Imperium, & iuriſdictionem ſimplicem, vt in l.1.& in l.Imperium ff.de iuriſdi. omn.iud.ibique Doctores omnes Scruff.cõſ.
2 27.num.4.centur.1.& eſt duplex ✝ ſuperior quæ cõpetit ſuperiori, à quo conceſſa fuit, & inferior ad conceſſionarium ſpectans: Iuxta conceſſionem, vel conſuetudinẽ, aut in-
3 ueteratã poſſeſſionẽ, & ✝ iuriſdictio tàm ſuperior, quam inferior, ius incorporale eſt. gloſ. in cap. Prudentiam verſ. teneatur. vbi Panorm.num.12.Imol.num.7.& 12. de offic.deleg. Oldrad.conſ.121.ad primam num.15.Scruff.conſ.60.incip.præſen.5. nu.2. centur.1.Vvſembech. conſ.32. num.1. lib.1. Reg.Valenſ.conſ.43.nu.36. item eſt duplex
4 ✝ ciuilis, & criminalis, & poteſt dari cum territorio, & ſine. & quæ ſine territorio cõceditur, Anomola dicitur, vt notatur in c.cõtigit.de iur.iur ãd.& potius habetur, vt delegata, & ipſa ciuilis, & ex regula cõmuni venit cũ ipſo territorio in quo exercetur, eſtq; fauorabilis: quia per ✝ conceſſionem in feudum nulla fit derogatio iuri communi, ſed regulatur ſecundum ius commune, & eſt veluti nebula ſupra paludem: vt ait Bald. cap.1. de allod. in ſecunda col. & eſt inſeparabilis ab ea regulariter, ex notatis, per Innocent. in cap. in literis de iure patron. quatenus conſiſtit in pari, ſecundum Bald.in cap.1.col.2.de conſuetud.recti feudi per l.nulli §. quod ſi inuito C. de Epiſcop. & Cleric.& in §.ſi quis autem in auth.quib.
6 mod. natur.effic. ſui, eo ipſo quod ab ✝ homine aſſignatur in Caſtro territoriũ actiuè, aſſignatur iuriſdictio, ex notatis per Innocent. in cap.cum ad ſedem de reſtit. ſpol. & vna cum Caſtro, & territorio iuriſdictio ipſa in feudum data eſſe intelligitur.Bald.in c.1.capit.qui ſe cur.vend. Præpoſit. in ca.1. §.item ſi quis quibus mod.feud.amitt. Zaſ. in epit.feud.par.4 nu.20.Bart.in l. inter eos ff de acquir.rer.Domin. Ancaran.in cap.acceſſorium de reg.iur.in 6. Cæphal. conſ.183. nu.6.lib.1.Menoch.lib.3.præſump.97. n.14. per l. 1. §. cum vrbem ff. de offic. præfect. vrb. Vvlteius lib.1.de feud. cap.5. nu.5.f.79.
7 vbi dicit, ſi in ✝ Caſtro, vel territorio, non fuerit conſuetũ concedens exercere iuriſdictionem, non dicitur cõceſſiſſe iuriſdictionem, Bald.in cap.1.num.7. de allod. Valaſc. in d. l.

in d.l. Imperium, num. 14. & ibidem Io. Longoualle. nu. 104. Couar. pract. qq. c. 1. concl. 10. verſ. Decima concluſio, Bortolt. c. 6. nu. 35. Pariſ. conſ. 8. num 4 lib. 1. Menoch. lib. 3. præſumpt. 97. nu. 5. & ſeq. etiam rationibus Romani in conſ. 444. reiectis, num. 9. & ſeq. qui nu. 14. dicit ſecundus caſus eſt, quando Princeps conceſſit ſimpliciter Caſtrum, in quo conſueuit iuriſdictionem exerceri hoc caſu præſumitur Principem, voluiſſe ipſam iuriſdictionem transferre: ita ex ſententia Bart in ſpetie in d.l. inter eos ſcribũt Valaſc. & Io. Longouall. in d.l. Imperium, illæ num. 51. ille num. 204. Iacob. in inueſtit. feud. in verſ. de Caſtro num. 4. & apertius Couarr. d. loco concluſ. 10. verſ. quod ipſe ſcuieo, & col. pen verſ. tertio coſtat.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XXII.

THEMA.

Iuriſdictio criminalis, quæ excetur ex priuilegio, non venit, niſi expreſsè concedatur, & de cauſis ciuilibus, Baro ordinariam habét iuriſdictionem. Communis.

SVMMARIVM.

1 *IVriſdictio criminalis, non venit niſi ſpecialiter cocedatur.*
2 *Baro ad cauſas ciuiles iuriſdictionem ordinariam habet.*
3 *Baro, quo ad cognitionem cauſarum criminalium, vt Iudex delegatus, procedit.*
4 *Baro dicitur procedere, vt Iudex delegatus in criminalibus, & ciuilibus, quando conceduntur in officium, alias non.*

1 IVriſdictio criminalis, non venit niſi ex ſpeciali Principis oraculo, & priuilegio aſſignetur, per l. Federici, ea quæ ad Decus: notat Hern. in tit. quæ ſint regal. in verſ. Poteſtas, creandorum Magiſtratuum, quicquid de iure communi fuerit diſpoſitum, vt per Oldrad. conſ. 252. ad quæſtionem. Alex. in l. 1. in fine de iuriſd. omn. Iudic. Felyn. conſ. 74. lib. 1. & in d. cap. quod ſedes. de offic. ordi. & DD. in cap. fi. de capit. qui cur. vend. eo ipſo, quod illa conceditur, cum Caſtro, & territorio Baro habet iuriſdictionem ex priuilegio, & feudum dicitur accedere iuriſdictioni, ſecundum Afflict. in cap. 1. §. ex eadem lege de lege Corradi. vbi Bald. & Afflict. & quo ad cauſas
2 † ciuiles Baro dicitur habere iuriſdictionem ordinariam, & quo ad criminales dicitur procedere ex priuilegio, ſecundum eundem Afflict. in cap. 1. §. ſi quis aliquem de pace tenend. & in cap. 1. §. præterea, il ſecũdo de prohib. feud. alien. per Federic. ex dicto Afflict. infertur, quod
3 † Baro, quo ad cognitionem cauſarum criminalium, dicitur procedere, vt Iudex delegatus, & vti Commiſſarius Regis ſibi cõmiſſis, ex forma priuilegij, & ſi Fritia. in lib. 2. de ſubfeud. in decimatertia authorit. num. 9. hoc referat non firmat, niſi, quando
4 ambo iuriſdictiones fuerint conceſſę in officium, & non quãdo conceditur, cum Caſtro, & territorio vbi ineſt, & tam in ciuili, quàm criminali Baro iuriſdictionem ordinariam habet, alias eſſet contra l. eum, qui ædes ff. de vſucap. vt ibi per Fritiam.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XXIII.

THEMA.

Iuriſdictionum diſtinctio, & earum ſpecies enumerantur.

SVMMARIVM.

1 *IVriſdictio ſtrictè ſumpta, eſt, quæ officio Iudicis expeditur priuatam vtilitatam concernens.*
2 *Iuriſdictio primi gradus ſpeties, dicitur maxima.*
3 *Iuriſdictionis prædictæ maioris, ſiuè maxima, ſecunda ſpeties.*
4 *Iuriſdictionis ſpeties magna, quæ aſcendit ad ducatos tricentos competit maioribus magiſtratibus.*
5 *Iuriſdictio parua eſt infra trecentos ducatos.*
6 *Iuriſdictio minima eſt conſiſtens in cauſis centum aureorum infra, in quibus ſummariè proceditur.*

1 IVriſdictio ſtrictè ſumpta † eſt, quę officio Iudicis mercenarij expeditur, priuatam vtilitatem concernens. Bart. in l. Imperium, num. 23. & habet ſex gradus.
2 Primi gradus ſpeties † iuriſdictio maxima

ma dicitur, in qua res maximi præiudicij,
verſatur, vt cauſæ liberales, & ſtatus, inge-
nuitatis, & libertatis, quæ iure actionis ex-
pediuntur, §. præiudiciales inſtit.de action.
Bart.in d. l. Imperium num.4.vbi etiam di-
cit, quod iſta iuriſdictio maxima,nõ poteſt
delegao,ſed per maximos Iudices explica-
ri debet,& eſt ſpeties diſtincta ab alijs, quæ
expediuntur officio Iudicis,per l.placet. C.
de pedan. Iudic.

3 Secunda ſpeties iuriſdictio † maior dici-
tur,& eſt in caſibus in quibus,ex rigore ſẽ-
tẽtiæ latæ ſuper aliqua actione poteſt veni-
re ad eruciatum corporis,vt ſi quis non po-
teſt ſoluere,luat in corpore.Bart.in d.l.Im-
perium num. 25. vbi etiam dicit, quod hæc
iuriſdictio non poteſt delegari, quia corre-
ptio, non tracſit in iudicium delegatum, l.
quicumque C. de ſeru.fugit l.ſi quis iniuriã,
ff.de iniurijs.

4 Tertia ſpeties,iuriſdictio † magna voca-
tur,& eſt,quę aſcendit ſummam aureorum
tre:entorum,& iſta, non competit, niſi ma-
ioribus magiſtratibus, nec poteſt delegari,
niſi proptet abſẽtiam, vel propter multas
occupationes,§.& iudicare, Auth.defenter.
Ciuit.l.placet circa principium C.de pedan.
Iudic.

5 Quarta ſpeties, quæ iuriſdictio † parua,
nominatur eſt illa, quæ infra trecẽntos au-
reos,quę indiſtinctæ delegari poteſt,d.l.Im-
perium in fine.

6 Quinta ſpeties, dicitur iuriſdictio † mi-
nor,ſiuè minima, & eſt illa,quæ conſiſtit in
cauſis, centum aureorum.& infra inquibus
ſi Iudictarius ordo ſeruatur,plus eſſet dãni,
quã emolumẽti, & plus expenderetur, quã
haberetur ideo Sũmariè in eis proceditur.
& poſsũt delegari,Bart.in d.l.Imperiũ,n.26.
vbi reprobat iuriſdictionem, de iuriſdi-
ctione tenentium.

Aliam iuriſdictionẽ eſſe voluntariã, aliã
cõtentioſam, eum hæc ſit ſuſpecta partium
nõ Iudicis de cuius tractatur iuriſdictiõne,
& diſtinguentium iuriſdictionem,aliam or-
dinariam, aliam delegatam, cum iuriſdictio
delegata, non differat ab ordinaria, ſed eſt
vna,& eadem,licet exercitium ſit diuerſum,
quia delegatus exercet iuriſdictionem dele-
gãtis,Intrigl.in ſua centur.2. art. 10. nu.30.
&: ſeq.de feud.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XIVX.

THEMA

Priuato habente iuriſdictionem
perſonalem vendito Caſtro non
venit niſi iuriſdictio Caſtro co-
herens. Communis.

SVMMARIVM.

1 *IVriſdictio coherens perſona non tranſit
in tertium.*
2 *Iura perſonalia coherent oſſibus perſonæ
& in alium,non transferuntur.*
3 *Fundo vendito vbi exigitur paſſagium,
vel erant erecta furca pro ſuſpendendis
malefactoribus,non intelligitur vendita
talis exactio,vel iuriſdictio perſonæ cohe-
renti,niſi ex quantitate pretij colligatur.*
4 *Caſtro conceſſo cenſetur conceſſa iuriſdi-
ctio Caſtro coherens.*
5 *Iuriſdictio potius coheret Caſtro, & terri-
torio,quam perſonæ,ſi tunc ſub Caſtri vẽ-
ditione continetur iuriſdictio.*
6 *Caſtro,vel Villa venditis ſimpliciter uide-
tur, cum omni iure ſuo iuriſdictionis, &
Imperij.*
7 *Fundo ſeu edibus infeudantis tranſeunt iu-
ra coherentia omnia.*
8 *Caſtro,uel fundo conceſſo uenire uenatio-
nes, & piſcationes quæ in eis ſunt.*

1 IN hoc eſt diſtingueudum,cum Bart.in l.
inter eos ff. de acquir. rer. Domin.Pri-
mò, quando iuriſdictio coheret perſonæ.
Secundò, quanpo coheret loco. Tertiò,
quando ſumus in dubio. Primò caſu,quan-
do iuriſdictio † coheret perſonæ,non tran-
ſit in tertium, & ſic à venditore in empto-
rem nõ trãsfertur,vt ibi firmat Bart. quem
ſequitur Roma.in l. 3. in princ.num.9. ff.de
acquir poſſeſſ.Barbat.in cap.Rodulſus, n.2.
de reſcript.Menoch.lib.3.de præſump.præ-
2 ſumpt.97.nu.43.& ratio eſt,quia iura † per-
ſonalia coherent oſſibus perſonæ, & ideò
nõ poſſunt in alium trãsferri, l. vt primum
ff.de ſeruit.l.pater ff.de ſeruit.lega.& l.1.§.
ſi hæres,ff.ad Trebell. confert, quod docuit
Bald.in l. à procuratore C.mandati,quod ſi
3 † vaſallus vendit fundum, in quo ſolebat
habere domum, in qua habitabant exacto-
res ſui ad exigẽdum pedagium, vel fundum
in quo

in quo erant erectæ furcæ ad ſuſpendendum
delinquentes, eo fundo vendito,non conti-
netur iuriſdictio, ſeu facultas illa recolligē-
di pedagia,& merum illud Imperium: Cum
illa non fundo, ſed perſonæ cohereēt,ſed ſe-
cus eſſet, quando ex quautitate pretij,
conſideraretur vendi voluiſſe vendere,
etiam iuriſdictionem, ita declarat Barbatia
in d.cap.Rodultus,nu.38. verſ.poſſet. etiam
&c. Secūdò caſu, ſi iuriſdictio coheret loco,
tunc in vēditione Caſtri,continetur etiam
iuriſdictio,vt per Bar.in d.l. inter eos,quem
ſequitur Barbat.in d.cap.Rodultus,num.82.
Valasc.in d.l.Imperium,num 55.& al.j,per
Couarr.pract.qq. cap.1. concluſ.10.dum re-
lata hac Bart.traditione præpoſuit conclu-
4 ſionem, quod ✝ conceſſo Caſtro cenſeatur
conceſſa iuriſdictio ei coherens, & loquitur
abſolutè Couar.ſiuè facta ſit conceſſio à
Principe, ſiuè à Priuato,& his accedat Ro-
man. in l.3. in princ.nu.9.verſ.ſecundo caſu
de acquir poſſeſſ. quā ſententiam ſatis egre-
giè,probat Tex.in l.teſtator,ſiuè teſtamen-
tum filium,§.1.ff.de leg.2.Menoch.vbi ſup.
num.46.& 47. Tertiò autem caſu, quando
verè ſumus in dubio, præſumitur iuriſdi-
ctionē coherere Caſtro, & territorio,quia
5 in ✝ dubio iuriſdictio potius coheret terri-
torio, quam perſonæ, quæ duo ſunt iuriſdi-
ctionis ſubiecta,Vvſembech.in paratit. de
iuriſdict.num.9.& 10. tunc ſub Caſtri vēdi-
tione continetur iuriſdictio,vt per Bart.in
d.l.inter eos, & Roma. in præcitato loco.
6 Nam vendito ✝ Caſtro, aut illa ſimpliciter
videntur vendita cum omni iure ſuo, ſci-
licet iuriſdictionis, & Imperij,l.1. in fine,&
ibi Bar.& Doctores ff. de offic. eius cui mā-
data eſt iuriſdictio, l.2.ff.de iuriſd.om.iudic.
Dyn.in d.l.inter eos, Albe.ric. de Roſat.in l.
fi.col.6. poſt princ. C.de iuriſd.om.iudic. &
hoc per tex. in l. quicūque Caſtellanorum,
& ibidem, Luc.de Pen.col.penult.verſ.item
pone C. de fundis, Limitroph. & alij multi
cumulati per Boer.deciſ.50.n.11. Diximus,
quod quando conceditur Caſtrum à Princi-
pe,& ſimiliter, quando à priuato datur ipſa
iuriſdictio Caſtro coherens in feudum data
eſſe intelligitur, & ✝ fundo, ſeu ædibus in-
feudatis tranſire iura coherentia omnia ne-
mo dubitat,vt in l.fiſtulas. l.in vendendo,l.
aqueductus,ff.de contrahend.empt. Blanc.c.
6.num.3.Vvſembech cap.7.num.2. Scrader.
par.3.cap.4.num.1.& ſeq.Vvlteius.c.1. nu.4.
lib.1.Mozz.in tit de reb.quæ infeud.dar.poſſ.
8 num.4.quorum loco ✝ venationes, & piſca-
tiones conceſſe videntur.arg.l. item ſi fundi
§.acceſſurium, vbi Doctores, ff.de vſufruct.
Roſental.de feud.c.4. concluſ.3. præciſè ta-
men in aquis,& feris in ſeptis,non intelligū-
tur conceſſe,niſi perpetuitatis,nō cuſtidiūr,
aut quotidiani vſus gratia ibi habeantur.
arg.l.granaria vbi Bar.& Doctores,ff.de act.
empt.Guid.Papa in deciſ.92. Vvlteius, c.5.
num.4.Claud.Seyſell.in tit. quæ res,quæ in-
feud.dar.poſſ.Zaſ.d.par.4.num.2. Sonsbech.
feud.par.8.num.20.Caſſan. in Conſuetud. tit.
Des drois. & appartinentes, Alex. nu. 17.
& ſeq. Titaqu.§.de retract.lignagier.Mozz.
de rebus, quæ in feud. dar.poſſ. Roſental.d.
c.4.concluſ.3.in gloſ.lit.C.vt in præcedēti,&
præſenti dilucidatione oſtenditur.omnia, iā
dicta locum habēt in conceſſione,Cur.cum
Curiæ nomen ſit pariter vniuerſale, com-
prehendens iuriſdictionem, ita Aret. conſ.
15.col.1.verſ.circa, quod Socc. ſenior conſ.
86.num.5.lib.1.Curt.iun.conſ.158. num.28.
Paſethul.conſ.14.num.1. Cephal. conſ.418.
num.22.38.lib.3.Menoch. in d. præſump.97.
in fine.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XXV.

THEMA.

Eccleſiæ res infeudari poſſunt, & ſolitæ à ſolo Prælato. Communis.

SVMMARIVM.

1 *ECcleſiaſticæ res infeudari poſſunt.*
2 *Res infeudari ſolitæ à ſolo Prælato in-
feudantur extraneis.*
3 *Prælatus, ſi infeudatio,non ſit ſuſpecta,vel
nimis honeroſa Eccleſiæ, poteſt facere
conſanguineis.*

1 RES ✝ Eccleſiaſticæ, de iure Canonico,
& feudali infeudum dari poſſunt De
iure Canonico, per Tex.in cap.ad noſtram.
de reb.Eccleſ.non alien. de iur autem feu-
dali,per cap.1. de his, qui feud.dar. poſſ. &
in cap.1.Epiſcop.vel Abb. cum diſtinctione
à Doctoribus tradita,inter res infeudari ſo-
litas, & Eccleſiaſticas alias non infeudatas.
2 Res autem infeudari ✝ ſolitæ, more ſolitæ,
infeudantur à ſolo Prælato. Bald. in cap. 1.
num 3.de his,qui feud.dar.poſſ.Laudenſ.in
cap.1. num.17. qui ſucceſſ.ten. Hannetton.
pat.1.de feud.5. Duaren.cap.6.nu.4. & hanc

com

Digitized by Google

communem eſſe Doctorum opinionem teſtatur, Claud. Seyſell. in ſuo ſpecul. feud. de his, qui feud. dar. poſſ. & de conſuetudine teſtatur Zaſ. par. 5. num. 47 Borcolt. cap. 6. num. 19. & eſſe ad Eccleſiam reuerſam, & inſeudari ſolitam, inſeudum dare cuicumq; vult, & de extraneo non dubitatur, ſed an

3 etiam conſanguineo † dic quod ſi inſeudatio, non eſt ſuſpecta, aut nimis oneroſa Eccleſiæ, & perſonæ ſint idoneæ, quod poſſit firmat Serader. de feud. par. 4. cap. 2. num. 18. & Doctores communiter in cap. 1. qui feud. dar. poſſ. gloſ. in cap. 1. vbi Hern. qui ſucceſſ. tene. Cardin. in cap. frequens de excep. Prælat arg. cap. Dilecto de præbend. in 6. Clar. in in §. feudum quæſt. 13. nu. 5. Rip. in tract. de peſte. cap. 2. de remed. ad procurat. nu. 170. communem, dicit Zaſ. par. 5. n. 51. Villalob. in Theſaur. commun. opin. lit. F. num. 29. vbi Suarez nu 85. Roland. à Vall. conſ. 1. nu. 85. lib. 1. & magis communem aſſerit Imol. in cap. vt ſuper de reb. Eccleſ. non alien. magis receptam ſcribit Miſynger. centur. 5. obſeruat. 47. nu. 4. eamque veriorem, & iuri conuenientiorem dicit Harman. Piſtor. lib. 2. q. 27. num. 30. & probabilem habere rationem ſcribit Borcolt. d. c. 6. num. 31. cui, & hanc communem eſſe de Conſuetud. Germaniæ teſtatur Miſynger. d. obſeruat. 47. nu. 5.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XXVI.

THEMA

Prælatus rem Eccleſiæ inſeudari ſolitam conſanguineis inſeudare poteſt, cum ſit in Prælati electione dare idoneo cui vult. Commnnis.

SVMMARIVM.

1 *Honeſtum, non quod licet ſpectandum ſit.*

2 *Prælatus rurſus, non concedens feuda ſibi aperta ſpetiem auaritiæ, quæ omnium malorum radix eſt.*

3 *Natura vnuſquiſque proprium ſanguinem extraneæ perſonæ anteponit.*

4 *Prælatus rem ſolitam concedi cui vult poteſt, ſed non capitulo, nec ciuitati, aut collegio.*

5 *Eccleſia numquam moritur.*

6 *Prælatus rem ſolitam dari inſeudare eſt in eius electione dare cui vult. & etiam alij bonis Eccleſiæ incorporare.*

7 *Eccleſiæ ſemel incorporata non dicitur inſeudari ſolita, ſed rerum in feudando requiruntur ſollemnitates ſolitæ.*

Svnt, & qui negant Prælatos conſanguineis nō inſeudare, per Auth. quibuſcumque C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. Dec. conſ. 318. communem dicit conſ. 131. num. 2. tamet, & ſi bidem in pri cip. dicat in hanc quæſtione Doctores tam variè loqui, vt quæ verior ſit, & quæ communior eſſe videatur, non perſcrutari poſſit, quibus adſtipulari, videtur gloſ. in cap. 1. qui ſucc. ten. & ſi poſſet pro Eccleſia retinere, tamen ſem-

1 per † ſpectandum, non tam, quod licet, quam quid honeſtum ſit, l. nō omne, l. ſemper, & in coniunctis, de reg. iur. l. ſempet de Ritu nupt. quod præclare etiā Cicero. pro Cornelio albo his verbis tradidit. (eſt aliquid quod non oportet etiam ſi licet, quicquid verò non licet, certè non oportet, quicquid enim non licet, honeſtum nō eſt; ideoque non oportet. At non, quicquid licet, id etiam honeſtum eſt:) & pro Rabiro Poſtumo inquit (veſtri Cordis, veſtræ ſapientiæ eſt, ſpectare quid deceat vos non quantum liceat vobis. Hinc Claudium Henorium admoneo, vt non quod liceat, ſed id quod deceat, in vitę atque Imperij, ratione inſtituenda ſpectat:

Sed comprimè motus.

Nec ſibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit.

Occurrētia mente domat reſpectus, ho-

2 neſti. Immò auaritiæ † ſpetiem habet, quando Prælatus de feudis ſibi apertis alios rurſus, non inueſtit, & auaritia omniū malorum malum eſt, maximè cum non animis priuatorum, ſed Magiſtratuum, & Principum innaſcitur, vt Iuſtinianus loquitur in nouella 8. & licet Laudenſ. in contraria ſit opinione in c. vnic. nu. 8. cum ſeq qui ſucceſſ. ten. Tamen Prior ſententia communiter eſt recepta, vt poſt Iaſon teſtatur Roland. à Vall. conſ. 1. num. 85. lib. 1. eamque probabilem habet rationem: ſe-

3 cundum † naturam, quæ maxima eſt, vt vnuſquiſque proprium ſanguinem, extraneę perſonæ anteponat, l. cum acutiſſimi C. de fideicommiſſ. Borcolt. d. cap. 6. num. 31. vbi

4 inquit quod † Prælatus cui vult, rem ſibi deuolutam inſeudare poſſit. ſed non capitulo ſuo, vt per Curt. de feud. p. 2. q. 9. Roſental. cap. 4. concluſ. 36. Borcolt. d. nu. 31:

quia

quia feudum numquam ad Eccleſiam eſſet
5 reuerſurum, cum Eccleſia † numquam moritur c. vnic. de alien. feud. ex qua ratione videtur, quod nec Ciuitati, aut collegio res Eccleſiæ à Prælato infeudari poſſit. Roſental. d. concl. 35. cum Ciuitas mortalitati ſubiecta non ſit. nefas ſit expectare, vt Aratrũ in ea inducatur, arg. l. ſi in emptione §. liberũ hominem, ibi nec enim fas eſt. de contrahend. empt. l. inter ſtipulantem §. Sacram, ibi (caſum aduerſamq;
6 fortunam) de verb. obligat † eſt in Prælati Eccleſiæ electione, & arbitrio, dũmodo res ad Eccleſiam reuerſa, ſolita ſit infeudari, eam cui vult idoneo re infeudare, vt prædictum eſt, & etiam Eccleſiæ ſuæ bonis incorporare per, c. 1. de feud. Zaſ. conſ. 13. nu. 30. lib. 1. qui communem dicit conſ. 8. num. 44. lib. 2. Ruin. conſ. 152. lib. 1. Ficard. ad Villalob. lit. F. num. 29. verſ. certum eſt, idque Germania Conſuetudine receptum eſſe teſtatur, Borcolt. d. c. 6. num. 26. Ant. Gabr. lib. 3. commun. opin. tit. de iure em-
7 phiteus concl. 1. num. 14. & † ſemel Res Eccleſiæ bonis incorporata non dicitur amplius infeudari ſolita. Aluarot. Præpoſi. & alij in cap. vn. num. 16. de his, qui feud. dar. poſſ. Laudenſ. in cap. vn. nu. 13. Epiſco. vel Abb. Seyſell. in ſpeculo feud. qui feud. dar. poſſ. in 5. declaratione, & ideò ſi poſtea rurſus infeudatur, neceſſe eſt, vt intercedant ſollemnitates in alienationibus rerum Eccleſiarum interuenire ſolitæ.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XXVII.

THEMA.

Res ad Eccleſiam reuerſa, quando cum alijs bonis Eccleſiæ incorporata cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *RES Eccleſiæ incorporata videtur, quãdo per annum Eccleſia poſſedit.*

2 *Res Eccleſiæ incorporata eſt ſi per annos triginta poſſedit, & deſcripta ſint in libris menſæ, & nu. 4.*

3 *Sollemnitates requiſitæ in contractu requiruntur in diſtractu, cum eiuſdem naturæ ſint.*

5 *Prælatus res Eccleſiæ incorporatas, ſine ſollemnitatibus, & conſenſu Summi Pontificis reinfeudat.*

ET ſi Archidiacon. in cap. 1. 35. q. 8. &
2 cap. idem reb. † Eccleſ. non alien. dicat Res Eccleſiæ incorporatas videri, quãdo per annum poſſedit, & Bald. in cap. vnico, de cleri. qui inueſtir. ferè. ſufficere Eccleſiam rem reuerſam poſſediſſe, Iſern. in d. cap. vnic. nu. 4. verſ. & ſi vnus Prædeceſſor. de his, qui feud. dar. poſſ. cenſuit non ſufficere poſſeſſionem annalem, ſed tunc rectè dici rem Eccleſiæ incorporatam,
2 quando per † triginta annos Eccleſia poſſedit, Bart. tradidit neceſſariam eſſe ad hoc, vt bona Eccleſiæ menſę incorporata videantur, quod deſcripta ſint in numero aliarum rerum menſæ, ſiuè Epiſcopi, l. ſi vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. Franc. Curt. exiſtimauit hanc rem Eccleſię incorporatam dici rectè re infeudari quando eadem interuenerunt, quæ interuenire neceſſe eſt. & res dicatur ſolita, ſiuè conſueta infeudari. in tract. de feud. par. 2. q. princ. 5. & ſi hæc Curtij ſententia confirmari ex multis poſſit, tamẽ ſufficit dice-
3 re † ſollemnitates, quæ requirũtur in contractu neceſſariè ſunt quoque, & in diſtract. l. & ſi ad reſoluẽdam C. de præd. minor. & diſtractum eiuſdem eſſe naturę, cuius eſt contractus, & quod in contractu locum habet, locum habere, & in diſtractu, Barr. in l. & ideò de condit. furt. & per diſtractũ forum ſortiri, ſicut forum ſortimur per contractum, l. hæres abſens, §. ſi quis tutelam, & §. proindè de iudic. & dolum dantẽ cauſam diſtractui bonæ fidei diſtractum vitiare, ſicut dolus dans cauſam contractui bonę fidei, contractum vitiat, l. eleganter de dolo, latiſſimè Tiraquell. de ll. cauſ. ſuper verſ. contractus gloſ. 5. num. 8. & mihi ſequent, tamen Bart. opinio communi-
4 ter eſt recepta, & res tũc dicitur † incorporata menſæ Eccleſiæ, quando Epiſcopus expreſsè eam deſcribi facit inter reliqua bona menſæ Eccleſiæ, Clar. in §. feudum q. 13. num. 4. circa finem Seyſell. in ſpecul. qui feud. dar. poſſ. in quarta declaratione, quæ bona dicantur incorporata Eccleſiæ: Borcolt. d. cap. 6. num. 18. circa finem, Vvlteius de feud. lib. 1. cap. 5. quæ in feud. dar. poſſ. num. 14. verſ. incorporatam autem &c. Roſental. c. 4. concl. 34. ex communi, Afflict. in cap. 1. num. 2. de cleric. qui inueſtit. fac ibique Bald. num. 4. Propoſit.
5 ibidem aduerte tamen, quam † Prælatus rem Eccleſiæ incorporatam, ſine ſollemni-

tatibus

tibus ſoliris reinfeudare non poteſt. Puta circa ſententiam Summi Pontificis, ſi iurauit illo inconſulto non alienare, aut alterius ſuperioris, & in hoc omnes conſentiunt, dicit Roſental. d.cap.4. concluſ.33. facit cap.1. Epiſcop.vel Abb. Laudenſ.nu. 13. Aluarot.nu.16.in cap.1.de his,qui feud. dar. poſſ. ibique Præpoſit.num.16. & Petr. de Rauen.dicentes, quod hunc conſenſum Summi Pontificis exigitur, per Tex.& notatis in cap.vt ſuper de non alienand.reb. Eccleſ.& in d.cap.ex parte extra de feud. vbi Canoniſtæ communiter hoc firmant, Borcolt.d.cap.4.num.27. & ex alijs ex cõmuni oſtendit, Guliel.Rodoan. in tract. de reb.Eccleſ.non alien. in rub.de his,qui cõſentiunt,& de conſenſu requiritur in alienatione, num.23. & 24. & alios congeric Roſental. d. cap.4. concl.33.in addit. ſiuè gloſ.lit.A.

PARTIS TERTIÆ.

Dilucidatio XXVIII.

THEMA

Res infeudari ſolita, quando dicatur.

SVMMARIVM.

1 R*Es infeudari ſolita dicitur,ſi vna vice cum ſollemnitatibus requiſitis conceſſa fuerit etiam ſi infra octo dies reuerſa fuerit.*

2 *Vnico actu tractum ſucceſſiuum habente ceteris concurrentibus conſuetudo inducitur.*

3 *Res infeudari ſolita alij dicunt, ſi, bis infra qua triginta annos fuerit infeudata.*

1 IN hoc variæ ſunt opininiones, vna eſt opinio, ſi ſaltim vna ✝ vice res infeudata fuerit cum ſollemnitatibus ad alienandum neceſſarijs, etiam ſi ſtatim poſt octo dies aperiatur, dicitur infeudari ſolita, vt à Prælato ſine ſollemnitatibus reinfeudari poſſit, vt per Abb. in ſuper ſuper de reb. Eccleſ.non alien. Alexan.conſ.189. num.9.lib.2. Afflict.in cap.1. num.15. de his, qui feud. dar.poſſ. vbi Præpoſit.nu.26. Paul.pic.num.15. & expreſsè tempus non requiri, Zaſ.d.p.5.num.52. poſt Curt.iun. par.2.membr.1.q.4. num.8. & ſeq. Claud. Seyſell. in reb. qui feud. dare poſſ. par. 2. declarat.6.præſertim §.omnia tamen præmiſſa &c. ſequitur apertè Scrader. cap. 2. nu.35.par.4.Paris de Puc.de feud. reinteg. cap. 103.num.13.& ſeq.ex Bart. & alijs,& communis eſt opinio teſte Ruyn. conſ.35. num.30.lib.1. Iul. Clar.d.§. feudum q.13. num.4. & ita reſpondendo obiectis,firmat ex alijs Roſental.d. cap.4. concl.29. nu.1. & in in gloſ. litera A. per rationem, quod

2 ex actu ✝ vnico tractum ſucceſſiuum habente ceteris concurrentibus conſuetudo inducitur, ex multis, quos allegat Roſent. d.loco in gloſ.lit.B. & cap. & per actum vnicum inducitur conſuetudo infeudandi. & aductis per eundem Roſental.d.loco in gloſ.lit.F. Alij vero dicunt, quod res in-

3 feudari ſolita, inducitur ſi ✝ infra quadraginta annos bis infeudata fuerit, quorum primus fuit, Iacob. de Bellouiſo in cap.vn. in princ.verſ.quæritur, quanto tempore, & ibi Iſern. nu.5. Laudenſ.num.71. & 72. de his,qui feud.dar.poſſ. & licet alij exiſtimant triginta annos ſufficere, non nulli tamen requirunt tempus cuius initij memoria in contrarium non exiſtit, Aluarot. d.c.vn.n.12. de his,qui feud.dar.poſſ. Curt. iun.par.2.tract.feudal.q.3. tamen, Tamen Iacobi de Bellouiſo ſententia communiter recepta eſt, Iul. Clar. in d.§. feudum q.13.expreſius teneſ.Ant.Gabriel.tit.de præſupt.concl.1.num.5.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XXIX.

THEMA.

Actiones Eccleſijs pro rebus malè alienatis, quanto tempore præſcribantur.

SVMMARIVM.

1 A*Ctiones Eccleſij competentes ob res alienatas recuperandas quatraginta anni requiruntur, & nu. 3.*

2 *Actiones Eccleſia ad regulariter recuperandi tempus immemoriale requiritur.*

1 ECcleſię ob res ✝ malè alienatas actiones hodie infra quatraginta annos præſcribuntur, Nouell.111. ſublata centũ anno-

annorum præſcriptione, l. vlt. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.niſi forte tractarur de actionibus ad feuda † maiora, & de regalibus, vel regalia præſcribendo, quæ nec tempore immemoriali ſufficeret de communi opinione, firmat Socc.conſ.275.num.5. lib.2.Purpur.in l.1. num. 40. de offic. eius, &c.reſtatur hanc communem eſſe diſtinctionem conſ.16. nu.12. lib.2.ſed alijs rebus Eccleſię præſcribendis † quatraginta ſufficere ſolent, Iſern.in cap.1.num.5. de his,qui feud. dar.poſſ.quando tractatur de contractu minus ſollemniter facto tempus immemorabile requiri, Scader. de feud. par.2.cap.3.num.28.qui alios adducunt,& quando rractatur de rrahendo inſolitum, vel partem,ius Eccleſiæ 40.annorum tempus requiritur.

PARTIS TERTIAE.

Dilucidatio XXX.

THEMA.

Ad conſuetudinem inducendam rem ſolitam in feudari binam in feudatio requiritur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *INfeudatione bina inducitur conſuetudo,ut ſolita infeudatio dicatur.*
2 *Conſuetudo, ut inducatur actus frequentiam requirit.*
3 *Notorius actus Conſuetudinem, non inducit.*
4 *Solitum in unico actu,non uerificari.*
5 *Conſuetudo,ut ſolita infeudatio inducatur, tempus immemoriabile requiri alij uolunt.*
6 *Cõſuetudo infeudandi,ut inducatur annos triginta requiri,alij ſufficere dicunt.*
7 *Conſuetudo infeudandi inducenda annos quatraginta requiri,alij aſſerunt. ſecundum ius canonicum,& nu 9,*
8 *Ius canonicum in rebus Eccleſia ſeruatur, & non ius ciuile.*

IN hoc Doctores variant. Nam ſunt,
fidel. ciuilis dicitur, ſi coniuncta cum poſſeſ-
ſionis traditione dicitur inueſtitura propria
ſiuè realis, vt per Eguin. Baron. d. loco, &
2 ſic naturalis † inueſtitura, quæ pro-
pria appellatur fieri poteſt ſine actu aliquo
præcedente, vel inueſtitura ab'vſiua: & ſuf-
ficit, vt quis in rem in ducatur, & dicatur
coram paribus, quod illa res in feudum de-
tur, vel dicatur, vade in poſſeſſionem illius
rei, & illam nomine feudi, vel in feudum te-
ne. DD. in d. cap. 1. quid ſit, inueſtit. per tex.
3 in c. 1. de conſuetud. rect. feud. & per † pro-
priam inueſtituram transfertur dominium,
& poſſeſſio in vaſallum, vt de cõmuni opi-
nione teſtatur Iacobin. de feud. in verſ. in-
ueſtiuit

ueſtiuit talem vaſallum, Clar. in d. §. feudũ q. 26. & in c. ſimiliter de communi Præpoſit. num. 4 Afflict. num. 1. Schench. nu. 1. & ibi omnes vno ore notãt, de conſue. recti ſeudi, & ex alijs multis Roſental. d. cap. 6. concl. 1. in gloſ. litera C. ſed ſi quis in poſſeſſione
4 † rei induceretur, & non dicetur aliquid, & ſignanter illud verbum tene in feudum vel nomine feudi is non intelligeretur inueſtitus, nec feudum conſtitutum eſſe Laudenſ. in d. c. 1. nu. 12. quid ſit inueſtit. Iacob. d. loco num. 1. arg. l. numquam nuda ff. de acquir. domin. & l. cum de indebito ff. de probat. Schench. Baro, & alij in cap. 1. quib. mod. feud. conſtit. Blanc. libr. 1. numer. 34. Duaren. cap 7. nu. 5. Roſental. d. c. 6. concl. 1. in fine, & ex multis in gloſa lit. B. ſed propria, & vera inueſtitura requiritur, vt cenſeatur inueſtitus de communis ex alijs firmat Roſent. d. lit. C.

PARTIS QVARTÆ.

Dilucidatio V.

THEMA

Inueſtitura impropria, & ab'vſiua eſt, quando Dominus baculum anulum, vexillum, haſtam, vel quid aliud corporeum porrigit inueſtiendo aliquem de feudo. Communis.

SVMMARIVM.

1 *INueſtitura impropria ſiuè ab'uſiua ſit, quando Dominus baculum, uel aliquid corporeum porrigit uaſallo.*

2 *Inueſtitura quæ ſit de re præſenti, & oculis obijcitur, tunc poſſeſſio transfertur.*

3 *Poſſeſſio nõ dum apprehenditur manibus & pedibus ſed etiam oculis, quaſi longis manibus, & num. 5.*

4 *Poſſeſſio mercium, uel aliarum rerum depoſitarum, per clauem traditur.*

6 *Inueſtitura ab'uſiua in re abſente nõ ſit, & ab'uſiuè inueſtitus poteſt agere contra Dominum, ut tradat feudum.*

7 *Venditor in uenditione præciſè tradere tenetur, ſic Dominus feudum uaſallo ab'uſiuè inueſtito.*

8 *Inueſtitura ab'uſiua plus quæritur, quam contractu.*

9 *Inueſtitus ab'uſiuè poteſt propria authoritate feudum ingredi, & poſſeſſionem apprehendere.*

10 *Poſſeſſio apprehenditur totius feudi per unius partis apprehenſionem, dummodo animum habeat ad totum feudum, ſi plures ſunt fundi.*

11 *Inueſtitura facta, ſi Dominus tenet armata manu, auferri poteſt per uaſallum ab'uſiuè inueſtitum.*

12 *Vaſallus ab'uſiuè inueſtitus iurat in litem contra Dominum, quanti ei interſit poſſeſſionem non habuiſſe.*

13 *Vaſallo cadenti à poſſeſſione, & reuerſa Domino ipſam Dominus reſtituere tenetur.*

1 IMpropria, ſiuè ab'vſiua inueſtitura eſt, quando Dominus, baculum, gladium, haſtam, vexillũ, anulum, vel quid aliud corporeum porrigit vaſallo, ita de feudo eum inueſtiendo, & inueſtituram facere, dicit, cap. vnico quæ ſit inueſtit. vbi DD. omnes, & ex multis Roſental. c. 6. concl. 3 in gloſ. lit. A. & hoc eſt non ſeruata ipſius rei in quam conſtituitur feudum traditione, & poſſeſſionis adeptione, vt per Obert. in d. cap 1. in princ. Bald in cap. 1. in fine de nou. form. fide it. Socc. iun. conſ. 111. nu. 14. lib. 2. Menoch. conſ. 264 num 75. lib. 3. quod tunc procedit cum huiuſmodi inueſtitura ſit in
2 re præſenti: Si verò ſint, in † re præſenti ideſt, ſi fundus præſens ſit, & oculis ſubijcitur, tunc poſſeſſio transfertur, Hern. in cap. vnico, num. 2. & ibi Afflict num. 4. Aluarot. num. 7. quid ſit inueſtit Roland. a Valle conſil. 51. nu. 32. lib. 2. & ex alijs Vvlteius d. c. 7. num. 17. rei enim præſentia facit, vt tradita, eius poſſeſſio videatur, & apprehẽditur poſ-
3 ſeſſio † non ſolum manibus, & pedibus, ſed etiam oculis, quaſi longis manibus, l. 1. §. ſi iuſſerim, l. quod meo §. venditorem de acquir. poſſeſſ. gloſ. & Doctores in princ. codẽ & in cap. 2. extra de conſuetud. ſic mercium
4 † in horreo depoſitarum, & venditarum, poſſeſſio tranſlata videtur, ſi claues in re præſenti, id eſt apud horreum traditæ fue-
5 rint, l. clauibus ff. de cõtrahe. d. empt. † columbariam, quoque venditorũ poſſeſſio trãſfertur, ſi in præſenti id eſt, ſi apud columbas cõtractus fuerit habitus d. l. 1. §. ſi iuſſerim:
6 & ſi res præſẽs † nõ ſit per ab'vſiuã inueſtituram poſſeſſio, nõ transfertur, quamuis Dominus dixerit ſe velle poſſeſſionem tradere, Bald. in d. cap. vnico quid ſit inueſtit. cũ nulla poſſeſſio acquiritur, niſi animo, & corpore, l. poſſideri, & l. quemadmodum de acquir. poſſeſſ. poteſt ab'vſiuè inueſtitus agere contra Dominum pro traditione feudi, cap. vnico §. ſi facta, ſi de feudo de fundi

contẽtio ſit, & Dominus ad tradendum te-
netur per tex. & ibi Iſern. & communiter
Doctores, nec liberatur præſtando id quod
interſit. d. §. ſi facta cap. vnico in princ. ibi
cogitur Dominus mittere in poſſeſsionem,
ſi de inueſtit. feudi contentio fuerit, & c. vn.
§. fi. de noua form. fidelit. vbi tex. dictione
omnimodo vtitur, quæ præciſam correctio-
nem ſignificat. Tiraquell. in l. ſi vmquam
ſuper verbo reuertatur, num. 76. & ſeq. C. de
reuoc. donat. Paris de Put. de reintegr. feud.
cap. 39. Roland. à Vall. conſ. 84. nu. 23. lib. 1.
Hotoman conſ. 5. lib. 1. Scruff. conſ. 18. cen-
tur. 1. Miſynger. centur. 4. obſeruat. 61. ſic in
7 ✝ emptione, & venditione vẽditor præciſè
tenetur rei venditæ poſſeſſionem tradere:
neque liberatur præſtando intereſſe, ſecũ-
dum Martini ſententiam, gloſ. in l. 1. in prin.
de action. empti inſtit. & in §. pretium verſ.
habetur inſtit. de empt. & vendit. & in §. &
ad exemplum verſ. venditionis inſtit. de do-
nat. quæ reiecta Ioãnis opinione latè defen-
dit, Alciat. in l. vnica C. de ſententia, quæ
pro eo, quod inueſtit. verior eſt d. §. & ad
exemplum inſtit. de donatio. Paul. in 1. ſent.
c. 13. Bart. in d. l. 1. & l. certi conditio, n. 21.
ſi cert. petat. & communior. Bart. in l. ſtipu-
lationes, non diuiduntur, q. 8. nu. 78. de verb.
obligat. Roland. à Vall. conſ. 53. num. 1. & 2.
lib. 1. Laudenſ. Kiccho concl. vlt. in 4. cent.
8 opin. commu. & ex ✝ ab'vſiua inueſtitura
plus quæritur iuris in rem, quam ex con-
tractu, Aluarot. in cap. 1. nu. 2. vbi Præpoſit.
num. 2. quid ſit inueſtit. Duaren. in cap. 18.
num. 2. & communiter Doctores in cap. 1.
de noua form fidelit. & ex alijs Roſental. d.
cap. 6. concl. 6. in gloſ. lit. E. Poteſt quoque
9 vaſallus ab'vſiuè ✝ inueſtitus propria au-
thoritate feudum ingredi, & apprehendere
poſſeſſionem, vt Doct. communiter dicunt
in d. cap. vnic. quid ſit Inueſtit. Hartman.
in pract. obſeruatione titul. de feud. obſer-
10 uatione 7. in poſſeſsione ✝ capienda non
eſt neceſſe, vt omnes glebas circum ambu-
let, ſed ſufficit quamlibet partem feudi in-
troire, dum ea mente cogitatione fiat, vt to-
tum feudum vſque ad terminum poſsideat,
d. l. poſsideri, §. 1. de acquir. poſſeſſ. & ſi plu-
res ſunt fundi per vnius ingreſſum vaſallus
omnium poſſeſsionem cõſequitur, Aluarot.
d. cap. vnico, num. 7. verſ. quæro ab extra
vbi Prępoſit. num. 8. quid ſit inueſtit. Bart. in
d. l. poſsideri, num. 1. ſi modo reliqui fundi
quem vaſallus ingreſſus eſt tamquam pars
retineatur, arg. d. l. poſsideri, §. 5. alias ſe-
cus eſt, Miſinger. centur. 3. obſeruat. 39. Zaſ.
conſ. 10. lib. 1. num. 6. atque ita diſcrepantes
Doctorum ſententiæ ad concordiam redi-
guntur, Iſern. in cap. vnico, num. 4. quid ſit
inueſtit. vbi Afflict. refert ſe à magnis iuris
peritis accepiſſę, quod ſecundum dictam
diſtinctionem iudicatum fuerit, Fritia de
ſubfeud. in 23. different. feud. hæreditarij, &
feud. ex pacto prouidentia, Zaſ. de feud. p. 6.
nu. 29. Tiraquell. de vtroque retract. §. 36.
gloſ. 3. num. 2. Borcolt. d. cap. 7. num. 11. &
11 etiam inueſtitura ab'vſiua facta, ✝ ſi Do-
minus rem tenet manu etiã militari aufer-
ri poteſt per vaſallum ab'vſiuè inueſtitum,
Iſern. in d. cap. ſi facta, nu. 1. ſi de feud. defun-
cti vbi Aluarot. num. 6. & idem Aluarot. in
§. fi. num. 1. vbi Affli. num. 1. de noua form.
fidelit. Miſinger. obſeruat. 61. num. 8. cent. 4.
fundant ſe omnes in l. qui reſtituere, ff. de
reiuendic. Blanc. de feud. cap. 3. num. 50. lib.
12 & etiam ✝ cõtra Dominum in litem iura-
re, quantum ei interſit rem non tradi, Al-
uarot. d. cap. ſi facta, num. 6. & 9. Miſinger. d.
obſeruat. 61. num. 7. Bald. in d. c. ſi facta, n. 1.
Iſern. num. 3. Blanc. d. loco, intellige probat,
quod ex fructibus lucrum facere potuiſſet,
cum tenetur Dominus vacuam poſſeſſionẽ
tradere per d. §. ſi facta vbi Aluarot. nu. 4.
cap. 1. §. fi. de noua form. fidelit. vbi commu-
niter Doctores Feudiſtæ, & ex alijs Roſẽt.
vbi ſupra litera C. & vti, frui permittere, vt
omnes Feudiſtæ firmant in d. c. fi. & in d. §. ſi
facta Clar. vbi ſupra de communi teſtatur,
& ex alijs Roſental. d. cap. 6. concl. 6. lit. D.
13 & ſi ✝ vaſallus negligentia à poſſeſſione
deſtitutus, & ad Dominum reuerſa, illam
vaſallo reſtituere tenetur, Bald. in d. cap. ſi
facta, num. 4. Aluarot num. 7. Laudenſ. nu. 5.
& 13. Afflict. num. 9 & ex alijs Roſental. d.
cap. 6. concluſ. 7. litera E. & ſi in moram
fuerit Dominus tenetur rem, & fructus re-
ſtituere, d. cap. 1. §. fi. vbi gloſ. de noua form.
fidelit. ex alijs Roſental. d. loco in gloſ. lit. F.
& H.

PARTIS QVARTÆ.

Dilucidatio VI.

THEMA.

Inueſtitura requirit ſcripturam, 1.
quia præcipua feudi probatio ab
inſtrumento, ſiuè breue teſtato
pendet. Communis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *SCriptura in inueſtitura feudi nõ requiri, aliqui dicunt.*
2 *Scriptura ſi in inueſtitura neceſſaria non ſit, tamen ad eius probationem utilis eſt.*
3 *Feudi pracipua probatio ab inueſtitura pendet.*
4 *Inueſtitura, & breue teſtatum, ſiuè documentum ſigillo Domini roboratum fieri ſolet, & ita dicitur, quia breuibus uerbis fit.*
5 *Inueſtitura ſcriptura, & inſtrumentum breue teſtatum dicitur.*
6 *Inueſtitura, ſiuè breue teſtatum Neapoli priuilegium dicitur.*
7 *Breui teſtato teſtes ſunt adhibendi.*

1 ET ſi ſcriptura ✝ de ſubſtantia feudi nõ
ſit, vt colligitur, ex tex. d. c. 1. §. ſi enim
domino ibi, vel quia non factum, §. ſi vero
quid ſit inueſtitura, cap. 1. de inueſtit. inter
Dom. & vaſall. cap. 1. qui teſtes ſunt neceſſa-
rij, cum ſimilibus, ex quibus. ita dicit, Bald.
in rub. C. de condit. ex lege, vbi loquit hanc
eſſe vnam differentiam inter feud. & emphi-
teuſim, de qua per Iul. Clar. in §. emphiteu-
ſis, q. 4. Aluarot. in d. cap 1. num. 4. Præpoſit.
num. 5. Afflict. num. 5. vbi agit de priuileg.
Regis, in quo feudum dat. & videtur hæc li-
mitare, niſi alia ſit conſuetudo, quid ſit in-
ueſtit. Iſern. in cap. Imperialem de prohib.
feud. alien per Lothar. Camer. in cap. Impe-
rialem, de prohib. feud. alien. per Federic.
2 fol. 45. Tamen ✝ vtilis ad eius prohibitio-
nem eſt, vt inueſtitura etiam noua per in-
ſtrumentum, aut breue teſtatur, hoc eſt do-
cumentum ſigillo Domini roboratũ: Vvſē-
beeh. de feud, cap. 8. num. 31. vbi ait (& ſi
feudum ſine ſcriptura conſtans, tamen quia
3 præcipua ✝ feudi probatio ab inſtrumento
pendet, vſitatum eſſe, vt illud petatur, & da-
tur) Sonsbech. par. 9. num. 29. Hotoman in
disputat. feud. cap. 25. in fine, arg. l. pacta C.
de pact. l. 4. ff. de pignor. cum ſimil. Scheneid.
par. 4. nu. 20. Mozz. de ſubſtant. feudi, nu. 63.
Vvlteius cap. 7. nu. 4. Aluarot. in d. cap. Im-
perialem, § illud, num. 6. & ibi Petr. de Ra-
uen. de prohib. feud. alien. per Federic. inue-
4 ſtitura ✝ per breue teſtatum, ſiuè documē-
tum ſigillo Domini roboratum fieri ſolet,
& ita dictum; quia breuibus verbis, l. inter
cartulas, & ibi not. per Cuiacium, C. de con-
ueniendis fieri deb. teribus l. 10 Bald. in c. 1.
in princ. num. 3. Afflict. num. 15. de controu.
inueſtit. Zaſ. par. 6. num. 4. Scrader. de feud.
par. 5. cap. 2. num. 4. Schench. par. 4. num. 26.
Vvlteius d. cap. 7. num. 43. verſ. breue autem
5 teſtatum, cum ſeq. Hæc ✝ ſcriptura dicitur
inueſtituræ inſtrumentum, c. 1. de not. feud.
interdum dicitur inſtrumentum in modo
d. cap. 1. §. inſtrumentum, ſpecialius vero di-
citur breue teſtatum, cap. 1. in fine de feud.
guard. & in cap. 1. qui ſucc. feud. dar. ten. &
in cap. 1. in princ. & in §. Item vaſallus, & in
§. ſi quis, ſi de inueſtit. feud. contr. ſit, &c. & in
cap. 1. in princ. qui teſt. ſunt neceſſ. Nam
6 quod in hoc Neapolitano Regno, ✝ priui-
legium dicitur, teſte Fritia de ſubfeud. lib. 1.
de form. inueſtit. & etiam oraculum, vt re-
fert Iſern. in cap. 1. §. ſi minori, ſi de feud.
defuncti, &c. Moaa. d. loco, num. 34. ſed feu-
7 dorum ſcriptores breue ✝ teſtatum inter-
pretantur publicum inſtrumentum, vt c. 1.
§. ſi cum, & §. ſi autem inueſtitura, quid ſit,
inueſtit, & inſtrumentum publicè confectũ,
vt in cap. 1. in fine ſi de feudo vaſall. ab ali-
quo interpell. Scrader. d. cap. 2. nu. 4. a Lati-
nis modo teſtationem, modo teſtificationē
appellari, ſcribit Hotoman in lexicon ſuo
feudali in verſ. breue teſtatum, ad hoc alle-
gat, Cicer. in verrium 7. & dum à Doctori-
bus dicitur, quod breue teſtatum ſit inſtru-
mentum publicum, cuiuſmodi à Notario
factum non eſt, niſi teſtibus ad hoc rogatis
præſentibus, per l. ſcripturas. c. qui potior,
in pignor habe. teſtes in tali breue teſtato
adhibendi ſunt, vt ex cap. 1. quid ſit inueſtit.
& cap. qui teſtes ſunt neceſſ. Vvlteius d. c. 7.
num. 42. verſ. an autem fol. 167.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio VII.

THEMA

Dominus inſtrumenta ſcripturas librum, & alia concernentia ad feudum, & ipſam rem feudalem omnino edere tenetur inueſtito, ſi petierit. Communis.

SVMMARIVM.

1 *DOminus ſcripturam inueſtitura vaſallo dare tenetur. ſi petierit.*
2 *Feudalem rem, & fines iura eius contractus, & libros, vt contra alios, vel pro ſe tenere, vaſallo Dominus dare tenetur.*
3 *Acta, & monumenta publica cuiuis intereſſe alleganti edenda ſunt.*

Digitized by Google

4 *Subvaſallus etiam inſtrumenta, & alias ſcripturas feudi habere debet.*

5 *Poſſeſsio lōgi temporis liberat Dominum, & vaſallum ab editione tituli ſui.*

1 INſtrumentum, ſiuè † ſcripturam, ſi inueſtitus ſibi dari petit, Dominus omnino dare tenetur, Vvſembech.de ſeud. c. 8. num.15.& 31.Roſental.cap.8.concl.33.n.1.
2 Item rem † feudalem, & fines, aliaque iura eius concernentia emptionis fortè, aut ſimilia, ſi vel contra tertium ijs vti velit, vel vt iura rei ſcire, & tueri poſſ. ea requirat, per l.Titius hores, & quæ ibi Doctores, ff.de action. empt. & idem iuris eſt de libris, vbi feuda, & eius rendētes ſunt notata, quos dominus dare tenetur, & omnia ea, quæ feudū concernunt, dummodo de intereſſe ſuo vaſallus probabiliter oſtendat, & quæ vis acta & documenta publica edenda, & exhibenda
3 ſunt. Nam † acta, & monumenta publica cuiuis intereſſe alleganti, ſi petit, edenda ſunt, facit l.2. vbi Iaſ.num.2.3.4. & ſeq. Det. nu.15.Rom.nu.1. Caſtrenſ.nu.10.ſi iurat, inquit ſua intereſſe, Alex.n.1.& 4. poſt mediū cap.de edend.l.fi. vbi Bart.C.de re iudic.cōmunē dicit, Vvſembec.in parat. ff. de edēdo nu.52.& C. eodem, nu.6. & ex alijs Roſent. d.cap.8. concl.33. litera A. & ſic vaſallus à Domino requiſitus inſtrumenta, & alia acta feudum concernentia edere debet, Iſer.in c.Imperialem, §.illud quoque pręcipimus, nu 66.de prohib.feud.alien.per Federic. Afflict.ibidem, nu.10.& 11.Iacob. Aluarot. in c.5.nu.9.& Rauen.in fi.de controuerſ.inueſtit.& ibidem Afflict. nu.36.l.regulam l.cogi C.de petit. hæredit.20. modis limitanda, & hæc eſt 8.declaratio, & nu.38. verſ.nota vbi de alijs probationibus agit, ſi ſcripturam, nō habeat vaſallus, Rauen. ibidem in fi. de controuerſ inueſtit. Capyc. in inueſtit.cap. feudatariorum e dictiones, col.pen.fol.182.Borcolt.c.8.num.117. communem, dicit Piſtor q.96.nu.2.lib.2.par.2.Afflict.deciſ.265.n.78. Vvlteius.cap.3.nu.17.lib.2. ex alijs Roſent. d.cap.8.concl.33.nu.4.& in gloſ.litera D. &
4 Dominus directus etiam † ſub vaſallo petenti inſtrumenta, & alias ſcripturas dare tenetur, Io. Faber.in § præiudiciales inſtit. de actio. idque eſſe de natura feudi, ſcribit, Mozz.de natur.feud. nu.109. quod verum eſt, ſi quis ſub vaſallum eſſe factatur, vt per Fritiam de ſubſeud.lib.2.author.36. ſed longi temporis poſſeſsio ad editionem tituli ſui dominū, vel vaſallum immunem redit. iuxta notata à Borcolt.d.cap.8.n.119.Vvlteius.d.cap.3.nu.17. per rationem, quia huiuſmodi inſtrumenta vtriuſque gratia facta ſint, & rem quaſi communem in qua Dominus directum, & vaſallus vtile habent dominiū, & vaſallus, & Dominus ad paria iudicari ſolēt fuiſſent per tex. in c.1. de form. fidelit. Capyc.in inueſt. feud. cap.feudorum dominium, §.parilitas, col.7.& ſeq.& ex alijs Roſental. d.cap.8.concl.33.num. 5. & in gloſ. litera C.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio VIII.

THEMA.

Vaſallus poſt inueſtituram tenetur Domino directo fidelitatem præſtare, & renuens non conſequitur feudum. Communis.

SVMMARIVM.

1 *VAſallus poſt feudi inueſtituram tenetur domino fidelitatem præſtare.*

2 *Feudum propter fidelitatem, & ſeruitia datur, & à fidelitate nomen accipit.*

3 *Feuda aliqua à principio ſine fidelitate dari poſſunt, & ſine ea ſunt.*

4 *Fidelitas ineſt iuramento fidelitatis, quod ſolum pacto remitti poteſt.*

5 *Vaſallus iurat pro ſe, non pro ſucceſſoribus ſuis.*

6 *Feudalibus conſuetūdinibus tres iuramēti formæ reperiuntur, ſed in effectu in vnā reducuntur, vt vaſallus iuret fidelitatem Domino ſuo.*

7 *Fidelitatis verbum generale eſt, & omnia, quæ in iuramento fidelitatis exprimi poſſunt comprehendit.*

8 *Iuramenti fidelitatis forma ponitur.*

9 *Forma iuramenti fidelitatis, eſt ſeruāda & ſi contra formam iuratur præſumitur iuramentum extortum.*

DE iure feudorum eſt ordinatum, quod
1 vaſallus † poſt inueſtituram feudi ſibi conceſsi tenetur Domino directo fidelitatem præſtare, per cap. vnic.§. fin.de nou. for.fidelit.cap.vnic. quid pręcedere debeat, an inueſtitura, vel fidelitas, quod ſi facere renue it, feudum non conſequitur, cap.vnic.
2 §.fin.de nou.tor.fidelit.feudum † enim propter fidelitatem, & ſeruitia datur, & à fideli-

tate

tate nomen accipit, vt in cap. vnic. §. fin.
per quos fiat inueſtit. & latè diximus in
art. noſtro 2. ſupra de diffinit. feud. bene-
3 verum eſt, quod à principio † poteſt cō-
ueniri, ne fidelitas præſtetur, d. cap. vn. §. fi.
per quos fiat inueſtit. & ſunt aliqua feuda
pro quibus fidelitas non præſtatur, cap. vn.
§. eſt, & alia ingratitudo, quæ fuit prim.
4 cauſ. benefic. amitt. † fidelitas ineſt iura-
mento fidelitatis, quod ſolum pacto remi-
cti poteſt, cap. vn. §. fin. per quos fiat inue-
ſtit, Laudenſ. in cap. vnic. num. 15. in quib.
cauſ. feud. amitt. Paris de Put. de reintegr.
feud. cap. 8. num. 2. Borcolt. cap. 1. num. 21.
& ſi fidelitas pacto remicti non poteſt,
Hotoman. lib. 4. cap. vltim. Duaren. cap. 2.
num. 3. Sonsbech. cap. 2. nu. 34. Baro lib. 1.
de iure benefic. tit. 4. & ex alijs Borcolt. d.
5 cap. 2. num. 20. & † vaſallus iurat pro ſe, nō
pro ſucceſſoribus, Aluarot. in cap. vn. in
princ. num. 7. quæ fuit prima cauſ. benefic.
ammittend. Hartman in pract. obſeruat.
tit. de feud. obſeruat. 14. & in conſuetudi-
6 nibus feudalibus † tres aſcribuntur for-
mulæ iuramenti, prima in cap. 1. qualiter
iur. deb. vaſall. domino fidelitatem, ſecūda
in tit. de form. fidelit. tertia in tit. de nou.
fidelit. quæ in effectu in vnam reducuntur,
cum vaſallus fidelitatem iurat Domino
ſuo, & verbum fidelitatis integrū, & per-
fectum in ſe continet fidelitatē. d. c. vnic.
§. quod verbum de nou. form. fidelit. Hoc
7 verbum fidelitatis † generale verbum
eſt, & omnia comprehendit, quæ generali-
ter in iuramento exprimi poſſunt, vt dici-
tur, in d. cap. vnico de nou. form. fidelit. &
latior explicatio addit propter ſimplices,
& ignaros, vt quando contra iuramentum
ignorantiæ excuſationē prætendi nō poſ-
8 ſit, & vaſallus ſic iurat. † Ego titius iuro
ſuper hæc ſancta Dei Euangelia, quod ab
hac hora in antea, vſque ad vltimum diem
vitæ meæ, ero fidelis tibi Domino meo cō-
tra omnem hominem, excepto Impera-
tore, vel Rege, hoc eſt iuro quod nunquam
ſciēter. Ero in cōſilio, vel auxilio, vel in fa-
cto, quod tu ammictas vitam, vel membrū
aliquod, vel tu recipias in perſona aliquā
læſionem, vel iniuriam, vel contumeliam,
vel quod tu ammictas aliquem honorem,
quem nunc habes, vel in antea habebis. &
ſi ſciuero, vel audiuero de aliquo, qui velit
aliquod iſtorum contra te facere pro poſſe
meo, vt non fiat impedimentum præſta-
bo: & ſi impedimentum præſtare nequi-
uero, quam cito potero tibi denuntiabo, &
contra eum, prout potero auxilium meum
tibi pręſtabo, & ſi contingerit te, rem ali-
quam, quam habes, vel habebis iniuſtè, vel
fortuitu caſu ammittere, eam recuperare
iuuabo, & recuperatam omni tempore
retinere, & ſi ſciuero te velle iuſtè aliquem
offendere, & inde generaliter, vel ſpeciali-
ter fuero requiſitus, meum tibi, vt potero
præſtabo auxilium, & ſi aliquid mihi de
ſecreto maniſeſtaueris, illud ſine tua licē-
tia, nemini pandam, vel quod pandatur fa-
ciam, & ſi conſilium meum ſuper aliquo
facto poſtulaueris, illud tibi dabo conſi-
lium, quod mihi videbitur magis expedire
tibi, & numquam ex perſona mea ali-
quid faciam ſcienter, quod pertineret ad
ſuam, vel ſuorum iniuriam, vel cōtumeliā,
9 cap. vnico de form. fidelit. quæ forma † ſe-
cunda eſt, & alias iurare non cogitur, Ia-
cobin. in verſ. qui quidem inueſtiti præſtitę
nouę iuramentum fidelitatis, nu. 2. Ferrar.
Montan. de feud. lib. 5. cap. 1. Hartman. d.
obſeru. 14. Tiraquell. de vtroque retract.
§. 32. gloſ. 1. nu. 39. quin immo ſi iuramen-
tum contra formam antiquam vaſallus
præſtiterit præſumitur extortum, Bald. in
cap. vn. num. 1. vbi ſcribit ita in facti con-
tingentia reſpondiſſe qualiter iurare de-
beat fidelitatem vaſall. Domino, Roland. à
Vall. conſ. 18. num. 10. lib. 3. Borcolt. de
feud. cap. 7. num. 38. & 39. fol. 112. & ſeq.

PARTIS QVARTÆ.

Dilucidatio IX.

THEMA.

Et ſi inueſtitura ſit duplex propria, & impropria, ſiuè ab'vſiua non ex hoc ſunt diuerſæ.

SVMMARIVM.

1 *INueſtitura propria, & impropria, ſiuè ab'uſiua, & ob hoc non ſunt diuerſæ inueſtituræ.*

2 *Inueſtitura eſt conceſsio feudi ſollemnis, quæ ſine traditione poſſeſsionis per ſe ſubſiſtit.*

3 *Emptio, & venditio perficitur abſque ſcriptura.*

4 *Promiſsio probata per teſtes ſtipulationem continet.*

INueſtitura diſtinguitur, in propria,
1 † & in impropria, ſiuè ab'vſiua, & nō
ex

ex hoc diuerſæ conſtituuntur inueſtituræ ſpecies, cum eſſet abſurdum, vt rectè Cuiacius in cap. 1. §. ſi vero Archiepiſcopus, qui feud. dar. poſſ. Aliud inquit eſt inueſtitura, aliud traditio: inueſtitura
2 † eſt ceſſio feudi ſollemnis, ſiuè contractus, qui ſine traditione poſſeſſionis per ſe ſubſiſtit. inueſtituram ſequitur traditio poſſeſſionis vacuæ, vt ex empto contractus emptionis, & venditionis, cum hic contractus inueſtituræ ab interpretibus
3 noſtris, ſæpè comparatur. Emptio, † & venditio perficitur conſenſu, etiam non interueniente ſcriptura, vt bis iudicatum firmat Vrſill. ad Afflict. deciſ. 39. nu. 6. & vt in ipſo contractu protenus poſſeſſio tradatur neceſſe non eſt, & ſit tamen vt ipſa præſens ſit, in ipſo contractu, poſſeſſio rei tradatur, & ex hoc ſi quis diſtinguit emptionem, & venditionem, aliam eſſe propriam, & aliam impropriam, ſiuè ab'vſiuam, ineptè contra iuris principia diſtingueret, multò magis, ſi ſpecies emptionis, & venditionis ex eo faceret, aliud eſt contractum perfici, aliud conſumari, perfectio contractus ipſam contractus ſubſtantiam reſpicit, conſumatio effectum, ſicut igitur emptio, & venditio perficitur, etiam quod rei poſſeſſio non tradatur, ita & inueſtitura: ſicut contractus emptionis, & venditionis fieri poteſt, vt rei tradatur poſſeſſio, ita etiam in contractu inueſtituræ: & ſicut nemo diuerſas ſpecies faceret emptionis, & venditionis, ita & alia ſit propria, alia ab'vſiua: ita neque ex hoc, ſpecies inueſtituræ diuerſæ ab interpretibus conſtitui debuerant, vt ex alijs firmat Hermand. Vulteius de feud. cap. 7. numer. 12. fol. 128. & promiſſio probata per teſtes ſtipulationem continere, & promiſſor ad promiſſa tenetur, prout ita fuit condemnatus per totum conſilium votatum, & deciſum fuit teſte Afflict. in deciſ. 120. Georg. allegat. 10. num. 14. & ſequent. Viu. in Silua commun. opinion. 1036. opin. verſic. præmiſſo, & ita in opin. 570. verſic. pactum nudum, num. 2. Polidor. Rip. in ſuis obſeruat. obſeruat. 86. nu. 3. Thor. in Compend. deciſ. verſ. promiſſio probatas per teſtes, fol. 431. col. 1. quod non procedit in feudalibus vbi datur pænitentia ante impetrationem, & expeditionem aſſeſus Regis, ſiue ſuperioris.

PARTIS QVARTÆ.

Dilucidatio X.

THEMA.

Actus hoc eſt tractatus de feudo conſtituendo, ſiuè aliquem de feudo inueſtiendo, inueſtituram præcedere debet, qui actus ſit inter viuos, & in vltima voluntate, & aliquando talis actus cum ſollemnitatibus ſufficit.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtituram præcedit actus de feudo cõſtituendo, qui actus, & inueſtitura ſunt, ſine vllo alio actu præcedente.*
2 *Actus præcedens inueſtituram, ſit interuiuos, & in vltima uoluntate, & tractatus, & inueſtitura coniũguntur, & conſẽſum mutuum inuicem conſtituunt.*
3 *Contractus multo magis eſt perſtipulationem ſollemnem fieri.*
4 *Actus donationis legati ſit à ſolo teſtatore.*
5 *Inueſtitura in ſpe re uera feudum conſtituit.*
6 *Inueſtituram fieri eſt dicendo coram paribus, quod res infeudum detur, uel, ut feudi nomine teneatur.*

IN conſtitutione feudi, ſiuè eius inue-
1 ſtituram, actus † de feudo conſtituendo, vel aliquem de feudo inueſtiendo præcedit Duaren. de feud. cap. 7. num. 2. quod plerumque fieri ſolet, Roſent. de feud. c. 6. concl. 2. nonnumquam vero, & ille actus, & inueſtitura ſola eſt ſine vllo alio actu præcedente, qui actus cum ſollemnitatibus ideſt cum aſſẽſu, ſi ſuperiorem habet præ-
2 cedens ſit † vel interuiuos, vel in vltima voluntate: interuiuos ſit, quando inter eũ qui feudum dare, & eum qui accipere feudum vult tractatur: & tractatus & inueſtitura ſimul coniunguntur, neceſſe eſt, vt illi, qui agunt, vt feudum cõſtituatur ad hoc ſibi inuicem conſenſum mutuum accomodent, Mozz. de orig. feud. in princ. verſ. cõtractus feudi: Hic tractatus eſt pacti etiã nudi, vt docet Bellapert. de feud. c. 6. Roſental. cap. 6. concl. 4. per cap. 1. & 2. vbi Docto-

Doctores, de oper. noui nunciat, & per l. ſi quis argentum C. de donat. & per §. aliæ inſtit. eodem: tamen & ſi contrarium ſteneat, Aluarot. in c. 1. in fi. de noua form. fid. litteris, Mozz. in tit. de ſubſtantial. feud. n. 8. per l. nuda, ff. de tranſaction. Hotomã. conſ. 34. & nouiſſimè Scrader. de feud. p. 1. c. 1. n. 9. multo vero magis ſtipulationis, & cuiuſuis contractus alterius, quod omnes interpretes concedunt, ſi promiſſio in ſollemnem contractum incidat, vt teſtatur Roſental. d. c. 6. concl. 3. & exempla ponit, Vvſembech. c. 6. n. 2. in donatione, quam Dominus feudi facere ſolet præſertim de ſe reuerſo, item in venditione, & permutatione, quam facere ſolent vaſalli, in vltima voluntate, † actus ille ſit à ſolo diſponête rem, vel ſuam, vel etiam alienam, alicui relinquente, vt eam infeudũ teneat, Vvſembec. d. c. 6. nu. 6. Roſent. d. loco, quod fieri poteſt à vero, & directo domine feudi, volente relinquere etiam ignoranti, & non conſentienti, ſed poſtea in ipſius arbitrio eſt, an relictum acceptare velit, ita, vel ne, & actus iſte ſpem facit feudi conſtituendi, & inueſtitura † in ſpem feudum re vera conſtituit, & actum illum tempore quidem ſi ſola fuerit natura, ſi cum actu protenus coniũgatur inueſtitura, Vulteius vbi ſupra nu. 16. fol. 131. poſſet etiam ſine
6 actu præcedente inueſtituram † fieri cum ſufficiat, vt dicatur coram paribus, quod res in feudum datur, vel quando dicatur, vade in poſſeſſionem illius rei, & eam feudi nomine tenere, Doctores in c. 1. quod ſit, inueſtit, per tex. in cap. 1. de conſuetud. reſtit. feud. & ſi quis in poſſeſſionem mitteretur, vt dicatur teneatur in feudũ, vel feudi nomine non intelligeretur. Nec feudum conſtitutum eſſe, Laudenſ. in cap. 1. nu. 12. quid ſit inueſtit. Iacobin. in verſ. inueſtiuit talem num. 1. arg. l. numquam nuda, ff. de acquir. rer. domin. l. cum de indebito, ff. de probat. Schenck. Baro, & alij in c. 1. quibus mod. feud. conſtit. Blanc. c. feud. 3. num. 34. Duaren. c. 7. num. 5. Roſentel. c. 6. concl. 2. in fine, Vulteius d. num. 16. circa med. fol. 132.

PARTIS QVARTÆ.

Dilucidatiio XI.

THEMA.

Inueſtitura fit, & recipitur per ſe & per alium. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio rei nedum manibus, & pedibus capitur, ſed etiam oculis.*
2 *Inueſtitura, & poſſeſſio feudi nedum datur per dominum, ſed & per procuratorem.*
3 *Procurator Principis eſt Cancellarius.*
4 *Inueſtitura, & feudum fit, & acquiritur per principalem, & per procuratorem.*

Inueſtitura, ſiuè antecedentem habeat actum, ſiuè non habeat, ſemper eſt ſollemnis ceſſio feudi, ſiuè reali, & corporali, ſiuè non fiat, vt inductus in poſſeſſionem rem illam in feudum teneat quæ fieri poteſt, ne
1 dum, ſi manibus, † & pedibus apprehẽdatur, ſed etiam ſi oculis, tradit Iſern. in c. 1. ſit inueſtit. & ibidem Afflict. n. 4. Aluarot. nu. 7. & Rauen. verſ. ſi tamen inueſtit. & Cuiacius per l. 1. §. pen. & l. quod in eo §. ſi venditorem, & l. quorumdam, ff. de acquir. poſſeſſ. l. pecuniam, ff. de ſolu. Zaſ. p. 6. nu. 6. Borcolt. cap. 7. num. 7. Roland. à Vall. conſ. 51. num. 32. lib. 2. & diximus ſupra in
2 dilucidatione 5. num. 3. Vtramque † illam facit, vel dominus ipſe, vel procurator ipſius nomine, vt eſt tex. in c. 1. §. ſed verum per quos fiat inueſtit. ibique Doctores, Sonsbech. p. 4. nu. 9. Borcolt. cap. 7. nu. 25.
3 cuiuſmodi † procurator Principis eſt cancellarius, dicit Vvſembec. de feud. c. 8. & vacante Imperio, elector Palatinus ad Re-
4 num, ex aurea † bulla quemadmodum etiã inueſtituram accipit, vel ille ipſe, cui feudum acquiritur, vel procurator ipſius nomine, d. §. ſed verum, Rayn. in c. 1. §. præterea, Ducatus, nu. 21. de prohib. feud. alien. per Federic. Paris de Puteo de reintegrat. feud. cap. 148. Sonsbech. p. 9. nu. 5. Borcolt. d. c. 7. num. 25. Vvſembech. c. 8. nu. 12. Imò etiam nuntius ab eo miſſus, vt eſt tex. in c. 1. §. item inueſtitura, de nat. feud.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio XII.

THEMA.

Inueſtitura pura, & ſub conditione, vel in diem, & de feudo caducando per alium poſſeſſo fieri poteſt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *INueſtitura fit, purè, ſub conditione, uel in diem.*

2 *Conditio in inueſtitura debet eſſe poſsibilis & quando, & quomodo.*

3 *Feudum alienum in caſu caducitatis poteſt dari, & nõ eſt pactũ de futura ſucceſsione uiuentis, ſed collatum in defectum iuris tertij.*

4 *Pactum de caducitate ſucceſsionis fieri poteſt, ne dum de hæreditate, & bonis uiuentis, ſed de bonis primi acquirentis antea defuncti.*

1 INueſtitura † ſit purè, ſub conditione, &
in diem, Roſental. de feud. c. 6. concl. 36.
2 præter ſi ſit impoſſibilis, conditio † enim
debet eſſe poſſibilis, nam impoſſibilitas in
inueſtitura, ſicut cęteros cõtractus viciat,
puta ſi res illa mea futura eſt infeudum
illam habeto, per l. ſi rem ff. de verb. oblig.
pure vero non valet, ad hoc, vt res illa fiat
feudalis, eique, qui de illa inueſtitus eſt, feu
dum conſtituatur, c. 1. qui ſucceſſ. ten. c. 1.
de cleric. qui inueſtit. fecit Borcolt. cap. 7.
3 nu. 24. Mozz. de ſubſtant. feud. nu. 55. † feudum enim alienũ in caſu caducitatis poteſt dari tertio, in caſu mortis vaſalli, etiam, & caſu, quo vaſallus habet liberos quos intellige, ſi liberi, vel alij ſucceſſores, ante feudatarium deficient, & deinde per feudatarij mortem ſeudum ad dominũ deuoluitur: cum hoc non ſit pactum de futura ſucceſſione viuentis improbatum l. fi. C. de pacto, l. licet, l. pactum quod dotali, & ex alijs Iſern. num. 3. Afflict. num. 6. c. qui ſucceſſ. teneatur, & iſte contractus, non eſt de futura ſucceſſione, ſed de caducitate ſucceſſionis, vt ex Bal. & alijs firmat. Hartman Piſtoris q. 25. nu. 1. ad 10. idem ſentit. Gail. in q. 155. nu. 3. & 4. & diſcuſſis contrarijs Vulteius, c. 7. nu. 47. & 48. fol. 181. in princ. verſ. & vt idem dicit. & vt idem ſit nihil eſt, quod impediat, præſertim, quod feudum ipſis iure non hæreditario, ſed iure ſanguinis obuenturum, atque in eo non tam ſuccedunt vltimo defuncto, quam pri-
4 mo acquirẽti, atque adeo pactum † illud non tam de hæreditario, quam de bonis, aut de quota bonorum, & non tam de hæreditate, & bonis viuentis, quam de hæreditate, & bonis primi acquirentis, iam antea defuncti fieri, quod nẹ iure quidem ciuili improbatum eſt, vt ex pluribus firmat Burſat. cõſ. 136. lib. 2. Cagnol. in d. l. fi. n. 36. & ita per Collegium Iuris Conſultum accademiæ Mapurgenſis reſponſum eſt non obſtantibus his, quæ ſine tex. ſine ratione, & ſine Doctorum authoritate conſuluit, Hieron. Scruft. inter conſ. Modeſtini Piſtoris conſ. 8. nu. 5. & ſeq lib. 1. & ex alijs Vulteius contrarijs reiectis dicto in loco.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio XIII.

THEMA.

Feudi per inueſtituram abuſiuam promiſſi obligatio tranſit ad vtrumque ad Dominum, qui pręciſè dare, & ad vaſallum, qui recipere tenetur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *DOminus promittẽs aliquẽ de feudo inueſtire, præciſè tenetur, & uaſallus ſimiliter recipere.*

2 *Feudi promiſſi obligatio tranſit ad heredes.*

3 *Feudum promiſſum Dominus præciſè tradere tenetur, & nec tradendo intereſſe liberatur, & nu. 6. & 7. ubi reſpondetur contrarijs, & firmatur.*

4 *Inueſtitura abuſiua plus iuris tradit in rem, quam contractus.*

5 *Inueſtitura abuſiua conſtituit feudum etiã ſi poſſeſſio nondum tradita ſit.*

6 *Feudum promiſſum non eſſe feudum conſtitutum, aliqui uolunt.*

7 *Feudum promiſſum, Princeps, & quilibet priuatus tradere tenetur.*

PLuries diximus Dominum, & vaſallum ad paria iudicari & proinde Domino
1 † promittente aliquem de aliquo feudo
inueſtituræ præciſe ad inueſtiendum, & feudum tradendum tenetur; & vaſallus reci-
2 pere, & obligatio † ad vtriuſque hæredes
tranſit, ſi ſeudum Dominus tenet tempore abuſiuè vaſallum inueſtiuit, vt eſt tex. in c. 1. ibi Laici vero, qui ſucceſ. dar. ten. lib. 3. lib. 1. cap. 1. & tit. 9. lib. 1. c. moribus, ſi feudo defuncti, &c. qui tex. & omnes ibi vno ore affirmant obligationẽ ad hæredes trãſire etiam per tex. in l. 1. C. de action. hæred. & contra hæredes incip. ex l. ſi feudum ff. de probat. & quamuis iure feudoque

quic-

Digitized by Google

quicquid aliud deciſum reperiatur vnquã
in hoc contradictorem vidi dicit, Vulteius
3 de feud.cap.10.nu.14.lib.1.'& adco † præ-
ciſè Dominus tenetur, quod neç tradendo
id quod intereſt liberatur, Iſern.in c. ſi fa-
cta vbi tex.ad literam, ſi de feud.defuncti,
ibique gloſ. Iaçob. de Bellouiſu, Nicol.
de Neapol. Aluarot.num. 7.& 5. Præpoſit.
nu.1.Bal. Afflict.nu.12. & 8. Laudenſ.n.1.
& 2. huius rationem ferè omnes redunt,
4 quod ex † inueſtitura abuſiua, plus quæri-
tur iuris in rem, quam ex contractu, Alua-
rot.in cap.1. num.2. Præpoſit. num.2. quid
ſit inueſtit. Duaren.cap.18. nu.2. de feud.
Iacobin. in verſ. inueſtiuit talem, num.4.
Curt.iun.par.2.de feud.laicorum, num.32.
eſt tex.& ibi texte Curt.d.nu.32. Feudiſtæ
communiter de noua form.fidel. Miſinger.
obſeruat.61.nu.3.& ſeq.centur.4 Zaſ.p.6.
num.12. Scheneid. de feud.par.4. num.11.
par.5.nu.129. Paris de Put. de reintegrat.
feud.cap.93.num.8. Tiraquell.in l.ſi vnquã
verſ.reuertatur, num.76.& ſeq.C.de reuoc.
donat. Hartman Piſtor. lib.2.par.2.q.29.
nu.2.Pariſ.conſ.22. n.54.& ſeq.& ſi & ſeq.
lib.1.Ardizon.c.41. Vtrum Dominus ne-
ceſſario, Blanc.in ſumm.lib.1.cap.3 nu.49.
Scruff.conſ.18.num.1.& conſ.53. num.14.
centur.1. Roland. à Vall.54.num.23. lib.1.
Schench.par.9.nu.33.Cępoll. cauthel.130.
Ferrar. Montan.cap.1. lib.3.feud. Borcolt.
cap.7.num.8.de feud.Mozz.de feud.tit. de
ſubſtitu.num.36.verſ.alius, & tertius effe-
ctus, &c. Scrader.latè par.5.de feud.cap.2.
num.17. & ſeq. Vvlembec. cap.8.num.17.
Capyc.in inueſtit.feud. cap. feudorum in-
ueſtituræ col.5.§.& quid quæratur, &c.fol.
248. Vulteius, cap.10. num.11. lib.1. citat
Ficard. conſ.6.num.3. lib.1. Vvſ. in pract.
obſeruat.tit.de feud.50. obſeruat.8. lib.1.
Hartman.de feud.54.obſeruat.6. in fine.
Roſental.de feud.c.6.cõcl.1.in gloſ.lit.B.&
5 hoc, quia per † inueſtituram abuſiuam
intelligitur feudum conſtitutum, etiam
ſi non dum ſit tradita poſſeſſio, nec ius in
re habeat, Bald. in §.fin. num.1.de noua
form.fidelit. vbi allegat Iacob. de Rauen.
in ſum.ſua: & voluit hoç Iſern.in d.§.fin.
nu.5. dum dicit, ſi non ad ſit inueſtitura,
6 ſed feudum † ſaltim promiſſum non eſſe
feudum conſtitutum, Præpoſit.n.3. Capyc.
& Iaçobin.vbi ſupra, licet ex promiſſione,
& contractu præambulo, Dominus tene-
tur ad traditionem rei, & ex præſtatione
intereſſe, nec liberatur, vt voluit Iſern.
Afflict.& alij præcitati in dictis locis. Ro-
ſental.vbi ſupra in gloſ.litera F. ex multis
firmat, quod promiſſo feudo per abuſiuam
inueſtituram omnino tradere tenetur, vt
ex prædictis latiſſimè patet, & hoc nõ mi-
7 nus in Principe, † ſed in priuato promiſ-
ſionem, vel inueſtituram, aut contractum
de feudo faciente præciſè tradere tenen-
tur, Bald.in cap.1.§. fin.nu.3. de noua form.
fidelit.qui hoc admittit, ſi Princeps per viã
contractus promiſit feudum, quod meo
iuditio ſit, cum per abuſiuam inueſtituram
promiſit per iam dicta, & Roſental.in c.1.
concl.4.n.4.ſecus ſi per viam gratiæ, d.§.ſi.
num.4. Laudenſ.nu.11.dictam Bald. diſtin-
ctionem expreſsè reprehendens, quia feu-
dorum conſuetudine Princeps ligatur, a-
liud eſſe in gratia mera ab exordio, Afflict.
num.3.d.tit.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio XIV.

THEMA.

Dominus per inueſtituram abuſiuam factam vaſallo de feudo vacuam poſſeſsionem tradere & ſi ad eum reuertatur reſtituere cum fructibus, & vaſallus poteſt iurare in litem, & de priuatione, & nolens tradere, etiam armata manu recuperare poteſt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *INueſtitura abuſiua Dominus tenetur poſſeſſionem vacuam feudi promiſſi tradere.*

2 *Vaſallus acquirit ius in feudo ex traditione poſſeſſionis, licet non vacua.*

3 *Poſſeſſionem feudi, Dominus ne dum tradere tenetur, ſed & vti frui permittere*

4 *Feudo, aliquo caſu Domino reuerſo cogitur reſtituere vaſallo.*

5 *Feudum ad reſtituendum, ſi Dominus eſt in mora tenetur, cum fructibus reſtituere.*

6 *Inueſtitura abuſiua facta, & Dominus non tradit feudum, vaſallus manu etiam armata reuocare poteſt.*

1 EX abuſiua inueſtitura † Dominus vacuam feudi poſſeſſionem vaſallo tradere tenetur, per tex. in cap. ſi facta ſi de feud.defuncti,&c & ibi gloſ. in verſ. Dominus, ſi poſſeſſionem, Aluarot.num.4. & alij, tex.in d.cap.1.§.fi.de noua form.fidelit. & ibi Feudiſtæ cōmuniter poſt gloſam. Blāc. in ſumm.lib.1.cap.3.num.51. vbi dicit (cre-
2 do tamē ſufficere, ſi † tradit poſſeſſionem, licet non vacuam, quantum ad hoc, vt hoc vaſallo jus quæratur in re,&c.) quod non examino, Miſinger.d.obſeruat.61. num.18. Curt.d.par.2.memb.2.num.32.Scheneid.p 4. num.11.Iacob. in verſ. inueſtiui talem, &c. num.6. vbi omnes hoc tenere, teſtatur idem ſequitur Clar.in d.§. feudum, q.26. num.4. Scrader.par.5.c.2.num.18. Vvlteius d. c.10. num.11.lib.1.de feud.Vvſembech.c.8. n.15. Hartman. in pract. obſeru. tit. de feud.54. obſeruat.6.in fine,& obſeruat 7. & ne dum
3 Dominus † poſſeſſionem vaſallo tradere tenetur, ſed vſufrui permittere, vt omnes DD.volunt in d.§ fin.& facta, Præpoſit. num.Bald.num.4. Laudenſ.num.5. Aluarot. num.7.Afflict.num.10.Miſinger.& Curt.locis allegatis Scheneid.d.par.5.num.129. in fine, Iacobin.Curt & Clar.de communi conſenſu teſtantur in dictis locis, Vvſembech. cap.8.num.17.Scrader.d.p.5.cap.2.num. 18. Vvlteius d.cap.10.num.11. verſ.tertio tenetur,&c.lib.1.Mozz.tit. de ſubſtant. nu.36. in fine, Capyc.in inueſtit. feud.c. feudorum inueſtituræ,col.11.§.inueſtitura contrahitur,
4 & ſi † forſan feudum, ſiuè rem feudalem vaſallus habuerit,& aliquo caſu ſit domino reuerſam, Dominus ipſam rem vaſallo reſtituere cogitur, Bald.in d.§.ſi facta, num.4. Aluarot. ibidem,num.7.Laudenſ.nu.5.& 13. Afflict.num 9.Schench & Petr. Rauen.ſi de feud.defuncti,&c. Iacobin.d.loco,n.6. Curt. iun.d.par 2.de feud.Laicorum,nu.32. Clar. in §.feudum,q.26.num.vlt.Capyc.vbi ſupra col.5.§.& ſi Dominus inueſtiuit,&c.fol.248. Scheneid.d.par.5.num.129.in fine, Mozz.d. loco verſ.vero quod ſi Dominus,&c.Scrad. d.par.5.c.2.nu.18.Vvlteius d.cap. 10. nu.11. verſ.dictum eſt Dominū, &c. fol.610.& ſeq.
5 Miſinger.d.loco,& ſi Dominus † ſit in mora, tenetur rem cum omnibus fructibus, & vtilitatibus præſtare per tex.in d.c.1. §. fin. vbi gloſ.de noua form.fidelit.& in d.§.ſi facta verſ. Dominum poſſeſſionem, ſi de feu. defuncti,&c.Zaſ.d.par.6. num.12. Scheneid. par.4. num.41. par.5. num.129. Vvlteius d. nu.11.verſ.ſecundo ſi inueſtiens. Hartman. vbi ſupra obſeruat.7.lib.2.Blanc.d.c.3.n.49. & 50.lib.1.Ardizon.c.37. & demum facta
6 † inueſtitura abuſiua,& Dominus rem tenet: & dare non vult, etiam manu militari per vaſallum auferri poteſt, Iſern.in d. c.ſi facta,num.11.Aluarot.ibidem,num.6.& in d.§.fi.num.1.Afflict.ibidem,num.1. de noua form.fidelit.Miſinger.d.obſeruat.61. num.8. centur.4.qui omnes ſe fundans in d.l. reſtituere,ff.de reiuendic.Blanc.d.cap.3. nu.50. lib. 1.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio XV.

THEMA.

Dominus ex abuſiua inueſtitura dare feudum non tenetur. Primò, ſi vaſallus non petat, vel ad intereſſe agit. Secundò, ſi Dominus tradendi facultatem non habet liberatur tradendo intereſſe. Tertiò, ſi aliqua exceptio vaſallo obijci poteſt. Quartò, ſi contra vaſallum præſcripſit. Communis.

SVMMARIVM.

1 *VAſallus non agens pro conſignatione feudi ſibi promiſſi, vel ad intereſſe Dominus non tenetur.*

2 *Dominus nolens tradere feudum promiſſum, vaſallus etiamſi iuraſſet ad fidelitatem, non tenetur.*

3 *Frangenti fidem frangatur eidem, & cōſenſu vtriuſque etiam præſtito iuramento, promiſſio diſſoluitur.*

4 *Feudum promittens, & tradendi facultatem non habet, ſoluendo intereſſe liberatur.*

5 *Dominus tradere non valens tenetur in quantu contra eum inueſtitus iurat.*

6 *Dominus ex iuſta cauſa tradere rem promiſſam non tenetur in promptu probare at ſecus & poſtea ſuper fellonia procedi.*

7 *Si delictum non requirit ſententiam, nec amittit.*

ET ſi Dominus abuſiuam feudi inueſtiturā ſi fecit præcisè tradere tenetur, vt in præcedenti dilucidatione, non ita procede-

re m

re in pluribus caſibus, &. Primò, quan'o
1 ipſe vaſallus † ad ſibi feudum tradendũ nõ
egerit, vel ad intereſſe, & non ad rem tra-
dendam inſteterit, vt expreſsè volũ. gloſ.
& Doctores omnes in cap.1.§.fin.de noua
form. fidelitatis,& tali caſu non petendi rẽ,
etiam ſi fidelitatem iuraſſet, tali iuramento
non ligatur,& impune contrauenire poteſt,
cum tale iuramentum conditionem habet,
modo feudum ei tradatur gloſ.in d.§.fin. &
poſt eam ibidem in fine Beluiſ. inquiens,
2 gloſ.bene reſpondere, quod ſi † Dominus
non vult tradere,vaſallum non teneri fide-
litatis iuramentum ſeruare, Bald. ibidem
in fine,Iſern.num 5. ibi ſi autem non trade-
ret Aluarot.num.4 Afflict.num.9.Præpoſit.
num.2.Petr.Rauen nec in d.§.fi. vidi cõtra-
dicentem,Blanc.lib.1.cap.3.nu.49. Ardizon.
cap.37.allegant, l.cum Proponas c. de pact.
cum ibi notatis.C.de pact. l. ſi diuerſa part.
cum ibi notatis C. de tranſact. & Canon.
Agatera,nu.27.q.2. & ibi gloſ.ad quod facit
3 illud dictũ frangenti fidẽ, † fides frangatur
eidem,vt per allegatos Doctores,Hypol.de
Marſil.ſing.42.Miſinger.centu.4. obſeruat.
7.conſ.at.num.51.& ſeq abſque dubio, Do-
mini,& vaſalli conſenſu, etiam ſi fidelitatis
iuramentum fuerit præſtitum ab obligatio-
ne diſcedi poteſt Aluarot. in d. c.ſi pacta
nu.5.& Petr Rauen ibidem Roſental d.c.6.
concl.8 in gloſ.litera B in fine, & cogi non
4 poteſt. Secundò loco Dominus † ſi facul-
tatem tradendi feudum non haberet,non
teneretur, quia tradendo intereſſe, libera-
tur,gloſ.in d.cap.ſi facta Aluarot.ibidem,
num 7.Afflict.num.2.Rauenna, & alij poſt,
Iacob.de Beltoui u,ſi de feud.defuncti, &c.
Miſinger. d. obſeruat. 61. centur. 4. Blanc.
in ſumm. cap.3.num.40. lib. 1.Sonsbech.p.9.
numer. 33. ex pluribus, Borcolt. d. cap.7.
membr. 1. num. 17. & ſic limitatur illa
communis opinio, etiam de iure ciuili,
quod facta abuſiua inueſtitura, nec præ-
ſtando intereſſe Dominus liberatur, vt
in præcedenti dilucidatione diximus, Vv-
ſembech. cap. 8. numer. 15. Zaſ. par. 6.
num 12. Ferrar. Montan. d. cap. 3. lib 3.
indiſtinctè dicit, quod ſi non poſſet tra-
dere, ſoluendo intereſſe, vel æquiualen-
tem liberatur, Scrader. d. par. 5. cap. 2.
num. 17. in fine (etiam inquit, ſi Domi-
nus in dolo, vel in culpa fuerit, quo mi-
nus poſſeſſionis tradendæ facultatem ha-
beat, & num.22. quod quidem verum,
5 quod in † tantum tenetur quantum in li-
tem iurauerit, vt l. qui reſtituere, ff. de
reiuend. Vvlteius d. cap. 10. num.11. verſ.
quod ſi autem fol. 606. libr. 1. de feud. ex
communi, Vvrm. in pract. obſeruat.
titul.de feud. 50. obſeru.8. Roſental.d. loco
in gloſ. litera D. Tertiò Dominus † tra-
dere non tenetur, ſi aliqua iuxta exceptio
vaſallo obijci poteſt, vt quod felloniã ante
adeptam poſſeſſionem commiſerit, modo
Dominus in cõtinenti, probare paratus ſit,
& poſſit, alioquin ante omnia tradere, &
poſtea ſuper fellonia aliauè ſimili exce-
ptione diſputare oportet. Iacob.de Bel.o-
uiſ. in cap. 1. §. inſuper, & ibi Iſern. nu-
mer. 58. & ſeq. Aluarot. num.3. & 4. Præ-
poſit. Afflict. Laudenſ. num. 1. Bald.nu. 3.
Nicol. de Neapol. Petr. de Rauen. & alij
de prohib. feud. alien. per Federic. & dicit
Aluarot,ſic tenere Hoſtienſem, Iacob.de
Sanct. Georg. in verſ. dictique vaſalli pro-
miſerunt recognoſcere, num.57. Scheneid.
d. par. 5. num. 129.Curt Mozz. Scrader. &
Vvlteius vbi in præcedenti dilucidatione,
7 Afflict d. loco † diſtinquit ſi tale ſit deli-
ctum, vt ipſo iure amittat,ſecus ſi ſententia
opus fuerit, num. 14. ſed non credo hanc
diffeentiam faciendam, cum nihilominus
ſententia opus, & non procedit, ſi exce-
ptio indagaginem requireret,l.vt 15. & ibi
Doctores, ff. vt legatirom ne in poſſeſs.
eatur. & ſic Scrader. & Doctores allegati
firmant, & cum tali diſtinctione contra Do-
minum iudicatum fuit in camera Imperia-
li, refert Roſental.d.cap.6.concl.8. in gloſ.
litera F. in fine. Quartò Dominus cogen-
dus eſt tradere, ſi contra vaſallum abuſi-
uam inueſtituram præſcripſit, ita firmat
Aluarot in d.cap.ſi facta num. 7. ſi de feud.
de ſunt controuerſ.ſit Curt.iun.in tract. feu.
par.2.memb.2.de feud.Laicor.nu.32.in fine,
Miſinger.d.obſerua.61.nu.13.cent.4 per no-
tata in l.corruptionem circa medium,C.de
vſufruct.Scheneid.d.loco Scrader. Vvlteius
& Mozz.vbi ſupra, & Roſental. in d.concl.
in gloſ.lit. G.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio XVI.

THEMA.

Prælatus, vel clericus propriam
rem promiſſam in feudum ipſe
& ſui hæredes præciſè tradere
tenentur, ſed rem Eccleſiæ non
niſi cum conſenſu Summi Pon-

tificis, vel capituli promittit, cum tali caſu ſucceſſor factum Prælati, vel clerici defuncti in Eccleſia ratum habere tenetur, Communis.

SVMMARIVM.

1 *PRælatus, & clericus rem proprium, ſi infeudum dant ipſi, & eius hæredes ſeruare, & tradere tenentur.*

2 *Conceſſio feudi ad Eccleſiam aperiendi Prælatus, ſiue clericus ſucceſſor ratum habere non tenetur.*

3 *Inueſtituram prædeceſſoris cum conſenſu capituli vel ſuperioris factam, ſucceſſor ratam habere tenetur.*

4 *Eccleſia, & capitulum non moriuntur.*

5 *Inueſtituram prædeceſſoris cum conſenſu poſſeſſoris expreſſo, & ſi poſſeſſionem ceſſerit Prælatus, ſiuè clericus obſeruare tenetur, & nu. 7. & 10.*

6 *Licentia teſtandi de feudo à Prælato, cum conſenſu Summi Pontificis conceſſa, ſucceſſor obſeruare tenetur.*

7 *Conſenſus poſſeſſoris expreſſus requiritur, aleas ſuceſſos non tenetur.*

8 *Actus ad certum tempus, vel conditionem deſtinatus, non debet ante tempus fieri.*

9 *Succeſſor per electionem non tenetur habere ratum factum à prædeceſſore, maximè in futurum præiudicium.*

10 *Conſenſus poſſeſſoris non intelligi, niſi poſſeſſionem ceſſerit.*

1 PRælatus, vel clericcs inueſtituram faciens de bonis ſuis, eius ſucceſſor omnino adimplere tenetur per tex. in cap. moribus, ſi de feud. defuncti, &c. & in cap. 1. qui ſucceſſ. teu. vbi Iacob. de Bellouiſ. Nicol. de Neapol. Petr. de Ceruo, Iſern. num. 2. Aluarot. num. 2. & 3. Afflict. num. 5. & 18. Laudenſ. n. 2. Bald. Præpoſit. Schench. Paul. Picus, Cuiacius, Hotoman. Baro Petr. Rauē. eſt, & tex. in cap. 1. de clerico, qui inueſtituram fecit, vbi & in prædictis textibus omnes ſcribentes, nullo penitus excepto, Zaſ. p. 6. num. 19 Borcolt. cap. 7. in princ. num. 20. Hartman Piſtor. in quæſtion. iuris lib. 2. p 2. q. 27. num. 2. & 3. Vvlteius cap. 10 num. 16. lib. 1. de feud. ſed ſi conceſſerit feudum
2 † aperiendum Eccleſiæ antequam moreretur Prælatus, ſiuè clericus ſucceſſor non tenetur, cum præſentium tantum non poſt mortem ſuam Prælatus, ſiuè clericus rerum gerendarum adminiſtrationem habeat, tex. eſt in canon. vlt. 12. q. 1. cap. 2 de donat. Nec ſucceſſor cauſam à defuncto habet, vt præallegatos Doctores, ſed ſi inueſtitura
3 † fuerit facta cum conſenſu capituli, vel Sūmi Pontificis, tunc Prælati ſucceſſor tenetur habere ratam inueſtituram de feudo aperiendo, & poſt mortem aperiretur, Afflict. in d. cap. 1. nu. 6. qui ſucceſſ. ten. & diuiſ. 10 r. circa medium ver. ſed etiam alio capite, &c. quia Eccleſia numquam moritur, 12. q. 1. cap. liberti, Io. de Anan. in cap. fin. ne Prælati vices ſuas, &c. vbi tradūt, quod ſi Prelatus de rebus Eccleſiæ conſenſu capituli contraxit, ſucceſſor huic contractui ſtare debet, refert, & ſequitur Borcolt. d. cap. 7. in princ. num. 21. Vvlteius cap. 10. nu. 16. verſ. quod ſi vero inueſtituræ, &c. & ita reſpōdet facultas iuridica Lipſēſis in conſ. Hartman Piſtor. vbi ſupra lib. 2. par. 2. poteſt q. 27. n. 15. extante, vbi num. 24. idem ait eſſe, ſi capitulum, & Prælatum præſecturam, cui feudum aperiri debebat ante euentum conditionis alienauit: quod amplectitur in eodem caſu Accademia Francofurtenſis d. conſ. & loco impreſſo, nu. 11. & ſeq. & idem Piſtor. examinat d. cap. 27. nu. 16. & ſeq. vbi, & nu. 25. ad contraria reſpondit, capitulum enim, & Eccleſia numquam moritur, vt diximus, & Prælatus ſucceſſor. ob illā cauſam accipit, & putat Hartman Piſtoris d. loco num. 36. & ſeq. idem eſſe, ſi ex poſt facto conſenſus capituli accedat, & ſequitur Vvlteius d. loc. ac Roſental. d. cap. 6. concluſ. 16. in gloſ. lit. F. in fine inſuper tenetur ſucceſſor Prælati
5 † habere ratam inueſtituram prædeceſſoris ſi eam conſenſiente poſſeſſore fecerit: ſi poſtea feudum vacaret poſt mortem Prælati inueſtiētis nihil operetur: & inueſtitus obtinere debet, & ſucceſſor contradicere, non valet per tex. in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. & ibi Iacob. de Bellouiſu, Iſern. num. 1 & 5. Bald. ante num. 1. Aluarot, ante num. 1. & 8. Laudenſ. num. 3. & 22. Præpoſit. nu. 4. & 6. Affli. num. 5. Schench. num. 1. & 8. Paul. Pic. nu. 13. Petr. Rauen. Hotoman, Cuiac. & Baro, & quod tex. hoc velit apparet in l. actione, C. de ſac. ſanct. Eccleſ. Borcolt. d. cap. 7. in princ. n. 20 & ſeq. Hanc ſententiā ex multis defendit, Hartman Piſtor d. q. 27. nu. 40. & ſeq. & regulariter veram teſtatur Collegiū Lipſenſe in d. conſ. 9. ibi ſubiecto, num. 24. Vvlteius d. cap. 10. num. 16. in fine Burſat. conſ. 30. num. 24. & 34. vbi hoc explicat, &
6 defendit † licentiam teſtandi de feudo à Prælato conceſſam per Summum Pontificē confirmatam ſucceſſorem Epiſcopi obligare, etiā ſi Prælatus concedens ante, teſtatoris

ris mortem deceſſerit, Roſental. d. loco in
7 gloſ. litera G. ſed conſenſus ✝ poſſeſſoris nõ
ſufficit per taciturnitatem, vel per præſen-
tiam, ſed quod ſit expreſſus: Iſern. in d. c.
num. 3. Præpoſit. num. 2. Aluarot. nu. 8. Paul.
Pie. num. 13. Nicol. de Neapol. ibidem, qui
ſucceſſ. dar. ten. Roſent. d. loco in gloſ. lit. G.
etiam ſi poſſeſſor ex poſt facto conſenſerit,
Borcolt. d. c. 7. num. 20. & 21. & ex l. fin. C. ad
Senat. Conſult. Macedon. quod etiam rati
habitio, in hoc ſufficit vbi mandatum ſpetia-
le requiritur, per l. quod ſi de ſpetiali, & ibi
Bald. ff. de minor. l. fin. §. 1. quod quiſque iu-
ris, Tiraquell. de retract. lignagier. §. 1. n. 62.
gloſ. 10. ſequitur Vvlteius d. cap. 10. nu. 16.
in fine, & Roſental. vbi ſupra in gloſ. lit. I.
ſed prædicta nõ ſubſiſtere, vbi de præiudic.
tertij ſ3. Prælati, vel clerici ſucceſſoris agi-
8 tur ✝ cum actus ad certum tempus, vel cõ-
ditionem deſtinatus nõ debet ante tempus
9 fieri, & ius Prælati, quod ex electione ✝ non
ſucceſſione oritur in adminiſtratione con-
ſiſtit. Ideo in futurum præiudicium ſucceſ-
ſoris diſponere nequit, prout ita videtur
ſentire gloſ. in d. cap. 1. in verſ. compellatur
vbi Azonem adducit, qui ſucceſſ. dar. ten. &
poſt eam Iacob. de Belloui. Nicol. de Neap.
Iſern. num. 2. Bal. num. 12. Aluarot. num. 3.
Laudenſ. num. 15. Præpoſit. num. 2. Afflict.
num. 22. in fine, & ſeq. Picus num. 15. rectè
reſpõdens ad l. ſi fundum, ff. de hęred. inſt. t.
eam procedere, vbi vendens, aut donans ha-
bebat ius in re, at hic vtilè eſt pęnes vaſal-
lum, Schench. num 7. Petr. de Rauen. & alij,
nec reperi contradicentem, & communiter
Doctores hanc rationem tradere teſtatur,
Vvlteius d. cap. 10. nu. 16. verſ. cuius diſtin-
ctionis, Boreolt. d. cap. 7. num. 19. infimè, &
affert Bald. nu. 7. per rationem, quod is, qui
non poteſt tollere alicui actum, nec poſſeſ-
ſit tollere potẽtiam agẽdi, per l. Diuus, §. 1.
ff. de vſu, & habit. cap. fin. extra de præcar. &
proinde præcedentia dicta, quod inueſtitu-
10 ra Prælati, feudi vacaturi, cum ✝ conſenſu
poſſeſſoris valeat, nõ intelligitur ſi ſimpli-
citer conſenſerit, ſed ſi poſſeſſionem ceſſe-
rit, & de nouo inueſtitus eam adeptus fue-
rit, & ita tex. in d. cap. 1. eſt intelligendus, &
ita poſſeſſor refutaſſe videtur, vt annuit
Aluarot. in cap. 1. num 5. hic poteſt eſſe titu-
lus per rationem, quia duo inſolidum poſ-
ſidere, non poſſunt, quæ ſimpliciter, ſequi-
tur Præpoſit. in d. cap. num. 3. hi poſt eſſe
titulus expreſſus firmat Roſental. d. cap. 6.
concl. 16. in gloſ. litera L. & hoc eſt tutius, li-
cet videatur impugnare, tex. in d. cap. 1. qui
ſucceſſ. ten. qui vult, quod ſucceſſor feudo
ſibi ob poſſeſſoris mortem ſibi aperto te-
neatur quare Aluaroti, & Piſtoris explica-
tio tex. refragatur, Vvlteius d. cap. 10. nu. 16.
in fine Roſental. d. loco & lit. L. in fine.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio XVII.

THEMA.

Papa, vel Imperator feuda non dum aperta alijs promittant, illis mortuis ad dominium Pontificale, vel Imperiale pleno iure per mortem vaſalli perueniunt; & ſucceſſor ratum habere non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *IMperator electorum ſuffragij Imperium conſequitur.*
2 *Feudum non dum apertum, alteri à Papa, vel Imperatore promiſſum, vaſalli morte ad Imperium uel ad Pontificale dominium deuoluitur, & ſucceſſor non tenetur, habere ratum.*
3 *Actus ad certum tempus, ſiue conditione agendi, ſi fiat ante tempus, vel ante conditionem non ualet.*
4 *Imperator Rex, uel alius ſupremus Princeps, etiam regalia concedere poteſt, niſi in deformitatem Regni, & res magna eſſet.*
5 *Succeſſor Imperatoris, Regis, aut alterius Principis conceſſiones ritę factas obſeruare tenetur.*

1 IMperator, ✝ qui non iure hæreditario
Imperium conſequitur, ſed electorum
ſuffragiis, ad dignitatem euehitur, vt noto-
rium eſt, qua propter, ſi aliquis ipſorum
2 electione electus feuda ✝ non dum aperta
alijs promittat, & ea illo mortuo per mor-
tem vaſalli, vel alio modo, ad dominium
Imperij & ad Imperiũ reuertatur, ſucceſ-
3 ſor, in Imperio hãc ✝ promiſſionẽ ratam ha
bere non tenetur: decidit Iſern. in c. 1. n. 18.
qui ſucceſſ. dar. ten. vbi Laudenſ. nu. 15. Præ-
poſit. num. 3. Afflict. nu. 30. & ſeq. Paul. Pic.
num. 16. ſequitur Vvlteius d. loco verſ. ſe-
quitur, ex eadem ratione, & ſic Ant Gabr.
in commun. opin. tit. de iure quæſito non

 tollen-

Digitized by Google

tollendo concl.5.num.2. ex multis ibique
declarat,num.6.ex dictis,Bald. Aluaroti,&
Præpoſiti,Laudenſ.d. loco, quod non obti-
neat, ſi ſupplantaret, ſucceſſorem præue-
niendo, & conferendo ante tempus,vltra
in præcedenti dilucidatione ad hoc poteſt
4 addi, quod † rogatus agere actum poſt
tempus, aut conditionem aliquam euentu-
ram,ſi quis agat ante euentum, aut tempus
conditionis, actus ille non ſubſtinetur, ſi
præiudicium vertitur,vt in l.vxori,§ ſextũ
ff. de legat.3. l. filius familias,§.diuus,ff.de
leg.1.ſic Picus in cap.1.nu.13. tit.9. lib.1. be-
5 nè verum eſt, quod Imperator † Rex,vel
alius ſupremus Princeps etiam regalia cõ-
cedere poteſt, Fritia lib.1. de orig. Baron.
num.35 & ſeq.Scheneid.par.2. num.94. &
Mozz.de his,qui feud, dar.poſſ.nu,12. & 13.
niſi quis rem aliquam magnam in defor-
mationem Regni concederet, quod non
poteſt, vt per Canoniſtas in cap.grandi de
ſupplend.neglig.Prælati, & communiter in
cap.intellecto de iure iurando latè Roſen-
tal.cap.5.concl.10.in gloſ.lit.B.& alibi dixi-
mus, ſed alia, & ſine præiudicio tertij re-
ctè concedit, & hic ſucceſſor Imperatoris
Regis,& alterius Principis,conceſſiones an-
teceſſorum ritè factas inuiolatas cuſtodire
tenentur,Bald.poſt Cyn. in l.digna vox n.3.
C.de legibus,& dicit Afflict.in d.cap.1.n.29.
de Rege Regnum ex ſucceſſione habente
Iacob.conſ.1.num.2. lib.1. Roland. à Vall.
conſ.13.num.37.& ſeq.lib.3.Burſat.latiſſimè
examinat,conſ.13 num.47. & 55. & Claud.
Seyſell.omnium latiſſimè,ſit de his,qui feu.
dar.poſſ.& elegans conſ.Decian.25.lib.1.Io-
cob.Mandell.conſ.67 num.1.Graſſ.in com-
mun.opin. centur.2. obſeruat.73. de Brun,
conſ.1.conſ.4.& Ant.Gabr.vbi ſupra,& Ro-
ſental.d.cap.6.in gloſ.lit.C.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio XVIII.

THEMA.

Si quis promittit, & inueſtit aliquem de aliquo feudo ſub conditione aliqua, & promittentis bona publicata ſint, conditione poſmodum exiſtente, fiſcus adimplere non tenetur.

SVMMARIUM.

1 *Fiſcus promiſſionem inueſtiens aliquem de aliquo feudo bona illius confiſcata ratum non habet.*

2 *Fiſcus bona publicata, capiens creditoribus obligatur pro debitis puris ante publicationem.*

3 *Fiſcus ad debita conditionata, quorum dies non dum uenit non tenetur.*

4 *Fiſcus in obligationibus ante caſum confiſcationis contractis habetur loco hæredis.*

5 *Fiſcus alicuius ſucceſſor ultra uires hæreditarias non tenetur.*

HÆc quæſtio curioſa, & neceſſaria hic vi-
detur dum de ſucceſſore feudum con-
ſtituenſis,& infeudantis diximus, aliquid de
fiſco exiſtente ſucceſſore alicuius ad quid
1 teneatur, & in hoc caſu, ſi laicus † feudum
per mortem alicuius,vel alio modo aperiẽ-
dum, quis promiſerit alicui ſub aliqua alia
conditione, qua pendente omnia concedẽ-
tis bona per rebellionem, vel aliter ad fi-
ſcum deuoluta ſint, & poſtea conditio ve-
rificata, fiſcus adimplere teneatur. Poteſt
dici, quod fiſcus hoc caſu, ſicut de Prælati
ſucceſſore diximus, inueſtituram promiſsã
adimplere non tenetur, Bald. in cap. 1. qui
ſucceſſ.ten.vbi ſe remittit ad l.quoties in fi-
ne,& ibi notatis,ff.de nouat. Clarius decidit
idem in cap.1.num 4 in tit.9. hic poteſt eſſe
titulus,qui ſucceſſ.ten.lib.1.vbi eum ſequũ-
tur, Aluarot.num.6.in fine, Laudenſ. ſe vix
firmans, num.11. Præpoſit. num.3. Afflict.
num.30.Schenc nu.5.Racen.& Vvſembech.
conſ.64.num.13.par.2. Hartman. Piſtor. q.
iuris par.2.lib.2 q.27. num.22. Roſent.c.5.
2 concl.17.in gloſ.litera C,cum fiſcus † bona
publicata capiens, creditoribus efficaciter
obligatur, & es alienum damnari purum
ante publicationem purificatam ſoluere te-
netur,l.non poſſint, ff.de iure fiſci facit lex
dicitur,cum ſimilibus eodem tit. & ex mul-
tis comprobat, Iul.Clar.in §.fin.q.78.nu. 29.
Michael.Graſſ.lib.vlt.volunt.§.hæreditas,
q.5.num.4.& 5.quod non procedit in debi-
3 tis † conditionatis quorum conditio, ſeu
dies incertus, non dum venit,nec extitit,
quoniam hic mutata eſt perſona debitoris,
per tex.in d.l.quoties,§. fin. vbi gloſ.& Do-
ctores,ff.de nouat. in qua allegati omnes ſe
fundant,& ſic Bald.in d.l.quoties dicit,quod
4 fiſcus † in obligationibus iam contractis
habetur loco hæredis non autem in contra-
hendis ex cauſa de præterito, id quod Affl.
in d.cap.1.num.20.qui ſucceſſ.dar.ten.titulo
eius

Digitized by Google

eius initijs, ſecundo quæritur, & maximè,
quod hoc caſu fiſcus loco hæredis non ha-
betur, Graſſ.d.q.5 num.4.Clar.d.q.78. n.30.
5 ita quod vltra † vires hæreditarias, non te-
netur etiam non confecto inuentario, ſed
de bonis confiſcatis, ſiuè publicatis, tenetur
ad legata fideicommiſſa, & ex aliena, ita cō-
muniter receptum firmat Clarus, d.q.78.
num. 29. quem ſequitur Suarez litera F.
num.308.Crauett.conſ.263.ag t Magnificus
Dominus, num.7.Graſſ.d.loco de communi
teſtatur, & ex alijs multis Roſental. de feu.
cap.5.concl.53.in gloſ.lit.C.

PARTIS QVARTÆ.

Dilucidatio XIX.

THEMA.

Dominus directus rem infeudatam alij reinfeudare purè non poteſt, ſed ſub conditione, quando aperiatur, & aliter poſſeſſor habet exceptionem nullitatis, ſi non conſentijt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Directus Dominus feudum à ſe conceſſum antequam ei aperiatur, alteri reconcedere non poteſt, niſi ſub conditione, quando ei aperiatur, uelut p oſt poſſeſſoris mortem habeat.*

2 *Inueſtitura de feudo per alium poßeſſo non ualet, niſi poſſeſsionem tenens nouo conceſsionario tradat.*

3 *Inueſtitura purè de alieno feudo facta non ualet, & ipſe Dominus directus exceptione nullitatis, ſe tueri poteſt.*

4 *Inueſtitura feudum alicuius poſſeßoris eſt inualida, ſi non ſit in euētum mortis poſſeßoris, ut eſt datum cui forma renuntiari non poteſt.*

5 *Feudi promiſsio ualet in caſu caducitatis, uel dicatur feudum, quod mihi aperietur tibi promicto.*

INter alias cauſas inſeudationes prohibentes, ſunt, vel, ob defectum in perſona, vel ob defectum iuris in re, vel hominis p ohibitionem inhærentem, de quibus diximus, aliqua in parte tertia, ibique: quæ in feudū
1 dari poſſunt, rem † vero ſuam cuius vtilè
dominium pœnes vaſallum extet, ad Domi-
num directum ob finitam generationem,
tempus, vel cauſam aliam reuerſurum ſpe-
ratur, antequam ipſi aperiatur ob votum
captandæ mortis à lege prohibitum, alteri
concedere non poteſt: ſed Dominus dire-
ctus ipſe debet facere ſub conditione ſi ad
ipſum reuertatur, vel inueſtiuit alium, aut
promictat, quādo ipſi aperietur, vel, vt poſt
mortem poſſeſſoris habeat, aut ſimili actu,
ita colligitur ex tex. in cap.1.qui ſucc.ſeud.
dar.&c.ex c.1.qui ſucceſſores tenētur, & ex
cap.1.§.fin de feud.dar.in vicem leg.comm.
2 quem tex. ibi omnes intelligunt † quod in-
ueſtitura alij facta de feudo Domino, non
dum aperto non valet, niſi vaſallo adhuc
ſuperſtite dante poſſeſſionem, quod eſt tu-
tius, vt diximus infeudi Prælati, in alijs ve-
rò, vel conſentiendo in diem aut, ſub con-
ditione inueſtitura, ſiuè promiſſio fiat, dicit
in §.fin. Iacob.de Belloiſ.Bal.nu.1. Iſern.
num.1.Afflict.ſuper tex.& num.1. Aluarot.
Petr.de Rauen.& alij, eſt etiam tex.in cap.1.
§. ſi quis quo tempore miles, & in c. Mori-
bus, ſi de feud.defunct.&c. ex quo & notatis
ibi, per omnes cōſtet moribus feudalibus, l.
fin.C.de pact. de rogatum eſſe Blanc.cap.6.
num.23. lib.1. Zaſ.par.6. num.19. Borcolt.
cap.7.num.23. latè Scrader.par.3 c.2.n.16.
& ſeq.præſertim nu.17. & 19. Vulteius. c.5.
num.17.& latiſſimè, & præclarè, cap.7.n.46.
& 48.lib.1.Mozz.de ſubſtant.feud.num.55.
communem teſtatur Scruff. conſ.53. nu.10.
& ſeq.centur.1.fundant ſe nonnulli, in l.qui
fructus l.qui fundi trebariani, ff.de vſufruct.
legat. ſed Tutius eſt dicere moribus indu-
ctum: Hanc communem eſſe ſententiam
affirmant Bart. Socc. conſ.53 num.2. lib.2.
Honded.conſ.60.nu.2.poſt Aluarot. in c. 1.
nu.1.& ſeq. Petr. Rauen.in d.cap.1.qui ſuc-
ceſſ.ten.Roland.à Vall.conſ.2. nu.94. lib.1.
Vvſembech.conſ.64.nu.1.Clar.in §.feudum
q.14 receptam ſententiam eſſe tradit, quem
ſequitur Caualcan.de vſufructu mulier. re-
lict.num.155.Claud.Seyſell.in d.l.fin. nu.13.
C.de pactis Gail.obſeru.155. lib.2.& intelli-
gas illum de pura conceſſione loqui nu.1.
3 Afflict.deciſ.292. nu.5.& 8.& ſi pure † con-
ceſſio ipſa promiſſa, vel facta fuerit, Domi-
nus directus exceptione nullitatis defende-
re poteſt, vt expreſsè dicit tex. in d. cap.1.
qui ſucceſſ.ten.lib.1.tit.9. (Non ſi quis fue-
rit inueſtitus purè de alieno feudo non va-
let) & hanc dicit eſſe communem opinionē
contra Beluiſ. Aluarot. ibidem num.1. item
tex. in cap.1. quo temp. miles ibi (pro non
facto habeatur), & videatur hanc opinio-

nem ommr es alij approbare, qui ſimplici-
ter dicunt, huiuſmodi inueſtituram purè fa-
ctam nō valere,& approbat expreſsè Bor-
colt.d cap.7.num.24.& communem opinio-
nem eſſe teſtatur Claud.Seyſell.in d.l.ſi.n.13.
C.de pact. Iul. Clar.d.q.14., Nec repugnat
Marian.Socc.conſ.76 nu.1, Sed vult, ſi non
4 ſit expreſſum, quod in † euentum mortis
poſſeſſoris iuxta formam inueſtituræ, vt ſit
valida & Caualcan.num.155., Hanc etiam
tenet Afflict. in d.c.ſi quis nu.7. quo temp.
Miles,& ex alijs multis etiam cōtrarijs fir-
mat,Roſental de feud.c.4. concl.9. in gloſ.
litera B. ibique, & in tex. dicit quod nec
huic formæ renūtiari poſſit, quia a iure tra-
dita, ideo renuntiari nequit, Bald.in cap.1.
num.2.qui ſucceſſ.dar.ten. Laudenſ. num.9.
5 Afflict. ibidem num. 20., Item & † valet
illa conceſſio, ſi in ea dicatur, feudum,ſiuè
beneficium, quod mihi aperietur tibi pro-
micto,arg.l.ſi.& ibi notatis, C.de pact.Bor-
colt.d.c.6.nu.23 lib.1.Iacob.de S. Georg. in
verſ.inueſtiuit talem,&c.n.13.& vult,Scruff.
conſ.59.centur.1.Gail d. obſeru.155.num.6.
lib.2.Beluiſ.in c.ſi quis de feud. dat. in Viu.
leg.comm.vbi Bald.Mozz.tit. de ſubſtant.
feudi nu.55. in d.cap.1. qui ſucceſſ.dar. ten.
num.3.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio XX.

THEMA.

Inueſtitura feudi non dum vocati per mortem poſſeſſoris, vel alias & adhuc deuolutum non ſit, & ſic per errorem non valet. Communis.

SVMMARIVM.

1 *INnueſtitura, & actus per errorem, non valet.*
2 *Conceſſio iuris deuoluti, & deuolutum non eſt non ſubſtinetur.*
3 *Inueſtitura ſi ſit de feudo vacato, vacaturo eſt addendum per mortem, ſiuè alio modo.*

SI quis directus Dominus credens ſuum
vaſallum fuiſſe mortuum, vel aliter feu-
dum vacare,& de eo inueſtit alium,talis in-
1 ueſtitura, † ſiuè actus per errorem factus
non valet, ita vult Iacobin. de S. Georg. in
verſ inueſtiui talem num. 13., Iſern.in cap.
moribus num.7.reſtringenda eſſe, Aluaror.
ibidem num.7. Præpoſit. num.2. ſi de feud.
defuncti milit. Afflict. in cap.1.num.4. qui
ſucceſſ.ten. Hanneton. de iure feudorum
lib.1. cap.7. in fi.niſi dixerit,inueſtio te de
feudo Titij deuoluto, vel deuoluendo, vt
apud Iſern. Afflict. & ceteros, allegat Zaſ.
2 par.6.nu.21.& ſic generale eſt quod † con-
ceſſio tamquam iuris deuoluti cum re vera
deuolutum non dum ſit, non valet,proba-
tur,in cap.ex parte de conceſſ.præbendæ,&
ibi Canoniſtæ hoc ſic explicant, in propoſi-
to, Decius conſ.606. ſuperioribus diebus,
num.15. Tiber. Decian. conſ.73.num.36.,
3 Nam & † falſa cauſa conceſſionem vitiat
ex multis, firmat Maſcard.concl.345. nu.4.
& concl.384.num.2.& ſi inueſtitura fiet de
feudo vacaturo,vel vacato, eſt addendum,
ſiuè per martem, ſiuè quocunque alio mo-
do,valet,conſuluit Iacob.de S.Geor.d.n.53.
per c. ſuſceptum de reſcriptis in 6. c.quam-
uis de prębend in 6. & alias non valeret,vt
ex partis allegatis,& ex alijs Roſent.d.c.4.
concl.10.in gloſ.litera B.

PARTIS QVARTÆ.

Dilucidatio XXI.

THEMA.

Infeudatio rei alienæ valet, vt Dominus vaſallo ignoranti de euictione teneatur, & idem ſi feudum ſui vaſalli promiſerit. Communis.

SVMMARIVM.

1 *FEudi alieni infeudatio valet.*
2 *Infeudatio feudi alieni facta ignoranti valet, quo ad euictionem, ad quem Dominus tenetur.*
3 *Inueſtitura feudi alieni purè ſcienti facta non valet.*
4 *Dominus credens feudum deuolutum, concedit de euictione nō tenetur, niſi ſpecialiter promittat, vel purè poſt mortē feudatarij concedat.*
5 *Intellectus tex. cap.1. an apud Iudic. uel pares Cur.*

6 Do-

6 *Dominus, ſi facta inueſtitura de feudo vacaturo conſenſit, vt poſſeſſor alienat. de euictione tenetur.*

SIcut rei alienæ venditio ſubſiſtit, ſic, & 1 feudi † alieni infeudatio valet, per tex. in l. rem alienam ff. de contrahend. empt. gloſ. Beluiſ. Iſern. Afflict. Bald. Aluarot, Præpoſit. Rauen. & alij in cap. 2. ſiuè §. ſi quis, feudo dato in vic. leg. commiſſ. cap. 1. & ibi omnes de inueſtit. de re alien. facta, Vvſembec. cap. 7. num. 7. Sonsbech. par. 8. num. 33. Scrader. par. 3. cap. 1 num. 5. Vulteius cap. 5. num. 16. de feud. lib. 1. & talis infeudatio 2 † iurè facta de feudo, quod tertius ab eo in feudum poſſidet non facta illius mentione, in feudum purè concedat, conceſſio ad hoc, vt vbi ignoranti feudum eſſe alienum de euictione teneatur: ſi verò † ſcienti, tunc recepiſti ipſe futuræ ſucceſſionis purè, & ſine conſenſu vaſalli, adhuc ſuperſtitis, & valet, vt in præcedenti proxima dilucidatione 4 diximus; ſi verò Dominus † credens ipſi apertum, aut alio modo, vt prior vaſallus à iure ſuo diſcedat, & tunc euictionem, ſeu intereſſe, quod non poteſt feudum promiſſum tradere, non aliter cõſequitur ſecundus inueſtitus, quam ſi ſpecificè, & ſingulari pacto de euictione ei cauerit, gloſ. in d. §. ſi quis de feud. in vic. l. commiſſ. dat. Iſern. ibidem n. 2. Aluarot. num. 2. Præpoſit. & Afflict. nu. 22. Dominus directus concedens feudum poſt mortem Titij, an de euictione teneatur in hoc diſtingue, aut Dominus promittit iſtud ſimpliciter poſt mortem Titij: Meuio dare, & non video, qua ratione ſi non daret, excuſari poſſit, quia non promiſit ſub conditione, ſi contigat morte Titij aperiri. Nec ſolum ius, quod Dominus habiturus ſit, ſed ſimpliciter hoc feudum, licet poſt mortem Titij quare ſi meuius ignorauit Titij agnatorum, aut filiorum ius in illo feudo durare: rectè ad extimationem, aut ad feudum tenetur, vt æqualitas experiatur, & ex ſupe-5 rius dictis patet, & ſic poteſt intelligi † tex. in cap. 1. An apud, Iudicem, vel pares Curiæ &c. quia non dixit poſt mortem vaſalli poſſidentis, vel ipſo mortuo, alteri inueſtitura facta ſit: ſed ait, quodam, ſiuè filio decedente, &c. Nec hic caſus ab eo, qui ſequitur in terminis, vt ſcilicet Dominus obligatur de euictione aliqua, ratione differri videtur, vt dicit Roſental. d. cap. 4. concl. 18. in tex. & in 6 gloſ. litera B. Item ſi † facta inueſtitura de feudo poſt mortem Titij vacaturo, & Dominus conſenſerit, vt Titius feudum vendat, Dominus ipſe de euictione tenetur, per tex. in l. neceſſario, §. 1. ff. de peric. & commodo reiuendit. l. pecuniam quam, & ibi Doctores ff. ſi cert. pet. Menoch. conſ. 58. num. 14. & ſic in terminis Vvſembech. conſ. 64. num. 12. qui alios in copioſo numero adducunt.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio XXII.

THEMA

Iuriſdictio Principis, ſi ab alio in feudum datur, ipſo iure non valet, infeudatio, quo ad iuriſdictionem, licet quo ad rem adiunctam ſubſiſtat, & habens conceſſionem ab Imperatore, ſiuè Rege, ſine eorum conſenſu alteri dare non poteſt, & de euictione non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio fundi cum iuriſdictione, quæ alienantis non eſt, ſed ſuperioris, non valet.*

2 *Iuriſdictionem ex conſenſu ſuperioris habens, ſinè, ipſius conſenſu, non alienat, & venditor de euictione, non tenetur.*

3 *Euictio rei feudalis ſine conſenſu Domini directi alienatæ non debetur, niſi ſpetialiter de euictione in hunc caſum ſit cautũ.*

4 *Ex contractu alienationis rei feudalis, quia nullus ex eo nulla oritur actio, nec exceptio.*

5 *In Regno contractus alienationis rei feudalis eſt ipſo iure nullus, & ipſemet alienans reuocare poteſt.*

SI quis poſſideus territorium in quo iuriſdictionem nõn ad ipſum, ſed ad Imperatorem, vel Regem ſuperiorem ſpectantem, & cum ſit cum iuriſdictione venditio ipſo iure non valet, quo ad iuriſdictionem, & idem eſt in infeudatione, per tex. in §. ad hæc de pace iuramẽto firma (alias eſt principium tituli de allodijs) quem ita intelligunt, Iſern. Afflict. Præpoſit. Aluarot Laudenſ. Pet. Rauen. & communem ſententiam dicit Claud. Seyſell. de feud. rub. vlti §. ampliatur. Hæc regula fol. 352. & etiam tenet infeudari, nec poſſe, id quod ex ſupra dictis in du-

indubitatè concluditur, ſiquidem ſi iuriſdi-
2 ctionem † ſibi à ſuperiore conceſſam ſine
eius cõſenſu alienaſſet, alienatio non valet,
nec emptor de euictione agere poteſt, quia
ſcire debebat, eius nullum eſſe commerciũ,
vt communiter hunc intellectum approbant,
in d. §. ad hæc Beluiſ. Nicol. de Neap.
Iſern. Aluarot. Laudenſ. Bald. Præpoſit. Pet.
Rauen. & Schenc. ſequitur Claud. Seyſell. d.
rub. vlt. euictione non prę̃ſtari, vt l. quemadmodum
C. de agric. & cenſit. lib. 11. limitant
Iſern. ibidem, † vbi ſpetialiter de euictio-
3 ne præſtanda in caſu aſſenſus non præſtiti
emptor prouidiſſet, quod ſequitur Afflict.
d. loco num. 17. reprobat Aluarot, & Præ-
poſit. ſimpliciter ſequitur, & ante eos, ita
tenuit Bald. in fine nu. 3 limit. 2. Iſern. Affli.
& Aluarot. & Præpoſit. ſequũtur, ſi emptor
probabilem cauſam ignorantiæ habuerit, vt
quia res poſita erat in confinibus Imperij,
Franciæ &c. & vẽditor perſuaſit eſſe liberam
ab aliena iuriſdictione Roſental. d. c. 5.
concl. 11. in gloſ. litera D. & omnes contra-
ctationes bonorum, & iurium feudalium
ſine ſuperioris, vel Regis aſſenſu eſſe nullas
per tex. in cap. Imperialem de prohib. feud.
alien. per Federic. & conſtitutio, conſtitu-
tionem diuæ memoriæ, Afflict. dec. 278. n. 1.
Roſental. cap. 9. concl. 6. in gloſ. lit. D. dicit
communem eſſe opinionem, & ex alijs cõ-
munibus teſtatur Intrigl. cent. 2. cap. 5. n. 11.
4 & ex talibus nullis cõtractationibus, † nec
ciuilis, nec naturalis oritur actio, nec obli-
gatio, l. ſi nõ ſortem, 2. reſponſ. ff. de condit.
indebiti, Bart. n. 2. Ang. & Moderni in l. cum
lex, C. de fideicommiſſ. vbi latè Bart. Ang. &
5 Imol. & in hoc Regno † ipſemet alienans,
vel eius filius poteſt reuocare, per d. conſti-
tutionem diuæ memoriæ, Iſern. in d. c. Im-
perialem num. 16. ibi, ex quo licitam omi-
ſit reuocationem, quam facere peterat; vbi
add. Afflict. in d. conſtit. num. 7. verſ. in con-
trarium eſt veritas Frit. de ſubfeud. lib. 2. in
cap. incip. à Regni ſolis nõ promiſſor, n. 25.
fol. 255. & omnes Regnicolæ ibidem, & ali-
bi, & in dies obſeruatur, & deciditur, ex quo
euictio non venit.

PARTIS QVARTÆ.

Dilucidatio XXIII.

THEMA.

Inueſtitura requirit ſubſtantiam, qualitatem, & ſollemnitatem, & ſi aliquid deficit inueſtitura, eſt nulla, vel in alium contractum tranſit. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura ſubſtantiam qualitatem, & ſollemnitatem requirit, & aliquo deficiente, vel addito corruunt.*

2 *Pacta alia in inueſtitura appoſita, non conuenientia conſuetudini feudorum, eam corruit.*

3 *Venditionem, & emptionem, conſenſus, res, & pretium perficiunt.*

4 *Feudum ſit de re immobili, & de immobilium nomine continentibus ſub conditione fidei conſiſtens, & ſit conſenſu vtriuſque.*

1 IN inueſtitura † tria requiruntur: ſub-
ſtantia, qualitas, ſiuè natura, & ſollem-
nitas, & vna de primis duabus deficiente,
inueſtitura eſt nulla: pacta quæ ſunt contra
bonos mores: natura, vel iure impoſſibilia
turpia, & improba, nullius ſunt momenti,
adeò q̃, inueſtituræ appoſita ipsã vitiant, &
annullant: quod in genere de contractibus,
quibus eiuſmodi pacta, vt ponũtur, affirma-
tur, in §. ſi impoſſibilis, & §. ſi. inſtit de inu-
til. ſtipulat. l. generaliter, & ſeq. ff. de verb.
oblig. l. iuris gentium, & l. 50. ff. de pact. l. pa-
cta, quæ contra C. eodem, & in ſpetie de in-
ueſtitura per iam dictis, tex. hoc probant
Iſern. in cap. 1. quid ſit inueſtit. & ibidem
Laudenſ. num. 18. Aluarot. nu. 7. & poſt alios
Mozz. de accidental. feudi num. 47. ſunt, &
2 alia pacta, † quæ, & ſi non ſunt turpia
non conueniunt naturę feudi quam habet
ex conſuetudine generali, vel ſpetiali, quæ
duplici generis ſunt quædam ipſam feudi
ſubſtantiam concernunt, quædam feudi ac-
cidentia, & formæ illi conſequentia illa
Doctores Regnicoli vocant pacta contra
ſubſtantiam, Hæc contra naturam feudi:
ſubſtantiam etiam à contractus natura di-
ſtinguunt, vellem illam appellare pacta de
ſubſtantia, ſiuè natura feudi, hæc de admini-
culis, vt in l. pacta conuenta, de contrahen.
empt. & ſunt contractus nominati ſuis de-
finitis limitibus, quibus, tamquam ſua for-
3 ma à ſe inuicẽ diſtinguũtur, pacta † in em-
ptione, & venditione, limites ſunt cõſenſus,
res, & pretium, quæ tria coniuncta, emptio-
nem, & venditionem conſtituunt, in ſubſtã-
tia, & natura ſua: ſed ijdem contractus ple-
rumque ſua habent adminicula, ſicut in em-
ptione,

Digitized by Google

ptione,& vēditione eſt euictio,& hæc equidem ſemper præſupponunt illa, neque eſſe poſſunt,niſi illa ſint,illa verò, ſine his eſſe poſſunt, ita in contractu inueſtiturę de feu-
4 do, ſollemnis eſt feudi ceſsio,quod † feudū eſt in re immobili, vel quæ immobilium nomine continentur ſub cōditione fidei, quod vaſallus à Domino feudum recognoſcat,ad ſit vtriuſque conſenſus dantis, & recipientis. Dominium directum remanet pænes concedentem,& vt lè tranſeat infeudatariū, quæ cum alijs requiſitis ponit Mozz. de feud.tit. de ſubſtantialibus,& requiſitis feudi num.1.& ſeq.fol.71. & qualitates omnes in trāslatione,cōceſsione,aſſenſu,& in inueſtitura feudi, ſunt exprimenda,etiā in alienatione, & qualibet diſtractione feudi, alias contractus feudi corruit, de perſona ad perſonam,& ſi in aſſenſu aliquid additur alteratur, vt in ſequenti dilucidatione.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio XXIV.

THEMA.

Poſt promiſſum feudum præſtito fidelitatis iuramento, vaſallus, quando vult inueſtituram petet, & ſi, à, Domino monitus recuſauerit iurare. Dominus inueſtire non tenetur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudo promiſſo, & præſtito iuramento uaſallus petet,à,Domino inueſtituram & ſi iurare renuerit, Dominus non tenetur.*

2 *Vaſallus habita inueſtitura, & dato iuramento, cogat Dominum ad ſibi feudum tradendum, & non excuſatur præſtando intereſſe.*

3 *Feudi antiqui,uel paterni petitur renouatio, infra annum, & diem in ſignum reuerentiæ, qui non currit,niſi à die ſcientiæ.*

4 *Succeſſor uaſalli præſtito iuramento fidelitatis Domino,ſe obliget,quod facit petendo renouari inueſtituram.*

IN conſuetudinibus feudorum ad inueſtituram petendam, & obtinendam per vaſallum, nullum eſt determinatum tempus: ſed hoc traditum eſt vaſallum cui Domi-
1 nus † promiſit feudum, ad requiſitionem Domini fidelitatis iuramentum præſtare debere,quod ſi vaſallus ter adminitus fidelitatem Domino,recuſauerit: Dominus poſtea vaſallum inueſtire non tenetur,cap.vn. §.1.quæ fuit prima cauſ.beneſ.amtt. Siluan. in tract. de feudi cogniti q.6.tamen verum
2 eſt, ſi vaſallus † iurauerit fidelitatem de feudo, de quo inueſtituram propriam, vel impropriam habuit poteſt cogere Dominū ad ipſius feudi poſſeſsionem ſibi præcisè tradendam ſi petierit., Ità,quod,nec ſoluēdo intereſſe liberatur, vt diximus ſupra hoc artic.dilucid. 5. de inueſtitura propria,
3 & impropria, ſiuè abuſiua, † antiqui, ſiuè paterni feudi renouatio, infra annum,& diē petenda, quod tempus, non currit,niſi à tempore ſcientiæ Rolan. à Valle conſ.40. num.5.& alij,vt prędiximus, quæ inueſtituræ petitio ſignum eſt reuerentiæ, quam vaſallus exhibere teneatur, vt ità cōmuniter tenent Doctores, Curt.in tract.feud. par.4. in 22.cauſ.priuationis feudi, Clar.in §.feudū q.49. Et quia iuramentum eſt perſonale,vt per Abb. & Doctores in cap. caritatis de iur.iurando Couarr.in cap. quamuis part.1. relectionis §.3.nu.4.de pact.in 6.Ant.Gabr. lib.2.comm.opin.tit. de iure iurādo concl.6.
4 Neceſſe eſt, vt † filius, & ſucceſſor vaſalli præſtito iuramēto ad fidelitatem Domino, ſe obliget,quod facit cū à Domino de feudo defuncti ſe inueſtiri petit, Clar.d.q.49.& ex alijs Borcolt.d.cap.7.num.30.circa finem, vt intra hac partæ per plures dilucidationes circa renouationem inueſtituræ petendam.

PARTIS QVARTÆ.

Dilucidatio XXV.

THEMA.

In licentia data, à, lege, vel ab homine alienandi feudum, nulla qualitas eſt addenda, vel minuenda ab expreſsis in aſſenſu, vel in inueſtitura feudi, & ſi addatur, vel minuatur, contractus corruit, & ſi cum aſſenſu in illo alteratur. Communis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *F Eudo diſtrahendo non licet à praecedenti inueſtitura recedere, nec addendo, nec minuendo.*

2 *Feudum alteratur per qualitatem additam, uel diminutam.*

3 *Pacta quæcunque in alienatione, uel refutatione feudi contra ſuam naturā corruūt.*

4 *Clauſula, ueris exiſtentibus pranarratis in aſſenſu, uel in inueſtituris, facit quod omnis leuis ſubreptio, uel obreptio uitiat gratiam.*

5 *Inueſtitura, ſiuè, aſſenſui, aliquid de ſubſtātialibus, uel naturalibus feudi deficiat cōtractus deficit.*

6 *Inueſtitura ſuas ſollemnitatis habet ex cōſuetudine loci, ubi recipitur feudum.*

7 *Inueſtitura, ut ſine ſollemnitatibus à iure requiſitis fiat, agi non poteſt.*

1 IN ſeudis diſtrahendis, † omnia in in-
ueſtitura, vel aſſenſu contenta, ſunt at-
tēdēda, adeò, quod in licentia alienādi feuda
à lege, ſiuè ab homine, qualitatem aliquam
non expreſſam in inueſtitura, vel aſſenſu, nō
licet minui, nec addi cap. 1. §. ex eadem cap.
præfectò, de lege corradl, nec in æquali da-
re, vt ibi, & in cap. beneficium, ſi de feud. fuer.
controuerſ. Camer. in cap. Imperialem de
prohib. feud. alienat. per Federic. litera A. &
2 † qualitas addita mutat, & alterat ipſum
feudum in qualitate illa, vt in cap. 1. de feud.
non hab. prop. natur. feud. & ſi ſub mouere-
tur qualitas aliqua, non eſſet amplius illud
feudum ſecundum cumulata, per Afflict. in
deciſ. 112. & deciſ. 148. quod in cap. 1. de va-
ſall. decrepi. erat in cap. 1. de eo qui finem
fecit agnat. & in cap. 1. de feud. non hab.
propr. feud. natur. omnes ſequuntur, & ex a-
lijs firmat Camer. vbi ſupra fol. 32. litera F.
& V. Camer. ibidem fol. 33. litera E. vbi vti-
lè per inutilè vitiari, concludimus, quod ſi-
3 uè pacta & † qualitates ſint conditiona-
les, ſiuè conditionalia, ſiuè correſpectiuè
alterantia nouam inueſtituram, ſiuè alie-
nationem; noua pacta, & qualitates corruere
in materia refutationis, loquens Camer. ipſe
dicto loco, & ſimiliter, ſi in inueſtitura, ſiuè
aſſenſu exprimitur, nè dū, certus caſus, ſed
certa qualitas, ſublata illa qualitate, nihil
præſtat aſſenſus, ſiuè inueſtitura: ita dixit,
Iſe: n. in d. cap. Imperialem de prohib. feud.
alien. per Federic. col. 3. verſ. qui ergo con.
cedit in vno, arg. legis comodiſſimè ff. de li-
ber. & poſthum. l. ſi ſi cum dotem in prin. ff.
ſolut. matrim. & eorum quæ cumularunt,
Bart. & cæteri in l. non ſolum, §. ſed vt pro-
bari ff. de nou. oper. nuntiat. vbi, ſi quæ cō-
ceduntur cum vna qualitate, qualitas, quā
non habet, cenſetur prohibita, cum exem-
plis notat Camer. in d. §. præterea fol. 56.
litera Q. & ſeq. & ex alijs prædicta firmat
prædicta Fritia de ſubfeu. lib. 2. q. 41. n. 11.
& ſequent. cum expreſſione aliquorum ca-
5 ſuum, & proinde in † inueſtituris, ſiuè aſ-
ſenſibus ponitur illa clauſula, veris exi-
ſtentibus prænarratis, quia quælibet, & om-
nis leuis ſubreptio, vel obreptio vitiat gra-
tiam, cap. 1. in fine de feud. guard. Ripa
lib. 1. reſponſor. fol. 21. Allegat. illum tex.
in materia feudali, vltra notata in cap. ſu-
per literis, & cap. ad aures de reſcrip. Frit.
d. q. 41. nu. 15. cum in inueſtitura, ſiuè aſ-
ſenſu deficit aliquid de ſubſtantialibus, &
qualitatibus feudi notatis per Mozz. de
ſubſtant. & natur. & accidentalibus feu-
dorum, à num. 1. vſque in finem, ſiuè quid
addatur, inueſtitura, & aſſenſus corruunt,
6 vt ex iam dictis patet, † ſollemnitatem
autem inueſtitura habet ex conſuetudine
illius Curiæ, & loci, vbi feudum accipitur,
& fit inueſtitura, quæ eſt attendenda, quia
vaſallus inueſtituram accipere intelligi-
tur iuxtà inueſtituram patriæ, non vt ius
feudorum diſponit, Pariſ. conſ. 13. num. 53.
lib. 1. vel generalem illam, quæ in conſue-
tudinibus, feudalibus deſcripta extat, &
ſpetialem loci, quæ conſiſtit in facto, prout
in loco feudi obſeruatur, quo ad ſucceſ-
ſionem, vt alias de eis diximus. Nec qui-
7 dem agi poteſt, † vt ſine ſollemnitatibus
à iure requiſitis inueſtitura fiat, vt de te-
ſtamento dicitur, vt nemo efficere poteſt
quin leges in ſuo teſtamento locum ha-
beant, l. nemo poteſt ff. de leg. 1. l. 3. ff. qui
teſtam. fac. poſſ. Idem de ſollemnitatibus
à iure publico requiſitis, vt quæ obſeruan-
da conſtitutum eſt publicè priuatorum
conuentionibus infringatur contra l. ius
publicum de pact. autem circa adminicu-
la naturalia, & accidentalia feudorum
facta valent, dummodo contra ſubſtantia-
lia non ſint, vt de cōmuni teſtatur Rolād.
4 Vall. conſ. 16. nu. 8. lib. 3. Mozz. de accid en-
talibus feud. nu. 1. ſollemnitates verò, quæ
inueſtituræ, & de fidelitatis iuramenti for-
ma, & quando iuramentum præcedit in-
ueſtituram ſeriosè ponit Vulteius de feud.
cap. 7. nu. 40. & 41. fol. 155.

PARTIS QVARTÆ

Dilucidatio XXVI.

THEMA.

Dominus duos de feudo inueſtiens, cui res eſt tradita præfertur priori, niſi appareat de præciſa voluntate Principis, dominium traditione translatum venit per modum gratiæ. Communis.

SVMMARIVM.

1 *FEudo conceſſo duobus, qui prius poſſeſſionem cepit, præfertur.*

2 *Duobus inſolidum prædium traditum eſt, poſſeſſorem potiorem eſſe in detinendo dominium.*

3 *Lex quoties C.de reiuendicatione, ſi dicatur non habere locum in feudis tamen ſententia Iſer. verior eſt.*

4 *Conceſſio facta per modum gratiæ prius inueſtitus præfertur ſecundo, etiam ſi ei poſſeſſio tradita fuerit.*

5 *Idem per modum gratiæ.*

6 *Gratia ſtatim à Rege verbo prolata afficit omnes etiam ignorantes, vt ſuum conſequatur effectum.*

7 *Princeps ſtatim quo dicit fiat gratia, ſtatim eſt perfecta.*

8 *Eccleſiaſtici beneficij conceſſio ritè facta præfertur, etiam quod ſecundo traditio poſſeſſio fuerit.*

9 *Ex duobus emptoribus primus, qui gratiã ſignauit, præfertur ſecundæ, ſignatura loco traditionis eſt.*

10 *Eccleſia, & vniuerſitas, quando emit. præfertur.*

1 SI Dominus antequam † poſſeſſionem rei feudalis primus vaſallus apprehéderet alium de eodem feudo inueſtierit, eique poſſeſſionem tradiderit, is cui tradita eſt poſſeſſio in feudo potior habetur, Iſer. in cap. vnico §. ſi facta nu. 2. & ibi Afflict. num. 4. quid ſit inueſtit. Hannetton. lib. 1. cap. 7. Miſinger. cent. 4. obſeruat. 81. Nec hic diſtinguimus inter inueſtituram, vtrũ clericus ſit, an laicus, Scruff. conſ. 53. nu. 7. in 1. centur. Manifeſti enim iuris eſt, ſi
2 † duobus inſolidum prædium traditur, ei, cui prius tradita eſt poſſeſſio in detinendo dominium potiorem eſſe, l. quoties C. de reiuendic. l ſi ea res §. fi. de actio. empti, l. qui tibi hæreditaté C. de hæred. vel actio. vend. l. qui tib hęreditate C. de his qui à non Domin. &c. & ſi prima venditio fuerit iurata, Couarr. in epit. de ſponſal. c. 5. p. 1. & in c. quamuis de pact. in 6. in relectio. primæ par. §. 4. nu. 2. Ant. Gabr. lib. 3. commun. opin. tit. de empt. & vendit. concl. 2. num. 3. & Roman. ſing. 292. Roland. à Vall. conſ. 6. num. 24. lib. 1. & quamuis Roman. in conſ. 70. num. 3. verſ. nec obſtat ſecũdo,
3 tradit dictam † legem quoties non habere locum in feudo, tamen ſententia Iſer. verior eſt, eaque eſt tenenda, Paris de Put. de reintegrat. feud. cap. 287. Iaſon in d. l. quoties num. 30. C. de reiuendic. Afflict. in d. c. vnic. qui ſucceſſ. ten. Scruff. d. conſ. 53. centur. 1. Borcolt. d. cap. 7. num. 11. & 12. & ſi aliqui pro reconciliatione dictarum opinionem diſtinguunt, an Princeps per viam contractus diſpoſuit, & eo caſu præfertur is cui res eſt tradita, niſi appareat de præciſa voluntate Principis, quod dominium etiam ſine traditione translatum
4 venit. An vero per medium † priuilegij, quo caſu præferendus eſt prior, etiam, ſi poſterius tradita ſit poſſeſſio, Iacob. in verſ. Princeps n. 17. in fine, Mozz. de natural. feud. num. 34. verſ. pro concluſione, ſed non eſſe diſtinguendum ex perſona inueſtientis, nec ex modo conceſſionarij, poſt alios probat Piſtoris 2. q. 29. num. 11. & adeò verum eſt poſteriorem inueſtitum, cui eſt, tradita, præferri priori, vt etiam ſi inueſtiés proteſtatus ſit in inueſtitura poſteriori, quod priori ius ſuum ſaluum manere debeat, tamen præfertur poſterior, Iſern. in d. §. ſi facta num. 3. vbi Laudenſis num. 2. Aluarot. num. 9. Zaſ. par. 6. num. 13. Borcolt. cap. 7. num. 16. Roſental. cap. 6. concl. 10. Imò etiam ſi dicat inueſtiés tradere poſſeſſionem poſteriori; ego volo, & ſi primus inueſtitus à te petet poſſeſſioné iſtius feudi, vt eam reſtituas, aut, ſi eam petet à me, volo vt eam rem mihi retro tradat, quã ego priori inueſtito reſtituere poſſim, vt dicit Mozz. de ſubſtant. feud. num. 36. verſ. etiam ſecus eſt dicit, ego volo, vt ſi prior inueſtitus illud feudum petet, quod tunc dominium ſit ipſius, & poſſeſſio rei feudalis ad eum tranſeat, quod confirmatur per l. qui abſenti §. 1. de acquir. poſſeſſ. Zaſ. par. 6. num. 14. Roſental. cap. 6. concl. 11. Vulteius cap. 10. num. 11.
5 fol. 533. & in † priuilegijs, & conceſſionibus Principum per modum gratiæ factis, Prima Principis conceſſio poſteriori præfertur

fertur l. Prædia C. de locat. præd. ciuil. lib.
6 11. ſtatim † verbo prolato afficit omnes
etiam ignorantes cap. quidam, c. dudum, §. igitur de probat. in 6. & in gratijs ſufficit Principis voluntas verbo expreſſo, & in d. cap. dudum, in quo omnes Doctores concordant, & ſtatim verbo prolato ſuum cōſequitur effectum, immo ſtatim quod
7 † Princeps dicit fiat gratia, eſt perfecta Vinc. de Franch. deciſ. 62. num. 2. & 3. & latè per me in conſ. 2. n. 2. & 3. & conſ. 106.
8 nu. 12. & 13. ſic in † beneficijs Eccleſiaſticis prima conceſſio recte facta preſertur, ſecundo etiam, ſi 2. traditio fuerit facta cap. quæ tibi de reſcript. in 6. c. ſi tibi absē-
9 ti de præbēd. in 6. & ex duobus † emptoribus, primus qui rem ſignauit, præfertur ſecundo, cui res tradita eſt, quia ſignatura loco traditionis eſt; & per eam inſignatum dominium transfertur, l. quod ſi neq; in fine ff. de peric. & commod. reiuenditæ
10 Eccleſia quoque, & ciuitas, quæ prior emit, præfertur, quamuis alteri poſtea res vendita, & tradita fuerit, in Eccleſiam, & ciuitatem dominium abſque traditione tranſit, l. vlt. C. de ſac. ſanct. Eccleſ. Couar. lib. 2. var. reſolu. c. 19. Iaſ. in l. quoties n. 18. de reiuēdic. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſeru. 55. ſic quando inueſtitura, ſiuè aſſenſus fit per gratiam prima præualet, etiam, quod ſecundus poſſeſſionem conſecutus fuerit.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio XXVII.

THEMA.

Dominus, qui duos de feudo inueſtiuit, tenetur tradere, vel intereſſe præſtare cui feudum non habuit, ſi non deceſſerit ſine hærede, vel perſona Eccleſiaſtica. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitus de feudo, purè, ſiuè ſub conditione, vel quocunque modo, traſmittit, ad hæredes.*
2 *Inueſtitura abuſiua, vbi de ea tractatur.*
3 *Inueſtitura conditionalis, vbi de ea tractatur.*
4 *Succeſſor laici, excepto fiſco, facta promiſſione feudi per prædeceſſorem, tenetur ad intereſſe, vel ad vacuam poſſeſſionem tradendam.*
5 *Succeſſor clerici, non tenetur.*
6 *Succeſſor Imperatoris in imperio, & Summi Pontificis, non tenetur habere ratum factum prædeceſſoris, quia ex electione ſuccedunt.*
7 *Succeſſores Imperatoris, & clericorum ad promiſſa prædeceſſorum, ſi ſunt de rebus Eccleſiarum, non tenentur, ſed ſi propriæ tenentur.*
8 *Succeſſores Prælatorum, & Clericorum inueſtituram factam cum conſenſu capituli, tenentur habere ratam.*
9 *Inueſtitus de feudo, & habuit poſſeſſionē conſenſitiente priore poſſeſſore, ſucceſſor Prælati, ſiuè Clerici ratum habere tenetur.*
10 *Inueſtitus de feudo domino recuſante, poſſeſſionem tradere, ad fidelitatem non tenetur.*
11 *Inueſtitura probanda eſt per breue teſtatum, ſiuè per pares Curiæ.*

1 QVocunque modo, † ſiuè purè, ſub cōditione, ſquis feudo inueſtitus fuerit, aut de eo facta ſit promiſsio, obligatio, quę exinde oritur, tranſitoria eſt vtraque ad hæredes, iure communi feudorum Piſtoris 2. q. 26. num. 13. & ſeq. quod ex natura feudi promiſsionis factæ per ſe ma-
2 nifeſtatur; De † inueſtitura abuſiua purè docetur à Doctoribus in d. §. fin. & in §. ſi facta Iacobin. in verſ. inueſtitus num. 4. Curt. par. 2. nu. 32. Blanc. 1. de feud. 3. n. 49 Paris de Put. de reintegrat. feudi cap. 39. Miſinger. obſeruatione 61. quam ſententiam eſſe magis communem Doctorum omnium, concludit Roſental. c. 6. concl. 8.
3 de † inueſtitura autem conditionali, tex. eſt in cap. 1. in fine, qui ſucceſſ. feud. dar. ten. & in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. & addunt Doctores in cap. 1. §. moribus ſi de feud. def unct. controuerſ. ſuer. &c. quod iuris eſſe indubitati dicit Piſtoris d. q. 26. in prin. idque in hærede inueſtiti, ſiuè cui de inueſtitura promiſsio facta eſt, indiſtinctè verum eſt, ſiuè hæredum facta ſit mentio, ſiuè non, in ſucceſſore autem promiſſoris ſiuè inueſtientis diſtinctionem recipit, laicus ne ſit, an clericus, laici enim ſucceſſor,
4 † vel ad intereſſe præſtandum, facta promiſsione, vel ad vacuam poſſesſionis traditionem tenetur, ſi ab eo, cui ſucceſsit, traditio facta non fuerit excepto fiſco, qui ſuccedit, vaſallo cuius bona publica-

ta,

ta,ipſique feuda aperta ſint, vt in d.cap.1.
qui ſucceſſ.ten.docent Bald.Laudenſ.n.11.
Aluaror.num.6.Roſental.cap.6. concl.22.
5 Clericus autem † ſucceſſor nõ tenetur,per
allegata iura,& tex.in c.1.in fi. quib. mod.
feud.conſtit. poteſt, per rationem, quia
clericus ſuccedit clerico iure electionis
laicus autem ſuccedit iure hæreditario ,
gloſ.& Doctores communiter in cap.1.qui
ſucceſſ.tene. Borcolt.d.cap.7.n.17.Piſtoris
d.loco q.27. & ex alijs diximus ſupra hac
partæ Dilucidatione 16.per totam, & ex
prefatta ratione etiam Imperatorem Ro-
6 manum † ratum habere, nõ tenetur,quod
ab anteceſſoribus ſuis factum eſt,Laudẽſ.
in d.cap.1.num.15. qui ſucceſſ.ten.Roſent.
d.cap.6. concluſ.23. Borcolt. d.nu. 19. eo
quod Imperium iure electionis adipiſci-
tur, Vulteius d. cap.10. num.16. verſ. ex
eadem ratione alio Prælato, vel Eccleſia-
7 ſtica perſona intelligitur, † de promiſſio-
ne ſiuè inueſtitura ab ipſo facta de rebus
ſuis proprijs,idẽ ius eſt in eius ſucceſſore,
quod diximus eſſe in laico, vt traditur in
cap.1.de clerico,qui inueſt.fecit concludit
Goffredus in cap.1.§. fin.quib. mod.feud.
cõſtituatur cum c.1. de cleric.qui inueſtit.
feud. in d. §.fin. verſ. qui exinanitur, ſiuè
8 inueſtitura † abuſiua, vel promiſſio clerici
ſit cum conſenſus capituli ſucceſſor eſt a-
ſtrictus ad præſtandum id quod geſtum
eſt per capitulum,Bald.in l.fin. cap. fine
cenſ.vel reli.Io.de Anan.in cap.fin.ne Pre-
lati Vic.ſuas, quam ſententiã ſecutam eſ-
ſe Collegium Iuriſdicens Lipſenſe, & Frã-
cofurtenſe, vt teſtatur. Piſtoris d.q.27.nu.
24.cum ſucceſſor clerici ingeſtis cum con-
ſenſu capituli non minus tenetur,ac ſi ſuc-
ceſſor laici eſſet, Afflict. in d. cap.1. nu.6.
& 44. qui ſucceſſ.ten.& in deciſ.101. Bor-
colt.d.cap.7.par.1.num.20. & ſeq. idem
ex multis in vtramque partem arguendo ,
tandem ita concludit Piſtor. d.q.27. & ra-
tio eſt, quia Prelatus beneficio Capituli ad
Prælaturam venit , rerumque Eccleſiaſti-
carum emolumento fruitur, vt non imme-
rito ſucceſſor eſt aſtrictus ad obſeruantiã
à Prædeceſſore cum conſenſu,capituli ge-
ſti,vt ex prædictis,& alijs in precedentibus
Dilucidationibus , 16.& 17. de omnibus
latè : Nec intereſt,vt conſenſus ille in ipſa
inueſtitura interponatur , an poſtea ex in-
teruallo accedat Piſto.d.q.27.n.37.& ſeq.
9 & † ſi inueſtitus poſſeſſionem cepit conſẽ-
tiente , vel ratum habente, qui detinebat,
ſucceſſor clerici,qui inueſtituram fecit,ra-
tam habere tenetur , per tex. in d. cap.1.
verſ.niſi qui ſucceſſ.ten.vbi gloſ. interpre-
tatur, quod prior poſſeſſor abdicando à ſe
poſſeſſionem, & deinde facta vacua Præ-
latus omne ius feudi vacui per inueſtitu-
ram concedit , quam interpretationem ex
multis defendit. Piſtoris d.q.27. num.41.
vſque ad finem Borcolt. d.cap.7. num.20.
ex alijs , & non cauſæ ſine ſcrupulo, quia
talis caſus non poſſet dici à regula exce-
ptus, cum regula pertineat ad caſum poſ-
ſeſſionis, inueſtito conditionaliter non dũ
acquirente eò tempore, quo conditio exi-
ſtit, & inueſtiens amplius non facit, dicit
Vulteius d.cap.10.nu.16. in fine verſ. quia
etiam in fine. Et in tantum in vacua poſ-
ſeſſione Dominus inueſtito tenetur in
quantum ab inueſtito promiſſio facta ſit
de fidelitate præſtanda, quæ interdum
ſimplex eſt,& plerumque iurata, & fideli-
10 tatis promiſſione facta, ſi Dominus † poſ-
ſeſſionem rei tradere recuſauerit , ipſe in-
ueſtitus fidelitatẽ facere non tenetur, per
gloſ.in cap.1.§.fin.de noua forma fidelita-
tis ſicuti,è contrario fidelitatem,quis pro-
mittere recuſat , licitè recuſare poteſt ,
Sonsbech. par.9. num. 20. per cap.1. verſ.
multo, per quos fiat inueſtit. & promiſ-
ſione facta ſequitur ipſa , rei feudalis tra-
ditio , & ſic dominium quaſi , quod vulgo
vocant dominium vtilè : & Domino feudi
remanet, quod vulgo dicitur dominium
directum, Vulteius d.cap.10.num.18. Pro-
banda eſt itaque inueſtitura per breuè re-
ſtatum, idem publicum inſtrumentum, de
quo diximus in Dilucidatione 6. vel per
pares Curiæ cap.vnico ibi(etiam ſi pares)
qui ſucceſſ.feud. dar.ten. cap.vnic.ſi de in-
ueſtit.feud.controuerſ.fuerit,c.vnic.quid.
ſit inueſti. & ſi pares deficiant poteſt pro-
bari per duos teſtes etiam extraneos
d. cap. vnico quid ſit inueſtitura Paris de
Puteo de reintegrat. feudo cap. 274. &
cap. 304. num. 5. idque regulare eſt , in
alijs quoque negotijs vbi teſtium nume-
rus nominatim expreſſus non eſt,l.vbi nu-
merus de teſtibus Borcolt. d.cap.7. nu.46.
& faciunt, quę diximus in præcedenti Di-
lucidatione 6. hac eodem partæ.

PARTIS QVARTAE.

Dilucidatio XXVIII.

THEMA

Inueſtitura renouari debet toties
quoties mutatur Dominus dire-

ctus, vel vtilis per mortem vnius cuiuſque alterius, vel alio caſu. Communis.

SVMMARIVM.

1 *INueſtituræ renouationis, debet peti toties, quoties mutatur Dominus.*
2 *Feudi recognitio eſt de ſubſtantia feudi, & ſequuntur rationes.*
3 *Inueſtituræ renouationis prima ratio eſt in ſignum reuerentiæ.*
4 *Inueſtituræ renouationis ſecunda ratio eſt, vt inueſtitus cognoſcat ſe feudum tenere beneficio Domini.*
5 *Inueſtituræ renouationis ratio tertia eſt, ne longinquitate temporis ius Domini interuertatur.*
6 *Inueſtituræ renouationis ratio, quarto eſt, quia feuda ſunt perſonalia, & cum perſona extinguuntur.*
7 *Inueſtituræ renouationis ratio, quinta eſt, quia iuramentum eſt perſonale, & cum mortis extinguitur.*
8 *Inueſtituræ renouatio eſt confirmatio præcedentis inueſtituræ.*
9 *Inueſtituræ renouatio, nihil noui tradit, & in ea cenſentur repetita omnes qualitates, & pacta in præcedenti exiſtentia.*
10 *Inueſtituræ renouatio, ſi alia continet quã, in præcedenti inueſtitura, præſumuntur ex errore.*

DE iure feudali expeditum eſt caſu
1 ferente Domino mortuo, † inueſtituram renouari, & vt renouetur, peti poteſt, & fieri debet, per cap. 1. §. Præterea ſi quis de prohib. feud. alien. per Federic. in c. 1. de prohib. feud. alien. per Lotar. in fine cap. 1. in princip. quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. de cap. corradi, & cap. 1. quo temp. quod, adeò neceſſarium eſt, vt non-
2 nulli ſcripſerunt † recognitionem feudi eſſe de feudi ſubſtãtia inter quos, eſt Præpoſit. in præl ud. feud. deciſ. 4. Claud. Seyſel. in ſumm. feud. Zaſ. de feud. par. 1. num. 8. quos inter, & ſequitur Mozz. de ſubſtanſt. feud. num. 3. quæ renouatio per quinque rationes fieri debet.
3 Prima ratio † inueſtituræ renouandæ eſt quod fit in ſignum reuerentiæ, quam vaſallus Domino ſuo exhibere debet, Curt. iun. par. 4. nu. 45. Mozz. de ſubſtant. feud. num. 4. Scheneid. par. 5. num. 4. atque ita ſentire interpretes ait Borcolt. d. c. 7. nu. 3.
4 Secũda, vt vaſallus † intelligat ſe feudũ obtinere beneficio Domini potius, & primi acquirentis, quam ſucceſſione, Iaſon, & Doctores in l. Gallus §. quidam ff. de liber. & poſthum. Hotoman conſ. 32. Roſental. cap. 6. concl. 47.
5 Tertia, ne longinquitate † temporis, aut ignorantia vaſalli, Dominus ius ſuum, quod habet interuertatur, Bald. in auth. ſi quas Ruyn. C. de ſac. ſanct. Eccleſ. & in c. 1. de conſuet. rect. feud. Siluan. de feud. recognit. q. 12. num. 1. Borcolt. d. cap. 7. nu. 30. Roſental. d. concl. 47.
Quarta, quia ſicut, & aliæ promiſſiones
6 ſunt perſonales, † & vna cum perſona, quæ promiſit intereunt, l. 1. §. ne autem de caduc. tollend. l. 2. in fine ff. de vſufruct. legat. ita etiam in feudis, onera perſonalia ſunt, & cum vaſallo pereunt, vt ea de nouo à promiſſore præſtari neceſſe ſit: Vvlembec. cap. 8. num. 23.
7 Quinta, quod iuramentum † à defuncto, vt puta perſonale cum ipſo expiret, c. veniens de iure iurand. atque adeò de nouo ſucceſſiore præſtandum ſit. Siluan. de feud. recognit. q. 13. num. 5. Clarus in §. feudum q. 49. num. 1. Vvſembec. d. num. 23. Piſtor.
chiepiſcopi primates, ſiuè Patriarchę vocari
poſsũt, c. multi Archiepiſcopi 99. diſt. ac in
3 eo differt ✝ Patriarcha ab Archiepiſcopo
eo ꝙ Archiepiſcopus vni Prouincię pſidet
Patriarcha, nõ vni Prouinciæ, ſed multis eſt
præfectus, & in Archiepiſcopatus etiam po-
teſtatem habet, & proinde primas, ſiuè Pa-
triarcha dicitur d. cap. cleros 21. diſtinct.
4 Primates ✝ verò, ſiuè Patriarcha feuda
conferre poſsũt, paſſim à Doctoribus tradi-
tum eſt, quamuis Gerard. Niger. nullam eo-
rum mentionem faciat in d. cap. vnic. de his
qui feud. dar. poſſ præterea, vt Afflict. ibi in-
quit quod de Patriarcha nulla potuit eſſe
dubitatio, ſicuti de Pontifice Romamo.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio VII.

THEMA.

Archiepiſcopi feuda dare poſſunt & Epiſcoporum maiores ſunt. Communis.

Et quia breuius ſummario alio non opus.

POſt primates, ſiuè Patriarchas, ſunt Archiepiſcopi, qui Epiſcoporum Maiores, & Superiores ſunt, d. cap. cleros 21. diſtin. qui etiam appellantur Metropolitani, vt in eodẽ c. cleros, & Archiepiſcopi à Metropolitanis diſtinguuntur, non à nembro Ciuitatis, quemadmodum Gratianus voluit, in d. cap. cleros. Probuit Iſidor. lib.7. etimolog.

t.t. de

Digitized by Google

tit.de clericis: ſed quod in Metropoli aliqua, hoc eſt in matrice Ciuitate, ex qua Colonia deducta eſſet, iam olim conſtituti fuerint, & quod Archiepiſcopi feuda cõſtituere, & dare poſſint, dicunt Doctores omnes cap. 1. qui feud. dar. poſſ. Borcolt. tit. eodem qui feud. dar. poſſ. cap. 5. num. 9. in fine.

PARTIS QVINTÆ.

Dilucidatio VIII.

THEMA.

Epiſcopi feuda dare poſſunt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi, qui poſt Archiepiſcopos, collocantur vni Ciuitati, & eius vicis praſunt, eorum nomen tam honoris, quam oneris ſunt.*

2 *Epiſcopi inſpectores, & ſpeculatores, dicuntur, & uocantur Epiſcopi, qui panis caterisque rebus venalibus, praſunt.*

3 *Epiſcopus qualis eſſe debet, nè ex idiotis eligatur.*

4 *Epiſcopi non minus, quam primates, ſiuè Patriarcha, & Archiepiſcopi feuda dare poſſunt.*

5 *Placentia nomen ex amenitata impoſitum.*

6 *Clericus vllus ordinatur ſine titulo, id eſt non aſſignatis rebus, de quibus, ſe alat.*

7 *Bona, ſeù tituli ad patrimonium clerici, vt ſe alant, in feudum dari non poſſunt.*

1 EPiſcopi poſt Epiſcopos collocantur, vnus qui ex eis. vni Ciuitati pręſit, & vicis, qui Ciuitati ſubſunt, hoc nomen, non tam honoris, quam oneris eſt, vt teſtatur Diuus Auguſt. in cap. qui Epiſcopatum 8. q. 1. Vaſquius lib. 1. controuerſ. Afflict. cap. 1.
2 num. 26. Larine Epiſcopi ✝ inſpectores, atque ſpeculatores dicuntur; d. cap. cleros. 21. diſtin. ſic ab Arcadio iure conſulto Epiſcopi vocantur, qui panis, cęteriſque rebus venalibus præſunt, l. munerum §. item Epiſcopi cap. de muner. & honor. & de Epiſcopo, qualis, eſſe debeat, dicit Iuſtinianus in nouell. conſtit. 6. vbi inter cętera cõſtituit, nè
3 ✝ Epiſcopus ex idiotis eligatur, nè inquit, qui modo idiota ſit, mox clericus appareat, quæ poſtrema verba, vicem prouerbij obtinere videantur, quemadmodum, & illa apud Vulpianum: Heri ſeruus, hodie liber l. 7. §. 2. de iniur. eadem loquendi figura locutus eſt, Ariſtofanus, cum ait, σ' νῦν μὲν ἱερεὺς, αὔριον δὲ ὕπατος μέγας. Et Diu Hier. ad Occanũ Heri Cathecuminus, hodie Pontifex. Heri in Anphiteatro, hodie in Eccleſia, Epiſcopi
4 ✝ autem, non minus, quam primates, & Archiepiſcopi feuda dare poſſunt, vt in d. c. vnico qui feud. dar. poſſ. Borcolt. d. cap. 5. n. 9. nec obſtat cap. vnic. Epiſcops vel Abbatis, feudum dare non poſſe: ibi enim de titulis agitur, tituli ſunt res, quæ ordinato aſcribũtur, vt inde ſe alat, & Vrbanus Pontifex
5 in Synodo, quam ✝ placentiæ quæ ob amenitate nomen habet. Gunth. cui, quia pulchra ſitu placet, inde placentia nomen Iacob. Cuſacius in cap. vnico de confuet. recti feud. habuit inter cętera cauit, ne vllus cle-
6 ricus ✝ ordinaretur ſine titulo, id eſt non aſſignatis illi certis rebus, vnde ſe alere poſſet, cap. fin. 70. diſtin. nullus ſine titulo
7 ordinetur. Hi tituli ✝ ab Epiſcopis, vel Abbatibus in feudum dari non poſſ. ſi dari fuerint, datio non valet, ex Vrbani decreto, d. cap. vnico Epiſcop. vel Abbat. Borcolt. d. cap. 5. num. 10.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio IX.

THEMA.

Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi Accoliti, Exorciſtæ, Lectores, Pſalmiſti, Hoſtiarij, Clerici, & alij, qui ſint clerici feuda conſtituere, & dare poſſunt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Diaconi, & cæteri clerici ſacrorũ curationem habent, vocantur ſeniores cæteris venerabiltores, quod non tam ad ætatem, quam ad dignitatem referendum.*

2 *Presbyteri, Epiſcopi nominantur, & Epiſcopi nomen commune eſt omnibus Presbyteris ordinatum.*

3 *Epiſcopus, qui cæteros clericos regit, & Presbyteri non amplius vocan-*

 tur

tur Epiſcopi , communis .

4 *Diaconi ſunt miniſtri ſacrorum, quæ in tẽplo aguntur, & oculi Epiſcoporum appellantur.*

5 *Diaconi ſeptem in vnaquaque Ciuitate, & Diaconorum paucitas, honorabiliores, Præsbyterorum turba contempſibile.*

6 *Diaconi licitè dicuntur, & licitè ſunt, qui Aroni Sacerdoti in ſeruirent, & miniſtrarent.*

7 *Subdiaconi ſunt, qui præceptis, & officijs Diaconorum iacent.*

8 *Accolites Comitem ſignificat, & certos funus Comitabantur defunctis.*

9 *Exorciſtæ ſunt, qui a caco dæmone vexatis manus imponebant, & ſollemnitatibus quibuſdam dæmones fugabant exorcizando.*

10 *Lectores ſunt, qui ſacras Scripturas in Eccleſia recitabant.*

11 *Pſalmiſtæ cantores erant, quibus canendi officium ſpectabat.*

12 *Decani vocabantur, qui officium humandorum mortuorum gerebant.*

13 *Parabolani dicebantur, qui ad curandum debilium corpora, deputabantur.*

POſt Epiſcopos Gratianus in d.cap. cle-
1 ros 21.diſtinct. nominat † Præsbyteros
Diaconos, Subdiaconos, Accolitos, Exorci-
ſtas, Lectores, Pſalmiſtas, & Hoſtiarios. Preſ
byteri ſunt, qui ſacrorum curationem ha-
bent, nuncupantur Presbyteri, ideſt ſenio-
res, quod prudentia, & grauitate cæteris
ſint venerabiliores. Hoc enim nomen, non
tam ad ætatem, quam ad dignitatem referẽ-
dum eſt, d.cap.cleros 21.diſtin. Iſidor. lib.7.
etimolog tit. de cleric. ſic Domini feudorum
honoris gratia, ſeniores appellantur in cap.
vnic. quib. mod. feud. amitt. & in cap. vnic.
apud quem, vel quos controuerſ. feud. fitiet
cap. Imperialẽ de prohib. feud. alien. per
2 Lotar. & † Presbiteri paſſim Epiſcopi no-
minantur, d cap. cleros. cap. legimus 93. diſt.
Ac nomen Epiſcopi commune fuit omni-
bus Presbyteris, ſed poſtea placuit vnum
3 eligi, & conſtitui Epiſcopum, † ex Presby-
teris. cuius conſilio omnia gererent, & ad-
miniſtrarent, qui vt à cæteris inſigni alia,
propriaque appellatione diſcerni poſſet,
Epiſcopus eſt dictus, & ex illo tempore
Presbyteri non amplius Epiſcopi ſunt no-
minari Euſeb. lib.6.c.33. Hiſtor. Eccleſiaſt.
& lib.4. cap.34. hiſtor. refert cap. olim 95.
4 diſtin. Diaconi † ſunt miniſtri ſacrorum,
quæ in templo peraguntur ſunſionum
διάκονος enim Grecè. Latinæ miniſtrum
ſonat, & διακονεῖν, ideſt miniſtrare Cano-
nes eleganter Diaconos oculos Epiſcoporũ
appellant in cap. Diaconi Eccleſiæ, & in cap.
Diaconi, qui quaſi 95. diſtin. & tamen Dia-
coni nõ ſolius Epiſcopi, ſed etiam Presby-
terorum miniſtri fuerunt, cap. Diaconi 93.
5 diſtin. & erant in † vnaquaque Ciuitate ſe-
ptem Diaconi, d.cap. Diaconi qui quaſi cum
cap. ſeq. 93. diſtin. Hinc Diuus Hieronymus,
eos ſeptem Angelos Eccleſiarum nuncu-
pabat, vt in d.cap. Diaconi ſunt 93. diſtin. &
alibi ſcribit, Diaconos paucos honorabilio-
res: Presbyterorum turba contemptibilis
eos facit cap. legimus 93. diſtin. alias Diaco-
6 ni † leuitæ dicuntur d. cap. cleros 21. diſtin.
propter ſimilitudinem miniſterij: lege enim
Moſaica inſtituti ſunt leuitæ, vt Aroni Sa-
cerdoti ſeruirent ac miniſtrarent, cap. 1.
7 21. diſtin. Subdiaconi † ſunt qui ſubiacent
officijs, & preceptis Subdiaconorum, & cap.
cleros 21. diſtin. & probauit Iſidor. lib.7.
etimolog. cap. 12. cum enim Diaconi ob
multitudinem negotiorum omniam exequi
non poſſent, ſubdiaconi neceſſitate exigen-
te conſtituti ſunt.
8 Accolitus, † comitẽ ſignificat, ab ἀκολουθεῖν
quod eſt comitor, ſiuè ſequor: comi-
tabantur enim Accoliti funus, certos deſe-
rẽtes, quemadmodum ex nouella conſt. 59.
Hinc Iſidor. lib.7. etimolog. tit. de cleric. leta
Ferrarios appellat, Onufrius tamen Acco-
lithos dici exiſtimat ab α & κωλύω, quod
ſignificat prohibeo, quod probandum non
eſt, nec enim Accolitus ſcribitur, ſed Acco-
9 lutus Exorciſtæ † dicebantur, qui à caco
dæmone vexatis manus imponebant, & ſol-
lemnibus quibuſdam deprecationibus, &
abteſtationibus dæmones frigabant Vulpia-
nus in l.1. ff. medicos de var. & extraordin.
cognit. verbum exorcizare vulgare ver-
bum in poſterũ eſſe ſcribit, quod ipſi Chriſti
ſeptatoribus, qui ſub Claudio Imperatore
Chriſtiani ſũt nominati cũ ante Nazareni,
& Galilei, itemque ex nomine Domini no-
ſtri Ieſus Chriſti ieſſei dicerentur, vt ex
Suida, & Philone, Ioann. Quintinus eduas in
quinto tarone Gangrenti refert intemptus
fuerunt. & Authore Lactantio, Vulpianus
colligit omnia ſcripta Primipum, Chriſta-
nos, vt doceret, quibus pænis affici eos o-
portere, qui ſe cultores Dei profiterentur
Lactantius cap.11. lib.5. Baldin. in commen-
tor. ad edict. veter. Prine. Roman. de Chri-
ſtianis.
10 Lectores † erant, qui ſacras Scripturas
ex geſtis in Eccleſia recitabant, cap. præle-
ctis 25. diſtin. Greci ἀναγνώστας appellant,
hoc munere functum fuiſſe in Eccleſia Iulia-
num Imperatorem, Theod. lib.3. ſcribit.

11 Pſal-

Digitized by Google

21 Pſalmiſtæ † cantores erant, ad eos canē-
di officium ſpectabat d. cap. prælectis 25.
diſtinct.

Oſtiarij, vt nomen ipſum indicat aperiē-
di,& claudendi templum cura mandabatur
eoſque repel'endi,& excludendi, quibus ſa-
cra communio interdicta erat, d cap. perle-
ctis 25. diſtinctio. Grecè πυλωροὶ dicuntur
πύλη quod portam ſignificat. His adiciunt
Imperatores decanos,& parabolanos Deca-
norum meminit Imperator in l. non plures,
& in l. ſub prætextu C. de Sac. San. Eccleſ. &
22 erant † Decani, qui & offerēdorum, & hu-
mandorum mortuorum curam gerebant,
quemadmodum indicat d. nouella 59. in qua
Iuſtinuanus Decanos κοπιάτας appe'lat à
labore ſcilicet funerario κόπος quippe
laborem ſignificat Parabolanorum fit
mentio in l. Parabolanos, C. de Epiſcop. &
Cleric. & ibi Imperator ſimul docet, qui
23 ſint Parabolani, † nempè illi qui ad curā-
dum debilium corpora deputantur, dicun-
tur Parabolani à temerit te, quod ſint te-
merarijs in, ppterea quod in periculis ſæpe
non paruis verſantur frequenti egrorum
cōtractu παράβολος.n. temerariū ſignificat.

PARTIS QVINTÆ.

Dilucidatio X.

THEMA.

Monachi inter Clericos numerantur,ſed Abbates, & omnes clerici, qui Epiſcopo ſunt inferiores, ſi liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem habent, infeudare poſſunt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Monachos Clericos non eſſe, & dicuntur Monachi, qui vitā ſolitariam ducunt.*

2 *Monaſterium dicitur locus, vbi Monachi degunt, & Monaſterium virorum, eſt mulierum Aſcioteriu.*

3 *Monachi Sinodite vocantur Cænobitæ, quod ſocietas ſignificatur.*

4 *Monachi ſimiles ſunt Anachoretæ, & eſicbaſtæ, & hæremitæ in contemplatione, & perfectione vitam agentes: & in Epiſcoporum poteſtate ſunt.*

5 *Abbates inter Clericos numerantur, & ſunt quaſi Patres Monachorum, & Monaſteriorum, ac emandritas appellantur.*

6 *Clerici omnes, qui liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem habent, eius bona infeudare poſſunt.*

1 MOnachi inter Clericos † ſunt nume-
randi,& quidem Sacratiſſimi Impe-
ratores affirmant, Monachos Clericos non
eſſe l. generaliter C. de Epiſcop. & Cleric.
Hinc Monachus Clerico opponitur, in l. ſi
quis Presbyter C. de Epiſcop. & Cleri. l. ade-
ptos C. de Epiſcop. audient. Hinc quoque
Iuſtinianus ſeparatim de Monacis, & Cleri-
cis tractat. in nouell. conſil. 5. & 6. videri li-
cet, dicuntur Monachi, quod vitę ſolitariæ
de'ti ſunt d. l. ſi quis propter C. de Epiſco.
2 & Cleric. & inde Monaſterium † locus in
quo Monaci degunt, ac propriè Monaſte-
rium virorum eſt, mulierum Aſcoterium,
d. nouell. 5. circa finem, in d. l. addictos C. de
3 Epiſcop. Aud † Monaci Sinodite vocan-
tur, vt in Codice Theodoſiano ſcriptum eſt
Cœnobitæ, vtroque nomine vitę ſocietas
ſignificatur, Iſidor. lib. 7. etimolog. tit. de
Monachis, & indè Monaſteria Cœnobia ap-
4 pellantur, Monachi † ſimiles fere ſunt
Anachoretæ, & Eſichaſtæ d. nouell. 5. quos
alios Eremitas vocamus, quoque Ariſtoti-
les, vt Iacob. Cuiacius refert in d. nouell. 5.
ait, aut beſtias eſſe, aut Deos: dicuntur Ana-
choretæ, ſiuè hesychaſtæ, quod ἐν θεωρίᾳ
καὶ τελειότητι διαζῶντες βίον, ἰδιάζον ἔχοντες
οἰκημάτιον, ideſt in contemplatione, & per-
fectione vitam agentes proprias habeát Do
munculas: d. nouell. 5. & ab hominum con-
ſpectu remoti ſunt Iſidor. d. lib. 7. etimolog.
tit. de Monachis ἀναχωρεῖν eſt ſuccedere: &
inde etiam hæremitæ vocantur. Ερημος
namque ſolitudinem ſignificat, licet autem
Monachi inter Clericos non referuntur, ta-
men ſub Epiſcoporum poteſtate ſunt, quē-
admodum Iuſtinianus docet in d. nouell. 5.
5 circa finem: † Abbates vero inter clericos
numerantur, vt in cap. vnico de his qui feu.
dar. poſſ. & in cap. vnic. Epiſcop. vel Abb. &
ſunt Abbates, qui Monaſterijs pręſident
nomen habent ex eo quod ſint quaſi Patres
Monachorum, vt Iuſtinianus innuit in d. no-
uell. 5. Arcomandris appellat & Epiphanius
Patres Monaſteriorum interpretatur in
initio panarij: Nonnumquam Bbbates pro
nobi-

nobilibus accipiuntur. Suidegerus. in cronicis Franciæ Abbates, inquiunt hiſtorici, nō ſunt Monaci, vel Religioſi, ſed Barones, magnateſque quibus Abbatias, vel Monaſteria Principes dant ad tempus, vel quod vixerint Cuiac. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ.

6 Omnes verò Clerici † qui Epiſcopo inferiores ſunt, & de quibus in ſpetie diximus, ſi liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habent, bona ſua in feudum dare poſſunt, atque ita generaliter definiendum eſt, per tex. in cap. vn. de Cleric. qui inue. tit. fac. Laudenſ. in cap. vnic. in princ. num. 80. de his qui feud. dar. poſſ. & hæc de cleris ſufficiunt.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XI.

THEMA.

De laicis, qui feuda conſtituere, & dare poſſunt, &. Primò de Imperatore, qui inter laicos primum locumtenet, eſtque legum ſollemnitatibus ſolutus. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Laici dicuntur, quaſi Populares.*
2 *Imperator inter laicos primum locum tenet, & feuda conſtituere, & dare poteſt.*
3 *Imperator dicitur Dux belli, Iuris Conſultus, & prætor.*
4 *Imperator hodie vocatur ille, qui caput eſt Chriſtianorum, & Princeps dicitur.*
5 *Imperator eſt legum ſollemnitatibus ſolutus, & Princeps, qui primum locum tenet.*

1 Laici † dicuntur, quaſi Populares λαὸς enim Populum ſignificat, Iſidor. d. lib. 7. eſimolog. tit. vlt. & inter laicos
2 primum locum tenet Imperator † Romanus, quem dubium non eſſe feuda conſtituere, & dare poſſe, cap. vnic. quis dic. Dux Marchio, &c. & indubitatiſſimum eſſe, ſcribit Curt. iun par. 2. feud. laicorum in principio, eaque feuda, vel regalia ſunt, vel non regalia, vt ſuo loco dicimus. Imperator
3 verò olim dicebatur Dux belli, ſiuè exercitus, l. 4. de ſtatu homin. §. ſeruitutem inſtit. de iure perſon. & ibi Theophilus Imperator τῶν πολέμων ἡγεμόνας interpretatur, Iuris Conſultus, in l. 5. §. interdū, comodati Prætorem vocat; & veteres omnem Magiſtratum, cui pareret exercitus Prætorem appellarunt, & Tabernaculum eius Prætorium, Aſcon Pedianus, in 3. Verri. Varro lib. 5. de ling. Latina ſextus Textus lib. 14. Prætorem ex eo, quod præiret iure, & exercitu, vt Varro ait, vel, vt Theophilus loquitur παρὰ τὸ προηγεῖσθαι καὶ ἄρχειν in tit. de iur. nat. & ciuil., quod Iuſtinianus confirmat in nouell. 24. & rurſus in nouell.
4 23. Hodie Imperatorem † eum, qui caput eſt Chriſtiani orbis, plerumque nominamus, in ff C. in initio. quin immo in hiſce etiam conſuetudinibus feudalibus Princeps dicitur, tit. de Conſtit. Princ. in ff C. & §. ſed & quod Principi inſtitution. de iur. natur. gent. & ciuili, cap. vnico quis dicas. Dux March. &c. ſic quod dicitur Princeps ll. ſolutus eſt. Princeps intelligitur de ll. de ſolo
5 † Imperatore, qui ll. eſt ſolutus, ideſt iuris ſollemnitatibus, vt in l. 3. C. de teſt. dicitur enim Imperator Princeps, quaſi primum caput, ſecundum Iſidor. lib. 9. et molog. tit. de Regnis, & Militiæ vocabulis: vel quaſi primum locum tenens, ſecundum gloſ. in cap. fundamenta §. proinde de electio lib. 6. cap. 1. de feud. March. Scrader. de feud. p. 4. cap. 1. num. 2.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XII.

THEMA.

Imperator vocatur Princeps, Auguſtus abſolutus Dominus, Cęſar, & etiam Rex Romanorum. Communis, & de nomine Cæſaris.

SVMMARIVM.

1 *Imperator vocatur Princeps, & Auguſtus, quia fines Imperij augeri debet, Sacer, & Maieſtatis plenus.*
2 *Imperator Pater patriæ vocatur.*
3 *Imperator abſolutè Dominus vocatur.*
4 *Cæſar dicitur, qui iam Imperator deſignatus, eſt.*

5 Rex

5 *Rex Romanorum vocatur Cæſar.*
6 *Cæſaris nomen antiquiſſimum eſſe.*
7 *Imperij Societatem Aſciti, vocantur Cæſares,& à Cæſarea,tale nomen dictum.*
8 *Scipio Africanus dictus Cæſar, quia ab vtero matris exſus.*

1 IMperator † dicitur Princeps, vt diximus,habetur,in cap.1.quis dic.Dux Ia-
cobin de feud.in verſ. Princeps appellatur
Imperator Auguſtus,, ideò ſecundum Ac-
curtium, quem vult interpretatur, quod
Imperij fines augere debet: vel quod re-
ctius eſt.quod ſacer ſit,& Maieſtatis plenus
ſextus Textus Pomp.lib.1. Sueton.tranquil
lus in Octauio Auguſto cap.7.iuuenel.à Co-
ſta forti in tit.de obligation. num.27. ſigna-
tur Auguſtus in inſcriptione inſtit. his lite-
ris P. P. A. ideſt perpetui Auguſti nomi-
2 natur Imperator:& † Pater patriæ, & ita
primus omnium, Cicer.dictus eſt coniura-
tione Cathelinaria detecta.& vrbe incendio
liberata. Iuuenalis primum Roma Patrem
patriæ Ciceronem libera dixit: poſtea hoc
cognomen Ciuitas vniuerſa Auguſto detu-
lit,& cum primum præmo eſtia,id non re-
ciperet,poſtea rurſus Valerium Meſſalam
cunctis mandantibus ei delatum eſt: Augu-
ſtus lacrimans reſpondit: Compos factus
meorum votorum Patres conſcripti, quid
habeo aliud Deos immortales præcari, vt
hunc cenſum veſtrum ad vltimum finem
vitæ mihi preſerre liceat? Sueton.in Augu-
ſto cap.58. poſt Auguſtum, alijs Imperato-
ribus idem cognomen tributum eſt. Quan-
3 docunque Imperator † abſolutè Dominus
dicitur l.3. de his que in ſeſtam deferunt
l.pen.ad l.Rod.de iact. idque nomen primus
ſibi vindicauit caligula, diademate capiti
impoſito, vt à textu Anſel. traditum eſt,
Auguſtus imperator hoc nomen tanquam
inuidiens ſemper reiecto,Tertuliano teſte:
4 ſecundus ab Imperatore eſt † Cæſari Cæſar
dicitur, qui deſignatus eſt iam Imperator,
quique Imperium quidem adminiſtrat, ſed
ad Auguſti, ſiuè Imperatoris nutū hodie
5 Regem † Romanorum Cæſarem appella-
mus, vt Ferdinandus viuente Carolo V.
Imperatore,Cæſar Carolus Quintus impera
tor, ſic Maximilianus viuente Ferninando
erat Cæſar Ferdinandus Imperator, in cap.
in multarum legum inſcriptionibus poſt
nomen Imperatoris interdum ſola liter.A.
reperitur, nonnunquam etiam litera C. vt
in l.1.quib.ex cauſ.maior.ita legitur Impe-
rator Antoninus ff. in l. in contractibus C.
eodem legitur Imperatores,Dioclitianus,
Maximianus A.A.C.C. hiſque literis ſigni-
ficatur, Antoninum Imperatorem,ſiuè Au-
guſtum fuiſſe, Dioclitianum verò,& Maxi-
mianum fuiſſe ſimul Imperatores: Ac Mos
6 creandorum † Cæſarum,antiquiſſimus eſt,
iam inde à temporibus ſecundi Imperato-
ris Romani Auguſti receptus: Etenim ca-
ius Octauius Auguſtus, à Iulio Cæſare te-
ſtamento ad optatus,& conſors Imperij fa-
ctus,cuius Iulius Cæſar Octauianus dictus
eſt,Dio.lib.45. Anton. Auguſti lib.3. emen-
datio.c.8. Couarr.in epit.de matrim. ſecun-
de part. cap. 8. inde poſtea alij ad Imperij
ſocietatem Aſciti, Cæſares ſunt appellari:
7 Nomen ipſum † Cæſaris,quidam à Cæſarea
deducūt,cum qua primus eius nominis na-
tus eſt:ſext.Teſt.lib.3. ſpartia in Ælio, verò
alij ab Elephante, qui lingua Maurorum
ceſa dicitur, quem in prælio occidit, qui
primus ſit appellatus eſt Spartia in Ælio
verò,idq; ſeruius illud Virgilij locum lib.1.
Eneydor. diſſerens.

Naſcetur pulchra Traianus origine Cæſar, non nulli ex eo, quod primus eius nominis ſit Cæſar ex vtero matris. Plin. lib.7. hiſtor.matrim.cap.9. ſolin rerum memorabilium,cap.4.ſic Virgil.cap.10.ſcribit.

Lijchem ex vtero matris cæſum Scipio
8 † Africanus quoque ex vtero matris cæſus
eſt: vt Plin. & Solin. in dictis locis referunt
Tiraquell. de iure primog. q. 18. & legibus
cautum eſt, nè mulier prægnans, mortua
humetur,antequam partus eius exitus fue-
rit, ſpem animantis cum ipſa grauida pere-
miſſe videtur, l.2. de mortuo inferendo ibi
dicitur, id eſſe ex lege Regia, cui Gorgias
quidam occaſionem præbuiſſe videtur, qui
ex defunctæ mulieris vtero in ipſo rogo de-
cideſſe ſcribitur: Valer. Maximus lib.10. de
miraculis, Io. Cruceus,in d.l.2. de mort.in-
ferend. & de Cæſare, ſiuè Romanorum Re-
ge nulla quoque dubitatio eſſe poteſt, quin
feuda conferat Borcolt.cap.5. nu.28. in fine
ex alijs.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XIII.

THEMA.

Rex feuda conſtituere,& dare poteſt. Communis.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *REx feuda erigit, & confert, ſicut Imperator.*
2 *Rex differt ab Imperatore, & dicitur à Regendo, & ſubditos, non ſicut libidinem ſed ſecundum iuſtitia regulam regere.*
3 *Antigoni Regis, reſpõſio Barbaris honeſta, & iuſtaque.*
4 *Regem bonum, nihil, à bono paſtore, & iuſta ſunt differre, & honeſti, Ciuitates, & homines felices facere.*
5 *Connubium duarum ſororum cambiſi, non quia iuſtum, ſed alia lege perſarum.*
6 *Principi quicquid placet legis habet vigorem.*
7 *Princeps quicquid agit, iuſtum eſſe cenſetur.*

1 FEuda erigit, & confert Rex, † qui, ſicut,
& Imperator Author feudorum voca-
tur, vt ex cap. vni. §, his enim non agẽtibus,
ibi ad Regem, ſi de inueſtit. inter dom. &
2 vaſalllos oriatur, & Rex † ab Imperatore
diſtinguitur. Dicitur enim Rex à Regen-
do cap. Cleros 21. diſtinct. Iſidor. etimolog.
lib. 9. de Regnis, & militiæ vocabulis: non
quod ex libidine ſua, ſed ſecundum iuſtitiæ
regulam ſubditos regere, & omnia facere
debet: vt præclarè Antigonus Macedono-
rum Rex teſtatus eſt, qui cuidam dicenti,
omnia Regibus, honeſta iuſtaque eſſe, ſunt:
3 per Iouem, reſpondit † Barbarum dumta-
xat Regibus, at nobis ea, dumtaxat honeſta
ſunt, quæ honeſta ſunt, & ea tantum iuſta,
quæ iuſta ſunt, Plutarc. in Apoph. lib. 4. hinc
Xenephon. lib. 8. de pedia Cyri, nihil bonum
4 † Regem à bono paſtore differre: nam, vt
paſtor id præſtare debet, vt pecora ſint, quã
feliciſſima: ità Regem ibidem decet Vrbes,
atque homines felices facere, & ijs vt: Dete-
ſtanda: itaque vox Gynnophiſtarum Perſi-
5 corum, qui Cambiſi † duas ſorores con-
nubio ſibi deuincenti, & Gynnoſophiſtas
conſulenti, nam quandoque ſororum ma-
trimonia iuſta, & legitima eſſe reſpon-
derunt: numquam quidem, ea iuſta, vt legi-
tima eſſe, ſed alia lege Perſarum caueri, vt
6 quidquid Principi † placeret, legis haberet
vigorem, & non Philoſophum, ſed ſcelera-
tiſſimum nebulonem egit Anaxerſes Abde
ritis apud Plutarcum in vita Alexandri dũ
Alexandrum mæſtum, & legentem ab eliſi
à ſe per calorem iracundiæ inter fecti obitũ
his verbis cõſolatur, Eum ea lege viciſſe, vt
Imperaret, ac dominaretur, etiam, vt falſa
quadam opinione, ac perſuaſione animi
deiectus pareret alijs, atque ſeruiret: Ioui
enim Dicẽ, & Themin aſſernere, vt quidquid
7 † à Principe geſtum fuerit, bene iuſtum-
que eſſe cenſeatur. Regem autem apud
Græcos Baſilici vocantur, quod tanquam
Baſes ſuper quo totus innititur Populus.
Iſidor. d. lib. 9 ethimolog. tit. de Regnis, &
militiæ vocabulis.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XIV.

THEMA.

Rex nouas dignitates conſtituere poteſt, de vna Prouincia duas, & de vno feudo duo, & ſolo verbo Ciuitatem erigit, & Doctorem graduat. Communis.

SVMMARIVM.

1 *REx dignitates nouas creat.*
2 *Rex de vna Prouincia facit duas.*
3 *Rex in duobus Regnis, vnum Regem præfigere.*
4 *Rex de uno feudo, duo.*
5 *Rex ſolo uerbo conſtituit Ciuitatem, & creat Doctorem.*
6 *Rex poteſt bona feudalia immutare.*
7 *Rex Baroniam in demanium reddere.*
8 *Rex poteſt facere, uel ducatus, & ſimiles diuidantur.*
9 *Rex transfert Regnum ad filium ſucceſſorem, & Imperator non*
10 *Rex in Regno ſuo iura Imperij habet, & eſt lex animata in terris.*

1 REx nouas † dignitates erigere, & crea
re poteſt, ſecundum Iſern. in cap. 1. §.
ſi quis de manſo, de controuerſ. inueſtit.
Laudenſ. in tract. de Princ. num. 325. Bart. in
l. 1. C. de dignit. lib. 12. in l. 1. de Metropol.
Berito. cum ab eo fluant, & refluant digni-
tates, ſecundum Bald. in cap. 1. quis dic. Dux
2 & de † vna Prouincia poteſt facere duas:
vt in l. ſi aliquam de offic. pro conſ. & legat.
per Iſern. in §. cum autem 5. col. de contro-
uerſ. inueſtit. & in duobus † Regnis vnum
Regem præfigere, ſecundum Rayner. quem
refert, & ſequitur Alberic. in leg. quoties, C.
de precib. Imperat. offerend. eſt tex. in l. in
nomine Domini in 2. col. C. de officio præ-
4 fect. prætor. & de † vno feudo facere plura,
ſecun-

ſecundum Iſern. in cap. an illi qui interfec. fratr. dom. ſui & in cap. 1. de controuer. feu. apud per termin. & in conſtit. Regni hono-
5 rem, ſolo † verbo conſtituit Ciuitatem dixit Laudenſ. in ſua diſputatione, & ſolo verbo creat Doctorem, dicit Aug. in l. 1. C. de ſent. poſt. in hoc nullis ſubijcitur regulis ſecundũ eundem Iſern. in cap. 1. col. 3. de eo qui ſibi,
6 & hæred. ſuis, quia poteſt res, † & bo: a feudalia immutare, etiam contra leges feudales; dicit Alex. conſ. 1. col 6. lib. 1. Albert. Brun. conſ. 6. & Iaſon conſ. 10. & de feud. poteſt facere Burgenſaticum: idem Iſern. d. loco & in cap. §. ſi verò de pace. Iuram. firmam. ſequitur Io. Blanc. in ſumma in tit. quæ reſ. poſſ. in feud. dari in penult. conſ. &
7 † Baroniam in demanium reducere, vt nõ ſit feudum, ſecundum Luc. de Pen. in l. poſſeſſores C. de fund. patrim. lib. 11. & in l. fin. de locat. præd. ciuil. & in l. contra publicam
8 de re milit. lib. 12. & poteſt diſponere, † vt Ducatus, vel Comitatus æqualiter inter filios diuidatur, Iſern. in cap. 1. col. 3. de feud. March. & in cap præterea Ducatus col. 2. &
9 † maior eſt poteſtas Regis, quam Imperatoris cum Regnum tranſmittat ad filium, & Imperator non: vt in cap. licet de voto, & dicit Bald. in cap. 1. §. Præterea. de prohib. feud. alien. per Federic. & Rex habet in Regno iura Imperij, idem Bald. in cap. 1. §. ſacram de pace. iuram. firm. & in prœhem. ff. & eſt lex animata in terris, & poteſt pluſquam lex, vt in cap. cum veniſſet de eo, qui mittitur in poſſeſſ. & in l. ea C. de condit. ob cauſam, plura congerit Curt. Sen. conſ. 50. col. 31. Barbatia conſ. 27. col. 4. lib. 2. conſ. 70. lib. 4. Io. Neuizan. conſ. 12. col. 1. & alia per me in repet. Conſtit. Regni diſputata in ver. Regis. & per Fritiam de ſubfeud. lib. 1. tit. de orig. Baron. num. 27. & ſeq.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XV.

THEMA

Princeps, etiam inferior, qui ab Imperatore, vel Rege Principatum tenet, feuda conſtituere, & dare poteſt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Principatus nomen in uſibus feudorum non adeſt ſed uel ſuas infeudare poteſt.*

2 *Quilibet in re ſua eſt moderator, & arbitor.*

3 *Principis nomen Neapoli incepit ab Imperatore Conſtantino, & nullam habebat iuriſdictionem in dominium, ſed in officium & nomine Imperatoris primum locum tenebat.*

4 *Princeps idem eſt, quod primas, & omnium excelſior, & propriè Princeps dicitur Imperator.*

5 *Principes uerè non ſunt, qui Imperatori uel Regi ſubſunt, & ab eis principatum tenent.*

6 *Princeps in Hiſpania uocatur primogenitus Regis in Regno ſucceſſurus.*

7 *Primogenitus Regis Galliæ non Princeps, ſed Delphinus uocatur, & in Neap. Regno primogenitus Regis uocatur Dux Calabriæ.*

8 *Princeps dicitur primus alicuius gentis artis, uel officij, & magiſtratus, qui primam habet prærogatiuam.*

1 DE Principatus † dignitate in vſibus feudorum nulla fit mentio, quia à Lõgobardis, & tempore eorum iurium, talis dignitas non fuerat cognita, ſed tantum fit mentio de Capitaneis Ragis, ſiuè Regni, vt ſunt Duces, Marchiones, Comites, & Barones, vt in cap. vnic. § 1. de his qui feud. dar. poſſ qui omnes earum res, quas liberas habent in feudum erigere, concedere, & dare poſſunt, nulli dubium eſſe debet, cum quili-
2 bet † in re ſua eſt moderator, & arbiter vulgata l. in re mandato C. mandati, dignitates enim Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, Regales eſſe dicit tex. in cap. Imperialem, §. Præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Federic. & hæc Principatus dignitas, quę maior eſt Ducatu, non reperitur, neque vt feudi conceſſio, neque vt titulus officij, vt militiæ aſſignatio, vel militaris præpoſitura officij, prout aliæ dignitates ſumpſerũt exordium, ſed dicta dignitas, poſteriorem vſu cępit initium apud Germanos, & Gre-
3 cos, vt Neapolis Princeps, † ab Imperatore Conſtantino cępit, & Princeps nullam habebat iuriſdictionem in dominium, ſed in officium, eo quia Imperatoris nomine tenebat primum locum, & illius vice Magiſtratum Ciuitatis gerebat, vt videtur probari in tex. l. Spada §. ſi Ciuitatis Princeps: de excuſat. tut. de quo per Zaſ. in l. Princeps

de

4 de legib.& † Princeps idem, quod primas, & omnium excelſior, & propriè Princeps dicitur Imperator, vt notatur, in tit.de. legib & conſtit.Princ. & in §.ſed quod Principi inſt t. de iur.nat.gent.& ciuil. Alij abu-
5 ſiuè dicuntur Principes, † qui à Rege, vel Imperatore Principatum tenent infeudum, vt notatur per gloſ. in Clem.1. de Baptiſm. vbi Doctores, & propriè non ſunt Principes illi, qui ſunt Regni ſubditi, cum non sũt primi & primiores ſecundum eius ſignificationem, & appellationem, cum Principes nõ ſint, niſi ab Imperatore Principatum tenẽtes, & non à Rege, licet in quibuſdam ſint, vt habetur in d. Clem.1. vbi Doctores & in
6 † Hiſpania, Regis primogenitus viuo patre in Regno ſucceſſurus, appellatur Princeps, & in Gallia Delphinus, & in Neapolitano Regno Dux Calabriæ: & de Principatus dignitate habetur in l.4.C.de Princ.agent.in Rab. vbi Luc.de Penn.& per Iacobin.in inueſtit.in verſ. Princ.Pedemontæ d. Clem.1. latè per Boſſ.in tit.de Princ. ac per Friciam de ſubfeud. lib.2. tit.quis dic. Princeps: vbi
8 quod † Princeps alicuius gentis, artis, vel officij Princeps dicitur, & Princeps Ciuitatis, & Princeps Magiſtatus, erat, qui primã habebat ſententiam.& prærogatiuam, quam Romani vocabant primæ ſententiæ, de quo Cic. lib. 1. Epiſtol.ad attic. Lutius Florus cap.48. Mozz.de feud.in tit.de his qui feud. dar.poſſ. ſub num.17. ac, illi ſunt Principes de Principatus dignitate cum feudo, à Rege, vel Imperatore inueſtiti ſunt, & ità appellantur, qui Duces, Marchiones, & Comites, præcedunt.

PARTIS QVINTÆ.

Dilucidatio XVI.

THEMA.

Dux, etiam Regi ſubditus, bona ſua libera in feudum conſtituere, exigere, & dare poteſt. Communis,

SVMMARIVM.

1 *DVx dicitur, qui de Ducatus inueſtitus eſt dictus à, ducendo, gubernando Populum & exercitum.*

2 *Duces Auſtriæ hodie primum locum in Imperio Romano tenent.*

3 *Dux Florentiæ poſt Arceducam Auſtriæ ipſe eſt, & propterea magnus Dux Etruriæ appellatur.*

4 *Duces alij inter cæteros nullam eſt differentia, ſed in ſedendo & procedendo ſeruatur ordo antiquitatis, & electionis.*

AB Oberto de Orto, is dicitur, quod ſit Dux, qui de Ducatu inueſtitus eſt. Mozz. de his qui feud. dar. poſſ.num.16. dictus, à ducendo ideſt regendo & gubernãdo, ne dum Populum, ſed, & exercitum in gerendis bellis, & de Ducatu inueſtiebãtur, & exercitui præeſſent, eumque ducerent nobis l.ducens C.de offic.militi duc.vel dicitur Dux, quia alios ad virtutem ducit, & ad originem rei reſpiciens, Frit. de ſubfeud. lib.1. quis dic. Dux num.8 Ducem ex inde appellatum ſcribit, quod ipſe Ducet
2 alios ad virtutem; hodie inter Duces † ſummum locum in Imperio Romano obtinet, Dux Auſtriæ, qui ob id Arciduces appellãtur, quod dignitatem ipſe tribuit cæteris
3 Ducibus maiorem, poſt quem, eſt † Dux Florentiæ, qui propterea magnus Dux
4 Etruriæ vocatur: inter cęteros † autem Duces nulla eſt differentia, ſed in ſexionibus ſeruatur ordo antiquitatis, & electionis, & de hoc non eſt dubium.

PARTIS QVINTÆ.

Dilucidatio XVII.

THEMA.

Marchio feuda; & exigere, & alijs, quibus, vel dare, & concedere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *MArchio dicitur, qui de Marchia, ſeù Marchionatu inueſtitus eſt.*

2 *Marchiones dicuntur, quia pro finibus Imperij tuendis inueſtiebantur, & eligebantur.*

3 *Marchio appellatur liminarca de iure Romano, quia fines Imperij cuſtodiebat.*

4 *Marchio dictus à Marchio, id eſt equus, vt Marchio ſit, quaſi equitum præfectus, & nu.6.*

5 Mar-

5 *Marchiones ſunt præfecti, ſiuè Iudices limitum alias dicti Margrauij Pargrauij Palatij Raingrauij, Bargrauij arcis præſi dijue præfecti.*

6 *Marchio equum militare etiam vocatur.*

7 *Marchio ſignificat equum quod commeſtabile, quod Comes, hoc eſt quod præfectus ſit ſtabuli vel comeſtabulum, quod cuneus ſit ſtabilis.*

1 QVi de Marchia † inueſtitus eſt, Mar-
chio dicitur, Marchia autem, non à
mari quod plerique interpretes in
2 cap. 1. quis dic. Dux voluerunt, ſed à † fini-
bus potius denominata videtur, qui tamen
fines mare plerũque alludebãt, tex. eſt in d.
c. 1. quis dic. Dux & eo quod Marchionis fini-
bus Imperij Romani tuẽdis p̃fecti eſsẽt: ità
eſt Marchia Brãduburgẽſis Marchia Siriæ:
Marchia Morauiæ: Marchia Bãdiẽſis, Hinc
nõ ineptè dicit Odofred. in ſum. qui feu. dar.
poſſ. vulgare eſſe apud. Francos, vt Marchio
3 † appellatur de iure Rom Liminarca, ſeù fi-
nis Imperij cuſtodiendi, per Liminarcha, C.
de ſeru. fug. & l. non ideò C. de liber. cauſ. Ol-
4 dendorp. de benefic. action. videtur † ap-
pellari à Marchia, id eſt equãs, vt Marchio
ſit, quaſi æquitum præfectus, quod idem
placuit Alciato in perarg. exiſtimanti hoc
vocabulum eſſe celticum, quo marchira ac-
cipitur prauitate: quæ notatio Marchionis
incepta eſt, Vulteius cap. 4. poſt num. 12.
5 fol. 59. & Marchio † nomẽ eſt à Germani-
co, March, quod limitem ſignificat: Hinc
Feldimach, apud Crantziũ, in Vanda lib. 3.
6 cap. 16. Marchiones † ſunt præfecti, ſiuè Iu-
dices limitum, quod euidentius Margrauij
nomen oſtendit, grauio quippè, ſiuè graphi-
co, vt Paul. Diacon. lib. 5 hiſtor. Longobard.
Author eſt, idem eſt, quod Iudex inde Mar-
grauij limitũm Iudices, ſiuè præfecti Lãd-
grauij Prouinciç præfecti, ſiuè Iudices: rein-
grauij rhenĩ præfecti, ſiuè iudices: Barggra-
uij arcis præſidijue præfecti. Veteres Ger-
7 mani, & Galli, item March, equum militare
vocarunt, & apud Beatum Renanum lib. 2.
obſeuationum rerum Germanicarũ, & leg.
Alemannorum tit. 80. & inde Alciat Mar-
chio, præfectum æquitum interpreta tus
eſt, Leruum, vt notat, Marchio, quod ſignifi-
cat equum, vel etiam commeſtabile, quod
Comes, hoc eſt, quod prçfectus ſit ſtabuli, Cu-
iacius in c. vn. de his qui feud. dar. poſſ. Fritia
de ſubfeud. cap. quis dicatur Marchio nu. 2.
commeſtabulum rectius putat dici comme-
ſtab. quod cuneus ſit ſtabilis, vel caput cu-
nei ſtabulis, id eſt conſtantis, & fortis, idque
Fritia ſequitur vbi ſub nu. 20. Borcolt. de
feud. cap. 4. nu. 33. & ſeq.

PARTIS QVINTÆ.

Dilucidatio XVIII.

THEMA.

Comes etiam Regi Imperatori, vel alteri ſubditus feuda erigere, & cui vult dare poteſt.

SVMMARIVM.

1 *COmites olim Præſides, vel Præfecti erant, poſtea Comites dicti à comitando, eo quod Imperatorem comitabant.*

2 *Comes Dominum ſuum comitare, & ſequi debet, & ſunt vaſalli, quales hodie ſunt Conſiliarij, vel miniſtrantes ad menſam.*

3 *Comites hodie illi ſunt, qui de comitatu ſuo inueſtiti, & in ſuis terris ſunt Capitanei Regis eius loco.*

4 *Comites poteſtatem, quam Imperator in toto Orbe exercere poſſunt, etiam ſtatuta generalia iuri communi derogare.*

5 *Lex benè à Zenone C. de quatrien. Præſcrip. habet loca in ducibus, Marchionibus, & Comitibus, quia æquiparantur Imperatori.*

1 COmites ſunt, qui olim † Præſides, vel
Præfecti erant, poſtea Comites dicti,
quod vel ſacrum Comitatum, qui eſt Impe-
ratoris obſeruarunt, vel ex eo comitatu
mitterentur, vt ſcribit Cuiacius, in paralit.
Card. lib. 1. tit. 32. item Comes dicitur, à co-
mitando, ſequendo, l. item apud Labeonem
2 ff. Comite de iur. iuran. quod † Comes Do-
minum ſuum comitari, & ſequi teneatur,
Cornel. Tacit. in lib. de morib. German Co-
mites ſunt vaſalli, inquiens Germanis ſem-
per multi fuerunt Comites, ſiuè vaſalli qui
comitabantur Principem, Borcolt. cap. 2.
num. 15. & à comitando, & Auguſtum in
Prouincijs proficiſcentẽ comitabant, qua-
les hodie ſunt Conſiliarij, vel miniſtratores
ad menſam, vt de menſa Ammiani Olden-
dorpij Zatij, & Budæi ſcribit Fritia de ſub-
feud. lib. 2. quis dic. Com. col. 3. ſed hodie il-
3 li dicuntur † Comites, qui de comitatu in-
ueſtiti ſunt ab Imperatore, Rege, vel alio in
territorio conſtitutus ſuperior eſt, vt per
Doctores in cap 1. quis dicat, Dux & cap. 1.
de feud. March. & in prælud. feud. Parif. de
integrat. feud. in princ. & comitatus dicitur
territorium plurium villarum, vel Caſtro-

rum Fritia d.lib.2. de ſubſeud.cap.quis dicatur Comes nu.25.29.30. amplè de comite, & comitatu Bald.in d.cap.1.quem ſequitur Socc.conſ.165.lib.2. qui Comites Capitanei Regis ſunt in ſuis Terris loco ipſius Regis, ſiuè Imperatoris Romani, & ideò eam po-
4 teſtatem, † quam Imperatores in Imperio in ſuis territorijs exercere poſſunt Rolan. à Vall.conſ.86.num.20.& ſeq,lib.1. Paul.de Caſtr.conſ.34.incip.ſup primo dubio lib.2. dicit, quod Duces Comites,& ſimiles habẽtes dominiũ tẽporale ꝑpetuũ habẽtur loco Principis in ſuis tarritorijs; & ideò poſſunt in ſuis territorijs facere omnia, quæ imperator in vniuerſo Orbe facere poteſt: ſubdens, quod poſſunt condere ſtatuta generalia iuri communi derogantia, Alex. conſ.1. num.29.lib.5.Crauett. conſ.35.incip. verba decreti Principis num.2.Ruyn. conſ.28. intelligentia dicendorum num.17.lib.1. & conſ.48.incip.videretur fortaſſis circa finem
5 lib.4. vbi dicit, quod lex † benè à Zenone C. de quatrien. præſcript. locum habet in Ducibus, Marchionibus, & Comitibus,quia æquiparantur Imperatori,& Regibus,Roland.à Vall.conſ.91.num.17.& ſeq.lib.2. & conſ.1.num.49.& ſeq.lib.3. Cæphal.conſ.58. num.65.lib.1. & hæc eſt communis Doctorũ ſententia firmat Laurent. Kircho centur.6. commun.opin.concl.58. quæ tamen magno errore, intraducta recepta,& approbata eſt,& Iacobin. de feud. in verbo, & cum piſcationibus num.2.affirmare non dubitauit, refert Borcolt.d.cap.5.num.37.in fine.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XIX.

THEMA.

Comites de comitatu, ſiuè territorio inueſtiti non ſunt verè Comites, & ſunt vti Imperator Grecorum Rex Scaccorum, Comites Lombardiæ, & Doctores ignorantes. Communis.

Quia breuis prædicta pro ſummario.

COmites de Comitatu, ſinè territorio inueſtiti,& poſſeſſionem non ceperint, nõ dicuntur propriè Comites, Iſern. in conſtit.proſequentes,& abuſiuè dicitur Comes qui Comitatum non poſſidet,vt per Scribẽtès in d.cap.1.quis dic.Dux &c.alias dicatur nudo nomine Comes titularis, & Abbas titularis Ordinis Sancti Benedicti, & Epiſcopus nulla tenenſis, & Canonicus in erba, qui ſine præbenda eſt, vt in cap. Relatum de præbenda de Rege Scaccorum de Imperatore Græcorum in cap.pudor.32.q.2.in cap. venerabilem in verſ. tranſtulit. de electiòn.& de Doctore ignorante, Angel.in l.1. ff.pueritia.de poſtuland. & Fritia de ſubſeu. d.cap.quis dic. Comes num. 40. & Comites Lombardiæ,vt per conſenſum in cap. grãdi de ſuppiend.neglig.Prælat.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XX.

THEMA

Comites Cõciſtoriales ſacri Palatij rei militaris, ſacrorum largitionum Palatini, & rerum priuatarum, qui ſint, & eorum officia.

SVMMARIVM.

1 *Comites Conciſtoriales eorum officium eſt ad Principis iuris peritos, & alios introducere in Conciſtorio Principis.*

2 *Comites Sacri Palatij ſunt propoſiti cuſtodiæ conſeruationis, & ornamenti Sacri Palatij Imperialis, legitimant ſpurios dant tutorem,creant Tabelliones,& aliqua, ut in priuilegijs.*

3 *Comites Palatini habentes poteſtatem filios naturales, exceptis filijs naturalibus Ducum, Marchionum, & Comitum extenditur etiam ad filios ipſorum met Comitum.*

4 *Comites rei militaris, qui Imperialẽ exercitum ducunt,& hodie uocantur Capitanei exercitus.*

5 *Comites Sacrorum largitionum, & eſt ſecretus Principis Theſaurarius,qui ſuo nomine in Comitatu eleemoſinas faciebat, & tributa exigebat, ex quibus ſtipendia militibus ſoluebat.*

6 *Comes rerũ priuatarum habet curam rerũ fiſcaliũ, quæ expenduntur ad commodum Principis & non ad publicam utilitatem, & ipſe conſtituit procuratorem Cæſaris, qui ſibi computa redit.*

Comi.

COmites Conciſtoriales Sacri Palatij, ſunt
quia Palatio conſtituti, vel quia in co
militant, ideſt ſeruiunt, vt Cod. de priuileg.
eorum, qui in Sacro Palatio milit. lib. 11.* &
1 ſecundum Luc. de Pen. in reb. C. de † comit.
conciſtor. lib. 12. horum officium eſt conuo-
care ad præceptum Principis, vel quæſtoris
peritos, vel alios, illoſq; introducere in Cõ-
ciſtorio Principis, ità etiam Caſſan. in Cata-
log. glor. mund. par. 6. conſid. 13. idem dicē-
2 dum eſt in Comitibus † Sacri Palatij, quī
dicuntur prepoſiti cuſtodiæ conſeruationis,
& ornamento Sacri Palatij Imperialis, ſe-
cundū Luc. de Pen. in l. 2. c. 4. Præpoſ. & tri-
butar. Scolar. lib. 2. & iſti Comites impro-
priè habēt poteſtatē ligitimādi naturales, &
ſpurios, dādi tutorē, & creādi Tabelliones,
& alia faciendi, prout in eorum priuilegijs
eſt conceſſum, Gloſ in l. 1. ff. de tutor. & cu-
rat. dand. ab his, Bald. in cap. 1. verſ. Comes
quis dic. Dux March. vel Comes, & Iacob.
in inueſtit. in verſ. Comes num. 1. vbi infert
ad quæſtionem de facto habentium, cuiuſdā
3 Comitis Palatini † habentis poteſtatem
legitimandi filios naturales, exceptis filijs
naturalibus Ducum, Marchionum, & Comi-
tum, ſi extendebatur ad filios naturales ip-
ſius met Comitis Palatini, & aliorum huiuſ-
modi Comitum, & licet aliqui dicerent,
quod ſic, tamen contrarium eſt verius, quia
illa verba exceptis filijs Ducum, Marchio-
num, & Comitum debēt intelligi de his qui
ſunt propriè Comites. arg l. 1. §. qua in per-
petuum ff. ſi ager vectigal. vel emphite. pe-
tat arg. §. ſed quoties inſtit. de iure. naturali
cum de filijs veri Comitis, intelligi debet
exceptio. Ergo Comes Palatinus aliorū na-
turales filios iuxtà ſuum Priuilegium legi-
timare poteſt, ſunt & alij impropriè Comi-
4 mites, vt † Comes rei militaris, qui Impe-
rialem exercitum in aliqua Prouincia du-
cunt, vt in l. 1. C. de Comit. rei milit. qui ſe-
cundum Lucam de Pen. in l. fin. C. de re mil.
& Iacob. Rebff. hodie vocantur Capitanei
5 exercitus, eſt, & Comes † ſacrarum largi-
tionū, vt in l. ſiuè ex prætoriam, C. de execut.
& exactoribus lib. 12. & in l. viros deuotos
C.'de Palat. Sac. largit. & ille dicitur, qui eſt
ſecretus Principis Theſaurarius, Caſſan. in
catalog. glor. mund. par. 6. conſider. 14. &
iſte Comes ſacrarum largitionum faciebat
eleemoſinas ſuo nomine in Comitatu, &
tributum exigebat, ex quo ſtipendium mili-
6 litibus ſoluebat. Item eſt Comes † rerum
priuatarum, de quo in l. 1. de offic. comm. re-
rum priuat. iuncta l. fin. C. de aſſeſſor. qui ha-
bet, curam gubernandi res fiſcales, quæ cō-
uertuntur ad commoditatem Principis, &
non expendūtur ad commoditatem, ſeù vti-
litatem publicā, ſecundum Lucam de Pen.
in l. ſi quādo C. de bon. vacā. li. 10. & l. 2. C. de
pet. bon. ſublat. lib. 10. Hic conſtituit pro-
curatorem cæteris, qui ſibi computa re-
dit. l. 1. C. de iur. fiſci lib. 10. hic magiſter di-
cebatur, & alios ſub ſe habebat.

PARTIS QVINTÆ

Dilucidatio XXI.

THEMA.

Comes domus, qui hodie maior domus dicitur, Comes ſollemniorum: Ludorum: formarum limitatorum, ſepulcrorum, horreorum Sacri ſtabili tribuni ſcolarium ſtabilis Doctorum qui ſint, & eorum officia.

SVMMARIVM.

1 *COmes domus, qui eſt maior domus, qui habet cognitionem, inter domeſticos, & pacem procurare inter aulicos.*

2 *Comes ſollemniorum, qui hodie non multum differt à magiſtro cerimoniarum.*

3 *Comes ludorum, qui Lattinæ deſignator dicitur.*

5 *Comes formarum, qui præbtrat canalibus fontibus, & fluminibus.*

5 *Comes limitanei, tam in limitibus Prouinciarum, quam in mari, qui plures ſub ſe habebat tributos, & præfectos.*

6 *Comites matrimoniorum erant, qui nè incita matrimonia contraherentur curam habebant, quod hodie ad Prælatos Eccleſiæ ſpectat.*

7 *Comes ſepulchrorum, qui curam ſepulchrorum, habebant.*

8 *Comes horreorum, purgandi horrea curam habebant, & coquendi panem Principis, & poteſt dici Præfectus Annonæ.*

9 *Comes ſacri ſtabuli, qui præfectus eſt ſtratoribus, equis ferrandis, ſellis, & frænis accomodandis, & protoſpataros vocabant, & num. ſeq.*

10 *Comites ſcholarium, ſiuè epularum, qui curam habent, quæ epulæ Regem dilectāt, quorum plures gradus erant.*

11 *Comes ſtabilis, Princeps militiæ eſt in Regno hoc.*

13 *Comites Doctorum qui per annos viginti legerunt in ſcholis, & fiunt à lege.*

COmes domorum Principis, ſiuè aliorũ
1 hodie eſt maior † Domus, vel ſenes
caſus, qui officium irenarchæ gerit, & habet cognitioné cauſarum inter Domeſticos, pacem procurat inter aulicos Principis, punit & emandat facinora curialium, & domeſticorum, vt in l. 1. C. de Irenarchis lib.
2 10. item eſt, & Comes † ſollemnium, qui ho
die non multum differt à Magiſtro cerimo-
3 niarum, item Comes ludorum, † qui La-
tine deſignator dicitur, de quo in tit. de off.
4 Comit. Oriental. item Comites † formam
qui præhebant canalibus, fontibus, & fluminibus, per Caſſiodor. lib. 7. item Comi-
5 tes † limitanei tam in limitibus Prouinciarum cõſtituti, quam etiam in mari, qui plures etiam ſub ſe tribunos, & Præpoſitos ha-
6 bebant, item Comites † matrimoniorum,
qui curam habebant, nè in licita contra arborem conſanguinitatis contraherentur, quod munus hodie ſpectat ad Prelatos Ec-
7 cleſiaſticos, item Comes † ſepulehrorum
qui curam habebat ſepulchrorum, item Co-
8 mes † horreorum curſor Priſtini Principis,
habebat curam purgandi horrea, & coquẽdi panem Principis, & poteſt dici Præfectus
9 Annonæ, item Comes † ſacri ſtabuli, qui
Præfectus eſt ſtratoribus, ideſt equis ferrãdis de frenis, & ſellis, ſecund. Iacob. Rebuff. in l. 1. C de Com. & trib. ſcolar. ibique etiam appellatur, & dicitur alius Comes, ſiuè ſco-
10 larium † tribunus, per quandam ſimilitu-
dinem, qui curam habet æpulæ Regis, vt ſtudeat, ſicut ſcholaris, quæ æpulæ delectant Regem, ſeù Imperatorem, & alio modo dicitur tribunus, ſiuè præfectus æpularum, & hi erant plures, & inter eos erat primus gradus, & ſecundus, & Præcop. appellat Co-
11 mitem Stabuli † Protoſpatarios tribunos
ſtabuli, hodie magiſter ſtabulis dicitur; repe-
12 ritur etiam Comes † Stabulis Princeps Mi-
13 litię in Regno, item dicũtur Comites † Do-
ctorum, qui legerunt per annos viginti in ſcholis, & efficiuntur Comites Palatini à lege, vt in l. 1. C. de profeſſ. Bart in l. 1. C. de dignit. Iſidor. lib. 7. etimolog. cap. 1. & iſti dicuntur impropriè Comites cum verè Comes ſit ille, qui de Comitatu inueſtitus eſt, & poſſeſſionem adhibuit, de quibus Comitatuum ſpeciebus latius per Fritiam in d. c. quis dicatur Dux nu. 1. & pluribus ſequentibus.

PARTIS QVINTÆ.

Dilucidatio XXII.

THEMA.

Comitatus dicitur territorium plurium caſtrorum, & villarum, & debet deſignari in ciuitatibus non in villis, & expulſus à comitatu dicitur verè comes, licet comitatum non poſſideat. Communis.

SVMMARIVM.

1 *COmitatus dicitur territorium plurium caſtrorum, & villarum.*
2 *Comitatus dicitur tantum ſpatium, quantum tenet vnus comes, & diſtrictus vnius ciuitatis, in qua reſidet Epiſcopus.*
3 *Comitatus debet deſignari in ciuitatibus, non in villis, & oppidis, ſed in multitudine Populorum, ſicut ſi eſſet Caput Prouinciæ, quod hodie male ſeruatur.*
4 *Comes expulſus à Comitatu, adhuc comitatum retinet, & verè dicitur comes.*
5 *Comes eſt, & dicitur ille, qui comitem à comitatu expulit, quamuis ipſe comitatum poſſideat.*

1 COmitatus dicitur † territorium pluriũ
caſtrorum, & villarum, vt per Felin. in cap. Rodulfus in verſ. Comitatus deſcrip. Luc. de Penn. in l. ſi quis decurio, col. 1. C. de
2 decurion lib. 10. item † Comitatus dicitur
tantum ſpatij, quantum tenet vnus Comes, & eſt Comitatus diſtrictus alicuius Ciuitatis, in qua eſt Epiſcopus ſecundum tex. in c. Prouincia, & ibi gloſ. in verſ. Comite 99. diſtinct. & ſecundum illum tex. Comitatus
3 † debet deſignari in Ciuitatibus, & non in
villis, vel oppidis, & debet conſiſtere in multitudine Populorum, caſtrorum, ſicut ſi eſſet Caput Prouinciæ, quod hodie malè ſeruatur in Regno, Caſſan. in catalog. glor. mund. par. 6. conſiderat. 43. poſt Afflict. in proœm conſtit q. 26. & Fritia d. tit. quis dic. Comes num. 30. Mozz. de his qui feud. dar. poſſ. fol. 47. & ſeq. vbi in verſ. ex quo infer-
4 tur, dicit quod, ille qui eſt † expulſus à Co-
mitatu dicitur verè Comes, licet Comitatũ non poſſideat, Bald. & Cardin. d. cap. 1. quia

ſemel

ſemel fuit de Comitatu inueſtitus, & de iure conſecutus eſt Comitalem dignitatem, vt por Iacob. de Sancto Georg. in verſ. Comes Caſſan. in conſuetud. Burg. in proœm. & in catalog. glor. mundi par. 5. conſiderat. 49. & ideò decreta, & ſtatuta per ipſum facta durant, ſecundum Alberic. in l. 2. §. ex actis ff. de orig. iur. ſ. cus, ſi eſſet Tirannis per l. Decernimus C. de ſac. ſan. Eccl. Siluan. in tract. de Princ. nu. 64. & per conſequens ille,
2 † qui expulit aliquem de Comitatu, non dicitur verè Comes, quamuis Comitatum poſſideat: quia cum eo non concurrit diſpoſitio iuris, per inueſtituram veram, vel ſaltim præſumptam, & nomina iuris deriuātur à veritate, non à præſumptione, vel abuſu, ſecundum Bald. ſupra citato loco, cū dignitas eadem, non poſſit eſſe penes duos Bal. in l. 1. ff. de off. conſul. & notant in cap. 1. §. Præterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Federic. Bal. in l. inter tutores ff. de adminiſtrat. tutor. non poteſt eadem dignitas penes vnum conſiſtere de facto, & penes alium de iure, dicit Fritia d. cap. quis dicatur Comes num. 26. in fine ac Mozz. vbi ſupra ptopè num. 17.

PARTIS QVINTÆ.

Dilucidatio XXIII.

THEMA

Filius Principis, Ducis, Marchionis, & Comitis, viuente patre Princeps, Dux, Marchio, & Comes appellatur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Filius Principis, Ducis, Marchionis, & Comitis, vel Regis, viuente patre poteſt appellari Dux, Marchio, Comes, Princeps, vel Rex impropriè.*

2 *Princeps, Dux, Marchio, Comes, ſi citatur pro cauſa capitali, debet citari & eorū filij ſucceſſores, cum habeat dignitatem paternam ſaltim in ſpe.*

3 *Comes dicitur Præſes ſuæ Prouinciæ, ſiuè territorij ſibi conceſſi.*

4 *Comes, ſiuè alius titulo decoratus in ſumma poteſtate, ex quo in ſuo territorio habet merum, & mixtum Imperium.*

5 *Comes in Regno poteſt appellari iuſtitiarius.*

1 Filius † Principis, Ducis, Marchionis, Comitis, vel etiam Regis viuente patre, poteſt appellari Princeps, Dux, Marchio, Comes, vel Rex firmat ex alijs Moz. de feud. tit. de ſucceſſ. feud. prope num. 17. ſed impropriè ad quod facit tex. in l. in ſuis verſ. quodammodo ff. de liber. & poſthum. & filius eſt Rex Princeps, Dux, Marchio, & Comes, in ſpe, ſed non in re, ſecundum Iacobin. in verſ. Dux verſ. dubitatur, & in verſ. Comes num. 2. & inquit ità eſſe intelligendam gloſ. in cap. fin. 24. q. 1. de Comitiſſa Matilda, & hinc poteſt eſſe,
2 quod quando citatur Princeps † ſiuè Dux & precisè ꝓ cauſa comitali, pro qua eſſet priuandus Principatu, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus debent citari, & eorū filij primogeniti, quia dicitur Princeps, Dux, Marchio, & Comes, ſaltim in ſpè, vt Tiraquel. in tract. de primo genitura q. 33. Fritia dicto cap. quis dicatur Comes
3 num. 24. & Comes dicitur † Præſes ſuæ Prouinciæ, ſiuè territorij conceſſi, vt colligitur in cap. neminem 3. q. 6. & in cap. 1. de inueſtit. inter domin. & vaſall. lis oritur Cepoll. in l. pupillus §. territorium verbor. obligat. & gloſ. in in cap. neminem q. 6. exponit Prouincias id eſt Comitatus, quam ſequitur Luc. de Pen. in rub. C. de Comit. qui Prouinc. regunt, & de Prouincia plenè Alex. in l. 1. §. ſiuè autem de nou. opc. nunt. & Felin. in cap. Rodulfus in verſic. Comitatus, & ſecundum Iſern. in cap. 1. verſ. contrahentium inceſtas nupt. 5. col.
4 dicitur conſtitutus † in ſumma poteſtate, ex quo habet in ſuo Comitatu merum, & mixtum Imperium: in cap. 1. §. ſi quis aliū in verſ. hæreditatem, de pace ten. & conſt.
5 edictorum in 4. col. & in Regno † poteſt appellari iuſtitiarius, vt dicunt Moderni in conſt. pœnam eorum in 2. q. & in proœm. conſtir. 2. q. & ideo ſecundum eos Prætorium dicitur eius ſtatutum, & non lex ciuilis cum ſubſit alteri, vt concludit Iaſon. in l. ſtipulationum col. 5. de verb. obligat, Caſſan. in catal. glor. mundi par. 5. conſide. 52. Fritia in loco iam dicto nu. 39.

Digitized by Google

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XXIV.

THEMA.

Comes in Parlamento, & ſexionibus Regijs habet honorem in ſedendo, & præcedit Barones, milites, & nobiles. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Comes habet honorem in ſedēdo, in Parlamento, & ſexionibus, & præcedit Barones milites, & nobiles.*

2 *Comes in Francia, & in Alemania præcedit Marchiones.*

3 *Comitis & Baronis æqualis eſt dignitas in Germania.*

4 *Comitis dignitas in ſcriptura diuina maior erat.*

5 *Comes, & Baro præcedit illum, qui tantum comes eſt.*

6 *Doctor, & miles præcedit ſimplicem Doctorem.*

7 *Duo vincula magis ligant.*

1 IN parlamento, † & alijs Regijs ſexionibus Comes habet honorem, & præcedit Barones nobiles, & milites, vt in c. grandi de ſupplend. negligen. Prælat. in c. fundamenta de electione in 6. & ſecundum Luc. de Pen. in rub. C. de Comit. conciſtor.
2 lib. 12. † in Gallia, & in Alemania Comes præcedit Marchiones allegat Hoſtienſ. in ſumm. de pen. & remiſſ. §. quibus verſ. cui Marchio, quia ſic eſt conſuetudo, vt dicit Caſſan. in catal. glor. mundi par. 5. conſider.
3 47. & in † Germania Comitis, & Baronis æqualis eſt dignitas ſecundum Federic. Alemanum in cap. 1. quis dicatur Dux, ſed in Scriptura Sacra, † & diuina maior erat dignitas Comitatus: Nam ille qui erat Princeps militiæ dicebatur Comes Regis, vt in 11. Reg. cap. 20. ecce qui voluit eſſe pro Iacobin. Comes Dauid. vnde Ioab Princeps, & Dux nominabatur; Paralipom. cap. 11. cuius ſucceſſor Comes dictus eſt, vt in d. cap. 20. & hodie in Regno Comeſtabilis, de quo latè per Fratiam, lib. 1. de ſubfeud. C. de offic. Comeſtabilis: & ille qui eſt Comes, † & Baro præcedit illum, qui eſt tantum Comes, ſecundum Bald. in l. ſed & milites in princ. ff. de excuſat. tutor.
6 ſicut, Doctor, † & miles, ſimplici Doctori præfertur. ſecundum Modernos poſt Alex. in l. Centurio col. 4. de vulgar. & pupil. ſubſtit. & Doctor nobilis, non nobilem antecedit, vt per Bald. l. nemini C. de Aduoc. diuerſ. Iudic. quem ſequitur Barbatia cōſ. 52. col. 7. lib. 2. ſicut in aſſumendo officium, vel Canonicatum, ſecundum Salicetum in l. Societatis, pro ſocio, cum duo
7 † vincula magis ligant, & fortius ſtringūt: Iaſon in l. coheredi §. qui diſcretas, de vulg. & pupill. ſubſtit. & in l. nec damnon C. de precib. Imperatori offerend. quod dictum procedit in temporis paritate data, ſecundum Innocent. in cap. ſtatuimus, de maior. & obid Pu putat. alioſque Modernos in l. cum quid Cicer. per quos ſequitur Caſſan. in catal. glor. mund. p. 7. conſider. 27. Fritia d. cap. quis dicatur Comes n. 42.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XXV.

THEMA.

Comes per aſſumptionem alterius tituli, etiam maioris, præcedentem titulum retinet, & ſic de alijs aliquam dignitatem habentibus, primam retinent, & eis omnibus gaudet in fauorabilibus, non autem in pænalibus.

SVMMARIVM.

1 *Comes ſi efficitur Princeps, præcedentem titulum retinet & per maiorem dignitatem retinetur minor.*

2 *Authoritas ſuperueniens non debet eſſe in damno.*

3 *Pœna, vel imminitas, impoſita Principi, & Comiti pro vtraque dignitate, debetur quod non credit author, niſi in fauorabilibus. non in pænalibus.*

4 *Rex dicitur in Regno Galliæ, qui ſub ſe decem habet Duces, & Dux, qui decem comites, & comes, qui decem Barones.*

1 COmes, † ſi efficitur Princeps, Dux, vel Marchio, titulum Comitatus retinet, ſecundum Doctores in l. maior C. de dignit.

dignit. per ipſum tex. ex quo notat Nicol.
de Neapol. ibidem quod Archipresbyter,
factus Epiſcopus, priuilegium Archipreſ-
byteratus retinet, allegar legem Princeps
C.de Princ. agit in reb. facit quod conſul,
crearus Imperator retinet dignitatem cō-
2 ſularem, quia authoritas † ſuper veniens,
non debet eſſe in damno, l.Decuriones C.
de incolis lib.10.ſic etiam officialis minor,
ſi efficiatur maior, vtramque dignitatem
retinet, vt l.eos,& in l.maximam C.de ex-
cuſat. minor. & etiam, quia ſi filia clariſ-
ſimi nubit ſpectabili, ex cuius perſona ac-
quirit dignitatem,tamen dignitatem cla-
riſſimi retinet,vt in l.fęminæ de ſenator.&
curialem ſi maiorem aſſumat dignitatem,
per quam deponit primam, retinet priui-
legium curialis,vt in l. vt.§.penult.C.quā-
do & quib quart.par.debe.Mozz.d. cap.de
ſucceſſ.feud. & eodem nu.17. & ex prædi-
ctis infertur, quod ſi quis eſt Princeps,&
3 Comes, † & Rex imponit pęnam Princi-
pibus,& Comitibus,pęnam,vel immunita-
tem,Princeps,& Comes habebit pænam
duplicatam, vel immunitatem duplicatā,
vt volunt etiam Fritiade ſubfeud.d.lib.2.
cap.quis dicatur Comes num.51.quod ve-
rum eſſe intelligit, vbi eſſet Princeps, &
Comes reſpectu diuerſorum feudorum, &
hoc reſpectu ipſius Regis tantum,nō quod
ſubditi duplici onere, grauētūr,quia mēs,
& ratio plurimum repugnaret, arg. l.Titia
§.qui in vite ff. de leg. 2. Ego autem cre-
derem ſupradicta procedere, & vera eſſe,
quo ad fauores,non quo ad odia,& ſic non
ad pænam ſoluendam duplicatam, ne au-
thoritas ſuperueniens ſit in damno l. de-
curiones C.de incol.lib.10.ſic quo ad odia
non ſum cum opinione Fritiæ, ſed contra,
dicit Mozz.d.num.17.non deſinam dicere,
4 quod in Regno † Galliæ,ille dicitur Rex,
qui decem Duces ſub ſe habet; Dux verò
dicitur, qui decem Comites ſub ſe habet,
Comes verò, ſiue Marchio, qui ſub ſe de-
cem habet Barones; Caſſan.in catal.glor.
mund.par.5.conſiderat.46.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XXVI.

THEMA.

Baro, quid ſit vnde dicatur,vnde hoc nomen ſumpſit, & de eius origine, & quod feuda dare poſſit. Communis.

SVMMARIVM.

1 BAro eſt, qui authoritatem, & iuriſdi-
dictionem in ſuos vaſallos habet.
2 *Barones, dicuntur qui ſub ſe decem habent
feudatarios, & in aliquibus partibus
Galliæ non eſt Baro, qui ſub ſe quatuor
feudatarios non habet.*
3 *Feudatarius dicitur Comes maior, ſiuè co-
mes more gallico ſub comes, Baro ſcuta-
rius caſtellanus.*
4 *Baro nomen Grætum eſt, & dicitur, quod
in laboribus fortis eſt.*
5 *Baro Gracè dicitur filius.*
6 *Barones dicuntur Capitanei inueſtiti à ma-
ioribus valuaxoribus.*
7 *Vice comes eſt minor comitis, & abſque
differentia in Germania.*
8 *Barones omnes dicuntur in Regno, qui
iuriſdictionem habent.*
9 *Baro idem eſt quod comes.*
10 *Baro largo ſumpto vocabulo, idem eſt quod
Princeps, licet Princeps, Dux, & Mar-
chio appellatione comitis, non veniat.*

1 BAronis † nomē eſt vulgare, & ex ſer-
mone vtentium pro honore habentes
authoritatem,& iuriſdictionem,ſecundum
Bald.in cap. innotuit col.fin. extra de ele-
ction. & eſt tex.in cap. fundamenta §.fin.
de electio.in 6.vbi ſit mentio de Barone,
& per Curt.de feud.par.2.col.26.Fritia de
2 ſubfeu.tit.de orig.Baronum, & Baro † di-
citur,qui ſub ſe decem habet feudatarios,
vt per Caſſan. in catal. glor.mund. par.5.
conſider.46. & in aliquibus partibus Gal-
liæ,non eſt Baro niſi habet ſub ſe quatuor
Caſtellanos,& hoſpitale fundatum, idem
Caſſan.ibid. in par.8.conſiderat.18.& mo-
3 re gallico feudatarij † dicuntur, Comes
maior ſiuè Comes, ſub Comes Baro, qui
minor eſt Comite,Caſtellanus,Scutarius,&
in hoc Neapolitano Regno iſte dicitur
Rex,qui de Regno eſt inueſtitus,& ille di-
citur Princeps, Dux, Marchio Comes.&
Baro,qui de aliqua ipſarum dignitatum
eſt inueſtitus,vt prædictum eſt;quod nomē
4 Baro † eſt Gręcum, & dicitur Baro Gręce
ab eo quod ſit in laboribus fortis, ſecun-
dum Iſidor.& Luc.de Pen.in ſi.C. de māc.
& Colon.patrim.col.fin.lib.11.vel ſecun-
5 dum alios Baro † ebraice dicitur filius, ſi-
cut,& in Hiſpania filij maſculi dicuntur
Barones, cū primo Reges multos habebāt
filios nec poſſunt omnes Reges, & Regni
diuiſionem non patitur, ſecundum Inno-
cent. in cap. licet de voto. Donabant eis
ampla Caſtella,cum iuriſdictione, & Im-
perio

Digitized by Google

perio, inde vocabantur Barones, ideſt filij, alijs celſiores: & hoc idem ſenrit Alberic. in ſuo Dictionario in verſ. Baro, & latè Caſſan. in d. catal. glor. mundi par. 8. conſiderat. 15. allegar tex. in extrauag. volentes, & in ver. Comites, Barones, & nobiles, & ibi And. Barbaria. Curt. in ſua ſecunda par. Friria, in d. cap. de orig. Baron. col. 1.
6 vbi ait, quod † Capitanei inueſtiti à maioribus valuaxoribus, communi, & vulgari nomine appellantur Barones, quaſi ſint homines potentes, Bal. in cap. 1. quis dic. Dux, & ibi Aluarot. Cardin. & alij, & quod Baronia ſit quędam dignitas, ſuperior nobilitate, ſed minor Capitaneatu, & inquit
7 ſpecular. in tit. de vice Comite, † quod vice Comes eſt quidam gradus maior Barone, & minor Comite, & in hoc Napolitano
8 no Regno, omnes habentes † iuriſdictionem, in oppidis, & caſtellis ſuis dicuntur Barones, Friria vbi ſupra num. 8. in Lombardia, verò appellantur magni Caſtellani, ſecundum Bald. in cap. vnde legatorum de officio delegati ſequitur Laudenſ. in tract. de dignit. num. 7. & in tract. de Princ. num. 178. quorum conſilio ardua Regum tractari debent, ſecundum Aluarot. in c. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. & dicuntur perſonæ Illuſtres, dicit Purpurat. in l. 1. nu. 244. ff. de offic. eius, & quando habent eorum Baronijs regalia, vt per Caſſan. ſupra citato loco, & Baro æquiparetur præſidi Prouinciarum, ſecundum Iacobin. Rebuff. in l. 2. C. de Princip. col. 2. lib. 12. apud
9 Germanos Baro † eſt idem, quod Comes, & nulla eſt inter eos differenria ibique sũt alia diuerſa feudorum, & dignitarum feudalium nomina: & ſecundũ Federic. Sehẽc. Alemanum in cap. 2. quis dic. Dux Baro
10 † largo ſumpto vocabulo dicitur Princeps, ſecundum gloſ. in cap. 1. de baptiſm. licet non habeat dignitatem Principatus, Bald. in cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ. & Princeps, Dux, & Marchio appellatione Comitatus non veniunt, ſed ſub denominatione Baronum, quia ipſi ſunt Baronis maiores, cum Baro ſit homo conſtiturus in aliqua nobili præheminentia, potentia, poteſtate, vel excellentia, vt inquit tex. in cap. fin. de electionon. in 6. & latè Fritia in d. cap. quis dic. Comes nu. 49.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XXVII.

THEMA.

Capita in dignitatibus non veniunt ſub alia dignitate ſimpliciter dicta, & verbum in capite exponitur immediatè, & ex hoc habetur in Regno feudatarius, qui feudum à Rege in capite tenet, & ſubfeudatarius, qui tenet ab inueſtite à Rege. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Capita in dignitatibus, non veniunt ſub alia dignitate ſimpliciter prolata.*

2 *In capite verbum exponitur immediatè, & ex hoc habetur in Regno feudatarius, à Rege feudum tenens in capite, & ſubdatarius tenens feudum ab inueſtito à Rege.*

3 *Baro dicitur qui caſtrũ, vel aliud in Baroniã conceſſum eſt alias non dicitur Baro.*

4 *Baronum vſus in Regno vetuſtiſſimus. & frequens in Prouincia Idruntina, terræ laboris, & Aprutij.*

1 Capira † non veniunt ſub dignitatibus ſimplicibus, ſicut dicitur de aliquo in ſupreme dignitate poſito, vt de Epiſcopo q nõ venit appellatione dignitatis, qa eſt cũ mẽ dignitatis, & appellatione capituli, nõ venit Præpoſitus, qui eſt caput capiculi, notant. Abb. in cap. eam nu. 2. notab. de reſcript. cap. poſt electionem, de election. & appellatione clericorum, non venit Prælatus Abb. in cap. bene primo de poteſtate Prælat. cum Prælatus alteret clericum c. ſtatutum de election. in 6. & in Regno ille dicitur Baro, qui habuit à Rege Caſtrum in ritulum Baroniæ, Iſern. in cap. 1. §. ſimiliter de capit. qui cur. vend. col. 6. vel habet ſubfeudatarios, qui ab eo, & ſub eo tenent feuda, alias non dicitur Baro, Fritia lib. 2. de ſubfeud. cap. quis dic. Baro nu. 1. & hoc per Conſtitutionem Regni incip. honorem, ibi vel feuda in capite à nobis,

vel

vel ab alio,quæ in quinternionibus eorum ſcilicet in capite teneantur & Iſern.in d.§.
2 ſimiliter verbum † in capite exponit immediatè,& in cap.1. ex quib.cauſ.feud. amitt. & in c.1.col.2.qualit.vaſall.iur.deb. fidelit. & in cap. ſi quis de manſo de controuerſ. inueſtit ad communem formã priuilegiorum, & ego vidi priuilegia Illuſtriſſimorũ Dominorum de Regno, qui habent vaſallos tenentes caſtra ab eis in feudum immediatè,& in capite,Fritia de ſubfeud.lib. 1.cap.de orig.Baron.n.41. qui n.42. ex hac datione in feudum in Regno, cõſtituta eſt dignitas Baronalis,& ideò in Regno habemus feudatariũ,& ſubfeudatariũ ſubfeudatarius eſt, qui caſtra Ciuitates, & terras à Rege immediatè tenet,feudatarius verò, qui à primo feudatario infeudato caſtrum terram,& feudum habet: item dicitur Bo-
3 ro † ille, cui Rex concedit caſtrũ,vel aliud in Baroniã, item, quod alius tenebat,Fritia de orig. Baronum, num.45. & ſi aliud habet Caſtella, Villas,& oppida cum iuriſdictione ciuili, & criminali, ac mero, & mixto Imperio, erga ſuos vaſallos,non dicitur Baro, ſi in titulum Baronis, non teneat, cum ille, dicitur Baro, qui caſtra,& ſimilia in titulum Baroniæ habet, vel haberet ſub ſe feudatarios, qui feuda ab eis tenerent, ſecundum legem, & conſuetudinem Regni,vt dicit Brun. in l.hęredes mei §. cum ità Sen.conſ. Trebellian. & non vt vulgo opinandum res homines arg.tex. in l.ſi dictum de euiction.ſecundum interpretationem pręcedẽtium C. quod ſi nepotes, & ibi gloſ. de teſtam.tutel.& in l.1.C. de vſur. quam dixit ſingularem, Barbaria conſ.43. col.3.lib.4. & ex alijs. Fritia de ſubfeud.in d.cap.quis dic.Baro nu.6.& alij non habentes ſubfeudatarios, non dicuntur Barones, ità,quod in conſtitutionibus & edictis Baronum, non comprehendun-
4 tur, Fritia ibidem num.7.& Baronum † vſus in Regno vetuſtiſſimus eſt,ac frequens fuit in Prouincia Idruntina, de qua Iſern. meminit,in c.1.de controuerſ. feudo apud pares termin.& in Aprutio, vt ſæpè dicit Luc. de Pen. in campania etiam antiquis temporibus Baronum copia,& in Ciuitate auerſæ ante annum Domini milleſimum, vt legi in priuilegijs multis, dicit Fritia in c. quis dic.Baro,& Georg.Maſanenſ.Cęſeris Conſtantinopolitianę, Inſulæ præfectus per proditionem à fide adductus Inſulam ſibi vindicauit, & in ea omnium primus Barones,& Comites erueerunt,Frater Thom. in hiſtoria ſicul. lib. 6. fol.407. & refert, Fritia tit.1.de ſubfeud. C. de orig.Baronum.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XXVIII.

THEMA.

Capitanei feuda dare poſſunt, & dicuntur propriè, à lege feuda tenere, & impropriè ſunt, qui partis plebis eis conceſſæ.

SVMMARIVM.

1 *Capitanei dicuntur Duces, Marchiones, Comites, & Barones.*
2 *Capitanei propriè, & impropriè dicuntur, & propiriè ſunt, qui à ſummo Principe, vel Rege acceperant feuda pracipuè, & maioris nobilitatis, vti regalia.*
3 *Capitanei impropriè ſunt plebei, vel plebis partis gubernanda à Principe, vel Republica, vel Principe, Duce, Marchione, aut comite eis ſunt conceſſa.*
4 *Plebis parti ſignificat. ſi à Principe ſupremo quis ea ſtimatus de dignitatibus Principatus, Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus.*

1 FEuda conferunt † Capitanei Regis, ſiuè Regni d.cap.vn.§.1.de his qui feud. dar.poſſ. vt sũt Principes, Duces, Marchiones,& Barones, Capitanei dicti ſunt à capite, quod ſint capita quædam,& vertices eminentes inter alios vaſallos, Schenk. in cap. 1. verſ.porrò quis dic. Dux quaſi dicas intes vaſallos præcipui, & iure optimo cõſtituti: Et Capitaneorum,alij † propriè, alij impropriè dicunrur: propriè Capitanei ſunt illi, qui à ſummo Principe, vel à Rege acceperunt feuda,præcipuè,& maioris nobilitatis cuiuſmodi ſunt regalia: qui Capitanei ab eo etiam dicuntur, Capita-
3 nei Regni,vel : † impropriè Capitanei sũt plebi,vel plebis parte gubernandæ à Principe, vel Republica aliqua, vel Principe, Duce, Marchione, vel Comite præpoſiti,vt Cuiacius definit, in cap.1. quis dic. Dux
4 ſed quid hoc eſt, quod dicitur plebi, † vel plebis parti? exiſtimo hæc vocabula opponi illis tribus dignitatibus videlicet; Ducatus, Marchionatus, & Comitatus: quaſi dicat Obertus, ſi quis non inueſtitus ab Imperatore de vna illarum ſummarum dignitatum,ſed de aliqua minore,is inue-

Digitized by Google

ſtitus eſſe dicitur à plebe, hoc de feudo tenuo, quod ſi comparetur ad feuda ſummatum dignitatum videatur eſſe, quaſi plebeium, plebs igitur, vel pars plebis, opponitur Principatui, Ducatui, Marchionatui, & Comitatui.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XXIX.

THEMA.

Plebis nomen eſt generale, ſicut feudi appellatio, quod ſi Imperator dat terram allodialem in feudum facit feudum nominatũ, & innominatum, nominatum eſt Principatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus in nominata ſunt cætera feuda. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Plebis appellatio eſt generalis, & feudi appellatio ſimiliter, & ſi conceditur allodium in feudum, erit feudum innominatum.*

2 *Feudum aliud nominatum, aliud innominatum, nominatum eſt Principatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, innominata ſunt cætera feuda.*

3 *Capitanei antiquitus vocabantur Duces, Marchiones, & Comites deinde veros in ipſos, qui in eorum locum ſub intrent.*

4 *Capitanei impropriè ſunt valuaxores reſpectu minorum & inferiorum valuaxorum.*

1 Appellatio plebis ita eſt † generalis, vt ſi ab Imperatore territorium, vel quid allodium in feudum datur, & feudi appellatio ſimiliter cum generale ſit, facit
2 feudum nominatum, & innominatũ, † nominatum feudum eſt Principatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, innominata vero feuda ſunt cætera feuda omnia ab Imperatore præter iſta quatuor dignitatum ſiuè cum dignitate conceſſa: Obertus dicit in cap. 1. quis dic. Dux, &c. & Capitanei impropriè valuaxores maiores, qui hodie Capitanei appellantur. Capita-
3 neorum † enim appellatio erat aliquantũ anguſtior, quæ cum olim non competeret niſi dictis dignitatibus fulgentibus ſucceſſu tẽporis ad eos, qui Ducibus, Marchionibus, & Comitibus ſub erant tranſlata eſt, ità etiam in cap. 1. de natur. ſucceſs. feud. dicuntur maiores valuaxores, vbi Hotoman. Cuiatius, & alij monent in d. c. 1. quis dic. Dux, & pro particula propriè legendum eſſe impropriè: Hi Capitanei sũt Capitanei reſpectu valuaxorum minorum, & inferiorum, atque ſi cum his comparentur, non fortaſſe rectè dici poſſunt propriè Capitanei, & ità tollerari poſſet lectio in d. cap. 1. de natur. feud. ab Imperatoribus immutata, reſpectu Capitaneorum ſuperiorum, Capitanei ſunt impropriè, & dicuntur valuaxores.

PARTIS QVINTÆ.

Dilucidatio XXX.

THEMA.

Valuaxores feuda dare poſſunt, & ſunt maiores, qui ſint a Principe, Duce, Marchione, vel Comite plebi, aut partis plebis gubernandæ præpoſiti ſunt, & dicuntur etiam Capitanei, & minores ſunt, qui à maioribus feuda tenent.

SVMMARIVM.

1 *Valuaxores ſunt maiores, & minores, maiores ſunt, quia Principe, Duce, Marchione, vel Comite plebi, aut parti plebi gubernandæ præpoſiti ſunt, & Capitanei, & Præfecti vrbis appellantur.*

2 *Valuaxores minores ſunt, qui à maioribus valuaxoribus feuda tenent.*

3 *Valuaxores dicuntur, ex quo ad valuas dominorũ curam cuſtodie, & Reuerentiæ exhibendæ cauſa ſtant, aliqui dicunt, quod ſint Barones, quod nomen Baronis, in libris feudorum, non reperitur.*

1 Valuaxorum, † duæ ſunt ſpecies, maiores, & minores, qui alio feuda cõferre poſſunt, d. cap. vnic. de his qui feud. dar.

dar.poſſ.Maiores valuaxores,dicũtur,qui à Principe, Duce Marchione,vel Comite, plebi, aut parti plebis gubernandæ præpoſiti ſunt; hij Capitanei etiam appellantur,vt diximus Obert.de Orto docet in d. c.vn.quis dic.Dux,Comes etiã,& Gherar. Niger in c.de his qui feud.dar. poſſ.à Platina in Clemen.quinto, & Martino quarto ptę Pręfecti vrbium dicuntur, quemadmodum à Iacob. Cuiacio notatum eſt in d.'c.
2 vnic.quis dic. Dux Marchio &c. † Minores valuaxores ſunt, qui à maioribus valuaxoribus feuda tenent,& hi qui à maioribus, vel minoribus valuaxoribus feuda habent, non ſtatim nobiles efficiuntur,ſed tũc demum, cum ab antiquis temporibus beneficium tenent, vt ipſorum redendis ſi nouiter à maioribus,vel minoribus valuaxoribus de feudo inueſtiti fuerint, plebei nihilominus ſunt d.c.vnico quis dic. Dux, &c. Hinc eleganter Bald. in prælud.feud. in princ. diffinitione inquit: feudum antiquum antiquitatum tempore non nouum, quia nobilitas, in ictu oculi non naſcit quod ipſum ex Iacobin.in 8. & Laudenſ.9. feud.diuiſ.& Roland.à Valle conſ.41.n.10. lib. 2. Paris de Puteo de reintegrat. feud. cap.48.num.5.referunt. Et ego non de omnibus feudis,ſed de illis tantum,quæ à maioribus, vel minoribus valuaxoribus quis accipit intelligendum eſſe cenſeo, dicit Borcolt.cap.4.decif.3. num.25. Dicuntur
3 valuaxores, † ex quo ad valuas dominorum ſuorum cuſtodiæ, & reuerentiæ exhibendi cauſa ſtant, Iſern.in d.cap.vnic.de his qui feud. dar.poſſ. quod Prępoſ. & alij Feudiſtæ ibi ſequuntur, maiores valuaxores eſſe putant illos,qui hodie dicũtur Barones, quæ appellatio Baronum in libris feudalibus non reperitur, & de ipſis Baronibus ſuo loco eſt dictum.

PARTIS QVINTÆ.

Dilucidatio XXXI.

THEMA.

Valuaxorũ quatuor ũſt ordines.Primus Capitaneorum Regni,& sũt Principes, Duces,Marchiones,& Comites. Secundus valuaxorum maiorum. Tertius valuaxorum minorum. Quartus valuaxorum minimorum dicuntur qui ſint, & à quibus feuda recipiunt, & quod dare poſſint.

Et quia breuius prædicta pro ſummario deſeruiunt.

Valuaxorum quatuor ordines, ſiuè gradus conſtituuntur. Primus eſt Capitaneorũ Regni, qui sũt Principes,Duces, Marchiones, & Comites Regni, quos potuit Zaſ.par.5. epit.feud. dicit eſſe nobilitatis progatæ,& gradum hunc ſtare inter certam nobilitatem. Secundus gradus eſt valuaxorum Maiorum,qui feuda accipiunt ab Imperatore, vel Capitaneis Regni, qui vt ipſi nobilitate ſunt conſpicui, puta Barones, & nobiles,& ità dicam, nobiliores.Tertius:eſt valuaxorũ minorũ, q feuda, à valuaxoribus maioribus accipiunt,qui ipſi etiam ſunt nobiles,tamet,& ſi ignobiles etiam à maioribus feuda interdum accipiunt,qui tamen ex eo nobiles non fiunt, Zaſ.d.pat.5. num. 30. Quartus valuaxorem minimorum, qui valuaxini dicuntur, à valuaxoribus minoribus accipiebant,& non cenſebantur iure feudi,niſi apud Mediolanenſes, vt teſtatur Gherard. in cap.1.§.fin.de his qui feud.dar,poſſ.hodie tamen non minus iure feudi cenſertur,quam ſuperiora illa,etiam dignitatem ſibi annexam non habeant, dicit Vulteius lib.1.de feud.d.cap.4.num.14.verſ.minores valuaxores fol.63.qui valuaxores dicuntur feudatarij,vt per Fritiam de ſubfeu. lib.1. cap.de orig.feud.num.77. Et iſti quos authores feudorum valuaxinos appellant feuda etiam dare poſſunt, hij, ſunt qui à maioribus valuaxoribus feuda accipiunt, & alij minores valuaxores vocantur,cap. vnic. quis dic. Dux &c. & nonnunquam minimi valuaxores dicuntur,cap.vnic. An marit. ſuccedat vxori, cap.vnic.de feud. dar. minimis valuaxoribus. qui & feuda etiam dare poſſunt, vt ex prædictis, & ex infra dicendis etiam.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XXXII.

THEMA.

Priuatus quilibet, qui ſuorum bonorum adminiſtrationem liberam

ram habet, eius bona in feudum conſtituere, & dare poteſt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *PRiuata, & priuatus quilibet rerum ſuorum adminiſtrationem habens feuda conſtituere dare poteſt.*

2 *Ruſticus liberam rerum ſuarum facultatem habens feuda conſtituere, & dare poteſt.*

3 *Maſculi, & fœmina feuda conſtituere, & dare poſſunt, etiam ſi res ſuas abutentur.*

4 *Fœmina impudica feudum conſtituere, & dare poteſt*

5 *Ratio, quod quilibet infeudare poteſt, eſt, quia quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter.*

6 *Hominibus ingenuis iniquum eſt liberam diſponendi facultatem, non habere.*

1 QVilibet priuatus, † qui liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem habet de bonis ſuis feudum conſtituere, & dare poteſt, cap. vnic. §. noui per quos fiat inueſtit. vbi Obert. de Orto, inquit noui feudi inueſtitura rectè ſit ab eo, qui legitimam bonorum ſuorum adminiſtrationem habet, & traditum eſt ab Hannetton. lib. 1. feud. cap. 3. Duaren. in tract. feud. c. 6. Curt. in ſuo tract. par. 2. q. 4. Ferrarienſ. in forma libelli ad reuocationem feudi ſuper verbis, ac minimè recti, & noui feudi n. 35. per quem tex. Bald. & Iacob. de Rauenna in cap. vnico §. Marchio, col. vlt. verſ. ſed hodie de his, qui feud. dar. poſſ. dicunt,
2 quod etiam Ruſticus † poteſt feudum cōſtituere, & dare dummodo liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habeat: idque Aluarot. & Præpoſit in d. §. Marchio, col. 2. verſ. tota, quod ſecundum iſta iura, & Iacobin. in octaua feudorum diuiſione in verſ. in feudum, Laudenſ. in d. cap. vnic. in princ. num. 28. de his qui feud. dar. poſſ. ſecuti ſunt Tiraquell. de nobilitate, cap. 7. num. 15. Hartman. Hartmanni in practic. obſeruat. 6. Scruff. conſ. 63. nu. 1. centur. 2. demū omnes, qui liberā ſuorum bonorum
3 adminiſtrationem habēt † mares, & fœminæ, & ab eo poteſtatem habēte eius nominè feudum conſtitui poteſt, c. 1. per quos fiat inueſtit. Scrader. de feud. par. 4. cap. 1. num. 6. Vvlteius de feud. lib. 1. cap. 3. nu. 1. & ſeq. fol. 27. & de maribus, quod infeudare poſſint, nullum eſt dubium, cum à maribus ceperint, atque hodie etiam feuda à fœminis poſſe conſtitui certum eſt, per tex. expreſſum in cap. 1. §. Fœmina, per quos fiat inueſtitu, Sonsbech par. 6. nu. 17. Hotoman. diſputat. feud. 13. in fine, Vveſemb. de feud. cap. 4. nu. 5. Mozz. de his qui feud. dar. poſſ. nu. 25. Scrader. par. 4. cap. 1. n. 59. Et quamuis inueſtitura à fœmina facta, ſecundum quoſdam, non valeat, quibuſdā tamen valere placet, quam ſententiam mitiorem eſſe aiunt. Feudiſtæ in cap. 1. de inueſtit. retor. & noui benefic. ſanè rigor iuris feudalis fœminam à conceſſione feu-
4 di excludens, in † fœmina quæ in pudice viuit, & bona ſua dixipat etiam ſeruatur, arg. l. ſi mulieri, ff. de curat. furios, probat Zaſ. par. 1. num. 33. Mozz. de his qui feud. dar. poſſ. num. 25. Scrader. d. 1. nu. 59. Vvlteius vbi ſupra num 9. in fine, & quod tam
5 † mares, quam fœminæ infeudare poſſint, potiſſima ratio eſt, dum quilibet in re ſua ſit moderator, & arbiter, vulgata l. in re mandata C. mandati, etiam ſi rebus ſuis abutatur l. ſed & ſi lege §. conſuluit de petit. hæredit. & iuſtum eſt ſua cuique committere: l. nemo exterus, C. de
6 Iudicis, immo † iniquum eſt ingenuis hominibus liberam diſponendi facultatem non eſſe de ſuis rebus ad eius arbitrium, & voluntatem, l. 2. in fine ſi quis à parente fuerit manuiſſ. & grauis iniuria eſt, quiinani honeſtatis calore velatur, non relinquendi vnicuique liberam diſponendi facultatem, de rebus ſuis l. dudum C. de contrahend. empt. Borcolt. d. cap. 4. nu. 41. in fine.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XXXIII.

THEMA.

Qui de ſuis bonis diſponere non poſſunt, nec infeudare licet, & de alijs, qui feuda conſtituere, & dare non poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *QVi ſuorum bonorum alienandorum impedimentum habet, infeudare non poteſt.*

2 *Pu-*

Digitized by Google

2 *Pupilli, & alij qui de ſuis bonis liberè diſponere non poſſunt, nec infeudare.*

3 *Filij familias infeudare non valẽt, ſed ſolũ de peculio caſtrenſi, vel quaſi.*

4 *Qui curatore indiget, nec eius authoritate infeudare poteſt.*

5 *Feuda antiqua minor ſine tutore renouare, poteſt.*

AD hoc vt quis rem ſuam in feudum det non ſatis eſt, vt ſit dominus, ſed rerum ſuarum liberam adminiſtrationem neceſſe
1 eſt, vt habeat, qui enim † qualibet ratione aliquid de ſuis rebus impeditur alienare, is, nec per feudum poterit inueſtituram facere, tex. eſt expreſſus in cap. 1. per quos fiat inueſtit, Scrader. de feud. par. 4. cap. 1. nu. 62.
2 infeudatio, † namque ſpeties eſt alienationis, Godefred. in d. cap. 1. verbo inueſtiturã, Aluarot. in cap. 1. in princ. num. 12. qui feud. dar. poſſ. Borcolt. d. cap. 5 num. 42. Vvlteius lib. 1. cap. 3. num. 3. à quo remouetur genus ab eodẽ, & ſpeties remoueri neceſſe eſt, impediuntur non nulli: eo, quod eorum conſenſus nullus eſt, aut pro nullo habetur, qui
3 in omni cõuentione deſideratur, his † quorum bonorum adminiſtrationem impeditã habent, ſed non ſolum pupilli minores ſeptemnio, furioſi, & qui furioſo, quo ad obligationem comparantur, vt prodigi, & mente capti, ac minorem annorum 25. per ſe bona ſua infeudare, nec cum curatore poſſunt, Scrader. de feud. par. 1. cap. 1. num. 60. & ſeq. cum enim feudum in rebus immobilibus conſiſtat, ſupra diximus, & legibus cautum ſit pupillorum adultorum prædia ſine decreto Iudicis, & cauſæ cognitione alienãtur, toto tit. de rebus eorum, qui ſunt ſub tutore ff. & C. tit. de præd. & alijs reb. minor, ſine decreto non alienand. datio quoque in feudum alienatio eſt. Aluarot. in cap. vn. in princ. num. 12. de his qui feud. dar. poſſ. item, & † filij familias, qui patriæ poteſtati ſubiecti sũt, nec infeudare poſſunt, eo quod, quidqd acqrũt patri acqrũt, & nec de peculio aduẽtio infeudare poſſunt, Hotomã in d. c. 1. in verſ. ſuorum bonorũ, per quos fiat inueſtit. per l. fin. filius autem C. de bon. quæ liber. ſed totum de pecul. Caſtrenſ. vel quaſi, in quibus pro patre familias habentur, vt feudũ conſtituere poſſunt, Vvlteius d. c. c. 3. num. 5. ſed qui tutorum, & curatorum indigent authoritate cum eorum conſenſu feuda de nouo conſtituere, & dare non poſſunt Ardizz. in ſumm. cap. 12. Hannett. cap. 1. de feud. 5. Duaren. cap. 16. Vvſembech. cap. 4. Blanc. cap. 4. num. 6. & ſeq. Zaſ. par. 5. nu. 36. & ſeq. Sonsbech. par. 6. num. 24. Mozz. de his qui feud. dar. poſſ. num. 18. pract. Ferrar in form. libel. ad reuoc. feud. verſ. Ac nomine recti feudi num. 15. atque ita Doctores communiter tenere in cap. 1. §. non vi per quos fiat inueſtit. refert Roſental. de feud. cap. 3. concluſ. 15. bona verum eſt quod
5 † feuda antiqua, & de præterito erecta, & legitimè conſtituta etiam ſine curatoris authoritate poſsũt, & rectè reuocant, Hotoman. diſput. feud. cap. 13. arg. l. Tuberonis 7. ff. de pecul. vbi pupill. peculium conſtituere nequit, ſed à patre conſtitutum conſeruare poteſt. Itemque arg. l. 3. ff. de reb. eorum, quem ſub tut. & l. 3. quando decreto opus non eſt, Vvlteius d. cap. 3. num. 6. Aluarot. & Schench. Baro in cap. 1. per quos fiat inueſtit Roſental. d. cap. 3. concluſ. 8. Vvlteius d cap. 3 num. 7. relatis opinionibus contradicentium minorem ſine tutoris authoritate poſſe feuda antiqua renouare, dicit veriorem, & communiorem ſententiam eſſe, quod poſſit abſque vllius authoritate renouationem veteris feudi facere. per tex. in d. cap. 1. qui nulla tutoris, vel curatoris facta mẽtione permittit minori, ſiuè ſit pupillus, ſiuè minor in ſpetie. ità dictus feudi antiqui inueſtituræ renouãdi poteſtatẽ, & cũ tex. nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, & ſic ex rationibus reiectis etiã contrarijs firmat, Vvlteius cap. 3. n. 7. quod ſecus eſt in infante, furioſo, in muto, & ſurdo, qui ſine eorum tutoribus, aut curatoribus feuda antiqua, nec renouare poſſunt, Vvlteius d. n. 7. in fine, & num. 8.

PARTIS QVINTAE.

Dilucidatio XXXIV.

THEMA.

Sunt, & aliqui feuda dare valentibus, at ſine inueſtitura tenentibus, vt infra.

SVMMARIVM.

1 *FEuda ſine inueſtitura ex longeuis annis poſſeſſione cum annuo ſeruitio, & onere militia teneri poſſunt, & dicuntur plebei, & primus vaſallorum gradus in Imperio Romano conſtitutus.*

2 *Dignitates poſt Imperatorẽ eſſe ab Imperio Romano tanquã à ſuo fonte, & principio*

3 *Papam interris Eccleſia conferre Ducatus, & alias dignitates, & ſibi applicare non bene dicunt.*

4 *Papam ſupra Imperatores, & Reges eſſe, & ipſe eos coronare, eſt notum, & n. 4.*

SVnt, & alij, qui neque ab Imperatore, neque a Rege Principe, Duce, Marchione, Comite, Barone Capitaneo maiore, vel mi-
1 nore, valuaxore inueſtiti de aliquo † feudo non ſunt, ſed longa annorum ſerie, qua feudum onu, & militiæ ei annexum in familia ſua reſidet, illi dicuntur plebei, primus ille vaſallorum gradus in Imperio Romano conſtituti a ſolo Imperatore, cap. 1. de feu.
2 Marchi. cap. 1. quis dic. Dux, † & omnes prædictæ ſūmæ dignitates, poſt Imperatorem eſſe ab Imperio Romano, tanquam à ſuo fontè, & principio, Aluarot. in cap. 1. num. 4. quis dic. Dux, &c. Scruff. conſ. 56. n. 6. cent. 2. arg. l. quoties 3. de natal. reſtit. Non igitur à Pontifice Romano, & ideo rectè dicit, Bald. in d. cap. 1. de feud. Marchi. & Aluarot. qui illum ſequitur, ſcribit † Pontificem conferendi regalem dignitatem in Eccleſiæ terris ſibi applicare, in quantum poteſt, quod idem dicunt, Zaſ. d. par. 5. num. 3. Ferrar. lib. 2. de feud. cap. 1. & dum Reges ſuperiorem nō recognoſcentes in ſuis Regnis, & dominijs, poſſunt has dignitates cōferre, & Principes, Duces, Marchiones, & Comites, & Baronis creare, vt tradit Aluarot. in cap. 1. verſ. nota quod collationes de feudis Marchiæ Zaſ. d. par. 5. num. 4. Ferrar. d. c. 1. ſ. ſed & qui libert. verum ità creati, in ſuis Reg. pro Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus habentur, non tamē in Imperio Romano, & quod primitus in Imperio Romano Imperator fecit id poſtea ſecuti ſunt alij, extra Imperium Romanum per notata ab Iſern. in c. 1. num. 11. & ibidem Aluarot. nu. 6. Præpoſit. num. 2. Afflict. num. 37. de his qui feud. dar. poſſ. Scrader. de feud. par. 4. cap. 1. num. 45. ſunt etiam, & nonnullæ ciuitates, vt Venetiæ, & Genuę, quæ cum caput ſibi eligunt, dicentur eligiſſe Ducem, quod Ferrar. in d. cap. 1. ſ. quod autem ſcribit, fieri vſurpata conſuetudine ab Imperatore Romano tolerata; verum, & iure Duces illi non ſunt, ſed tantum Capitanei in eiuſmodi politijs inter alios eminētior, multo minus Duces, Principes, Marchiones, Comites, & Barones conſtituere licet, tamen ipſis, & cuicumque in ſua dictione certos conſtituere ordines, cum dictio eorum, eo commodius regatur, dicit Vvlteius de feud. cap. 4. in fine ſed ego dico, ſi Imperator, & alij ſuperiores non recognoſcentes dignitates, Principatus, Ducatus, & alios, prædictas deferre poſſunt, tanto fortius Papa, & Summus Pontifex, qui ſupra Imperatores, Reges, aliaſque præheminentes dignitates, ipſas conferre poteſt, prout nullum dubium eſſe debet.

THEA-

Digitized by Google

THEATRI FEVDALIS PARS SEXTA

FEVDA QVIBVS Dari, & concedi poſſunt.

PRIMA DILVCIDATIO.

THEMA.

Omnibus vtriuſque ſexus, & conditionis feuda dantur, niſi eis in ſpetiè ſit prohibitum. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feuda recipi poſſunt ab omnibus cuiuſcunque ætatis gradus, & conditionis.*

2 *Mares, & fœminæ feuda habere poſſunt.*

1 Omnes † cuiuſcunque ſexus, ætatis, cõditionis, aut qualitatis ſint, feuda accipere poſſunt, niſi fortè aliquibus nominatim interdictum ſit feuda tenere, & ità generaliter ab Oberto de Orto definitum eſt in cap. vnic. §. perſonam, per quos fiat inueſtirura cap. vnic. §. ſi minori ſi de ſeudo defuncti content. ſit inter Domin. & Agnat. Sonsbech par. 7. num. 1. Borcolt. c. 5. n. 44. verſ. videamus omnibus inquã cuiuſcũque ſint ſexus, cuiuſcũq; ſint ętatis cuiuſcũq; ſint cõditionis, vel ordinis, cuiuſcunq; deniq; ſint qualitatis, & ad ſexum, quod actinet
2 † maribus feuda dari, tam eſt extra controuerſiam, vt, vel his ſolis ab initio feuda darentur: de fœminis etiam nulla hodie eſt dubitatio, non ſolum, quod hoc ità ſit receptum vſu, ſed etiam, quod ad id, textus feudales ſunt expreſſi: vt in c. 1. §. filia, de ſucceſſ. feudi in cap. 1. de feud. fœmin. in cap. 1. qui ſibi, & hæred. ſuis, Sonsbech par. 7. n. 17. Borcolt. cap. 5. nu. 44. Vvſembec. cap. 5. n. 2. idemque de Hermafrodito tradit, Borcolt. d. cap. 5. num. 45.

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio II.

THEMA.

Feuda minoribus etiam dari poſſunt, ſi aliud non obſtat. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Minori annorum 25. feuda dari poſſunt.*
2 *Infans, nec ipſe, nec ſui tutoris authoritate ſed tutor nomine infantis feudum acquirere poteſt.*
3 *Impubes ſine tutoris authoritate feudum accipit.*
4 *Pupillus, qui ante pubertatem accipit feudum ad iuramentum, & ad ſeruitium præſtandum, non tenetur.*
5 *Minores puberes, cum conſenſu curatorum, & ſine & cuiuſcunque ſtatus ſint dummodo ſui iuris, feudum accipiunt.*

1 Minori † annorum 25. feudum dari
poteſt, ſi aliud, non adſit, quod obſtet, ſed in hoc eſt diſtinguendum, vt ſi ſit
2 infans † ipſe nec per ſe, nec tutoris Authoritate capere poteſt, ſed tutor nomine infantis feudum accipere poteſt, arg. l. ſi infanti, & l. poſſunt C. de iure deliber. Zaſ. par. 1. nu. 66. Sonsbech. par. 7. n. 16. Borcolt. c. 5. nu. 46. Vvſembec. c. 5. nu. 6. Roſental. c. 3. concl. 4. Scrader p. 4. c. 3. n. 4. & infans maior etiam ſi adhuc ſit impubes ſine tutoris authoritate feudum accipere poteſt, Mozz. qui feud. dar. poſſ. num. 36. quodità communiter placuiſſe ſcribit Vvſembech. cap 5. num. 1. & quod
4 pupillus † qui accipit feudum ante pubertatem ad iuramentum, aut ad ſeruitia præſtãda non obligatur, d. §. ſi minori, Zaſ. par. 5. num. 96. Sonsbecc. par. 7. num. 15. Vvſenbec. d. cap. 5. num. 5. Mozz d. loco nu. 77. multò magis rectè accipiet feudum, ſi authoritate tutoris id fiat, Zaſ. & Sonsbech. d. locis Bláe. 1. feud. 5. Hinnetto. 1. feud. 6. Bart. & Dyn. in l. quamuis §. fin. ff. de acquirend. vel amitt. poſſ. idque in §. ſi minori rectè notatum eſſe ab Imperatoribus, ſcribit Borcolt. d.
5 cap. 5. & num. 46. & puberes † minores cum conſenſu curatorum feuda rectè accipere, omnes fatentur: an etiam ſine curatore plerique, & omnes interpetres affirmant in d. §. perſona Zaſ. par. 5. Borcolt. d. nu. 45. & verius eſſe dicit Vvſembech d. cap. 5. num 1. & ſi aliquis hoc contradicat, reſoluit Vvlteius lib. 1. feud. cap. 4. num. 6. verſ. ſed negat Sonsbech quod pubes ſine curatore rem ſuam meliorem, & deteriorem etiam facere poſſit, & ſi pupillus rem ſuam deteriorem ſine tutoris autoritate facit, vel auget, nullum eſt, & in quo rem ſuã deteriorat, reſtituitur in integrum, & minor ſi rem ſuam allodialem ab aliquo in feudum recognoſcere velit, iure non conceditur, ex Alexand. conſ. 9. num. 13. lib. 5. Menoch. conſ. 1. nu. 85. lib. 1. firmat Vvlteius ibidem num. 6. in fine concludens cuiuſquam ſtatus, quis ſit, ſui tamen iuris feudum accipit.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio III.

THEMA.

Feuda ſeruis etiam dari poſſunt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Seruus feudum cum libertate accipit, ſed ſine mentione libertatis.*
2 *Pecuniam, eò ipſo, quod dominus dat ſeruo videtur libertatem ei tacite dediſſe.*
3 *Seruo alieno feudum datũ nullum eſt, ſi dãs ignorauerit, ſed ſi ſciuerit eſſe ſeruum valet, & ipſi, & ſuis liberis acquiri, quibus deficientibus domino concedenti.*
4 *Seruus alienus ſciente, & patiente domino ſuo, & ipſius contemplatione feudum habet, acquiri ſibi feudum, & libertatem in dubio nihil, ſed domino ſuo.*
5 *Homines, qui hodie dicũtur proprij eũ ſeruis, qui fuerunt olim, non ſunt ijdem, & bona propria poſſident, feuda poſſunt dari, & eis acquiri.*

1 Seruo † etiam, quod alieni iuris ſit feudum dari poteſt, & rectè datur, vt in §. in perſonam per quos fiat inueſtit. Hartman. Hartmanni obſeruat. 1. de feud. non tamen, quatenus ſeruus eſt, ſed quatenus, vel libertatem expreſsè, aut tacitè vna cũ feudo conſequitur, Borcolt. ex alijs cap. 5. num. 47. vel dominus ipſius eſt feudi capax ſeruus proprius, vel alienus, & tam huius, quam illi feudum dare poteſt, Schẽch Baro in d.

in d. §. in perſonam num. 1. atque, ſi detur
ſeruo proprio vna cũ libertate, res eſt ex-
pedita: ſi detur ſine mẽtione libertatis, ſeu-
dum datum non corrumpitur, ſed eo ipſo,
2 ✝ quod dominus dedit feudum, videtur etiã
tacitè libertatem dediſſe, vt per Doctores
in d. §. perſonam, arg. §. 1. inſtit. de hæred.
inſtit. l. ſuper ſeruis qui milit. poſſunt lib. 11.
& l. quidam conſulebant verſ. dando magi-
ſtratum omnia agere decreuit ff. de re iudic.
& l. idem Vulpianus §. fin. ff. de excuſat. tu-
tor. ex Iſern. Mozz. c de his qui feuda dare
3 poſſ. num. 31. fol. 57. ſeruo ✝ alieno feudum
datum nullum eſt, ſi quis dederit ignorans
ſeruum eſſe, & liberum eſſe putans; Schẽch.
in d. §. perſonam num. 6. Hotoman de feud.
obſeruat. prima Sonsbec par. 7. num. 21.
datum ſeruo alieno à ſciente ei cui dat eſſe
ſeruum valet, adeo vt nonnulli exiſtiment,
cum alijs per ſeruum domino acquiratur,
hoc tamen caſu feudum non acquiri domi-
no, ſed ſeruo, & ipſius liberis, iiſque non
exiſtentibus ad dominum concedentem re-
uertit, Aluarot. in d. §. perſonam nu. 5. quod
tamen alijs videtur eſſe abſurdum, vt Sylu.
in tract. de feud. cognit. q. 95. Sonsbech p. 7.
nu. 21. Roſental. cap. 3. concl. 7. ſed Sonsbec.
Baro d. §. perſonam num. 3. diſtinguit, quod
4 ſi ſeruus ✝ alienus nõ Domini ſui, ſed per-
ſonæ ſuæ contemplatione de feudo inueſti-
tur, ipſius ſerui domino ſciente, & patiente,
ſeruus ipſe libertatem, & feudum conſequi-
tur, arg. d. l. ſuper ſeruis verſ. ſi vero ſcien-
tibus his ſerui militauerint, C. qui militar.
poſſ. lib. 12. ſi verò feudum detur, vel eius
domino ignorante, aut ſciente, & contradi-
cente, vel ipſius domini contemplatione,
ſeruis in ſeruitute maneat, & p ipſũ feudũ
domino acquiratur, in dubio autem domini
potius, quam ſerui contemplatione feudum
datum eſſe cenſetur: & tunc domino acqui-
ritur: ſed hoc non procedit, in hominibus,
5 ✝ qui hodie dicuntur proprij, quoniã cũ ſer-
uis, qui olim fuerunt nõ ſunt ijdẽ, & bona
propria poſſident, adeò quod acquiruntur
ſibi, non dominis, vt tradit Zaſ. lib. 1. ſingu-
larium reſponſ. cap. 3. nu. 76. Gail de pignor.
obſeruat. 8. num. 2. cui conſequens eſt, ho-
mines proprios feuda non tantum poſſe ac-
cipere, ſed etiam indiſtinctè illa pro ſe reti-
nere, ex his firmat Vulteius cap. 4. num. 7.
circa finem.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio IV.

THEMA.

Filijs familias feuda dari poſſe. communior, & verior.

SVMMARIVM.

1 *Filijs familias ab alio, quam à patre feu-*
da dari poſſunt, etiam ſi inueſtiens er-
rauerit, & acquiritur patri.
2 *Fructus feudi non ſunt feudales, allodialiũ*
bonorum vſusfructus pertinet patri, ſic
fructus talis feudi cum limitationibus.
3 *Vſusfructus feudi filio familias donati,*
quod acquiratur filio eſt verius.
4 *Feuda dantur contemplatione militiæ, &*
ſic peculium caſtrenſe, vel quaſi, eſſe quod
acquiritur filio familias.
5 *Feudum non cenſetur iure bonorum allo-*
dialium, ſed feudorum, & parentes aſcen-
dentes non exiſtentibus deſcendentibus
nec ſuccedunt.
6 *Feudum, vſusfructus, ſi acquiratur patri*
iret alio, quam ei cui dominus conceſſe-
rit, quod fieri nequit, maximè quod obſer-
uitia conceduntur.
7 *Feudum datur, vt proprietas penes dãtem*
remaneat, & vſusfructus ad accipientem
tranſeat.

1 FEudum filijs ✝ familias dare poſſe abſ-
que vlla dubitatione firmarunt Bor-
colt. de feud. cap. 5. num. 46. & alij per eum
ibi adducti, etiam ſi inueſtiens in conditione
errauerit, putans eum iuris ſui eſſe, & non
filium familias, Mozz. de his qui feud. dar.
poſſ. nu. 33. non tamen à patre, cuius in po-
teſtate eſt, quoniam hoc incideret in dona-
tionẽ, ſed ab alio, & feudũ ab alio datũ filio
familias, acquiritur patri, firmat Bald. in l.
cum oportet C. de bon. quæ liber. dicens ſẽ-
tiſſe Iacobũ de Bellouiſu Curt. iun. in tract.
de feud. par. 3. membr. 2. Roland. à Valle
conſ. 54. num. 28. lib. 3. & hoc verius dicit
Sonsbech. par. 3. num. 8. & communem fir-
mat Scrader. de feud. cap. 6. per rationem,
quod de hoc nihil reperitur de iure feudali
diſpoſitum, ità quod ad ius commune re-
currere neceſſe eſt, vt in cap. 1. de feud. co-
2 gnit. & quod fructus ✝ feudi non ſint feu-
dales, ſed allodiales, ſed allodialium bono-
rum vſusfructus ad patrem familias perti-

net l.cum oportet, ità, & fructus huius feudi
cui. Sonsbech. ſentire tres affert limitatio-
nes Mozz.de natoral.feud. Prima, niſi feuda
ſint caſtrentia. Secunda, niſi Rex, vel Im-
parator daret feudum. Tertia, niſi feudum
pacto datum ſit, vſusfructus patri non ac-
quiratur; per nou. Auth. vt matri, vel Auię,
& auth. item hæreditas, C. de bon. quæ liber.
3 ſed quod † vſusfructus feudi filio familias
dati patri non acquiratur, ſed ipſi filio, ve-
rius eſt, firmat Iſern. in cap. 1. num. 15. de
his qui feud. dar. poſſ. Bald. in cap. 1. §. ſi duo
& ibidem Afflict. num. 16. de duob. fratr. de
nouo benefic. inueſtit. idem Bald. in l. ſi vxo-
rem in fine C. de conſtit. inſert, & hãc com-
munem eſſe Doctorum ſententiam, teſtatur
Præpoſi. in d. cap. 1. §. ſi duo col. 2. de duob.
fratr. de nouo benef. inueſtit. Rolan. à Valle
71. num. 65. & 66. lib. 2. vbi dicit ab ipſa ſen-
tentia in conſulendo, & iudicando, non eſſe
recedendum, & ità rectè ſentire Zaſium,
ſcribit Vvſembech. in ſuo tract. de feud. c. 5.
num. 4. & veriorem dicit Borcolt. d. cap. 5.
num. 48. Primò enim cum feuda dentur cõ-
4 templatione † militiæ, cenſeantur iure pe-
culij Caſtrenſis, vel quaſi Caſtrenſis; arg. l. 1.
C. de Caſtrenſ. pecul. cuiuſmodi peculium
pleno iure ad filium familias pertinere iuris
eſſe expediti, & falſum eſt, quod Sonsbech.
dicit peculium Caſtrenſe non poſſe conſi-
ſtere in rebus immobilibus, arg. d. l. 1. Secũ-
dò feuda non cenſentur iure bonorum allo-
5 dialium, † ſed, vt ius, & de iure feudorum,
parentes aſcendentes, deficientibus deſcen-
dentibus, in feudo non ſuccedunt ſicut in
allodialibus, & dum Patres, ſiuè pater à feu-
do filij excluditur in & abuſufructu, exclu-
ſus eſſe cenſeatur. Tertiò, ſi feudi à filio
familias acquiſiti vſusfructus acquireretur
6 patri † feudum ipſum acquireretur, alio,
quam cui dominus conceſſit, quod fieri non
debet, præſertim cum plerumque obſeruã-
tia concedantur, & in illis præſtandis indu-
ſtria perſonæ electæ eſſe cenſeatur. Quibus
accedat, quod, ſi filius familias vſumfructum
non haberet, proprietate apud concedentẽ
remanente, eſſet contra feudi deſcriptionẽ,
ab oberto propoſitam, in qua dicitur ex-
7 preſsè feudum † ita alicui dari, vt proprie-
tas quidem pęnes dãtes remaneat, vſusfru-
ctus verò illius ad accipientem tranſeat, vt
etiam reiectis contrarijs feudi filio familias
dati ipſi, & non patri acquiri, ex prædictis
& alijs firmat Vvlteius d. cap. 4. num. 8.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio V.

THEMA.

Papa, Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, & Eccleſiaſticæ perſonæ omnes ſunt feudorum capaces, ſi in feudi conſtitutione, ità cautum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Papa ab Imperatore, Rege, & quis alius feudum accipere poteſt.*
2 *Papa olim vaſallus Imperij ratione comitatus concordiæ Regij, Mutinæ aliarumque dominationum à Matilda comitiſſa vaſalla Imperij donatorum.*
3 *Archiepiſcopi. Abbates, Prælati, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, feuda accipere poſſunt.*
4 *Eccleſiaſticæ, perſonæ ne dum ab Eccleſiaſticis poſſunt accipere feuda, ſed etiam à laicis.*
5 *Clericos habere feuda non poſſe, intelligitur de illis, qui cum laici eſſent fiunt clerici, & feuda habere.*
6 *Feudum ignoranter datum clerico per Dominam reuocatur.*
7 *Papam, Archiepiſcopos, cæteroſque clericos feuda habere poſſe, non ità de facili procedit, ſed ſi in feudi conſtitutione, ità cautum ſit, vt clerici ſuccedant.*
8 *Clerici conſuetudine feuda tenens, & ità in Germania ſeruatur.*
9 *Clerici, ſi denegatur ſucceſſio feudi, eſt quando clericalẽ habitum aſſumunt, renuntiando ſucceſſioni, non quãdo conceſſum eſt, vt clerici ſuccedant.*

DIximus circa qualitatem feudorum capientium, ſiuè ſint, laici, ſiuè clerici, &
eccleſiaſticę perſonę ſummi, infimi, nobiles,
& ignobiles, & his ſuperioribus habentibus feudum etiam, quod minoris conditionis ſint cum non in conuenit, vnam eandemque perſonam reſpectu diuerſarum
qualitatum diuerſimodè cenſeri, & ſic
1 † Summus Pontifex feudum accipere poteſt ab Imperatoribus, à Regibus, a quauis
alia minori perſona, & illius feudatarius ſit,
dicit Sonsbech par. 7. num. 1. vt ità Pontifex
Ro-

Digitized by Google

Romanus olim erat vaſallus Imperij Romani ratione Comitatus concordiæ, Rhegij, mutinæ aliarūque dominationū, quas Matilda Comitiſſa, vt vaſalla ab Imperio Romano in feudum tenebat, & poſtmodum Romano Pontifici donauit; qui Pontifex
2 eodem iure ſucceſſit, Archiepiſcopi, † Epiſcopi, Abbates, Prælati, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ feuda accipere poſſunt, ne dū iure feudorum vt in c. 1. §. fin. de capit. Corradi: ſed etiam canonici, vt in cap ex trāſmiſſa de foro compet, & probāt Claud. Seyſell. in ſpec. feud. tit. qui feud. accip. poſſ. Ardizon. in ſumm. feud. cap. 23. Zaſ. par. 5. n. 71. & ſeq. Sonsbech par. 7. nu. 3. Blanc. 1. feud. 5. Dyn. in ſumm feud. §. fœmine verſ. clericus Panormit. in cap. cæterum de iudic. Archidiac. in cap. ſi qua mulier 18. q. fin in Auth. ingreſſi de SS. eccleſ. idque verius eſſe dicit
3 Vvſembech. cap. 5. nu. 2. & accipere † poſſunt non tantum ab eccleſiaſticis, ſed etiam à laicis Borcolt. cap. 5. nu. 49. & communem affirmat, Zaſ. par. 5. num. 71. quam quæſtionem, num clericus feudum accipere poſſit à laicis, arduam eſſe dicit Mozz. de his qui feud. dare poſſ. num. 32. Non obſtat, quod
4 dicitur clericos feuda † habere non poſſe, vt in c. 1. §. qui cle icus, ſi de feud. defuncti; &c. in cap. 1. an mutus, vel alius imperfectus, & in cap. 1. in fine de feud. fœmin. Quoniam tex. illi loquuntur non de clericis de nouo, poſtquam clerici facti ſunt acquirere volentibus, ſed de his, qui cum laici eſſent, & feuda haberent, poſtea clerici facti ſunt Borcolt. cap. 5. num. 49. & cum ſe caſus ſucceſſionis offert, clerici eſſe deprehendūtur, & ratio diuerſitatis eſt, quod hoc caſu poſteriori, ei qui dederat nihil imputari poteſt quod vaſallus poſtea factus ſit clericus, quod futurum eſſet, ipſe diuinare non poterat, priori autem illo caſu, feudum conce-
ſ dens ei qui, iam clericus eſt imputet ſibi, cur huiuſmodi perſonæ, feudum conceſſit, quem ſcit per ſe ſeruitia, ob quæ concedit præſtare non poſſet, ex quo, & illud receptum eſt,
5 vt ſi quis feudum alicui clerico † dat, clericum eſſe neſciens, is feudi à ſe dati reuocandi facultatem habet, quod plenius oſtendit Roſental. cap. 7. num. 73. in gloſ. lit. F. Scrader. par. 4. cap. 3. num. 7. Vvlteius d. c. 4. num. 9. Mozz. de feud. in cap. de his qui feud. dar. poſſ. num. 28. & ſeq. & cap. fin. num. 12. &
7 non ita de facili. Papam, † Cardinales Archiepiſcopos, Epiſcopos, Prælatos, Clericos, cæteraſque perſonas omnes feudorum eſſe capaces retinere, & in eis ſuccedere poſſe; ſed ſi in feudi conſtitutione, ità cautum ſit, vt clerici, & huiuſmodi perſonæ ſuccedant, & feudum retinere poſſint, vt ex multis probat Sonsbech par. 12. num. 115. per cap. 1. §. Præterea, quid ſit inueſtitura, & idem eſſet,
8 ſi id receptum eſſet ex † conſuetudine Foreſter. cap. 23. num. 42. vel ſtatuto introductum, vt hodie ex generali conſuetudine in Germania ſeruatur, vt clerici feuda, quæ habent retinere poſſint, atque ſi caſus acciderit, in feudis ſuccedunt, non obſtante eò, quod iure feudali ſecus eſſet cautum, vt dicimus in par. 10. dilucidatione 76. cum ſe-
9 quentibus quo fit, vt ſi † ſucceſſio illis deneganda ſit vt eos qui habitum clericalem aſſumunt ſucceſſioni legitimæ renūtiant, Vvlteius cap. 9. fol. 470. quod intellige, quādo feudum conceſſum eſt, vt clerici ſuccedant, quia quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter, & legem, quam vult imponere poteſt, vulgata l. in remandata C. Mandati cum vulgatis.

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio VI.

THEMA.

Feudi franchi, de quo non præſtatur ſeruitium, nec fidelitas, clerici ſunt capaces, ſuccedunt, & retinent. Communis.

Pro ſummario propter breuitatem, deſeruit.

Clerici ſunt capaces feudi, de quo nullum præſtatur ſeruitium, quod francum feudum appellatur, quia ceſſat ratio ſeruitij militaris pſtādi, excluſi clericorū excluſio ceſſat, Iaſon in prælud. feudorum num. 115. Scheneid. par. 6. de ſucceſſ. deſcendent n. 24. verſ. 3. Paul. Pic. in cap. 1. §. mutus num. 12. Epiſcop. vel Abb. Curt. iun. par. 3. memb. 2. num. 27. verſ. quintò ſignanter Capyc. in inueſtit. feud. verſ. feudatarij col. 2. verſ. francū feudum, Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 72. de conſtit. & in cap. in præſentia num. 45. ibidem Decius num. 76. in tertia fallentia, Panormit. num. 70. de probat Bald. in cap. inter dilectos num. 6. de fide inſtrument. in Auth. niſi rogati, &c. num. 15. C. ad Senat. Conſultum Trebell. in l. ſi plures n. 7. C. de condit. infert. Barbat. in rub. de feud. num. 2. Paris de Puteo de feud. reintegrat. cap. 133. num. 18. Caccheran. decil. 27. nu. 5. & ſeq.

& ſeq. Caſſan.in Conſuetud. Burgun. rub.3. Des fiefs.§.5. col.pen. verſ. quinto limitant ſub nu.17. Cannetius in extrauag.{volentes §.idem videtur dicendum ſectio 16. nu.23. Foreſter.lib.4.cap.40.limit.7. Alex.conſ.30. num.15.lib.1. & conſ.10.nu.12.lib.2. Mozz. dic. tit. de his qui feud. dar.poſſ.nu.70. verſ. fortius effectus Scheneid.par.6.cap.3. n.24. limit.3.Scrader.par.7.cap.1.num.30.limit.1. Vvlteius d.cap.9.fol.470. verſ.ſecundus caſus eſt, Brun,conſ.16.num.2.Syluan.conſ.3. num.56.Cæphal.conſ.151. deceſſit num.15. lib.2.Menoch.conſ.54. num.12. & conſ.181. num.66.& 113. Burſat.conſ.2.nu.35. in fine Roſental. cap.7.concl.30. nu.21.& in gloſ. litera D. Gloſ. & DD. in auth. ingreſſi C.de SS.eccleſ.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio VII.

THEMA.

Clericus, & huiuſmodi religioſæ perſonæ ſunt feudorum capaces, & retinent, ſi ſeruitium præſtandum honeſtè a clerico præſtari poſſit. Communis.

SVMMARIVM.

1 *FEudi ſeruitium, ſi honeſtè præſtari poteſt, clericus eſt capax.*

2 *Vaſallus idoneus, vel non idoneus, à ſolitis ſeruitijs iudicatur.*

3 *Feudo dato pro ſeruitio reali, nō tamē clericus contenta in fidelitate adimplere poteſt, quia tempore belli neceſſe eſt ſeruire, & ſic capax, non videtur.*

IN hoc eſt aduertendum quod ſi ſeruitium perſonale, quod pro feudo debetur per clericum aliamuè ſimilem perſonam honeſtè præſtari poſſit, puta non militare, ſed fortè concionari, aut ſimile quid, ob ceſſantem rationem prohibitionis, eos ad feuda
1 admicti † poſſe, ità firmant DD. omnes in cap.qui clericus vbi Aluarot.nu.2.Prępoſit. Rauen. & Afflict.nu.5. & ſeq.Bald.in Auth. niſi Rogati num 5.C. ad Senat.Conſul.Trebell.Thomas de Marin.de gener.feud.tit.2. par.2.nu.142.& 145.Innocent.& Panormit. in cap. in præſentia num.69. de probatio, Felin. ibidem nu.46.Dec.num.74. & alij ibi Scribentes Alex.d.conſ.10.num.3.& 8.Brun. conſ.16.num.5.Sylu.conſ.3.num.60. Alciat. reſponſ.222.Cęphal.conſ.1.num.22.Capyc. deciſ.32.num.2.Caccheran.deciſ.27. num.7. vbi oſtendit pleroſque eorum qui affirmatiuam ſententiam ſecuti ſunt, in hoc allucinatos fuiſſe, & dum ex eo quod, pro concluſionis limitatione, alij tradunt ipſi conſtituerunt regulam, refert, & ſequitur Piſtor. d.q.33.num.23.& ſeq. & quamuis fidelitatis iuramentum plura requirat à vaſallo, om-
2 nis tamen ratio ſecundum quam † vaſallus idoneus, vel, non idoneus iudicatur, à ſolis depender ſeruitijs, vt hoc totum negotium iuxtà ſeruitiorum rationem extimandum non attendendo quid alias à vaſallo exigatur, vt verè docuit Piſtor.d. q.33. num.25. Hinc eſt, vt ſucceſſio quidē negatur, in feudo vero, & proprio, ideſt de quo præſtanūd ſit ſeruitium perſonale, concedatur autem in feudo, & de quo præſtandum eſt ſeruitiū reale, Aluarot.in d.§.qui clericus, Scheneid. par.6. de ſucceſſ.deſcendent num.24. Pariſ. conſ.4.nu.13.& conſ.18.nu.20.lib.1.Cephal. conſ.1. num.26. quibus non conſentio, nec
3 dicto Cyni in auth.ingreſſi, quod ſi † ſeruitium honeſtè præſtari poſſit, & impeditus iuſtè, etiam per ſubſtitutum, quia non omnia, quæ in fidelitatis iuramento comprehendantur à clerico, vel monaco, aut ſubſtituto præſtari poſſunt, nam dato quod pro feudo præſtatur ſeruitium Reale, tamen tempore belli neceſſe eſt de perſona ſeruire, & huiuſmodi perſonæ, non poſſunt ſeruitia militaria præſtare: nec ea, quæ in iuramento fidelitatis continentur, & hac ſola cauſa excludantur à feudo, Cephal.d. cōſ.1. num.3.& Ficard.add.ad Villalob.lit.F.n.29. vbi hanc opinionem communem, & veriorē eſſe teſtatur, & ità iudicatum profert Maſcard.in obſeruat.48.num.8. centur.5. & ex innumeris authoritatibus comprobat Roſenta.de feud.cap.7.concluſ.29.in gloſ.lit A. & concluſ.30.num.21.& latius fundatur infra par.10.Dilucid.76. & ſeq. etiam contrarijs reiectis, ibique latius materiam de incapacitate clericorum Prælatorum, & religioſorum explānamus, & prædicta procedere poſſunt, in feudo de quo non preſtatur ſeruitium reale, vel cenſuale tantum, vt per Ruin.conſ.42.nu.9.in princ.& ſi ſeruitium militare adeſt quid agendum, in ſequenti Dilucidatione dicimus.

PAR-

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio VIII.

THEMA.

Clericus feudum retinet, ſi ſeruitium militare, & alia pro feudo debita, per ſubſtitutum præſtari permittitur. Communis.

Quia breuis,non opus alio ſummario.

IN præcedenti quinta Dilucidatione clericum ad feuda admitti ex voluntate concedentis domini procedere. Vnde ſi dominus permittit per ſubſtitutum ſeruiri,non tantũ expreſsè,ſed,& ſi dominus,aut ille,quorum intereſt, non contradicit. Ità firmat Rub. Alex. in conſ.80. in fine, Neuizan. conſ.30. num.1. Menoch.conſ.54. num.7. atque hoc capite omnes illos loqui qui illos exiſtimarunt, clericum in feudo ſuccedere poſſe, præſupponentes regulariter permiſſum eſſe vaſallo, vt per ſubſtitutum ſeruiat, ſcribit Piſtor. d. q.33. num.26. & tali caſu clericus feudum tenere poteſt, vt in præcedentibus Dilucidationibus dictum eſt.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio IX.

THEMA.

Si pater feudum poſſidens, vel Agnati operantur, vt ſucceſſurus in feudo in fraudem, fiat, clericus, vel monachus,mortuo patre, & dimiſſo clericatu legitimè feudum habere poteſt. Communis.

Et quià breuis alio ſummario,non opus.

PAter, vel Agnati operantur, vt ſucceſſurus in feudo efficiatur Monachus, ſiuè, Clericus, & hoc in fraudem ſucceſſionis ipſius, patre, aut alio feudum tenente mortuo & talis clericus, ſiuè, Monachus legitimè clericatu, ſiuè Monacatu dimiſſo,non facta profeſſione in feudo ſuccederet,& recuperaret: ità Iacob.de Bellouiſ.in cap.1.§. ex hoc de feud. fęmin.vbi (æquius, & conſuetudine obtinere dicit, id ſępius in Sicilia vidiſſe,) & ibidem Laudenſ.num.2.per cap. ſcripſit q.2. Bal.in cap. qui clericus num.2. ſi de feud.defuncti, &c. dimittendo clericatum inquit, minor recuperat feudum ope reſtitutionis Aluar.ibidem num.4. in fine Prępoſit.eodem loco num.1.& in cap.1.§.& quia vidimus num.51. de his qui feud. dare poſſ. Rauen. (ope inquit reſtitutionis) ,ſed Bal.hac opus non eſſe poſtea ſubijcit in d.c. qui clericus,ſi de feud.defuncti controuerſ. fuer.Curt.iun.par.3.membr.2.num.25. verſ. tertio ſignanter Sonsbech par.12.num.147. Caſſan.tit.Des fieſſ.§.5. in verſ. exceptio les le religicus num.17.verſ.6. limita Piſtor. d. q.33.num.19.& ſeq.lib.2.par.2.Affli.in c. 1. nu.10. verſ.ſed dubitat de milite vaſallo (ſi appareat talis fraus,ſed eam non facilè pręſumi,l.quoties §.qui dolo ff.de probat l.dolum C.de dolo Thom.de,Marin.tit.2.n.140. tertia, & vltima,Menoch.de arbit.iudic.qq. caſu 23.in fine.conſ.54.num.181.num 80. & conſ.519.num.18.lib.6. Vulte us d. cap. 9. fol.472. verſ.quintus eſt, & verſ.ſextus eſt Roſental.cap.7.conclu1.30.nu.2. & in gloſ. litera C.& G.

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio X.

THEMA.

Monachus ex diſpenſatione Summi Pontificis fit Comes, oblatum feudum habere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *PApam omnia poſſe, maximè circa diſpenſando in perſonas Eccleſiaſticas, vt laicentur, & vxorem ducant.*

2 *Papa diſpenſat, vt Rex effectus religioſus ducat vxorem, ne Regnum pereat.*

3 *Clericus, aut Monacus, ex diſpenſatione factus comes, in feudo ſuccedit, & feudorum capaces reduntur.*

4 *Clericus in minoribus conſtitutus, & rein tegra Clericatum dimittit, abſque diſpẽſatione eſt feudi capax.*

Cla-

CLarum eſt, Papam omnia poſſe, maximè
circa perſonas eccleſiaſticas, ſibi ſubdi-
tas ad libitum, ipſis diſpenſare poſſe, vt cle-
rici, & religioſæ perſonæ laicentur, & etiam
1 diſpenſare cum monaco, † vt vxorem, ca-
piat, & efficiatur laicus præſertim, ſi vnicus
ſit Regis filius, ne Regnum pereat, aut nè
ſtirps nobilis deficiat, Bald. in l. ſi pater, §. in
arrogationibus nu. 1. inquiens filium vnicum
Regis, ſi ingrediatur Monaſterium peccare,
& non mereri, ac Papam diſpenſare poſſe
2 † quod capiat vxorem, nè Regnum pereat.
l. ſi ſibi filius nu. 3. ff. de adoption. ſequuntur
Capyc. in inueſtit. ſeu. c. feuda officiorũ col. 2.
§. Regis filius, &c. Caſſan. in Conſuetud.
Burgun. in rub. 3. §. 5. verſ. Des fieſs. §. exce-
ptio. los religioſes num. 17. & ſic facilius, ſi,
3 clericus, † aut monacus ex diſpenſatione
Summi Pontificis factus ſit Comes, in feu-
do, ſibi oblato ſuccedit, ità vult Curt. iun. d.
par. 3. memb. 2. num. 28. Caſſan. d. §. 5. nu. 16.
in 4. declaratione vbi (hoc reſtringit, & li-
mitat, verum ſaltim eo caſu eſſe, quando
Pontifex motu proprio diſpenſat, non etiã
ſi ad inſtantiam monaci factus ſit Comes)
valens Forroſter tract. de ſucceſſ. ab inte-
ſtata, lib. 4. cap. 23. num. 38. in 5. declaratio-
ne, q. 1. Bald. conſ. 275. quod pro regula tra-
ditur, &c. num. 7. lib. 2. & omnes, qui ex di-
ſpẽſatione Summi Pontificis laicantur, feu-
dorum poſtea oblatorum capaces redũtur,
tradit Iſern. in cap. 1. num. 2. & 3. de vaſall.
milite, qui arm. bellic. depoſ. vbi Aluarot.
num. 8. Præpoſit num. 3. Afflict. num 10. &
4 Petr. Rauen. dum aiunt, in minoribus † cõ-
ſtitutus ſi mox re integra clericatum abij-
ciãt, abſque diſpenſatione ſit feudorum ca-
pax, idem enim videtur ex decretabilibus,
vt feudum poſt diſpenſationem habeat, &
tradit expreſsè, Frãciſcus Sonsbech d. c. 12.
num. 14. quem ſequitur Butlatus conſ. 63.
num. 26. ibi etiam poſt oblatam, &c. è con-
trario, & ſentiunt præcitati Doctores om-
nes, & Iaſon in l. ſi arrogator num. 4. & 5. ff.
de adoption. & in l. fin. C. de tranſact. Ro-
ſental. d. cap. 7. concluſ. 30. num. 3. & 4. &
in gloſ. lit. D. & F. ſed ſi ex poſt facto ſcilicet,
ſi accuſatus ab agnato, vel ab alio diſpen-
ſationem obtinere non debet, Roſental. d.
num. 4. & latius dicimus in par. 10. Dilucida-
tione 27. commiſſionis feudi cauſa 69. vbi
de clerico primæ tonſuræ loquimur.

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio XI.

THEMA.

Feudum ſuperiorum permiſſu ordinatum, ſi eſt, vt ſemper per ſubſtitutum ſeruire debeat in ius ſucceſſione clericos capaces eſſe. Communis.

SVMMARIVM.

1 *FEudo conceſſo, vt per ſubſtitutam ſemper ſeruiatur, clerici ipſius eſſe capaces, & in eo ſuccedere.*

2 *Fidelitatis in iuramento contenta, ſi ordinatur, vt per ſubſtitutum admittantur, clerici in tali feuda ſuccedunt.*

3 *Fœmina in feudo in quo ſeruitium præſtatur per ſubſtitutum effecta monialis rationi, tenet feudum vita durante.*

OMnia, quæ permiſſu domini feudi agũtur maximè in conſtitutione, vel in conceſſione, aut in aſſenſu alienationis feudi eorum effectum operare debent, ſi modo conceditur feudum, vel cum domini aſſenſu emitur, vt ſẽper per ſubſtitutũ eius ſeruitiũ præſtetur, clericos ipſorum capaces eſſe, retinere, & ſuccedere poſſe, ſecundum Iſer. in cap. qui clericus num. 6. ſi de feud. defuncti controuerſ. fuer. & in cap. 1. §. ex hoc n. 5. de benefic. fœmin. Curt. iun. de feud. par. 3. membr. 2. nu. 22. verſ. erit ergo talis ſenſus illius gloſ. Sonsbech. par. 9. num. 105. verſ. Tertiò fallit, Cannet. in extrauag. cap. volentes verſ. ſed opere prætium erit, &c. ſect. 67. num. 7. & ſeq. verſ. cum ergo feudum poſt Alex. in d. cap. 10. num. 5. lib. 5. hoc vno ore omnes tradere, teſtatur Piſtor. q. 13. nu. 26. Inttig. in ſua centur. feud. q. 30. num. 11. Capyc. in inueſtit. feud. cap. feudatarij habiles col. 2. §. Monacus, &c. Menoch. multos citat conſ. 181. num. 67. & nu. 84. & conſ. 54. n. 11. 32. & ſeq. vbi loquitur de Epiſcopo in remed. recuperand. 10. num. 68. & ſeq. ac de arbitrar. iudic. centur. 2. caſu 131. nu. 7. quibus locis de Epiſcopis, & Cardinalibus agit, ſic Crauett. conſ. 303. num. 10. verſ. ſec undo reſpondeo, & ex alijs ità, quod hæc ſit communis opinio, dicit Roſental. d. concluſ. 30. in gloſ. litera V. ità quod contenta in fide-

litatis

ditatis iuramento per ſubſtitutum etiam adimpleri valeat, (ſicut in feudo fæmineo), ſtatuit Capyc. in inueſtitura ſeuda c. feudatarij habiles col. 2. ſ. Monacus, ſi efficitur, Det. in cap. in præſentia num. 75. de probation. Scrader. par. 7. cap. 5. nu. 30. Vvlteius d. cap. 9. num. 67. nonus eſt in feudo fol. 473. Burſat. conſ. 63. num. 24. lib. 1. Menoch. conſ. 519. num. 1. lib 6. communem eſſe eſſerens, & præſupponere videtur omnes citatus infra in Dilucid. . . volentes ſi fœmina † feudum habens, Monaſterium
3 ingrediatur, ad vitam tenere poſſe, dum omnia per ſubſtitutum agit, Roſental. d. c. 7. concluſ. 30. in gloſ. litera S.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio XII.

THEMA.

In feudo in quo reale ſeruitium, & annuus cenſus ſolum præſtatur, clerici admittuntur, & monaci eorum vita durante, & non præſtatur fidelitas. Communis.

Quia breuis alio ſummario, non opus.

FIdelitas eſt baſis, & fundamentum feudi, ſi modo de aliquo feudo non præſtatur fidelitas, & de eo annuus cēſus datur, clerici ad tale feudum aſpirare poſsūt, & obtinere, ita tenuit Aluarot. in cap. 1. num. 8. de vaſal. milite, qui arma Ballic. depoſuit dicens, (hoc verum eſſe, dummodo fidelitas, non præſtetur) Bald. in ibidem num. 1. Aluarot. num. 6. Rauen. ibidem & in cap. qui clericus, ſi de feud. defuncti controuerſ. feud. Innocent. in d. cap. in præſentia nu. 5. vbi Patorm. col. ante pen. num. 69. Felin. num. 46. Det. nu. 74. de probation. Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 9. de conſtit. Curt. iun. de feud. part. 2. num. 24. limit. 1. vbi inquit hoc eſſe de mente omnium Doctorum, Borcolt. in rub. de feud. col. 2. in fine Thom. de Marin. tit. 2. par. 2. num. 145. Piſtor. q. 23. vbi nu. 25. ab opinione, tamquam communi, non eſſe recedendum, monet d. lib. 2. par. 2. Iaſon in auth. ingreſſi num. 47. C. de SS. eccleſ. Mozz. in d. tit. fin. num. 13. in princ. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 3. caſu 231. num. 8. Cannetius in extrauag. volentes verſ. ſed opere pretium erit, ſection. 67. num. 3. & in ſ. idem videtur ſectio. 16. num. 17. & 23. poſt Brun. in conſ. 17. Valens Foreſter. lib. 4. de ſucceſſ. ab inteſtato nu. 34. declarat. 1. Scrader. d. par. 7. cap. 5. num. 30. Scheneid. d. p. 6. cap. 3. num. 24. Vvlteius d. cap. 9. nu. 67. verſ. tertius cum etiam &c. in fine fol. 471. Caſſan. d. rub. 3. ſ. 5. num. 14. limit. 2. vbi dicit eſſe de mente omnium; Corneus conſ. 16. num. 1. lib. 1. Ruin. conſ. 42. num. 9. & conſ. 142. nu. 2. & 10. lib. 1. Syluan. conſ. 3. num. 6. Curt. ſen. conſ. 62. nu. 2. 3. 4. & 6. & per totum. Caccher. d. deciſ. 27. num. 7. vbi notat regulariter perſonam ſeruitium ex feudo deberi, igitur à quibuſdam hic regulam perperam conſtitui clericos ſuccedere, niſi ſeruitium perſonale præſtetur, &c. ſicut, & Piſtor. d. q. 33. moretur. Clarus ſ. feudum q. 78. nu. 4. Cæphal. conſ. 1. num. 22. & ſeq. conſ. 151. num. 9. 11. & 12. 20. & per totum lib Craſſ. lib. 2. commun. opin. verbo feudum q. 9. Roſental. d. concl. 30. in gloſ. litera. Z. & dummodo fidelitas no præſtetur, vt prædiximus, & ad Monaſterium tale feudum ire contingent, intellige vita durante Monaci, ità volunt Bald. Aluarot. Præpoſit. Rauen. Afflict. Innocent. Decius, Curt. Scheneid. Caſſan. Menoch. Ruyn. Sylu. Curt. ſen. Caecheran. locis iam dictis Capyc. deciſ. 10 num. 10. vbi inquit in hac opinione non reperiri contradictorem, item Clarus d. q. 78. num. 2. Michael. Graſſ. lib. 2. commun, opin. cap. 2. in ver. feudum q. 9. in fine Piſtor. d. q. 33. num. 24. Roſental. vbi ſupra in gloſ. litera AA.

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio XIII.

THEMA.

Conſuetudine, aut ſtatuto, ſi inductum eſſet, vt clericus feudi capax ſit, ipſum retinet, & in eo ſuccedit.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, etiam per quarteria induci poteſt,*

2 *Conſuetudo induci, & ſtatutum fieri ſicut poteſt per Papam, vt clericus ſuccedat in feudo, & capax ſit.*

3 Cle-

3 *Clericus de Conſuetudine ſuccedit in feudo in Regno Galliæ.*

4 *Conſuetudine introduci poteſt, vt clerici ſuccedant in feudo, quia feuda conſuetudine introducta fuerunt.*

Conſuetudines introduci, & ſtatuta fieri
poſſe nedum per Regna Prouincias, &
1 Ciuitates, ſed etiam per † quarteria, l.2.§.
deinde cum eſſet,ff. de orig.iur. vbi Bald.ex-
preſsè notat, allegatur tex. in l.ſi quis filio
§.fin.ff. de legat.1.& ſic induci poteſt cõſue-
2 tudo, ſiuè fieri ſtatutum, † vt per Papam,
vt clerici ſuccedãt in feudis, & fiunt feudo-
rum capaces, quod ſeruandum eſt, vt per
Curt.in par.3.ſui tract.feud.memb.2. nu.22.
verſ.erit igitur talis ſenſus, Sonsbech p.12.
num.147. Caſſan. in Conſuet. Burgund.in
rub.3.§.5.limit.10.num.9. Thom.de Marin.
tit.2.par.2.nu.144.Piſtor. in fine q.33.aiens
conſtit.28. conſtit. electos Saxoniæ hoc ſã-
citum eſſe. Valent. Forreſter de ſucceſſ. ab
inteſtat.lib.4.cap.23.num.42.declarat.9.&
3 in Gallia † clericos in feudis ſuccedere de
conſuetudine, teſtatur Mozz. de feud.tit.ſi,
num.13.in fine,& ex alijs Roſental. dicto.c.
7.concluſ.30.in gloſ.literis CC.& ſic ex præ-
prædictis patet ex conſuetudine clericos
ſuccedere, & vt ſuccedãt in feudis introdu-
ci conſuetudo poteſt, & ſeruari,quia feuda
ex conſuetudine originem ſumpſerunt, vt
in 1.par.diximus,& eſt notum.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio XIV.

THEMA.

Dominus feudi ſciens aliquem eſſe
clericum eiuſque conditionem,
& denuo illi feudum concedit,
retinere poteſt, ſi ſeruitium per
clericum explicari poteſt.
Communis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus feudum à domino ſuam conditionem ſciente de nouo concedit retinere poteſt.*

2 *Clericus tenet feudum, ſi ſeruitium per ipſum explicari poſſit.*

3 *Clericus, ſi oportet à ſacris ab eſſe poteſt cum licentia ſuperioris, ſi ſeruitium perſonale præſtare habet, ſi concedens nouit diſpenſare cenſetur.*

4 *Seruitium, vt explicari poſſit per clericum & ex ſcientia domini clericus feudum tenet.*

Clerici feuda habere, & retinere poſſunt
ſi à domino ſciente eorum clericatum,
& conditionem, de nouo eis concedatur,ſic
intelligunt cap.1.§.ſi.de capit.Corrad. & fa-
cit cap.1.§.perſonam,& ibi notata per quos
fiat inueſtit. & cap.1.in fine,& cap.ex tranſ-
miſſa,cap.verum de foro compet.Iſern. in
cap.1. de vaſall.qui arm.bellis depoſuit, ei
ibidem Aluarot.num.11.Præpoſit.Rauen.&
Afflict.num.9.& in cap.qui clericus num.1.
& 4.ſi de feud.defunct.&c. & in cap.1.§. ex
hoc num.2.de feud.ſœmin. (vbi Aluarot.n.5.
2 hoc non aliter admittit.niſi ſeruitium † per
clericũ explicari poſſit, & ſic excudit.gloſ.
ibidem) Balzacan.ibidem num.12.& in d.c.
qui clericus nu.9.Ardizon.in rub.97 Vtrum
vaſallus amittat feudum,ſi clericus efficia-
tur poſt medium fol.108.Curt.d.p.3.mẽb.2.
num.30.limit.8. Aret.in cap.in præſentia
num.84.de probation.Scheneid.par.6.cap.3.
num.24.limit.5,Capyc.in inueſtit.feud. cap.
feudatarij habiles,col.2.Tho.de Marin.tit.2.
par.2.num.144.in fin.Piſtor.q.33.num.27.ex
communi Caſſan.d. loco limit.7.nu.17. Cac-
cheran. in deciſ.27. num.14. & ſeq. limit 4.
Alex. conſ.10. viſo inſtrumento num. 17.
lib.5.Alber.& Brun.conſ.16.in cauſa præ-
miſſo in fine nu.9. Valent.Foreſter. de ſuc-
ceſſ.ab inteſtato lib.4.cap.23.in prima q.nu,
41. declarat.8. Scheneid. d. par.3. num.105.
hanc dicit communem eſſe ſententiam Sey-
ſell.in rub.qui feud.dar.poſſ.Hannetton. c.6.
lib.1.dummodo ſeruitium ſit reale, & per
clericum licitè præſtetur, Borcolt. c.5
num.49.dicit communinem, Mozz.tit. de
his qui feud.dar.poſſ nu.28. & tit.fin. nu.12.
3 poſt Laudenſ.Chircon.& ſi oporteat à † ſa-
cris ab eſſe neceſſe eſt fiat licentia ſuperio-
ris, ſi eſt conuentum, vt præſtet ſeruitium
perſonale non valet, ſi non nouit perſonæ
qualitatem. Nam, ſi nouit, intelligitur di-
ſpenſaſſe, ſic Claud.Seyſell.d.loco,& ità in-
telligendi Doctores allegati, nec puto qua-
litatem perſonæ,ignorãtiam vitiare in alijs
caſibus, licet Aluarot. Præpoſit.Rauenna
locis allegatis videantur,vtrumque coniun-
ctim requirere, & ſeruitium ſit tale, quod
poſſit ipſe explicare, & concedens ſciat eſſe
clericum, vt a principio diximus,& Roſen-
tal.de feud.cap.3. concluſ.4. lit D. & cap.7.
concluſ.3 in gloſ.literis DD.

PAR-

Digitized by Google

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio XV.

THEMA.

Monaci tertij ordinis Sancti Franciſci ſuccedunt in feudis. Communis.

SVMMARIVM.

1 *SAncti Franciſci tres ſunt Ordines,Fratres, Minores,& Moniales.*
2 *Ordo primus Fratrum Minorum eſt, arctiſſimus.& caret proprio.& in particulari.*
3 *Ordo Sanctæ Claræ eſt ſecundus,& monialibus artiſsimus.*
4 *Ordo tertius eſt viuentium in coniugio tā in maſculis, quam in fœminis, & habent proprium in particulari.*
5 *Ordinis primi, & ſecundi iurant, illa tria caſtitatem,obedientiam, & paupertatem.*
6 *Ordinie tertij Sancti Franciſci,ad illa tria non aſtringuuntur.*
7 *Monaci,& moniales tertij Ordinis dum manent in coniugio, non habent omnino poteſtatem ſui corporis.*
8 *Ordinis tertij non habent propriam regulā, ſed quidam viuendi modus.*
9 *Tertij Ordinis perſonas religioſas, non cenſeri.*

1 SAncti Franciſci ✝ tres ſunt ordines; Fratres Minores,& Moniales,primus or-
2 do ✝ Fratrum Minorum eſt, qui artiſſimus
eſt, & caret proprio in communi,& in par-
ticulari, vt in Clementina exiui de verb. ſi-
3 gnific. ſecundus ✝ eſt Ordo Sanctæ Claræ,
qui differt à primo, quia Ordo ille in fœ-
minis artiſſimus eſt,non habet proprium in
4 particulari,ſed in communi. Tertius ✝ Or-
do eſt pro viuentibus in coniungio,tam in
maribus,quam fœminis,& habent proprium
5 in particulari. Primi, ✝ & ſecundi Ordi-
nis iurant, illa tria, caſtitatem,obedientiā,
& paupertatem, quæ ſunt ſubſtantialia cu-
iuslibet religionis,vt in cap.cum ad Mona-
ſterium, de ſtatu relig. in feudis non ſucce-
dunt, vt in cap.1.de vaſall. milit. qui arm.
belli c.depoſuit. cap.qui clarius,ſi inter do-
min.& agnat.fuer.controuerſ.& vtrobique
6 Iſern.Beluiſ.& Scribentes omnes: At ✝ ter-
tij Ordinis monaci,& moniales ad dicta tria
non aſtringuntur,cum non continentiam;
quia coniugem habent,non paupertatem,cū
7 habeant proprium, nec omnino ✝ poſſunt
ſeruare obedientiam, quia dum manent in
coniugio non habent omnino poteſtatem
ſui corporis,per c.non debet de conſang. &
affinit. & iſti dicuntur, Fratres tertij Ordi-
8 nis, & eorum ✝ propriè non eſt regula:
ſed quidam viuendi modus approbatus à
Papa Nicolao Quarto ſub 15. Kalend. Se-
ptembris Pontificatus ſui anni ſecundi,quos
tres Ordines, ità declarat Gloſ.& Io. And.
in Clement.cum ex eo de ſenten. excomm.
in Clem.1.de relig. Domi. & vbique dicunt
Doctores: qua ratione Federic.de ſen.& re-
9 ctè in conſ. 145. tenuit, perſonas ✝ huiuſ-
modi religioſas non cenſeri, & ideò iſtæ
perſone tertij Ordinis,feudorum ſunt capa-
ces,retinere habere, & ſuccedere poſſunt,
ſecundum Ludouic.Roman.conſ.367.nu.14.
& ſeq. ibi quoniam reſpondeo ex alijs, Pa-
norm.in cap.ex parte de feud. Card. Alex.
in cap.1.§.& quia cap.6.num.53. de his qui
feud.dar.poſſ.Curt.in d.tract.feud.p.2. q.20.
Io.Fab.inueſtit.de legit.Patr.tut. Capyc. in
inueſtit.feud.cap.feudatarij habiles col.2. in
princ.in deciſ.10.nu.3. & in deciſ.115.n.14.
ex mente, Iſern.in d.cap.qui clericus,& ad-
dentes ad capicim in dictis deciſionibus ex
alijs firmant.

Camilli de Caratha.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio XVI.

THEMA.

Fœmina poſt ſibi conceſſum feudum effecta monialis, retinet feudum. Communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Feuda à voluntate concedentis, & inueſtitura regulari.*
2 *Fœmina feudum ſibi cōceſſum, vt per ſubſtitutum ſeruiat, ſi efficiatur monialis retinet.*
3 *Fœmina,quæ ſeruit per ſubſtitutum,effecta monialis,retinet feudum per rationem quia non eſt electa induſtria perſona.*
4 *Fœmina,quæ feudum conceſſum ſit ſibi,vt per ſubſtitutum ſeruiat, ſi efficiatur monialis, vbi non tenet in particulari, ſed*

Monaſterium in communi, Monaſterium tenet feudum durante vita monialis.

1 PLuries diximus, & eſt notum, † feuda
à voluntate Domini concedentis, &
à tenore inueſtituræ regulari, ſi Dominus
concedit feudum fęminæ, vt per ſubſtitu-
2 tum † ſeruiat ità etiam cõceſsũ videtur, ſi
efficiatur monialis, quia inhabiles ad ſer-
uiendum, ſi fiėt habiles ad tenendum feu-
dum, poſſunt per ſubſtitutum ſeruire, arg.
§. ſi quis deceſſerit, ſi de feud. defunct. cõ-
trouerſ. fuer. inter Domin. & Agnat. Hanc
regulam ponit Bald. poſt Iſern. in cap. vni.
num. 7. in fine, & ibi etiam Afflict. col. 4. in
princ. de milit. vaſall. qui arm. bellic. depo-
3 ſuit: Alex. conſ. 10. num. 4. & 15. per † ra-
tionem, quia tunc induſtria perſonæ non
videtur electa, vt per Brun. conſ. 16. verſ. 2.
quod in illo feudo, Curt. ſen. conſ. 63. col. 1.
verſ. 4. me mouet. Caecheran. dec. 27. n. 27.
num. 16. Vnde conceſſo feudo fęminæ, vt
per ſubſtitutum ſeruiat, etiam ſi monialis
efficiatur, conceſſum videtur, Sonsbech
par, 12. num. 115. Foreſter. d. cap. 27. nu. 77.
Syluan. conſ. 3. num. 38. Bolognin. conſ. 5.
num. 29. Caccheran. d. loco, & ex prædictis
in præcedenti Dilucidatione per totam
hanc communem opinionem eſſe tenere
poſſumus, & ex iam dictis rationibus imò
præſuppoſito, quod fęmina feudum ſic ha-
buerit, fiat Monialis in aliquo Monaſte-
rio, & ſi ipſa in particulari habere nõ poſ-
ſet, & Monaſtium in communi tenere,
Monaſterium habebit feudum monialis
vita durante, ex eo quod illa, vt per ſubſti-
tutum ſeruiat habilitata fuit, ſic in ſpetie
firmat Curt. iun. in d. ſuo tract. feud. par. 3.
membr. 2. num. 26. limit. 4. cenſetur enim
facilè conuẽtum inter dantẽ, & recipientẽ
feudum conceſſionis tempore, vt ſeruitiũ
per ſubſtitutum fiat ob qualitatem condi-
tionemque, quibus conceſſum fuit benefi-
cium, vt traditur in cap. 1. in princ. de feu.
femin. Thomas de Marin. tit. 2. de feud. ex
pact. & prouidentia antiquo, &c. num. 144.
in fine, Felin. in cap. in præſentia, & ibi De-
cius num. 75. de probatio. & quamuis, Af-
flict. in dec. 320. teneat contrarium ab hac
limitatione recedendum non eſſe dicit,
Hartman Piſtor. d. q. 33. num. fin. lib. 2. alle-
gat Minad. ex pluribus contra Afflict. fir-
mantem in conſtit. in aliquibus §. tertio
nota, & idem in Sac. Conſ. deciſum in cauſa
Andreæ Mormilis, Valen. Foreſter. lib. 4.
de ſucceſſ. ab inteſtato cap. 23. num. 37. de-
claratione 4. Capyc. d. deciſ. 10. nu. 9. q. 16.
& ſeq. Barbat. conſ. 63. deceſſit nobilis do-
minus, &c. num. 24. Serader. par. 7. cap. 5.
num. 30. Vulteius cap. 9. num. 67. verſ. pri-
mus eſt in fœmina fol. 472. & in hac opi-
nione nõ datur contradictor, dicit Capyc.
deciſ. 10. nu. 10. in fine, & in inueſtit. feud.
tit. feudatarij habiles verſ. Monacus ſi ef-
ficiatur, fol. 245. col. 2. Roſental. de feud.
c. 3. concluſ. 4. num. 1. & in gloſ. litera B. &
concluſ. 5.

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio XVII.

THEMA.

In feudo acquiſito pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus, quibuscumque, & ſeruitim præſtatur per ſubſtitutum, adeò quod non eſt electa induſtria perſonæ clericus, & fœmina admittuntur, Communis.

SVMMARIVM.

1 *FEudum conceſſum, vt omnes quicunque ſucceſſores succedunt, & vt per ſubſtitutum ſeruiatur, perſona tunc electa non videtur.*

2 *Induſtrialia non tranſeunt ad hæredem.*

3 *Feudum valoris, ſiuè reditus vntiarum viginti habens in Regno Neapoli, tenetur ſeruire de perſona cum tribus equis tribus mentibus.*

4 *Rex non cogitur recipere pecuniam, quando vaſallus nollet perſonaliter ſeruire.*

5 *Aliud pro alio quis recipere non tenetur, quod non procedit in conceſſione, pro hæredibus quibuſcunque, & quod ſeruitium peæſtetur per ſeruitium.*

6 *Feudum conceſſum per hæredibus quibuſcunque, & ſeruitium præſtetur per tertiũ in eo ſuccedit clericus, & fæmina.*

7 *Dictio quibuſcunque, quod reſtringatur ad habiles intelligitur in diſpoſitione legis, nè fiet correctio alterius legis, quod ſi diſpoſitione hominis.*

8 *Dictio, ſiuè clauſula quibus dederit, & pro quibuſcunque hæredibus æquiparantur, ex quibus hæredes extranei vocati cenſentur*

9 *Dictio vniuerſalis, ſi addatur dictis qui-*

bus

bus dederis, vel quibuſcunque etiam legatarij comprehenduntur.

10 *Clericus, & fœmina quo adſucceſſionem feudorum eodem iure habentur.*

11 *Cleri us admittitur ad feudum fœmineum, & vbi fœmina eſt capax, idem & clericus capax eſt.*

12 *Feudum datum pro hæredibus, quibuſcunque, vel cui dederit propriam feudi naturam habet.*

1 SI Dominus † concedens feudum, vult,
quod omnes, & quicunque ſucceſſores
& hæredes ſuccedant, & quod ſeruiatur
per ſubſtitutum, induſtria perſonæ tunc
electa non videtur, per ea quæ dicit Felin.
in cap. in præſentia col. 24. de probation.
allegant Cyn. in l.quiſquis C. de Epiſcop.
& Cleric.& quod Bald.ibidem facit de hoc
2 feſtum videlicet, quod † induſtrialia
non tranſeunt ad hæredem, & ſi dicatur,
3 quod in hoc Neapolitano † Regno Domino Regi de perſona ſeruiri debet, cum
tribus equis tribus menſibus in anno,
ſi feudum eſt reditus vntiarum viginti,
vt dicit Iſern. in cap. 1. in fine, quis
dicatur Dux. & in Conſtitutione Regni, ſi
4 vaſallus col. vlt. & quod † Rex non cogetur recipere pecuniã, ſi nollet feudatarius
perſonaliter ſeruire dicit Iſern. in cap.1.§.
fin.2.col.de capit.qui cur. vendend. in c.1.
5 quis dicatur Dux. vlt.col.quia † aliud pro
alio recipere non tenetur, l.2.§.fin.ff. ſi
cert.petat.l.eum, & l.iuris C.de ſolut.&
per Capyc. de inueſtit.feud. in cap.feudatarij adhoam,&c.Roland.à Valle conſ.13.
num.16. lib.2. ſed hoc non procedit in relata conceſſione per ſe, & quibuſcunque,
& quod ſeruitium præſtetur, per tertium
tunc nè dum voluit Dominus, ſed etiam
authoritas Conſtitutionis Regni, vt de
ſucceſſionibus videtur, etiam habilitata
ad præſtandum, ſeu admittendum
per ſubſtitutum: vt tenet Speculat.
etiam in feudo Ligio in tit.de feud.§.quoniam verſ.21. Capyc. deciſ.10.num.12. &
6 pluribus ſequentibus. Vnde in feudo † taliter conceſſo, mulier, & clericus ſuccedunt,& feudum habere poſſunt, Scheneid.
par.6.de ſucceſſ.defunct.nu.24.verſ. quarto Scrader.cap.5.nu.30. Forciter. cap.23.
num.34.Bald.in l.1.q.34.de rerum diuis,
Roland.à Vall.conſ.23.num.5.& 13. Caccheran.deciſ.27.nu.11.vbi hanc veriorem,
& communem concluſionem eſſe dicit ex
alijs,& ex Curt.iunior.conſ.1. & ſeq. poſt
tract.feud.reſpondens etiam ad cõtraria.
7 Nec obſtat † dictionem illam quibuſcunque in inueſtitura poſitam ad habiles reſtringendam; ſecundum Iacobin. de San.
Georg. & alios in ſua inueſtitura in verſ.
quibuſcunque col.1.verſ.poſtea reſtringit,
& in verſ.Ego in quæſtione facta,& ſecundum gloſam Bart. & alios Doctores in l.1,
C.de SS. eccl. quia in oppoſitum eſt communis concluſio, vt per Bald.in tit. de feu.
alien.per Federic.in cap.Imperialem n.28
Alex.in l.Patroni col.pen.verſ.aliam limitationem ff. ad Trebell. vbi reſpondit ad
notata in l.1.de SS. eccleſ. quod ea locum
habet in diſpoſitione legis, quæ ad habiles
reſtringitur, ne alterius legis correctio inducatur,& Alexa.refert, & ſequitur Curt.
in ſuo tract.feu.par.3.princ.q.pen. fol.mihi 32.nec non in 4.par. princ.q. pen.primæ
regulæ fol.47.verſ.4.ſignanter limita,& d.
cõſ.1.col.2.& 3. & ante eum tenuit Iacob.
in prælud.feud.col.15.verſ.3. limita vſque
ad finem, & in l. quidam §. nihil intereſt
num.3.ff.de edendo & conſ.9. num.7. inter
conſ.feudalis Campeg. conſ.11.col.3. inter
conſ.Bruni Soec.ſen. conſ.10.nu.2.& duobus ſequentibus lib.1. & conſ.103.n.28.
lib.2.Ripa in l.ex pacto §.fin.nu.16. & 17.
ff. ad Trebell. in reſponſ.1. num.33. & ſeq.
Pariſ.conſ.23.num.169. & ſeq.lib.1.Alciat.
reſponſ.173.nu.1.& 2. qui omnes ampliant
8 † hanc clauſulã cui dederis, & pro hæredibus quibuſcunque, plures alios cumulat
Crauett.conſ.256.col.pen.& finali.hinc eſt
vt hæredes ab inteſtato venientes vocari
cenſentur, etiam ſi ſint extranei, Curt. d.
tract.p.3.in vlt.q. & in conſ.4. col.3. verſ.
præmiſſis tamen non obſtantibus poſt ipsũ
tractatum Alex. conſ.7. & conſ.36. nu.15.
lib.5.vbi idem eſſe dicit, ſi addatur dictio
9 † vniuerſalis Roland.à Vall.conſ.30.n.64.
& ſeq.conſ.96.nu.33.lib.1.Burſat.conſ.22.
num.22.& in cap.Imperialem num.1. de
prohib. feud.alien.per Feder. vbi dicit cõprehendi etiam legatarios lib.6.in tit. de
verbor.ſignif.Caccheran.deciſ.Pedemont.
26. num.18. verſ.neque ſubſiſtit, &c. &
illa maxima ratione, quia non ſumus in
diſpoſitione legis, ſed hominis, qui in re
ſua legem, quam vult in ponere, poſuit ſcilicet, quod tranſiret ad quoſcunque hæredes,& ſeruiatur per ſubſtitutum, & ſic ad
fœminas, & clericos trãſire poſſe, q̃a fœmi-
10 na † & clericus, quo ad ſucceſſionem feudorum attinet, eodem iure habentur, per
cap. 1. in fine. An Mutus, &c. Alexand.
conſ.10.num.16.lib.5. Brun.conſ.16. nu.7.
Roland. à Vall. conſ.23. num.43. Cephal.
11 conſ.1. num. 5. Inde eſt, vt clericus † admittatur ad feudum fœminarum,& genera-

M 2 liter

Digitized by Google

liter vbi fęmina eſt capax, vt eiuſdem ſit capax clericus, Curt. in par. 2. nu. 26. Scrad. d. cap. 5. num. 30. Menoch. conſ. 519. nu. 1. Capyc. deciſ. 31. num. 3. dummodo ſeruia-
12 tur per ſubſtitutum, quia † tali, & primo caſu, feudi naturam non habet communẽ dicit Thom. de Marin. cit. 11. nu. 144. atq; alias etiam capitula ſudorum à bonis feudalibus odioſa eſſe, iuriſque conſonis contradictoria, conſulit Ruyn. conſ. 18. lib. 1. Cephal. conſ. 2. num. 5. Vulteius d. cap. 9. num. 77. verſ. nonus eſt in feudo acquiſito, &c. fol. 473. ſingulis contrarijs reſpondens, ità firmat, & quicquid dicant Doctores in contrarium in feudo recto, in quo perſonale ſeruitium debetur, & non vt ſupra cõceſſo, & ad p̃dictam Dilucidationem faciunt, quæ diximus ſupra in præcedentibus Dilucidationibus.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio XVIII.

THEMA.

In hoc Regno Rex habet electionem cogendi feudatarios ad ſeruiendum de perſona in bellis, licet de iure, communi feudorum electio ſit vaſalli, & religionem vouens, feudi incapax eſt.

SVMMARIVM.

1 *Rex in hoc Regno habet electionem cõpellendi feudatarios, vt ſeruiant in bellis de perſona.*

2 *Feudum per ſolum votum religionis amittitur.*

3 *Peccato non carens, non poteſt ſine dedecore eſſe.*

4 *Delicti cauſa quis ſine dedecore non eſt.*

ET ſi inter Feudiſtas maxima ſit quæ-
1 ſtio in Regno † Neapolitano, vbi in feudis Rex habet electionem compellendi feudorarios ad ſeruiendum perſonaliter in bellis, ſecundum Iſern. in cap. 1. §. ſimiliter de cap. qui cur. vendid. Capic. dec. 32. nu. 2. licet de iure cõmuni electio eſſet vaſalli, vt Aluarot. in c. 1. §. firmiter circa finem de prohib. feud. alien. per Federic. & abſq;
2 † ingreſſu religionis, per ſolum votum feudum perdatur, vt per DD. in cap. qui clericus, per quem tex. ità tenent DD. & Iſern. ibi in prin. & Aluarot. in 2. col. verſ. quarto ab extra, & ratio eſt, quia ſi votum non implet, peccat mortaliter, cũ præce-
3 ptũ ſit vouere, & redire, & qui in † peccato eſt, nõ poteſt dici ſine dedecore eſſe 27. q. 2. faciat, & ſucceſſiuè poteſt illum repellere in peccato exiſtentem, ſicut ille qui
4 † ſine dedecore propter delictum, non poteſt eſſe in curia domini cap. 1. an ille, qui interfec. fratr. dom. ſui, &c. & hoc maximè procedit in voto clericatus ſecularis, in quo non indulgetur annus ad proficiendũ, & ſic eo ipſo, quod vouit in reuocabiliter obligatur, & ceſſabit ratio dubitandi, quæ poterat tueri clericum regularem, quod videatur ingreſſus (ex iuris intellectu) cũ poteſtate exeundi infra annum profeſſionis, ad tex. in l. ſi ſui ff. de ſeruitut. & l. quãquam de ritu nuptiar. cum in clerico ſeculari non inuenitur aliqua facultas reuocandi, votum Modern. in proœm. Conſuet. Neapol. fol. 40. & ſeq. alia habet ad materiam.

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio XIX.

THEMA.

Succeſſio clericorum in feudis in tres caſus comprehenduntur. Primò, quando habilis ſucceſsit in feudo clericus. Secundò, quando exiſtens clericus, aut religioſus, defertur ſibi feudum laicatur, & tunc rectè recipit. Tertiò, ſi exiſtens clericus, vel religioſus, defertur ſibi feudum ſi ſtatim exijt à Religione; & laicatur, habebit, alias non. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Laicus poſt ſibi feudum delatum habitũ aſſumpſit, feudum amittit, nec datur pœnitentia.*

1 Re-

2 *Renuntiatis iuribus regreſſus non datur.*
3 *Clericus, aut religioſus amittens habitum ſuccedit in feudo.*
4 *Clericus reſignando beneficium, & dimittens habitum ante motam quaſtionem ſuper feudo ſuccedere poteſt, alias ſecus.*
5 *Clericus, etiam ſi Epiſcopus, vel Cardinalis ſit, vt prædictũ eſt feudo non ſuccedit.*
6 *Epiſcopus teſtatur non poteſt in clericorum ſucceſſione in feudis breuiter.*

IN hac clericorum ſucceſſione breuiter, & reſolutiuè dico, quod quando
1 moritur † feudatarius, ſuperſtite filio laico habili tpe mortis patris, & poſtea habitum aſſumpſit, tunc reſoluendum iuxtà dicta per Iſer. in cap. 1. de milit. vaſſall. vna cum tex. in cap. 1. verſ. ex hoc de benefic. fœmin. pro quo facit tex. in l. quamuis C. de tranſactio. & in l. non id circo C. de
2 contrahend. empti. quia ad † iura renuntiata non datur regreſſus. l. item quæritur §. ſi venditor ff. de edilit. edicti, & ſatis dicitur quis iuri ſuo renuntiare faciendo actum illi incompatibilem, l. voluntariè C. de excuſat. tutor. facto magis quam verbis, quis renuntiare dicitur. l. Paulus ff. rem. rat. haber. Secundus caſus eſt, quando
3 quis † erat clericus in vita patris, & ante delatum ſibi feudum per mortẽ illius eſt laicatus, & iſtum caſum conſiderat Iſer. verſ. ex hoc ibi (dic quod ſi pater moritur poſtquam deſijt eſſe clericus, vel religioſus, & dicunt, quod acquirant feudum, ex rationibus adductis per eum, in cap. 1. de vaſall. milite videlicet, quod non poteſt dici perdidiſſe, quod non habuit:) quando erat clericus non erat dominus feudi, & quod non habetur non perditur, l. Deniq; cum l. ſeq ff. ex quib. cauſ. maior. Tertius
4 caſus eſt, quando mortuo † feudodatario ſuccedit proximior, qui reperitur clericus ſed intendit in feudo ſuccedere, & iſto caſu diſtinguendum eſt: Nam, aut clericus ante notatam quæſtionem ſuper feudo reintegra dimittit clericatum, reſignando beneficium, vel exeũdo de Monaſterio ſub religione, & poterit ſuccedere, aut vult laicari, beneficium relinquendo poſt motã quæſtionem, vel rè non integra, & iuxtà aliquam opinionem non recuperat feudũ, licet clericatum dimittat, ità diſtinguit Iacob. de Ardizo. in ſumma quib. mod. feud. amitt. §. item amittit, ſi clericus Menoch. de arbitr. iudic. caſu 231. num. 9.
5 vbi dicit etiam ſi ad † Epiſcopatum, vel Cardinalatum promotus ſit, cum adhuc ſit aſtrictus regulis ſubſtantialibus ſeu ordinis, ſiuè religionis, id eſt paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, cap. de Monachis 16. q. 1. cap. clerici §. vlt. de vita, & honeſtate cleric. & affirmant. Diu. Tho. in 2. 2. q. 185. art. 8. Archid. & Gemin. in cap. Sanctimonialis diſtinct. 23. turre cremat. in d. cap. de monachis nu. 3. verſ. dicendum eſt Silueſt. in ſumm. in verſic. religio 7. numer. 11. & alios refert, & probat Couarr. in cap. 1. nu. 18. in fine de teſtament. vbi ex ſententia Diui Thomæ, Bald. Caſtrenſ. & Iaſon. ſcriptum reliquũt hunc regularem effectũ
6 Epiſcopum † teſtari non poſſe, cum id repugnet paupertatis, voto, à quo liber non eſt, & ex alijs Menoch. d. loco.

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio XX.

THEMA.

Adoptiui filij, à quibus ablati fuerunt, feuda habere non poſſunt, nec in eis ſuccedunt, nec in linea Collaterali, nec arrogatus niſi ſtatuto, vel conſuetudine ſit cautum. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Filios adoptiuos in feudo non ſuccedere.*
2 *Filij arrogati in feudo, nec ſuccedunt, ſed eum ſuperioris ſ3. Reg. aſſenſu, & ex conſuetudine ſic nu. 5.*
3 *Conſuetudine veniunt veri filij non filij ficti.*
4 *In feudis ius cõmune non attenditur, & feudorum diſpoſitio, ciuili diſpoſitioni derogat.*

1 ADoptiuos filios † in feudo non ſuccedere, per tex. in c. adoptiuus filius, & ibi Doctores omnes communiter, ſi de feud. defunct. controuerſ fuer, & licet tex. feudalis ſolum de adoptiuis loquitur, tamen idem eſt ex omnium ſententia in arrogat,
2 † Bald. in cap. adoptiuus filius, ſi de feud. defunct. controuer. fuer. poſt gloſam ibi quę exemplificat in arrogato, Aluarot. num. 2. Præpoſit. Laudenſ. nu. 2. Rauen. Afflict. p. 7. Balzeran. nu. 6. Camer. in Cap. Imperialem.

fol. 57. de prohib. feud. alien. per Feder. Curt. iun. par. 3. memb. 2. nu. 33. Zaſ. in epit. feud. par. 5. num. 67. Thom. de Marin. de gen. feu. par. 3. num. 51. Sonsbech in commentar. p. 3. cap. 6. num. 19 & ſeq. Scrader. par. 6. cap. 5. num. 19. Vulteius cap. 9. num. 90. lib. 1. de feud. Bart. Socc. inter conſ. Brun. conſ. 10. nu. 30 Curt. iun. conſ. 138. habita diligenti in princ. Menoch. hoc regulare eſſe dicit conſ. 603. cum interrogatorijs num. 21. lib. 6. & conſ. 625. num. 49. lib. 7. ratio etiam aſſerri poteſt, quod filij conſuetudine feudorum
3 ſuccedunt, ſed in † conſuetudine appellatione filij nō venit fictus, ſiuè ciuilis ſolum, vt ait Balzeran. d. loco nu. 4. & 5. & volunt Iacob. Aluarot. & alij, eſſe tamen hanc diſpoſitionem d. cap. adoptiuus, rigorem iuris potius poſitiui, ait Curt. d. conſ. 138. num. 2. & Balzeran. in d. cap. adoptiuus in principio iſtum tex. reſtringendum, cum ſit contra ius commune, citat Ioann. Fabr. in §. ſui autem inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat. deſert. ſed mihi non videtur propterea magis, ſed potius minus reſtringendus, quam diſpoſi-
4 tio fœminas excludens, & ius † commune non attenditur in feudis, maximè in eo, quod de iure feudali eſt determinatum, vt hic: eſt enim iuri feudali, & moribus contrahentium conſentaneum, vt ſpetialis feudorum diſpoſitio ciuili diſpoſitioni deroget, quod tot authoritatibus, & de communi eſt approbatum, quod tam filius adoptiuus, quā arrogatus in feudo non ſuccedat, nec in
5 Collaterali linea: ſed non negarem, † quod ſi habens filium adoptiuum, & feudum de quo cum aſſenſu ſuperioris ſcilicet Regis filio adoptiuo dare poſſet, & ſic etiam vigore ſtatuti, vel conſuetudinis, ità diſponentis poſtquam feuda à conſuetudine, etiam regulariter, vt pluries diximus, & eſt notum.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio XXI.

THEMA.

Laici omnes quacunque dignitate decorati etiam Imperatoria feuda ab alijs accipere poſſunt, & reſpectu feudi recepti ſunt dantis vaſalli, quamuis ille, qui dat minoris conditionis ſit. Communis.

Quia breuis alio ſummario, non opus.

1 OMnes, † qui ab alijs accipiunt etiam quod ſint maioris dignitatis, & conditionis dantis ratione dominij feudi, illi ſubmittitur velut, ſi Papa, vel Imperator, vel Rex ab aliquo Rege, vel alio minoris dignitatis ipſius ſit reſpectu feudi eſt illius vaſallus, Sonsbech par. 7. nu. 1. Scrader. p. 4. cap. 3. num. 11. Et qui fuerint, vel ſint, quomodo Regna, vel alia alijs ſubdita, & diſtinctè ponit Vulteius de feudis cap. 4. nu. 10. & ſequentibus, Hotoman. de feud. Regal. & quæ Regna feudi nomine teneantur, idem Vultei. dicto loco fol. 52. & ſequentibus.

PAR-

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio XXII.

THEMA.

Omnibus cuiuſcunq; gradus,& ordinis exiſtentibus feuda dari poſſunt. Communis.

Quia breuis prædicta pro ſummmario.

CViuſcunqqe conditionis quis ſit feudum ei dari poteſt,& etiam ruſticus accipiat, qui ſi aceipit feudum ab Imperatore Re e Principe, Duce, Marchione, Comite eo ipſo cenſetur nobilis, Aluarot.in cap.1. quis dic. Dux. Duaren.de feud.cap.4. num.8. negant, tamen ſi natura feudi h e exigat. nobilitatur, vt per Zaſ.par.5.num.8 Mozz.de his qui feud.dar.poſſ.nu.40. Vvlteius d.loco nu.10. in fine fol.55. item cuiuſcunque qualitatis quis ſit tam inbecillis, & morbis on xius quam corpore ſanus feudum de n uo accipere poteſt, prout ordinariè Doctores tradunt communiter in cap.1. An mutus Eccleſias imperfectus Vviembech.cap.5.nu.2. ex alijs.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio XXIII.

THEMA

Excipiuntur aliqui quibus feuda dari non poſſunt cum limitationibus.

SVMMARIVM.

1 *CÆco, ſurdo, & muto feuda non dantur.*

2 *Limitatur. Primò, quando dominus ſcinerit imperfectionem.*

3 *Limitatur. Secundò ante proclama, vt qui ceperit bannitum habet tale caſtrum ſiuè feudum de iure in habilis accipit.*

4 *Limitatur. Tertiò ſi conceſſio expreſsè ſit facta muto, vel aliàs imperfecto, & quomodo.*

5 *Mutus non imperpetuum, ſed ad tempus feudum retinet.*

6 *Mutus, vel alias imperfectus feudum, ſi aliquo caſu retinere poteſt, intellige, ſi Dominus vult.*

7 *Feudum paternum, ſi vaſallus domino non placitat acquiritur agnatis, ſi nouum domino.*

1 CEco † ſurdo, & muto feudum dari non poſſe: iuxtà d.cap.1. An mutus, &c. quod limita. Primò, quando dominus
2 ſcit † imperfectionem, quoniam qui eiuſmodi perſonę feudum tradit, imputet ſibi, Bald. Aluarot. Lauderſ & alij communiter in d.cap.1. an mutus, vel alias in perfectus, Sonsbech. par.7. num.16. Roſental. cap 3. concluſ. 5. ità tamen, vt concedens det de bonis ſuis proprijs, non quod poſſit ſubinfeudare de feudo, quod ipſe habet ab alio:
3 Limitatur, Secundò ſtante † ſtatuto, vel proclama, quod qui cęperit bānitū, aut aliquem malefactorem habeat talę Caſtrum, vel feudum, tunc mutus cęcus fœmina. & aliæ ſimiles perſonæ de iu e in habiles, vt d. cap.1. ad feudum admittuntur. Gulielm. de Cun. Bald. Salic. Roman. & alij in l. ſi filius familias, ff. ſi cert. petat, vbi Iaſ. num.3. cum alijs ſequ. dicit iſtam doctrinam Gulielmi ab omnibus approbatam communiter, & hoc idem tenet Iaſ. in l.1. num.14. lect.2. C. de SS. eccleſ. in l.1. §. nuntiatio ff. de noui oper. nuntiat. Alex. conſ.35. num 6. lib.6. Alberic. in tract. de ſtatut. par.1. q.181. Bald. in eodem tract. de ſtatut. in verſ. capere, verſic. caſtrum, & Alciat. de verbor. ſignific. lib.1.
4 Limitatur, Tertiò, ſi † conceſſio, & inueſtitura expreſsè ſit facta muto, vt in cap.1. An mutus, vel alias imperfectus feudū retineat, ſed diſtinguendum eſt: aut loquimur de feudo nouo, aut de feudo antiquo, ſiuè paterno. Primò caſu, aut datum eſt feudum illi, qui non erat mutus, ſed poſtea mutus factus eſt, aut datum e t illi, qui iam à principio erat mutus. Primò caſu, aut talis mutus eſt, qui nihil poteſt loqui, & iſte non retinet feudum, per tex. in cap. mutus acquirere, Epiſcop. vel Abb. e. vbi Afflict. nu 4. aut eſt mutus, qui balbutiendo loquitur, & iſte poteſt feudum retinere, per d. tex. allegatum, & ibidem Afflict. & idem eſſet, ſi mu-
5 tus † non in perpetuum, ſed eſſet ad tempùs: poteſt feudum retinere, & eo tempore quo eſt mutus, poteſt & retinere, & ſeruire p ſubſtitutum, ſecundum Iſern. in d. c. mutus, dum loquitur de infirmitate temporali, Secundò verò caſu in feudo antiquo, & paterno, licet multi Doctores multa dicūt tamen ſecundum magis communem opinionē videtur dicendum, quod mutus, ſiuè a natura

tura, ſiuè ex poſt facto, ſiuè in feudo nouo,
6 ſiuè antiquo, vel paterno † non poteſt feu-
dum retinere, ſi dominus non vult, & in hoc
7 ſolum videtur eſſe diſtinctio, quia in † nouo
feudo, ſi domino non placuit acquiritur
domino in paterno vero feudo non acqui-
ritur domino, ſed agnatis, ità tenet
Afflict. in d. cap. mutus ſit, Epiſcop. vel Abb.
ſub num. 8. poſt Iſern. Mozz. vbi ſupra in
fine, & ex alijs multis prædicta omnia de
non ſano corpore, morbo, vitioque aliquo
corporis laboret, & quomodo ad feudum
acquirendum, vel in eo ſuccedendum latè
ponit, Vvlteius de feud. cap. 9. de modis feu-
di acquirendi num. 64. fol. mihi 445.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio XXIV.

THEMA.

Feudorum in capaces ſunt Herma froditæ, & alij, vt infra. Communis.

SVMMARIVM.

1 HErmafrodibus ad ſexum fœmineũ magis incaleſcens eſt feudi in capax.

2 Herma frodibus, qui ad ſexum maſculinũ prævalet, & ea eſt eius magis perfectio eſt feudi capax.

3 Mente ceptus prodigus, & innalitudine animi laborans feudi antiqui capax eſt, cum diſtinctione.

4 Furioſus, & ſimiles in feudo nouo indiſtinctè ad feuda admittuntur, vel ſaltim eius filij.

5 Prodigus à feudo non excluditur, quia per ſubſtitutum ſeruire poteſt.

6 Inhabilis vocatus ex inueſtitura admittitur ad feudum.

7 Patris inhabilitas non nocet filio, & Rex facit gratiam, vt primogenitus demens ſuccedat, habebit alimenta.

8 Ex natura inhabilis non ſuccedit in feudo, ſed ſi ex accidenti quis fiat inhabilis ſuccedit.

1 A Succeſſione feudi remouetur † Her-
ma traditus, qui in fœmineum
ſexum magis in caleſcit, Aluarot. in cap. 1.
An mutus, vel alius imperfectus, Bal. in c. 1.
de alien. feud. pater. Ardizon. in ſumma de
ſucceſſione feudi, Iacobin. in verſ. Marchio,
num. 3. Sonsbech. par. 9. nu. 74. Scheneid. p. 6.
de ſucceſſio. deſcendent, num. 36. Borcolt.
cap. 5. num. 45. Mozz de ſunſtant. feud. n. 94.
Gigas in tract. de Crim. Leſ. Maieſt. lib. 3.
q. 16. Io. Saiſen. in Conſuet. Turon. tit. 12.
art. 1. DD. in l. 1. quę ſit long. conſuet. quod
2 ſi enim in ſexu † maſculino prævalet eaq;
ſit ipſius perfectio, vt ad præſtanda ſerui-
tia ſit idoneus quin ad feudum admit-
tatur nulla adeſt dubitatio atq; ità om-
nes diſtinguere dicit Roſental. cap. 7. con-
cluſ. 72. Scrader. de feud. par. 7. cap. 5. n. 18.
& ſicut ex inualitudine corporis quis à
feudo remouetur, ità & ex animi quoque
inualitudine, non ſanus animo dicitur is
3 qui eſt mente caput † ſiuè prodigus, & in
hoc diſtingue, ſi feudum eſt antiquum, in
eo, qui natura demens eſt, vel furioſus ad-
mittitur in eo vero, qui talis eſt, ex acci-
denti aliquo ſine tamen ſua culpa negāt',
DD. in d. cap. 1. §. ſi. Epiſcop. vel Abb. in
4 feudo vero † nouo admittũtur indiſtinctè,
attento à natura hoc ſit, an vero ex caſu,
Bald. in cap. 1. in fine princ. de ſucceſſ. feu.
Borcolt. cap. 7. par. 2. nu. 63. Roſental. c. 7.
concluſ. 68. & 69. Piſtor. 2. q. 31. nu. 9. Scruff.
conſ. 91. centur. 1. & conſ. 24. centur. 2. &
dubium non eſt, ſi feudum à principio ſit
datum alicui, qu erat furioſus, vel demens
ex eo natus, ſi vero demens ipſe ad ſuc-
ceſſionem non admittatur filius tamen
ipſius mentis capti ad feudi ſucceſſionem
admittitur, Tiraquell. de ſucceſſ. primogen.
qu. 21. 22. & 23. per totas, multa de hoc
Menoch. reſpondit in conſ. 211. num. 118.
lib. 3. & latè hanc quæſtionem pertractat
Forſter. cap. 23. nu. 51. & ſeq. ac Vvlteius
d. cap. 9. num. 64. per totum, de Prodigo
5 † quod à ſucceſſione feudi arcendus non
ſit extra controuerſiam eſt, quia poteſt
ſeruitia, cæteraque in formula inueſtituræ,
& fidelitatis contenta præſtare, ſed admi-
niſtratio bonorum feudalium apud cura-
torem conſtituenda eſt, firmat Vvlteius d.
6 cap. 9. num. 65. in fine, ſed quando † in in-
ueſtitura vocatur aliquis, qui eſt inhabilis
licet, alias ex natura feudi non admittere-
tur quis ad ſeruiendum per ſubſtitutum
tamen iſtius inhabilis ſubſtitutus admit-
tatur, Iſern. in cap. 1. de vaſall. alb. qui
arm. bell. depoſuit, in cap. qui clericus, ſi de
feudo controuerſ. fuerit, & in cap. ſi quis
deceſſerit, cap. hic eſt, titulus, in cap. 1. in
fin. de benefic. fratr. in cap. 1. de clerico,
qui inueſtit. fecit in cap. 1. col. 1. An mutus
in cap. 1. §. firmiter de prohib. feudi alien.
per

per F:deric.q.4.& 5.col. Capyc. deciſ.31. num.3.Tiraquell. de primogenitura q. 23. num.16.vbi quod inhabilis eſt, habilis ad reſtituendum filio habili ex multis reiectis
7 contrarijs num.19. & patris † inhabilitas non nocet filijs iam natis num. 20. & ſi Princeps facit gratiam, vt primogenitus demens ſuccedat,habet alimenta, vt dicit ibidem,num.23. & ſeq.& intellige de nato
8 inhabili,ſed ſi ex accendenti † ſuccedit, vt ex multis ibidem,Tiraquell.num.2. & ſeq. multa in dictis q.21.& 22.alia dixi in tex. l.cum mutus.

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio XXV.

THEMA.

Cæcus, mutus, ſurdus,vel alius impeditus feudum nouum accipere poteſt antiquum vero cum diſtinctione in ſubfeudum. Communis.

SVMMARIVM.

1 *CÆcum, mutum, ſurdum, vel alias imperfectum corpore feuda capere, & de nouis inueſtiri poſſe, voluntate Domini.*
2 *Cæcum, mutum, ſurdum, & ſimiles ſub infeudari poſſe.*
3 *Sub infeudatio non niſi æque idoneo fieri debet.*

1 Cæcum, mutum, ſurdum, vel alias imperfectũ feudum capere,& de feudis nouis inueſtiri,ſi dominis,ità placeret,indubitati iuris eſt, gloſ.Iacob.de Bellouiſu in §.ſi.Epiſcop.vel Abbat vbi Bal. num.8. Aluarot. nu.8.Afflict.num.5.Schenck.n.12. Picus num.14.Laudenſ.in cap.1.num.5.An mutus,vel &c.Afflict.§. in perſonam vero num.6. per quos fiat inueſtit, Zaſ. par.5. num.66. & par.8. num.68. Claud. Seyſell. qui feud.accip.poſſ.Hannetto.cap.6. lib.1. Scheneid.par.2.q.32.num.7.Sonsbech.p.7. num.16. Vvſembech.cap.5. nu.2. Borcolt. cap.5.num.50. Nicol.Mozz.de feud. tit. de his qui feud.dari poſſ.num.41. verſ. Limitatur primo, Vvlteius lib.1. de feud.cap.4. num.11. qui hanc ſententiam communem dicit Scrader in tract.feud. par.4.c.3. nu.7. Sonsbech. par.7. num. 5. limitant, quod
2 † ſub infeudare illis nemo poſſit, eandem diſtinctionem probat. Vvſenibech. & Vvlteius dictis locis per rationem, quod ſub-
3 infeudatio † nonniſi æque idoneo fieri debet, per tex. expreſſum in cap.1.§. beneficium ſi de feud.defunct.controuerſ.&c. & §.ſimiliter 4. de lege Corradi ibi ſi perſona ſecunda ſit talis, quæ feudo ſeruire poſſit, & ſi dans ſit miles, & ille qui recipit feudum,inueniatur miles,& ibi DD.Iſerndum ſit æqualis,vel melior, Affl.ait maioris Eguinar.Baro in d.§.beneficium Bal. in cap.1.§.præterea num.1.de capit.Corradi Vvlteius cap.10.nu.82.lib.1.deferri æquali inquit,& ex alijs Roſental.cap.9. concluſ. 4. in gloſ.litera F.

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio XXVI.

THEMA.

Furioſus mente captus, & infans per tutores, & curatores feuda accipere poſſunt, pubes maior, ſiue adultus, cum vel abſque tutoribus, vel curatoribus. Communis.

SVMMARIVM.

1 *MEnte captos,& infantes per procuratores feuda accipere poſſunt.*
2 *Inſtantia maiores,cum & ſine tutoribus, vel curatoribus feuda accipiunt.*
3 *Minor ſine curatore, ſi eum non habet feudum accipere non poteſt.*
4 *Maior annorum 14 & minor 25. ſine vel cum authoritate tutoris feudum accipit.*

1 MEnte captum, furioſum, & infantẽ per procuratores feuda acquirere poſſe nemo diſſentit. Beluiſ.in §. perſonam vero,& ibi Aluarot.num.4. Præpoſit. nu.2.Laudenſ.n.8.(qui potius contrarium, ibi vult, niſi inquies eum dum allegat.c.ſi minori, ſi de feud.defunct.loqui de eo, qui infantiam agreſſus ſit),& Petr. Rauen.per

quos

quos fiat inueſtit, Zaſ.par.5.nu.66. Claud. Seyſell.in rub.qui poſſ.feu.accip.ampliar.3. Hannetton.cap.6. lib.1. ibi verum pupilli, infantes, mente capti, &c. Vvſembech. d. cap.5.num.6.Duaren.cap.6.nu.16.Sonſch. par.7.num.15.& 16.Scheneid,par.5,n.100. Borcolt.cap.5.num.46, Blanc, cap.5. nu.3. lib.1.Mozz.de feud.tit.de hisqui feud. accip.poſſ.nu.36. Scrader.par.4. cap.3. nu.4. Vvlteius lib.1. de feud. cap.4. num.6. per ea, quæ Bart.Bal.& alij in l.quamuis §.fi.& in l. donatorum de acquiren.poſſeſſ.infan-
2 tia † vero minoris, (modo aliquem intellectũ habeant) magis pubertati proximus, & minores, ſiuè adulti etiam ſine tutoribus feuda rectè accipere poſſunt, ſicut in cæteris contractibus, & negotijs, quibus ſibi acquirere non vetantur, vult Iſer. Aluarot. Bald. Prępoſit. Afflict. Rauenna, & alij in d. §. perſonam per quos fiat inueſtit. Zaſ. par.5.num.66.Borcolt. d.nu.46. Scheneid. vbi ſupra num. 101. Scrader.par.4.Blanch. d.cap.3. nu.7. & ſeq. teſtatur communem
3 Vvſembech.d.cap.5.nu.5. ſed minor † ſine curatore, ſi eũ nõ habet, feudum accipere non poſſe, tenet Sonsbech.d.loco, quoniam non obligatur, & minor feudum accipiens tenetur ad fidelitatem, & maior † annorũ 14. & minor 25. ſine vel cum curatoris ſui authoritate poſſit recognoſcere, Aluaror.in d.§.præterea ſi quis de prohib.feud. alien.per Federic. Scheneid.par,3. nu.102. Bald.§.item ſacramenta num.6. de pac.iuram. firm. vbi inquit quod DD. hoc communiter dicunt, Iaſon in auth.ſacramenta puberum num.1.2.6. dicit magis communem opinionem eſſe, & ex alijs authoritatibus, & communibus opinionibus firmat Roſental.cap.6.concl.4.in gloſ. lit.M.

PARTIS SEXTAE,

Dilucidatio XXVII.

THEMA.

Feuda dari, & recipi poſſunt per procuratores ſpecialiter ad hoc conſtitutos. Communis

SVMMARIVM.

1 *Feuda per Principales, & per procuratores recipi, & dari poſſunt.*
2 *Feuda ciuitates, & Vniuerſitates per procuratores, adminiſtratores, & ſyndices recipere poſſunt.*
3 *Procurator adminiſtrator, & ſyndicus iurare, & pro principalibus inueſtituram petere poßunt.*

1 Feuda, quod per † noſmetipſos, & per noſtros procuratores dari, & recipi poſſint, eſt tex.expreſſus in c.1. §. ſed verũ per quos fiat inueſtit. & in §. ſciendum de notis feudorum, in quibus firmant, gloſ. Beluiſ. Iſern. Aluarot. Prapoſit. Laudenſ. Afflict. & cęteri omnes vno ore, nec reperi quemquam diſſentire, dicit Roſental. de feud.cap.3.concluſ.9. in gloſ.lit.A. idque fieri tam per propriam quam per abuſiuã inueſtituram, Aluarot. & cenſeri allegati in dictis locis, Borcolt.cap,7. par.1. nu.25. Sonsbech.par.6.num.22.& par.7. num.24. Scheneid.par.2.nu.88. Paris de Puteo de reintegrar.feud.cap.148.nu.1. & ſeq.Scrader.par.4.cap.1.num.68.& cap.3. num.12. & hoc inter Principes plerumque fieri, vt atteſtatur in epit.feud.in fine cap.5.& ci-
2 uitates † aliæque vniuerſitates id fieri per ſindicos, vel adminiſtratores ipſarum, firmat Iacobin.in verſ. qui quidem inueſtitis nu.11.& 22.Petr. de Bellapert. in ſua ſumma feud. cap.4.num.16. Bald. in cap.1. §. nulla per quos fiat inueſtit. Blanc. cap.7. nu.25.lib.1. l.muneribus, ff. de condition. & demonſtrat. ſed neceſſe eſt, vt procurator, ſiuè adminiſtrator, Syndicus ad id ſpeciale mandatum habeat, vt rem ſuæ principalis dñe, ſiuè dñi recipere, vel dare
3 poſſit in feudum † & nomine domini inueſtituram recipere, iuramentum fidelitatis præſtare poſſit authoritate allegatorum iurium nemo inficiari poteſt, & eſt tex. in d. §. ſed verum per quos fiat inueſtit.§. item ſcendum vbi præpoſitus nu. 2. & alij Feudiſtæ in tit.de not feudorum, & eſt ibi de mente omnium, itȧ plane intelligend. in feudo nouo, Sonsbech. d.par.6. num.27.par.7.num.24. Claud.Seyſell.in d. rub.qui feud.dar.poſſ.par.3.limit.1. Scheneid.par.3.num.87.Laudenſ. in cap.1. in princ.num.9.per quos fiat inueſtit.Paris de Puteo de feudi reintegratione cap. 14.n.2. & 3. nec quiſquam diſſentit, dicit Scrader. d.par.4. cap.1. num.66. vel ſi dominus ratum habeat, idem Scrader. d.loco num.69. & 73.Roſental.c.3.concluſ.9. gloſ.litera D.

PAR-

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio XXVIII.

THEMA.

Feudum alteri, quilibet ſine mandato paciſcendo, vel ſtipulando acquirere poteſt, dummodo ratihabitio ſequatur, & non ſtipuletur verba directa. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum paciſcendo, vel ſtipulando à quolibet noſtris acquiritur.*
2 *Alteri paciſci licitum eſt.*
3 *Feudum per geſtorem ſecuta ratihabitione acquiritur.*
4 *Quiſquis ſuper re ſua ſtipulari poteſt.*
5 *Feudum alteri per ſtipulationem acquirēdi non eſt propriè ſtipilatio, ſed prouiſio ſucceſſuris in feudo, & pro donationem validè fit.*

1 ET ſi diximus per procuratorem cum ſpetiali mandaro feuda dari, & acquiri alteri poſſe, tamen & ſine noſtro mā-
2 dato, etiam † quilibet paciſcendo, vel ſtipulando nobis feudum acquirere poteſt modo rarihabitio, deinde ſequatur, quia
3 licitum eſt alteri † paciſci, vt ex communi. DD. opinio tradit Mynſinger. in §. alteri inſtit. de inutil. ſtipulat. Propoſit. in cap. 1. nu. 1. de duob. Fratrib. de benefic. inueſtit. Curt. iun. in tract. feud. par. 2. memb. 2. de feud. laic. nu. 64. Scrader. par. 4. cap. 1. nu. 68. Caſtrenſ. conſ. 10. quod feudum illud nu. 6. lib. 3. per l. ſi ego, & ibi notatis de negot. Geſt. Alex. eum ſecutus conſ. 10. n. 5. lib. 3. & Curt. iun. in eo quod non non ſit ſpetiale in feudis, vt frater ſtipulatur ibi probat Curt. iun. idem in conſ. 49. recolēde memoriæ num. 62. & 63. hanc veriorem, & communiorem dicit, & conſ. 48. num. 36. &
4 ſeq. quod rectè per † geſtorem acquiratur ſequente rati habitione, Scheneid. in cap. 1. in princ. nu. 6. de fratr. de nou. benefic. inueſtit. &c. inquit, ſi pactum, & tenor inueſtituræ feudum nouum ad fratres, alioſque agnatos, ſucceſſione deuolui permittat, placitis feudalibus derogari conſtat, Mynſinger. in d. §. Alteri dicit hanc communē, accedit l. 1, & l. 3. C. de donat. quæ ſub modo, &c. quod ratificatione opus, Alex. conſil. 26. num. 2. lib. 5. vbi & Molin. in verſ. ratificata per l. ſi ego & l. penul. ff. de negot. geſt. Caſtrenſ. conſ. 317. ſuper 1. nu. 1. lib. 2.
5 & quod quis † poſſit ſtipulari ſuper re ſua futura, modo verba concipiantur in tempus, quo ſua futura eſt, docet Bart. in l. quod dicitur num. 13. in fine de matre pro ſe & filijs emphiteuſim, & feudum ſtipulāte, quod alij ibidem ſequuntur, ff. de verb. obligat. quia ſtipulatio interponitur ſuper re, quæ eſt, vel futura eſt matris, citat, & cap. 1. de feud. fœmin. quem ſequitur Petr. Ant. Anguſel. cap. 5. lib. 7. Bald. in l. 1. n. 16. (quod emancipato ſic ſtipulari poſſit pater) C. per quas perſon. nob. acquir. Iaſon. in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler. num. 26. Alex. num. 20. ff. de verb. obligat. Scrader. de feud. par. 2. cap. 3. num. 30. Abb. in cap. in præſentiam num. 24. de probat. Iaſon in d. l. quod dicitur num. 45. & ſeq. poſt Alex. & Imol. ibidem, & reſpondet contrarijs: ſequitur, & plures adducit Menoch. d. conſil. 162. num. 4. & 6. citat, & Ludou. Suarez in commentar. ll. l. 1. tit. de Arras, etiam ſi à nemine acceptetur ſtipulatio, tamen ipſi tertio ratum habente ei acquiritur, vt per DD. ibi, & poſt eos Iaſon in l. qui Romæ §. Flauius nu. 22. ff. de verb. oblig. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 14. num. 11. Curt. ſen. vbi ſupra num. 26 Multas rationes ponit, item: tenor inueſtituræ omni iuri feudorum derogat, & quod hic non eſt
6 propriè † ſtipulatio, ſed quod quis ſe prouidet de hærede, & ſucceſſore feudali, quod ſua intereſt, Curt. iun. vbi ſupra, & communis eſt ſententia quod talis donatio valeat, do tibi vt, poſt te Meuio, vt iſti Meuio inde ius quæratur, licet ante eius ratificationem reuocari poſſit, Piſtor. par. 2. lib. 2. q. 20. num. 18. 19. & 20. cum ſeq. vbi plures, quod alteri quis feudum iſto modo acquirit, quod & Scrader. par. 5. c. 2. nu. 43. verſ. ex mutatione autem, ſequitur, dum docet quod abſentibus, & non dum natis ex mutatione feudi ex voluntate domini, vaſalli facta: & ad hoc eaque ex Curt. d. loco num. 64. Pariſ. conſ. 6. num. 24. lib. 1. ſentit dum ſe refert ad conſ. 48. Curtij ſenioris, quod in feudis quis ſtipulari poſſit. Tertio cui quæritur actio ſine ratificatione agendo, Roſental. ex alijs de cap. 3. concluſ. 11. & 12. & ſeq. in gloſ. lit. A. Sed ſecus eſt, quando per verba directa alteri ſtipulatur, & ſi dicatur promittens Titio date in feudum illum, & reſpondeat dominus promitto (hoc enim eſſe verba directa in §. alteri in fine Titio dari, &c. &

alijs

alijs Gloſ.Bart.& alij in l.ſtipulatio iſtâ §. Alteri ff. de verb. obligat.eleganter;Bald. in l.1. nu.10. per quas perſon.nob. acquir. e.feudum acquirere non potes,niſi ei cuius poteſtati ſubiectus ſis, vel alijs quos in poteſtate tua habes, §.alteri, & §.ſi quis alij inſtit. de inutil. ſtipulat. l. ſtipulatio iſta §.alteri ff.de verb.obligat.Odoſred.in in ſumm. ſua tit. qui poſſ. ſucced. in feud. Aluarot.in cap.1.num.4.& ibi Petr.de Rauenna, & Præpoſit. de Franc.de nouo benefic. inueſtit.Iacobin. de S.Georg.in verſ. nobiles Agati num.3.Curt.iun.par.2.n.56. vbi teſtatur hanc eſſe communem Doctorum opinionem contrarijs etiam reſolutis,Scradet.par.5.cap.1.num.6. Cyn. Bald. & alij in l. vnica cap. res inter alios acta, etc.Caſtrenſ.conſ.10.incipiente,quod feudum iſtud num.5.lib.3.in antiquis eſt conſil.164.Alex.conſ.10.num.5.lib.3.Curt.ſen. conſ.49.nu.62. Roſental.d. cap.3.concl.11. in tex.et gloſ.lit.B. ex multis.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio XXIX.

THEMA

Frater fratri directis verbis ſtipulari poteſt, & ei acquiritur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Frater pro fratre ſtipulari, etiam pro feudo poteſt, & acquiritur verbis, etiã directis.*

2 *Donatio per donantem non reuocatã,per eius hæredem reuocari non poteſt.*

Et ſi alter alteri de feudo ſtipulari non poteſt vtiliter,niſi facta ratihabitione, vel eueniente caſu, ille tertius egerit pro
1 feudo habendo,tamen hoc fallit in † fratre qui pro alio fratre ſtipulari de feudo, et acquirere poteſt verbis etiam directis, dicendo promittis mihi, et fratri meo tale feudum, volunt Doctores in præcedenti dilucidatione circa finem allegati, excepto vtroque Curtio omnes alij,et fundant, ſe in cap.1.de fratr.de nou. benefic. inueſt. etc. ibi ad alterum non pertinet beneficij portio, niſi facta fuerit,eo pacto inueſtitura,etc.cap.1. de benefic. fratr.etc. ibi (niſi per inueſtituram à domino ordinatum fuerit, vt frater fratri ſuccedat,etc.) quibus locis Feudiſtæ Curti. iunior. vbi ſupra, ac tradunt Bald. et Salic. in l.fin. c.res inter alios acta, etc. Bart.in l. ſi quis pro eo num. 12. ff. de fideiuſſor, quem ad hoc citat,et ſequitur Scrader.de feud.par.5.c.1. nu.6.verſ.vel niſi frater,etc. Ruyn.conſ.5. num.4. lib.1. quam magis receptam eſſe teſtatur,& ſequitur Menoch.conſ.162.n.6. vbi, & Pariſ.conſ.6. in fine col.1. adducit, ſed is ſe refert ad Curt.ſen.d.conſ.49.recolende memoriæ num.62. & 63. & ſicut de iure communi alteri ſtipulari, & acquiri poteſt,vt diximus in præcedenti Dilucidatione,eodem & frater fratri, dicit Iaſon.in l.ſtipulatio iſta, §. alteri num.3.ff.de verb. obligat. poſt Caſtrenſ. conſ.10. quod iſtud feudum lib.3. hanc tenet, & latè defendit Curt.iun.de feud. par.2. memb.2. num.26. & voluit Præpoſit. in d.cap.1. num.5.verſ. ſed in rei veritate de fratre,de nouo benefic.inueſtit. refert, & Curt. ſen.d. conſ.49. Recolende memoriæ nu.62.& 63.vbi communiorẽ, et veriorem Miſing.in d.§. alteri inſtit.de inutil. ſtipulat. & conſ.48. nu.36. & ſeq.Roſental.d.cap.3.concluſ.52.in gloſ. litera 6.& literis ſequentibus, de donatione non reuocata per eius hæredes,reuocari non poſſit, & per hæredem donatarij acceptoris, ſi pro fratre, & eius hæredibus ſtipulatum ſit, ex pluribus etiam communibus fundat ibidem Roſental.in gloſ.literis C.& D.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio XXX.

THEMA.

Feudum à Principe conceſſum acquiritur tertio cui confertur, quando ſtipulatur præſenti, iuramento dantis confirmatur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum à Principe conceſſum alteri per alterum acquiritur, quia Princeps cõtractum inualidum reddit validum.*

2 *Feudum acquiritur alteri præſenti per alterum ſtipulantem.*

3 Feu-

Digitized by Google

3 *Feudum alteri acquiritur, ſi dominus permittit cum iuramento alteri dare.*

SVnt, & alij caſus in quibus alter alteri acquirere poteſt. Primo in feudis à Prin-
1 cipe † conceſſis, quia eius contractus vim legis habent, & contractum inualidum, redit validum, ſi de mente eius contrahere volentis conſtet, Curt. ſen. conſ. 49. recolẽdę memoriæ nu. 63. & Curt. iun. d. p. 2. memb. 2. de feud. num. 65. per l. pen. et ibi notata, C. de donat. inter vir. et vxor. Scrader. par. 5. cap. 1. num. 6. Iaſon in l. vnus §. ante omnia, num. 6. ff. de pact. Secundò, ſi
2 quis † p̃ſenti ſtipulatur, de quo in iure ciuili, eſt gloſ. approbata in l. 3. in verſ. abſentes. C. de vnutil. ſtipular. Curt. d. loco n. 68. Allegando Roman. et Alexand. in l. certi conditio §. quoniam ff. ſi cert. pet. Scrader. d. loco in fine. Tertio, ſi dominus mihi Titio feudum ſtipulanti: vt promittis mihi feudum dare iuramento confirmaſſet: ſic in iure communi decidere, Batt. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſor. eumque alios communiter ſequi teſtatur Curt. d. p. 2. mẽb. 2. num. 68. et id communi calculo receptum docet Alciat in c. cum contigat nu. 221. de iure iurando, et ſequitur Suarez in Theſauro receptarum ſententiarũ in litera A. num. 174. Scrader. d. loco poſt gloſ. in cap. quoties cordis oculis 1. q. 7. Roſental. de feud. cap. 3. concl. 13. in tex. et gloſ. literis B. C. D.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio XXXI.

THEMA.

Inuaſor violentus, vel alius alicuius feudi, vel caſtri ſciens dominus, & non ignoranter confirmat, eius violenta poſſeſſio non valet, & quod valeat ex iuſta cauſa, & publica vtilitate. Communis.

SVMMARIVM.

1 *INuaſori feudum confirmari non poteſt in praiudicium tertij.*

2 *Princeps ex certa ſcientia ob iuſtam cauſam, & publicam vtilitatem, domino ius ſuum aufert.*

Camilli de Laratha

1 QVi rem alienam, Caſtrum, feudum, vel aliud violenter † inuadit, illa poſtea & ſi rectè infeudum concedi non poteſt, in præiudicium tertij veri domini violentia prorogari, nec poteſt etiam, ſi ſupremus Dominus, & Princeps de re in vaſa inuaſorẽ inueſtiet, aut ei poſſeſſionem confirmat, & ei conſtiterit, vt per Bart. in l. authoritate C. vnde vi Doctores in l. ſi qua loca C. de fund. & ſaltib. rei domin. lib. 11. Bald. in c. 1. num. 3. de nat. feud. Purpurat. ibidem num. 2. Laudenſ. num. fi. Iacob. de S. Georg. in ſuo tract. feud. in verſ. rub. de Caſtro mõtis n. 10. Curt. par. 2. memb. 2. de feud. laico q. 3. n. 10. & 11. Alex. conſ. 3. num. 9. & ſeq. lib. 5. Felin. in cap. poſtulaſti num. 4. de reſcript. & latiſſimè Menoch. remed. recuper. poſſeſſ. 8. n. 72 vult hoc Io. Caccialup. in repet. cap. 1. p. 5. num. 41. de feud. recognit. Scrader. in d. tract. feud. par. 4. cap. 1. num. 35. citans Baldu in l. decernimus nu. 3. C. de SS eccleſ. Vvlteius lib. 1. de feud. cap. 5. nu. 18. & hoc niſi fortè
2 Princeps † ex certa ſcientia, & ex iuxta cauſa, verò domino ius ſuum auferre, & violẽti tribuat, volunt, Præpoſit. & Curt. iun. dictis locis. Nam ex cauſa eum poſſe hoc facere ex communi opinione, firmat Ant. Faber. tit. de iure quæſito non tollendo concluſ. 2. num. 1. lib. 3. Gail obſeruat. 56. lib. 2. & niſi ex publica vtilitate, vt ſentire videtur Iſer. in cap. naturales, ſi de feud. defunct. &c. nu. 4. Sonsbech. par. 9. num 67. & ſeq. poſt Zaſ. par. 8. num. 75. Panormit. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 11. & ibi Felin. nu. 27. & ſeq. ac 54. Det. num. 19. & ſeq. de conſtit. Borcolt. cap. 7. par. 2. num. 51. Valens Foreſter in tract. de ſucceſſ. ab inteſtato lib. 6. cap. 36. num. 4. 5. 6. Prucman de regalibus, §. ſoluta poteſtas cap. 4. memb. 1. effect. 5. nu. 5. iuncto num. 3. vbi contrariam opinionem communi omnium tam legum, quam canonum interpretum calculo exploſam reiectamque teſtatur, & hanc ſententiam per totum dictum cap. confirmat Hartman Piſtor. q. 40. nu. 43. ex crebriori, & ſeq. Couar. var. reſol. cap. 6. nu. 6. & 7. communem teſtatur Pariſ. conſ. 104. nu. 69. & 71. lib. 1. & conſ. 1. nu. 72. & ſeq. lib. 4. latè Gail obſeruat. 56. lib. 2. Miſinger. obſeruat. 27. num. 3. & 7. per totam centur. 5. fusè Belon. conſ. 2. num. 5. & 6. receptiorem teſtatur, Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. centur. 4. q. 48. num. 6. communem teſtatur. quoque Villalob. in commun. opin. ſupra concluſ. 1. ex communiori, & concluſ. 49. in gloſ. T. & ſi res ſit ipſius Principis concedentis, diſtingue, vt ſi ſciens concedit aut cõfirmat, conceſſio valet, & vitium violentum videtur ſublatum ſecus, ſi ignoret

Præpoſit. Laudenſ.& Curt. in locis allegatis Angel. & alij in d. l. ſi qui bona C.de ſund. & falt.lib.11.Bart.in tract. de tirãnia col.3. Felin. in cap. poſtulaſti de præſcript. vbi plures allegat. Menoch. vbi ſupra num.73. Vvlteius,&,Scrader. d. locis Roſental. de feud.cap.3.concluſ.24. in gloſ.lit.C.

PARTIS SEXTAE.

Dilucidatio XXXII.

THEMA.

Hæretici, excommunicati, banniti, ſiuè proſcripti crimine læſæ Maieſtatis, vel ſimilibus, feudorum ſunt in capaces. Commenis.

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicatis excommunicatione maiori feuda non conceduntur.*
2 *Hæretici feuda retinere non poſſunt.*
3 *Banniti, & Criminis Maieſtatis, quibus bona publicantur feuda retinere non poßunt.*

SVnt quidam, qui ob delicta, vel ob penas quibus pro delictis ſunt effecti, adeo feudorum ſunt indigni, quod nec de nouo eis conferri poſſunt, nec omnino dari, vt puta
1 ✝ excommunicatis excommunicatione ma-
2 iori, Hęreticis, & bannitis, ſed quod excommunicatus feuda accipere non poſſit, dixit Syluan. de feud recognit.q.99. num. 23. vbi addit de paterno, vt hic poſt Afflict. in c.28. quo temp.miles, quoniam iſtis adminiſtratio temporalium non ſit adempta, Hoſtienſ. Panormit.& alij in cap. dilectus de conſecratione. Vvlteius de feud.lib.1 cap.4. n.12.
3 intellige, vt per procuratorem, de ✝ Hæreticis eſt tex. in l. Manicheos auth. Gazaros. auth. credentes C. de Hæreticis, facit l. Deportati C. de bonis proſcript. Odofred. in ſumm. in rub.quib.perſonis feuda dari, &c. Blanc.in d.cap.5.num.11. lib.1.Petr. de Bellapert.cap.4.Sylua.de feud.recognit. q.101. Borcolt.5.num.53. quod Ecclesia Hæretico dare non poſſit, nulli dubium habet, Ardiz. in rub.23.in fine,& Ioannes Scheneid. pa.3. nu.108.per Auth.de Eccleſ. tit.§.Iubemus, Vvlteius d. loco de bannitis, ſiuè proſcriptis publico aliquo crimine damnatis, quod in criminæ læſæ Maieſtatis, & ſi quod eſt ſimile quorum bona publicantur, & pro mortuis habeantur, Blanc.d. loco num.12. lib.1.& titulo de pace publica lib.1. cap.12. de omnibus, firmat Roſental.de feud.cap.3. concluſ.9. de cęteris dubitat. hoc certum eſt, quod vt quocunque crimine publico damnatus feuda dignitatis accipere non poſſe, ſicut nec vſurarij, & alius infamis, Syluan.vbi ſupra q.100.& 104.par.1.Blanc. lib.2.de feu.d.c.5.nu.11. idem dicendum puto de nobis ex nefario coytu, vel inceſtuoſo concubitu, qui dignitatem annexam non habent, recipere poſſunt, nullum tamen accipiunt ab his, ex quibus ſunt nati, Syluan. q.103.Roſent.c.3. concluſ.9. & concl.21. lit. C. per tex.in l. ſi quis inceſti cum ſimilibus c.de inceſt.nupt.& ex alijs.

PARTIS SEXTÆ.

Dilucidatio XXXIII.

THEMA.

Qui feuda accipiunt, nominantur vaſalli, clientes deuoti, fideles infeudati, feudatarij, & ſubfeudatarij, qui diſtinguuntur in Principe, Duce, Marchione, Comite, Barone, Capitaneo, valuaxore, & valuaxinis, & qui ſint diximus ſupra.

SVMMARIVM.

1 *FEudum ab alio accipiens dicitur vaſallus.*
2 *Vaſalli dicuntur pares.*
3 *Vaſallus prius dicebatur vaxus, qui generali nomine dicunt eſſe clientem.*
4 *Vaxum, ideſt vaſallus, apud Germanos dicitur deuotus, & apud Turcas dicitur Baßà.*
5 *Vaſallus dicitur etiam beneficiarius fideles dicuntur, qui alicui iuriſdictioni ſubſunt.*
6 *Vaſallus vocatur beneficiatus infeudatus & diſtinguuntur in Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones.*

1 QVi feudum ab aliquo accipit dicitur vaſallus, qui de conſuetudine feudali

dali,ità vocatur,& eſt nomen Longobardũ, ſiuè Germanicum, & feuda habentibus ſolent comitari dominum directum euntem ad bellum, vel ſuo loco mittere Vicarium, vel certum cenſum inſerre erario domini.
2 Hinc vaſalli inter ſe dicuntur pares † quaſi gleiche, certellem, Hotoman.in diſput. de ſeud. cap.2. in lexicon verbo feudum, verſ.vaſallus ſcribit: originem quidem hãc vocem eſſe Germanicam, non Latinam, non eſſe eſquirendam aliam nominis origi-
3 nem, quam in primitiuo † vaxus, ex quo illud vaſallus ſit diminutum, vaxum autem dicunt, generali nomine eſſe clientem, qui pro beneficio accepto fidem ſuã authori beneficij obligauit, & dicit in verſ. vaxus eſſet per quam difficilè horum verborum vim, & originem exponere: viderique Germanis
4 † vaxum dictum eſſe, qui cœteri in commẽtarijs ſuis dicitur deuotus, vnde etiam apud turcas ſit appellatio Baxà dicitur etiam
5 † beneficiarius à re, quæ ipſi beneficij loco conceſſa eſt in feudum, item fidelis à fide, quam domino debet, ex quo illud Germanorum (liber Geſuerent) tamet ſi non va-
9 ſalli tantum, ſed & qui iuriſdictioni † alterius ſubiecti, aut iure iurando alicui aſtricti ſunt fideles (& Lionercereiuen. appellantur, & vt plenius, docet Eguinar. Baro in commentar. ad conſuetud. feud.lib.2. tit.5. item clientulus in cap. 1. de alien.feudi, Hotoman in d.cap.2. vaſallum etiam vocat beneficiatum, item inſeudatarium, & vaſalli dicuntur Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Capitanei, valuaxores, & valuaxini de quibus diximus ſupra in par. 4. Dilucidationibus 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

THEATRI FEVDALIS PARS SEPTIMA

DE DIVERSITATE,

Et ſpetiebus feudorum

PRIMA DILVCIDATIO.

THEMA.

Feudum maſculinum, ſi per maſculum, fęmininum, ſi per fęminam acquiratur.

SVMMARIVM.

1 *FEudum Maſculinum, quando à maſculo, primo acquiritur.*
2 *Fœminum, quando à fœmina.*
3 *Feudum maſculinum in defectum maſculi venit ad fœminam, & ſic è contra.*

FEudum aliud eſt maſculinum, aliud fœmininum, cap. 1. de feud. fœmi. cap. 1. de
1 natur. ſucceſſ feud. maſculinum † quando à
2 maſculo primo acquiritur, fęmininū, † quādo à fœmina d. cap. 1. de feud. fœmi. Curt. iun. par. 3. in princ. num. 1. Zaſ. par. 8. n. 39. verſ. 2. fallit, Duaren. cap. 10. nu. 4. Vvſemb. cap. 2. num. 5. Socc. ſen. in l. Gallus. §. nunc de leg. ff. de liber. & poſth. Hartman. Piſtor. p. 2. q. 34. nu. 13. & 25. Pariſ. conſ. 23. nu. 30. lib. 1. Aleiat. conſ. 162. num. 12. Curt. iun. conſ. 181. num. 2. Menoch. conſ. 65. num. 59. lib. 1. & conſ. 148. num. 10. lib. 2. & conſ. 131. num. 1. lib. 4. communiter ita tenere Doctores, reſpondit Natta conſ. 600. num. 26. lib. 3. communem dicit Ripa lib. 1. de leg. cap. 1. num. 74. in Theſaur. commen. opin. Villalops num. 15. Suarez num. 65. atque hanc eſſe receptam ſententiam magisque approbatam Add. cap. 1. nouiſſimè ſcripſit Menochius d. conſ. 148. num. 11. quod, & ſi negare videtur Bald. in cap. 1. in princ. de eo qui ſibi, vel hæredibus, &c. refert tamē Thomas de Marin. de feud. tit. 11. num. 12. Bald. non de hoc feudo feminco locutum
3 fuiſſe, ſed de feudo † maſculino, quod ex pacto feciſſe tranſitum in fœminam, atque

inde

inde in ipſius filios, & non per hoc, quod feudum a maſculo ortum habeat ad fœminam non perueniat, quia in defectum maſculi ad fœminam peruenit, & è contra, fœmineum, deficiente fœmina, maſculus ſuccedit etiam, quod dicatur fœmineum, vt cõmuni DD. calculo, & ſic feudum ab origine à maſculo acquiſitum, eſt maſculinum, & manet, & à fœmina quæſitum, fœmineum remanet. Thom. de Marin. de gener. feud. tit. 11 num. 12.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio II.

THEMA.

Feudum eſt nouum in perſonam acquirentus.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, aut antiquum, aut nouum eſt.*
2 *Nouum feudum eſt, cuius cauſam acquirens non habet ab alio, niſi à ſe ipſo.*
3 *Feudum antiquum, ſi reuertitur ad dominum, & conceditur de nouo, feudum nouum dicitur.*
4 *Feudi antiqui, ſi forma inueſtituræ mutatur per nouas conuentiones conditiones, & pacta eſt nouum.*

1 Feudum † aut nouum eſt, aut antiquũ, cap. 1. in princ. per quos fiat inueſtit. cap. 1. verſ. de veteri, qui teſt. ſunt neceſſ. c. 1. de inueſtit. veter. & noui benefic. Nouum eſt feudum cuius cauſam acquirens non habeat ab alio, niſi à ſe ipſo, & Domino cõcedente, c. 1. verſ. nouum, qui teſt. ſunt neceſſ. cap. 1. de duob. fratrib. de nouo benefic. inueſtit. Aluarot. in prælud. diuiſ. 7. Rebuff. diuiſ. 4. Sonsbech. par. 3. num. 2. Curt. ſen. q. 8. num. 6. Duaren. cap. 1. num. 10. Vvſembech. cap. 2. num. 6. Borcolt. cap. 4. num. 2. Roſent. cap. 2. concluſ. 14. Mozz. de diuiſ. feud. nu. 53. Maſcard. de probat. concl. 775. in fine lib. 2. Piſtor. 2. q. 4. num. 2. Oldrad. conſ. 178. & conſil. 31. verſ. 2. probatur, Iaſon conſ. 64. lib. 3. Roland. à Vall. conſ. 6. nu. 4. lib. 1. & conſ. 16.
3 num. 2. & 3. lib. 3. & ſi feudum eſſet † antiquũ, & reuertitur ad dominum, & dominus eidem, vel alio concedit, illud feudum erit nouum per ea, quæ tradunt DD. in cap. 1. de vaſall. decrep. erat Reynald. in cap. 1. §. inſuper de prohib. feud. alien. per Feder. Clar. §. fin. q. 8. Bal. in l. 1. q. 42 ff. de rer. diuiſ. Dyn. in l. quod dicitur ff. de impens in reb. dotalibus fact. Det. conſ 586. Alex. conſ. 18. n. 15. & conſ. 28. num. 2. & 58. lib. 3. Pariſ. 21. n. 57. libr. 1. ac præfatos Doctores vno ore hoc ſcribere, dicit Menoch. conſ. 104. n. 31.
4 lib. 1. & ſi † forma primæ inueſtituræ mutatur per nouas conuentiones, conditiones, & pacta, nouum eſt: quoniam forma mutatata, res ipſa mutatur, atque ideò nomen ipſum mutatum eſſe cenſetur, Bald. in d. §. inſuper in fine Iaſon. in l. ſi mihi, & Titio in fine ff. de verb. obligat. Oldrad. conſ. 178. Brun. conſ. 78. Cephal. conſ. 31. Tiber. Detia. conſ. 23. num. 35. lib. 1.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio III.

THEMA

Feudum vetus, ſiuè paternum eſt, quando per prædeceſſorem eſt acquiſitum.

Quia breuis aliò ſummario, non opus.

Feudum vero vetus eſt cuius, cauſam quis habet non à ſe ipſo, ſed ab eo, qui primus feudum acquiſiuit, & conſtituit, cap. 1. verſ. paternum, de natur. ſucceſſ. feud. Bald. conſ. 39. in fine lib. 2. Menoch. conſ. 202. num. 48 lib. 2. Detian. conſ. 90. num. 2. lib. 3. & dicitur antiquum, vel paternum, cap. 1. de ſucceſſ. feud.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio IV.

THEMA.

Paternum feudum eſt, ſi à patre eſt acquiſitum.

Et quiã breuis alio ſummario, non opus.

Feudum paternum eſt, quando à patre, auo, pro auo, vel ab auo eſt acquiſitum per

per §.1.de nat.ſucceſſ. vbi Bald.num.1. Aluarot.not.5.et in preludi diuiſ.6. Bal.diuiſ.
3.Borcolt.cap.4.nu.2. Maſcard. de probat.
concluſ..771.num.131.Bald.conſ.337.n.14.
lib.1. Alex.conſ.30. num.5. et ſeq.lib.1.et
conſ.55.lib.4.coof.26.lib.5. Curt. iun.coof.
49.num.3.Decian.conſ.117. num.9.lib.3.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio V.

THEMA.

Feudum antiquum eſt, quando a prædeceſſoribus vltra abauum peruenit, & nouum iure antiqui concedi poteſt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiqum eſt, quando peruenit à prædeceſſoribus, vltrà abauum.*
2 *Feudum nouum concedi poteſt iure feudi antiqui.*
3 *Feudum nouum, quod iure feudi antiqui concedatur, aliqui tenent contrarium.*
4 *Verba feudi antiqui facti veritatem non mutant.*
5 *Limitatur vt procedat in feudo proprio & quatenus ſit in fauorem vaſalli. vel agnatorum.*
6 *Feudum nouum, ſi concedatur iure feudi antiqui, non operatur, vt frater fratri ſuccedat, ſed ſolum ad acquirentis deſcendentes.*
7 *Feudum nauum Eccleſiaſticum iure feudi antiqui concedi non poteſt.*

FEudum Antiquum dicitur, quod eſt ac-
1 quiſitum ab aliquo maiorum † vltra
abauum, Bald.& Aluarot. in d.c.1. de nat.
ſue eſſ.feud.Iaſ.in vſib.feud.nu.83.Maſcard.
de probat concluſ.771.nu.13.Dec.conſ.208.
veri. & per prædicta patet lib.5. Roland.à
2 Vall.conſ.16.num.36 lib.3.& feudum † no-
uum concedi poteſt iure feudi antiqui, &
feudi antiqui naturam aſſumit, Bal. Laudenſ.
Præpoſit.in cap.1.in princ.de alien.feud.pa-
terni,& in cap 1.an agnat. vel.fil.Iſer.in c.1.
de controuerſ.feud.apud per term. Aluarò.
in cap.1. de ſucceſſ.fratr. & in cap.1. num.3.
de vaſall.decrep.erat Iacob. in verſ.nobiles
num.8. in fine Sylua. de recogn. feud.q.37.
Ferrar. pract. form. libelli, quo agitur ad
reuocationem feudi verſ.nec ſuperſtitibus,
nu.35. Roman.conſ.1. in fine Caſtrenſ conſ.
44.lib.1.& cõſ.284.lib.2.Alexa.coſ.30.lib.1.
& cõſ.55.lib.4.& cõſ.1.& 29.lib.5. Socc.ſen.
cõſ.60.num.20.lib.1. & cõſ.172. nu.4. lib.2.
Ruyn. conſ.12. num.11. lib.1.Pariſ.conſ.2.
num.3.lib.1.Roland.à Vall.conſ.60.num.16.
lib.1.& conſ.32.num.7.lib.3.& conſ.3.nu.3.
lib.4. Brun. conſ.4. num.24.lib.1. Menoch.
conſ.160.num.25.lib.2.&conſ.304.num.11.
lib.2.& conſ.513.in fine lib.6.Cephal.cõſ.12.
num.3.lib.1.& conſ.173.num.8. & conſ.302.
3 num.50. & quamuis † nonnulli contrarium
affirmant, vt Bald.in prelud.feud.diuiſ.3.&
conſ.5.lib.1.Barbat. conſ.66.lib.4. Præpoſit.
in c.1.§.feudum ea lege, ſi de feud. defunct.
Oldrad. conſ.178. circa finem Iaſon cõſ.57.
lib.1.& conſ.160.lib.2. & communem eſſe
opinionem dicit in cõſ.152.lib.2. Ant. Gabr
in lib.concluſ.tit.de feud. concluſ.1. num.1
4 Hac ratione, quod verba † iure feudi anti-
qui feudi facti veritatem non immutant iu-
xtà l.ſi fortè ff.de Caſtrenſ pecul. & l.ſi do-
natione.C.de collat.Atque ità in facti cõtin-
gentia determinatum fuiſſe teſtatur, Alber.
in lexicon ſuo in verſ.nouum in fine;priorẽ
etiam plures dicunt eſſe communem, vt idẽ
Iaſon teſtatur in prælud. feud. Clarus q. 8.
num.2.Villalopſ. in Theſaur. commu. opi.
litera F. num.18. Viuius eadem litera verſ.
feudum nouum Suarez eadem litera nu.67.
Kircho eadem litera in ver.feudum nouum
Miſinger.centur.4.obſer.84.Gail 2. obſeru.
pract.50.num.4. & magis communem dicit
idem Miſinger centur.6.obſeruat.18.num.1.
Iaſon conſ.1.lib.3.& conſ.136. lib.4. Mozz.
de accidental.feud.num.38. Borcolt. cap.4.
nu.6. à qua tāquam communi in iudicando
recedendum non ſit, ſecundum Curt.iun. in
d. q. 8. num. 8. Schench. Baro in viridario
concluſ.98.quam ſententiam,quidam limi-
5 tant, † vt procedat in feudo proprio,& ve
ro,& quidam ità ſi proſit inueſtito, & ſit de
eius voluntate, atque adeo cenſeatur iure
feudi antiqui,in his, quæ ſunt in fauorem
vaſalli, & Agnatorum,non in his, quæ feu-
datario, & agnatis ſunt aduerſa,ſed proſũt,
Crauett. de antiquit.tempor. par.vlt nu.13.
in fine Socc.iun.conſ.77.nu.73.lib.1. Ruyn.
conſ.5.num.2.lib.1.Burſat.d.nu.24. verſ.quia
reſpondetur, Capyc. deciſ.64. num.5.& 9.
quo pertinet, quod reſpondet, Menoch.d.
6 cõſ.523. in fine † feudo nouo iure feudi pa-
terni conceſſi non afficit, vt frater fratri
ſuccedat. ſed operari ſolum,quod ad acqui-
rentis deſcẽdentes,nõ etiam prodeſſe agna-
tis,idemque firmat Mozz. de diuiſ.feud.nu.

62.&

7 61. & aduertè, quod † eccleſiaſtica iure feudorum antiquorum cõcedi nequeunt d. obſeruat. 50. num. 1. Miſinger. d. obſeruat. 18. Iaſon. in prælud. nu. 91. Curt. iun. d. q. 8. nu. 15. Alciat. reg. 3. præſump. 28. num. 5. Zaſ. par. 3. num. 6. & 7. Borcolt. cap. 4. num. 9. Mozz. de diuiſ. feudorum nu. 61. Vvlteius cap. 8. nu. 6. in fine.

PARTIS SEPTIMÆ,

Dilucidatio VI.

THEMA.

Feudum antiquum iure feudi noui concedi poteſt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum iure feudi noui conceditur.*

2 *Contrariorum eadem ſit diſciplina.*

3 *Feudum antiquum iure feudi noui conceditur concedentibus omnibus quorum intereſt.*

4 *Renuntiare iuri ſibi quæſito, cuilibet liberum eſt.*

5 *Conſenſus, & ſi interuenit in actu, in quo requiritur, ſufficit, vt ratum habeat.*

6 *Feudum antiquum poteſt dici nouum reſpectu deſcendentium, & agnatorum in inueſtitura primo acquirenti comprehẽſorum, alias nullum ius eis competeret.*

1 Feudum † antiquum iure feudi noui cõcedi poteſt, quod & ſi ità ſimpliciter affirmant, Tiraquell. de vtroque retract. §. 32. gloſ. 1. num. 31. Caſtrenſ. conſ. 119. verſ. nam ab hoc lib. 2. Cephal. conſ. 173. num. 9. lib. 2. Afflict. deciſ. 112. num. 5. & deciſ. 148.
2 num. 8. ea ratione quod † contrariorum eadem ſit diſciplina, eademque potentia l. 1. de his qui ſui, vel alieni iuris l. illud quæſitũ ff. ad l. Aquil. ſed hæc cauſa eſt diuerſa à priori, quia illic vertitur intereſſe concedẽtis, & accipientis, ſed nè dum domini, & vaſalli, ſed & agnatorum etiam intereſſe eſt, &
3 ſic nõ, niſi † conſentientibus omnibus quorum intereſt fieri nõ poſſe: idque per tex. in cap. 1. an agnat. &c. & c. 1. de vaſall. decrep. ætat. & vtrobique Doctores communiter, Iſer. in cap. 1. §. hoc quoque n. 6. de ſucceſſ. feud. Afflict. in cap. 1. §. ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct. controuerſ. fuer. Curt. iun. q. 7. num. 9. Zaſ. par. 12. num. 44. Bald. in l. 1. q. 18. 15. ff. de rerum diuiſ. & in l. quoties, ſecundo caſu C. de ſuis, & legit. & in prælud. feud. diuiſ. 5. Roma. cõſ. 315. Alex. cõſ. 30. in fine lib. 1. Caſtrenſ. conſ. 290. & conſ. 425. lib. 2. Dec. conſ. 87. verſ. & licet, & conſ. 445. Iaſ. conſ. 96. lib. 1. & conſ. 180. nu. 5. lib. 2. Rolãd. à Vall. conſ. 60. nu. 8. lib. 1. & conſ. 41. n. 15. lib. 2. & conſ. 16. num. 5. lib. 3. & conſ. 3. nu. 2. lib. 4. Tiber. Decia. conſ. 90. nu. 6. lib. 3. atque omnes, ità ſentire in d. c. 1. de vaſall. decrep. ætat. dicit Mozz. de accidental. feud. nu. 39. & hanc ſententiam veriorem eſſe affirmant, Miſinger. cent. 3. obſeruat. 84. & cẽt. 4. obſeruat. 83. Borcolt. cap. 4. num. 10. eamque firmat, & indubitatam eſſe teſtatur, Gail 2. pract. obſeruat. 49. in princ. Quæ vtraque opinio, ità cõciliãda eſt, vt poſterior hæc procedat, ſi talis mutatio fiat abſque agnatorum, quorum intereſt procedat, Bald. cõſ. 38. nu. 2. lib. 1. & conſ. 198. nu. 2. & conſ. 215. num. 4. & conſ 250. nu. 1. lib. 2. Dec. conſ. 445. num. 7. & conſ. 468. nu. 26. Iaſ. conſ. 7. lib. 3. Natta conſ. 322. nu. 4. lib. 2. Roland. à Vall. d. conſ. 60. num. 32. & ſeq. quod ità abſque dubio procedere dicit Gail, d. obſeruat. 49. nu. 2. Prior vero, ſi agnatorum, & quorum intereſt cõſenſus accedat, cum cuique † li-
4 berum ſit, iuri pro ſe introducto renuntiare, qua renũtiatione tertio præiudicare nequit, per tex. in d. cap. 1. An Agnat, vel fil. Aluarot. in cap. 1. §. propterea quib. mod. feudum amitta Curt. iun. d. q. 8. nu. 11. Zaſ. par. 3. num. 4. Gail. d. obſerua. 49. in fine, & in altercatione feudi non opus, vt quorum in-
5 tereſt in † actu interueniant, ſed ſufficit, vt poſtea talem conceſſionem ſcientes ratam habeant, firmat Miſinger. d. obſeruat. 83. & ſi fieri poteſt inueſtitura primi acquirentis nihil innouetur, & ſi feudum eſt nouum de eo inueſtiatur, tamquam de feudo antiquo docet Gail d. obſeruat. 50. num. 14. Vvlteius
6 d. cap. 8. nu. 7. in fine, & † feudum antiquum poteſt dici nouum contemplatione deſcendentium à primo acquirente, vel etiam reſpectu Collateralium, ſi primus acquirens feudum pro illis etiam ſtipulatus eſt: Nouum vero cõtemplatione Collateralium quibus ex inueſtitura prima, nullum ius nec in ſpe acquiſitum eſt. Iaſon. in prælud. feud. num. 97. Fichard. con. 6. num. 1. verſ. porrò, quod feuda lib. 1.

PAR-

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio VII.

THEMA.

Feudum in dubio præſumitur antiquum. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum in dubio præſumitur nouum.*
2 *Feudum in dubio potius præſumitur antiquum.*
3 *Poſſeſſione, ex diutina feudum præſumi feudum antiquum.*
4 *Feudum eſſe nouum, qui dicit probare debet.*
5 *In dubio præſumendum eſt, quod benignius eſt.*
6 *Feudum nouum cum pendet à conceſſione noua, quæ cum facti ſit probari debet.*
7 *Præſumptionibus eſt ſtandum donec appareat contrarium.*
8 *Poſſeſſio ad feudum antiquum, vel nouum potiſſima eſt præſumptio, & pro vaſallo poſſidente præſumitur antiquum.*
9 *Vaſallus agens contra dominum pro feudo tamquam antiquo, ſiuè paterno debet probare domino poſſidente.*

1 FEudũ in dubio † ſi præſumatur nouũ
per cap. 1. §. quam autem ſi de inueſti.
feud. controuerſ. fuere, Tiraquell. de retract.
conſanguin. §. 32. gloſ. 1. num. 93. Crauett. de
antiquit. temp. par. vlt. num. 4. & 6. Iaſon.
conſ. 24. nu. 3. lib. 3. & hanc opinionem ſimpliciter
veriorem eſſe, dicit Maſcard. d. concluſ. 771. num. 4. Tamen contrarium eſt, &
2 † in dubio potius præſumatur antiquum,
quam nouum, per tex. in cap. 1. §. fi. de ſucc.
feud. & in cap. 1. ſi de feud. defunct. controu.
fuer. vbi DD. communiter, Aluarot. in c. 1.
§. item placet, de inueſtit. in marit. facta,
Vvſembech. cap. 2. nu. 8. Boreolt. cap. 4. nu. 3.
Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſump. 28. n. 1.
Dec. conſ. 252. nu. 6. & conſ. 269. nu. 3. Iaſon.
conſ. 114. num. 2. lib. 1. Alex. conſ. 15. num. 17.
lib. 5. Alb. Mandell. conſ. 78. num. 17. Rolaud.
à Vall. conſ. 4. nu. 3. lib. 1. conſ. 32. & conſ. 55.
num. 10. & 11. lib. 3. & conſ. 48. nu. 19. & ſeq.
lib. 4. Burſat. conſ. 63. nu. 2. lib. 1. Tiber. Dec.
conſ. 23. num. 39. lib. 1. præſertim præceden-
3 te † diutina poſſeſſione, Aluarot. in prælud.
diuiſ. 4. per cap. 1. §. fin. de feud. non habente
propri. nat. feud. Bald. in cap. 1. ſi de feud.
controuerſ. fuer. Zaſ. par. 3. nu. 7. & 8. p. 11.
nu. 2. & 3. Vvſem. cap. 2. num. 8. idque de natur.
feud. n. 27. communem aſſerit, Menoch.
de arbitr. quæſt. caſu 191. veriorem affirmat.
Fritia de feud. ex pacto, & prouidentia
antiquo num. 31. ſecundum, quam iudicatũ
teſtatur in Conſ. Neapolitano nu. 32. & retinendum
cenſet, Menoch. lib. 3. de præſum.
93. num. 8. eamque ob † cauſam onus probandi,
qui feudum nouum eſſe dicit incumbere,
dixerunt Dec. conſ. 195. Iaſ. conſ. 113.
lib. 1. Pariſ. conſ. 2. nu. 2. lib. 3. Burſat. conſ. 63.
nu. 2. lib. 1. Borcolt. cap. 4. num. 3. & duplici
5 ratione prima, quia in dubio † præſumendũ
ſit, quod benignius eſt, l. ſemper ff. de reg.
iur. Menoch. caſu 199. num. 6. & benignius
eſt præſumi antiquum, quia comprehendũtur
agnati, qui alias non cõprehẽderentur.
6 altera quod feudum † nouum pẽdet à conceſſione
noua, quæ cum facti ſit, probari debet,
Fret. ibidem num. 30. & ſeq. Vvſembec.
7 cap. 2. num. 8. verum ſi adſunt † Præſumptiones,
illis eſt ſtandum, donec apparuerit
contrarium, Affli. in cap. 1. num. 7. de ſucceſ.
fratr. Alber. Mandell. conſ. 60. num. 3. inter
8 quas potiſſima eſt † poſſeſſ. quæ feudum nouum,
vel antiquum eſſe arguit, prout poſſeſſori
eſt vtilius, Beluiſ. in d. c. 1. de ſucceſſ.
fratr. Iaſon. in prælud. num. 97. in fi. Curt. iun.
q. 8. num. 16. Monoch. d. præſumpt. 93. nu. 10.
Crot. in l. reconiuncti in fine ff. de leg. 3. Caſtrenſ.
conſ. in contrarium lib. 2. Alex. conſ.
44. verſ. ſi vero non conſtaret, & conſ. 279.
verſ. ſed. in contrarium lib. 2. Alex. conſ. 10.
lib. 5. & Vaſallo poſſidente præſumptio eſt
feudum eſſe antiquum, Bald. in cap. 1. in
princ. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter dom.
& agnat. Mozz. de natur. feud. num. 58. Maſcard.
d. concl. 771. nu. 6. Dec. conſ. 252. n. 6.
& conſ. 269. num. 5. Iaſon. conſ. 114. lib. 1.
Alexand. conſ. 15. nu. 7. lib. 5. Curt. iun. conſ.
122. num. 9. Leonis inter conſ. Bruni 114.
n. 137. Menoch. conſ. 191. n. 3. & ſeq. lib. 2. &
hæc procedũt poſſidẽte vaſallo, vel ſui hæredes,
ſed poſſidente dominus, & vaſallus
9 agit † cõtra dominum pro feudo tamquam
antiquum, ſiuè paternum prætendit, intentionem
ſuam probare tenetur, quia præſũptio
eſt pro domino poſſidente, Aluarot. in
cap. 1. §. fin. de ſucceſſ. fued. Curt. in tract.
d. q. 8. num. 17. Zaſ. par. 11. num. 31. Borcolt.
cap. 4. num. 4. Mozz. de natur. feudo
numer. 20. Maſcar. concl. 771. num. 7.
Tiraq. de vtroque rer. §. 32. gloſ. 1. num.
93. & neque domino, neque vaſallo poſſidẽ-

te

te præſumitur nouum Mozz. de natur.ſeu. nu.21. Maſcard.d.concl.771.nu.11.Crauett. de antiquit.tempor.par.vlt.num.7.Scrader. d.par.2.cap.3.nu.41. Vvlteius d.cap.8.nu.8. in fine, nec aduerſatur illud, quod eſt de præſent, præſumitur de præterito, l.ex perſona C. de probatio Alciat.in tract.præſump. reg.2.præſumpr.26. Hæc enim regula non procedit cum de qualitate aliqua agitur, in qua præſens ſtatus non concordat, cum primo ſtatu rei, tunc præſumptio, non dicitur de præſenti in præteritũ, Bal.in l.1.§.ſi magiſtratus de magiſtrati, conuen. & in l.ex perſona C.de probat. Alex.cõſ.75.col.fi.cõſ.92. col.5.lib.5. & ideò quauis res hodie ſit feudalis: tamen retro feudalem fuiſſe non cẽſetur, Borcolt.d.cap.4.n.5.in fine.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio VIII.

THEMA

Feudum regale, vel non regale eſt, & quæ feuda ipſa ſint.

SVMMARIVM.

1 *Feudum regale eſt, quod annexam regalem dignitatem habet, ſiuè ſit Regni, vel Principatus, Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus.*

2 *Feudum regale dicitur eſſe feudum nobile ſupremi Principis authoritate conceſſum.*

3 *Feudum regale conferri poteſt ab Imperatore ipſo facto.*

4 *Imperator Dominus mundi dicitur fons eſt omnium dignitatum, & ab eo omnes dignitates fluunt, & refluunt, ſicut flumina à mari.*

5 *Principis Romani, & in eo ſunt theſauri dignitatum reconditi, & ab eo fluunt omnes dignitates velut à fonte.*

6 *Rex quilibet Monarca eſt in Regno ſuo, & plus iuris habet, quam Imperator in Imperio, cum Regnum ad hæredes tranſmittat, non Imperator.*

7 *Dux dicitur, quia ſupremo Principe Dux, eſt electus ſed eſt inueſtitus de aliquo territorio in feudum cum tali dignitate.*

8 *Dignitas non ſolum perſona conferens regale feudum conſtituit.*

9 *Dignitatẽ regalem non ſolum Imperator conſtituit, ſed & alij ab Imperatore hanc poteſtatem habentes.*

10 *Experientia eſt rerum magiſtra.*

11 *Regalia feuda ſunt omnia feuda, quæ Principes Germaniæ ſeculares, vel Eccleſiaſtici habent à ſeculare Principe.*

1 Feudum † regale eſt, quod habet annexam regalem dignitatem, ſiuè ſit feudum Regni, ſiuè Principatus, ſiuè Ducatus, vel Marchionatus, aut Comitatus, & omnia hæc feuda regalia dicuntur, vt in cap.1. de feudo Marchiæ in cap.1. quis dicatur Dux. cum notatis vtrobique c. vnico ibi de benefic. regali de capitul. Corradi, Laudenſ. in cap. vnico nu.30. de his qui feud. dar. poſſ. Iacobin. de feud. ſuper verſ. feudum num.5. Raynaud. in comprehenſor feud. num.21. Capyc. in inueſtit. cap. feudorum genera in princ. & reliqui Doctores in diuiſ. feudorũ Borcolt. cap.4. nu.12. Vvlteius, cap.8. n.10.
2 ſubdens Rectius † feudum regale dicemus eſſe feudum nobile ſupremi Princibis authoritate conceſſam cum dignitate regali, Mozz. de diuerſ. feud. feudorum, & huiuſmodi dignitas eſt Regnum, electorarus Principatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus vltra prædictos Scrader. de feud. par.2. cap.3. num.3. vbi num.6. dicit, quod de his feudis vaſalli inueſtiũtur cum vexillo, quod
3 † regale feudum conferri poteſt ipſo facto ab Imperatore, vt in dictis iuribus, qui do-
4 minus † mundi dicitur, d.l. deprecatio. Ad l. Rod. de iactu: fons eſt omnium dignitatum, Præpoſit. in cap. vnic. nu.2. quæ ſint. Regal. & ab eo omnes dignitates fluunt, & refluũt, ſicuti flumina de mari, Bald. in cap. vnico §. Iudices de pace iuram. firm. in l. vnic. ad l. Iul. de ambi. Ening. Gonde conſ.3. num.23. & 24. Roland. à Vall. conſ.100. nu.3. lib.4.
5 & in Principe Romano † ſunt Theſauri dignitatum reconditi, Soec. conſ.68. n.3. lib.3. cum omnes dignitates ab eo fluunt, & refluunt, velut à fonte, vt in l. ſacrilegijs C. de diuerſ. reſcript. & in l. pen. ff. de conſtit. Prin.
6 vel per Regem in Regno ſuo, cum † Rex quilibet ſit monarch. in Regno, & 6. q.3. ſũt ità, & 7. q.1. c. in apibus, & plus iuris habet, quam Imperator in Imperio, quia Reges transferunt Regna ad ſucceſſores, c. licet de voto cap. grandi de ſupplend. negligent. Prælat. in 6. cum ibi notatis, ſed Imperator nõ, vt in c. venerabilem de electiõ, & hoc de Rege, quod conſerat regales dignitates tenet, Aluarot. in cap.1. in princ.2. col. de his qui feud. dar. poſſ. & illud quod dicitur in c.1. quis dic. Dux. &c. quod is, quia Principe

7 cipe ✝ ſupremo de Ducatu inueſtitur, Dux ſolito more vocatur, qui de Marchia, Marchio dicitur, qui de Comitatu, Comes appellatur, non quod ideo quis Dux ſit, vel Marchio, vel Comes, quia inueſtitus eſt de Ducatu, Marchionatu, Comitatu, ſed quod creato Duci, Marchioni, vel Comiti concedatur, aliquod territorium in feudum ab eodem ſupremo Principe, cum tali dignitate, & ita accipitur, Vulteius, d. num. 10. verſ. atque ſecundum hæc: ✝ Dignitas itaque regale feudum conſtituit, non ſola perſonæ conferens: & licet dignitatem tribuere, ſit de reſeruatis Imperatori, Iacobin. de feud. ſuper verbo Princeps Pedemontiũ verſ. ſed an Princeps verſ. vigeſimaſeptima
camera, vel de cauena dicuntur, Vvlteius d.cap.8.num.17.in fine,

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XIV.

THEMA.

Feudum ſoldatæ eſſe præſtationem aliquam annuam gratuitam in ſolidorum donationem, & aliquando eſt de camera.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ſoldatæ, & feudum habitationis eſt præſtatio quædam gratuita in ſolidorum donationem.*

2 *Feudum ſoldatæ eſt, & de camera & quãdoque in vino & annona conſiſtere.*

3 *Feudum habitationis eſt ius, domum aliquam iure feudi inhabitandi.*

1 Feudum ✝ ſoldatæ, & feudum habitationis, Obert. de Orto in cap.1.verſ.quis dic Dux dicit eſſe præſtationem annuam quandam gratuitam in ſolidorum donationem plerumque conſiſtentem, vnde etiam 2 dicatur ſoldata atque eatenus ✝ feudum illud eſt, de camera, quandoque autem in vino, & annona conſiſtentem, atque eatenus eſt feudum de cauena, ideoque non malè monuit Bocolt.cap.4.num 30. quod feuda ſoldatæ à feudis de camera, & cauena nihil differant, etiam ſi interpetribus aliud videatur: dixiſſet tamen rectius differre illam inter ſe, ſicut genus, & ſpecies: feudum ✝ habitationis eſt ius domum aliquam iure feudi inhabitandi, de quo in cap.extra ordinem tit.75.& tit. 105. de feu.habit.Scrader.d.c.4. num.49. Vvlteius d.cap.8. num.15.& latè feudum ſoldatæ multoties fit in Curijs Principis cap.1.§.fin. & ibi Alvarot.in 2. notab. quis dic.Dux. & hoc non eſt propriè feudũ, Iſern.in cap.1.col.2.de feud.March. & tex. in d. cap. fin. vbi DD.& ob hoc differre à feudo cameræ, ſecundum Aluarot. & etiam quoniam illud non datur gratis, ſed ob meritum, ſeu ſeruitium, ſiuè ergo dans, ſiuè recipiens, decedat finitur præſtatio Aluarot. ibi, & in præluđ. in diuiſ.17.Capyc.in inueſtit.cap.feudorum genera verſ.ſoldatæ, &c.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio XV.

THEMA.

Feudum nominatum, eſt feudum guardiæ, vel Caſtaldiæ, quod datur pro guardia, ſiuè cuſtodia.

Et hoc deſeruit pro ſummario, quia breuis.

Nominatum feudum eſt guardiæ, ſiuè Caſtaldæ cap.1.de feu. guard. & in c.extra ordinem tit.94. feudum guardiæ, quod Ardizon.in d.cap. extra ordinem tit.81.ex ſententia Cuicij in d.cap.1.de feu. guardiæ, videtur appellare pro vice Domini curia eſt feudum mercedis datum ob cuſtodiam, Scrader.par.3.cap.4.nu.21. Caſtaldiæ, quod Ardizoni pro vice, Vicaria, eſt feudum mercedis ob procurationem, & quaſi adminiſtrationem domus Domini datum, Scrader. d.cap.4. num.22. & hæc duo ſunt feuda nominata, Vvlteius de feu.cap.8.nu.17.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio XVI.

THEMA.

Feudum nominatum, item eſt mercedis, vel officij, ſiuè Aduocatiæ, & quæ ſint.

SVMMARIVM.

1 *Feudum mercedis eſt, quod ob quodcunque munus ſiuè officium, vel Aduocatiæ, quod Angariæ appellatur.*

2 *Feudum Aduocatiæ, id eſt defenſionis, & ſecundum Ardizonem videtur feudum decaniæ.*

3 *Feudi Aduocatiæ, id eſt defenſionis initium cæpiſſe ab Eccleſijs defenſionis cauſa collatum Principibus.*

4 *Feudum Aduocatiæ eſt, quando pro patrocinio quotidiano datur, cum fiſcalia, vel ſine.*

5 Aduo-

5 *Aduocatus, qui feudum pro aduocatia habuit, inordinate cauſas d mini tractat, & eſſet garulus, & indecẽs feudũ amittit.*

1 ITem nominatum † feudum eſt merce-
dis ob quodcumque munus,ſiuè officiũ,
Ardizon. Angarias appellare videtur, quod
feudum generali nomine vocatur feudum
Aduocatiæ, cuius ſpeties quædam eſt, quod
2 vulgo vocant fuedum † Aduocatiæ, id eſt
defenſiones, & Ardizoni videtur pro decania,
vt ſcribit Ferrarius lib.1.cap.6.§.9. de
feudis, apud Germanos eſſe admodum fre-
3 quens, videri initium † cępiſſe ab Eccleſijs
defenſionis cauſa, ergo collatum interdum
nobilibus, Principibus,quorum multi hodie
Monaſteriorum Eccleſiarumque ſint Ad-
uocati, & tutelares:quæ conſuetudo in ciui-
tatibus etiam, præſertim imperialibus, re-
4 cepta eſt: ergo † eſt feudum Aduocatiæ,
quando patrono ſuo Dominus feudum pro
patrocinio,quotidiano cõcedcrat. Annume-
raturq; feudum ipſum Aduocatię, vt fiſca-
li,vel ſimili l.1.C.de annon.ciu.lib.10.& idẽ
ſi non vniretur cum fiſcalia, de hoc loqui-
tur, tex. in cap.1. §. quicunque de pac.ten.
5 vbi etiam dicitur, quod † ſi inordinatè tra-
ctaret cauſas Domini, & imperitè, Aduoca-
tus debet feudo priuari, idem etiam foret,
ſi eſſet garulus, & indecens, ſecundum Iſer.
& ibi dicit, Bal.in cap.1.in princ.pen.col.de
feu.guar. quod feudum datum Aduocato,
poteſt ab eo auferri ſtatim; quod auferetur
adminiſtratio,niſi ſeruiret,ſecundum lauda-
tionem curiæ, & de hoc feudo Aduocatiæ
loquitur, etiam tex.in d.cap.1.in princ. de
feu.guar. ibi pro mercede alicuius rei,ſecũ-
dum Aluarot.ibi in vlt.col. & ideo dicta ſu-
pra de feudo guardiæ hic etiam repetita
cenſẽtur, & Aluarot.in prælu.18.ſpetie,vbi
dici ſpetiem feudi ſeparatam in iudicatu
procuratione, & notoria, vbicumque inue-
nies feudum eſſe annexum, Capyc. in inue-
ſtit. feu. cap.feudorum genera verſ.feudum
Aduocatiæ,&c.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio XVII.

THEMA

Feudum curtis, & feudum extra curtim quid ſint.

SVMMARIVM.

1 *Feudum curtis eſt quando quis vtilitatem ſibi de feudo retinet, & vaſallo non concedit.*

2 *Feudum extra curtim eſt, in quo vaſallus vſumfructum feudalem habet, in re immobili.*

3 *Feudum curtis eſt, quandò maior pars fructuum caſtri, ſiuè feudi,pertinens ad Dominum,vbi recolliguntur.*

4 *Vectigalis de camera, vel cauena aliqua quantitas concedatur.*

5 *Feudum extra curtim eſt, quando curtis Venditur à capitaneo, ſiue Domino.*

1 FEudum † curtis illud eſt, quando quis
vtilitatem ſibi iure feudi conſtitutum
habet, non concedatur vaſallo,ſed retinea-
tur à Domino,quaſi in ipſius domo,eſt era-
2 rium,vel cella Domini: extra curcim † eſt
feudum cum res ipſa, in qua vaſallus vſum-
fructum feudalem habet extra domum,qua
ſi concedentis tranſit in domum accipien-
tis,vt eſt fundus,prædium,& res aliæ immo
biles, in quibus feudum conſtituitur. Hæc
diffinitio feudi in curte, & extra curtim
multo eſt expeditior, quam illa vulgata
interpetrum, qua dicunt feudum in curte
3 eſſe, quando maior pars caſtri, aut pagum
vbi feudum eſt,pertinet ad Dominum, &
Dominus ibi habet domum, in qua reditus
ipſius colliguntur, Aluarot. diuiſione 14.
Rebuff.diuiſ.19. Doctores communiter in
cap.1.§.fin.quib mod.feu.amitt. Scrader.d.
4 cap.3.num.101. vel etiam ſi alicui de † ca-
mera,vel cauena vectigalis quantitas aliqua
concedatur,ità tamen,vt maior pars rema-
neat Domino, vel etiam ſi Dominus nihil
habeat in eo loco,iuriſdictio tamẽ ſit ipſius,
5 Roſental. cap.2. concl 40. feudum † vero
extra curtim id faciunt, in quo hæc ità non
ſunt; Nam probatur hæc diffinitio,per tex.
cap.1.de capit.qui cur. vendid. quoniam ca-
ſus iſtius capituli eſt in vẽdendo, ne curtis
in qua cum, curtim ſua eſſet feudum de-
beret capitaneo, & poſtea curtim vẽdebat,
quo facto incidebat quæſtio,etiam ante vẽ-
ditionem curtis datam,vna cum curte ven-
ditum eſſe intelligatur, & dicunt Feudiſtæ
reſponderi,nõ intelligi venditum,quid ità?
Non certè, quod feudum illud in curte,ad-
huc ſit, ſed quo ſit extra curtim.& debitam
rationem mouebat, quod re in feudum da-
ta,antequam daretur,in curte fuerat,& ſane
venditionis tempore, adhuc in curte fuiſſet
vna cum curte venditum eſſe, cenſendum
eſſet,etiam ſi dic expreſsè non veniſſet, per

cap.1.§.1, in fine de leg. Corradi, Vulteius de feu.cap.8.num.18,

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XVIII.

THEMA

Feudum thenaſiæ dicuntur tenimenta territoria, ſiuè domus, de feudo Baronis, alijs conceſſa cum annuo canone, ſiuè reditu de quibus debentur collectæ.

SVMMARIVM.

1 *Feudum thenaſiæ ſunt tenimenta territoria, & domus, alijs conceſſa ſub reditu, quæ non ſunt propriè feuda, & de eis ſoluuntur collectæ.*

2 *Thenaſiæ non habent conſuetudinem feudi, & feudum paruum iure feudi non cenſetur.*

3 *Excadentiæ in feudũ conceſſa amittuntur, ſicut, & alia feuda, licet ſub certo annuo reditu ſint conceſſa.*

4 *Feudi res particularis alienata, ſiuè conceſſa ſub annuo canone etiam cum conſenſu Superioris erit cenſualis, & non feudalis quoad aliqua.*

5 *Si conceditur in feudum cum ſeruitio propriam feudi natura retinet, & quidquid, alij dicant hæc eſt veritas num.6.*

1 IN hoc Neapolitano Regno, Tenaſiæ
dicuntur tenimenta territoria, ſiuè do-
mus, quæ iam ſunt de feudo Baronis, ſed
alij à Barone ea recognoſcunt, ſub certis
reditibus, ſeù operibus, non quidem ſub mi-
litari ſeruitio, ſeù Adoha, ſed ſub annuo
reditu, & non cenſentur hæc propriè iure
feudi, quantum ad ſucceſſionem, vt in con-
ſtitutione, ſi quando §. & ſi contingerit, &
pro eis præſtatur collecta, ſeù publicè, fun-
tiones, & dicuntur tenaſiæ: Luc de Pen. in
l. agros C. de fund. limit. lib. 11. & in l. 1.
de impon. lucr. deſcrip. & tenaſius vocat
gloſ. in conſtit. vt de ſucceſſionibus, vbi di-
2 cit quod non habent conſuetudinem feudi, &
quod paruum feudum non cenſetur iure
feudi, etiam ſecundum hæc vltima verba
ſequeretur. quod quando tenimentum, quod
ſub annuo reditu a Barone recognoſcitur,
eſſet magnum tunc cenſeretur iure feudi;
ex adductis, per Caryc. in inueſtit. in cap.
feudia amittuntur verſ. trigeſimo ſeſto f.58.
Paris de Puteo de reintegrat. feu in illa
quæſtione, an excadentiæ Baronum perdã-
tur ex eiſdem culpis, ex quibus alia feuda,
3 tenet, aut excadentia † eſt per Baronem cõ-
ceſſa in feudum, licet ſub certo annuo re-
ditu, & tunc perditur, ſicut alia feuda, alle-
gat Iſern. in tit. ex quibus cauſ. feu. amittat,
aut non dicitur in feudum, & tunc ſecus, &
adducit Bal. in l. liberti liberteque C. de
oper. libert. Cyn. in authent. ingreſſi ante pe-
nult. q. C. de SS. eccleſ. & ſic, ſecundum eum
vis ſtat, in verbis conceſſionis, & Napod. in
Conſuetud. habet locum quarta verſ. ſed in
4 bonis fol.306. dicit quod ſi Baro † cõſenſu
Regis Superioris alienat rem particularem
feudi, nõ tamẽ dicit in feudũ, ſed ſub annuo
reditu, erit cẽſualis, & nõ feudalis ſecũdũ, q
vaſallus ſine conſenſu Domini non poteſt,
tamen in dicta conſtitutione, vt de ſucceſ-
ſionibus in gloſ. 1. videtur facere differen-
tiam, non in verbis, vt quia dictum eſt, in
feudum, ſed in reditu annuo, & modicitate
rei de Barone, qui cum aſſenſu Regis non
dicens in feudum, ſed ſub annuo cenſu trãſ-
ferens quicquid iuris habet in emptorem,
vel eius hæredes cum poteſtate alienandi,
talis res inſpecta forma alienationis erit
cenſualis, & translatum eſt directum domi-
nium extra de re. dom. c. conſtitutus, & do-
minus per ſuum aſſenſum ſibi præiudicat,
vt in 10. col. quod iuris ſit, ſi poſſeſſor Ali.
feu. vaſall. cap. Præterea §. perfecto, &
deſinit eſſe feudum, ſi non detur eum nun-
cupatione feudi, & eum ſeruitio, & ille re-
ditus, ſiuè cenſus iure feudi cẽſebitur, quia
ſubrogatu in locum illius rei particula-
ris alienatæ, & ſeperatæ de feudo, vt ibi vi-
detur, & bene ſentire gloſ. Ad hoc enim, vt
5 † res ſit, vel remaneat feudalis, debet alie-
nari feudaliter hoc eſt pro feudo, & nomine
feudi, & cum præſtatione ſeruitij à vaſallo,
vt in 10. coll. de conſuet. recti feu. cap. ſcien-
dum; vel debet, ità dari alicui, vt proprie-
tas rei beneficiariæ penes datem remaneat,
vſus vero ad capientem tranſeat, vt eodem
col. 2. qui. cauſ. feu. amitt. Obertus de
Orto in fine, alij volunt dicere, quod penes
primum recipientem remaneat feudalis, nõ
tamen habẽs naturam feudi, niſi quo ad hoc
vt ex cauſis legitimis amittatur: ſed ſi ven-
dent, apud emptorem deſinit eſſe feudum,
vt eadem coll. ſi de feu. controuerſ. fuerit.
cap. feudum el primo, & de feudo non ha-
bente

bente propriam feudi naturam cap. 1. ſed certè dicta iura loquuntur, quando ſub nomine feudi conceditur, vt ipſe hæredeſque ſui maſculi, & fœminæ, & cui dederit habeat, tunc enim apud primum recipientem remanet feudale, ſed non cũ natura feudi, niſi quo ad amiſſionem feudi ex cauſis, vt eſt dictum, & per Napod. dicto in loco: ſed veritas eſt, quod vbi eſt datum
6 in feudum, & cui in feudum dederit, aliud eſt, & propriã feudi naturã retinet, & in omni eius alienatione, & diſpoſitione Regius requiritur aſſenſus, Camer. in d. c. Imperialē fol. 29. litera P. ibi quia quando dixit in feudum, nõ poteſt ſine aſſenſu alienari, & propriam feudi naturam retinet: & ſi idem Camerar. aliter dixerit, eſt, quando non eſt datum in feudum, alias ſecus, vt Camer. ipſe dicit in litera P. & S. quod aſſenſus requiratur, & alia requiſita feudalia tenet.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XIX.

THEMA

De feudo proprio, & improprio.

Quia breuis alio ſummario, non opus.

FEudum ex adiuncto qualitatis aliud ſit proprium, aliud vero improprium, in rub. de feud. non habente propriam nat. feud. quam ſummam feudorum diuiſionē eſſe dicit, Scrader. de feu. par. 2. cap. 3. in princ. idem eſt, cum dicitur feudum aliud eſſe rectum, per c. 1. de conſuet. recti feudi, Vvſembech. cap. 2. num. 2. & ſi feudum rectum dicitur varijs reſpectibus, nimirum aliquando reſpectu feudi conditionalis, ſiuè eius in quo certa, & denominata præſtanda ſunt ſeruitia, vt in gloſ. cap. 1. §. fin. de capitan. qui cur. vend. interdum reſpeſpectu feudi, cuius poſſeſſionem, vaſallus conſequutus non eſt, præcedente domini licentia præſente, & aſſentiente Curia. per cap. 1. de conſuet. recti feudi, nonnumquam reſpectu feudi, quod perpetuum non eſt, ſed temporale, per cap. 1. §. item ſi vaſallus, ſi de inueſtit. feudi controuerſ. ſuer. c. 1. de feu. guard. quocunque tamen reſpectu feudum dicatur rectum, numquam eſt improprium, Curt. iun. par. 1. q. 5. num. 18. cum alijs.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XX.

THEMA.

Feudum proprium eſt, quod propriam feudi naturam habet.

Quia breuis alio ſummario, non opus.

FEudum aliud dicitur proprium, & propriam feudi naturam habet aliud improprium, & feudi propriam naturam nõ habet, vt habetur in c. 1. de feu. propri. feu. nat. non habente in §. feudum ea lege, ſi de feu. fuer. controu. & in §. præterea quid ſit inueſtit. feudum habens propriam naturam feudi, eſt illud quod in ſpetie definiunt, Obert. de Orto in §. fin. in quibus cauſ. feud. amitt. & eſt feudum proprium, ſeu rectum, quando omni ſui parte ad naturam, ſiuè vt Obert. loquitur in d. cap. 1. §. Præterea quid ſit inueſtit. ad rationē feudorũ cõmunē, quã habet ex iure, vel conſuetud. feudali conformatum, Scrader. p. 2. c. 3. nu. 1. hanc feudorum naturam, quidam appellant, communes feudorum proprietates, Vvſembech. d. cap. 2. num. 2. nonnulli qualitates feudis naturaliter innatas, Bot. colt. cap. 4. num. 25. quæ in genere quidem omnibus in ſunt feudis, in ſpetie vero inter dum à feudis abſunt, nimirum, ſi vel iure quędam excepta reperiunt vel pacto, aut conuentione, hoc ita actum ſit, habent iure ciuili etiam omnes, atque ſinguli contractus certam quandam ſuam naturam, infra quã cohereceantur, & à ſe inuicem diſtinguuntur, habent eam naturam non ex hominum conuentione, à qua nonnumquam recedatur pactis contrahentibus ſpetialibus à iure permiſſis, ità à iure, ſiuè cõſuetudine feudali feudum in genere certam ſuam habet naturam, quæ ſi feudo, quod conſtituitur, relinquatur feudum, facit eſſe proprium, & rectum.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio XXI.

THEMA.

Feudum improprium eſt quoties à conſuetudine, & feudorum natura receditur pacto, quod multis modis fit, vt infra.

SVMMARIVM.

1 *Feudum propriam naturam non habēs eſt, quando aliquid de natura feudi, deficit, vt ſi ſeruitium annuæ penſionis ſit, vel in alio deficiat.*

2 *Feudum datur ad tempus.*

3 *Feudi natura alteratur ſemper, quod deficit aliquid de quinque neceſſarijs, & in quo alteratur improprium eſt.*

4 *Feudum in alijs, in quibus non eſt alteratū amittitur eiſdem culpis, quibus, & propria feuda, & in alijs non alteratis remanet feudum ratum, num. 31.*

5 *Feudum conceſſum, vt omne dominium vtile, & directum in recipientem transferatur, non conſtituitur feudum, & numer. 17.*

6 *Feudum, vt dominium vtilè apud concedētem remaneat, improprium feudum eſt, vbi ratio.*

7 *Feudum improprium eſt, quando ſine inueſtitura feudum conſtituitur, & quomodo.*

8 *Feudum, vt ſit, neceſſe eſt, vt per inueſtituram conſtituatur.*

9 *Feudum in quo iuramentum fidelitatis remictitur improprium eſt, & nu. 30.*

10 *Feudum aliud eſt iuratum, aliud non iuratum.*

11 *Feudum fœminæ conceſſum improprium eſt.*

12 *Feudum pretio emptum, improprium feudum eſt.*

13 *Feudum de quo ſeruitium reale præſtatur contractum in nominatum eſſe ſed verius feudum improprium.*

14 *Feudum in quo certum, & determinatum ſeruitium præſtatur, improprium eſt.*

15 *Feudum de quo nullum præſtatur ſeruitiū improprium eſt.*

16 *Feudum, vt ſit francum ab inueſtitura cōſtare debet.*

17 *Feudum, vt cum vtili, & directo dominio concedatur ex inueſtitura conſtare debet.*

18 *Feudum, vt ſit francum non eſt neceſſe, vt franchum exprimatur, ſed ſuffi cit exprimi clauſulas, ex quibus feudum efficitur francum.*

19 *Stipulatio præſumpta dicitur de tenore inſtrumēti, eſto in inſtrumēto non ſit ſcripta, & num. ſeq.*

20 *Feudi franchi in iuribus feudalibus, non fit mentio.*

21 *Iuramentū fidelitatis, per pactum remiſſū non præſtatur.*

22 *Feudi franchi ſubſidium pecuniarium non exigitur, nec feudatarium compelli, vt vadat, cum Domimo ad exercicum.*

23 *Eccleſia, & ſi non ſuccedit in feudo, tamē in feudo francho ſuccedit.*

24 *Feudi, & ſi teſtamentum non valet, tamen feudi franchi, per teſtamentum diſponi poteſt.*

25 *Feudi franchi reuocatio, & refutatio non valet.*

26 *Feudi franchi ſine aſſenſu alienatio valet.*

27 *Feudum, ſi nominatur franchū, non ex hoc eſt franchum, & eſt franchum, quando ex pacto in feudatarium tranſit proprietas.*

28 *Feudum ſine fidelitate conceſſum intelligitur, quatenus iuramentum relaxetur.*

29 *Feudum conceſſum, vt ipſe, & cui dederit teneat eſt improprium.*

30 *Feudum in dubio ſemper præſumitur rectum, & proprium.*

32 *Feudum mixtum alteratur ſolum, quod ſucceſſor, ſit hæres.*

1 Feudum non habens propriam feudi naturam, eſt illud, cui deficit aliquid eorum, quæ naturæ contractus inſunt, ſicut quando præſtatur ſeruitium in annua præſtatione, vt in cap. 1. §. ſciendum de feud. cognit. & in c. 1. de controuerſ. inter Epiſcop. & vaſall. & quod non ſit gratuito cōceſſum in cęteris autem recti feudi naturam retinet, & feudum improprium eſt, quoties à communi feudorum natura in vno, vel pluribus receditur pacto, quod multis modis fieri ſolet, videlicet.

2 Primò, quando † feudum datur ad tempus, toto tit. de feud. guard. & Caſtald. & de feudo ſoldatæ, vt in tit. quis dicatur, Dux, Marchio, &c. & in feudo cameræ, vel cauenæ, vt in d. §. ſciendum de feud. cognit. & de controuerſ. inter Epiſcop. & vaſall. & ſic de ſimilibus, quæ omnia, & ſi non ſpecificè in dictis locis diſtinguuntur, poteſt dari regula

3 la, vt ✝ ſemper quod aliquid à natura
feudi, ſeù de quinque neceſſarijs iam dictis
natura feudi in eo, in quo alteratur feudũ
erit improprium, & feudi naturam non ha-
bet, ſed in non alteratis ſic, & propterea
4 ex eiſdem ✝ culpis amittitur, ex quibus, &
alia feuda amittuntur, vt in dictis iuribus, &
maximè, in d. §. feudum ea lege, vt notat
Iſern. in §. huius autem generis 3. col. & §.
ſed nec alia iuſtior, col. 1. quæ ſit prima
cauſ. beneſ. amitt. & propterea ſemper inue-
ſtituræ eſt recurrendum c. 1. de duob. fratr.
à Capitan. inueſtit.

Secundò, quando conceditur, vt omne
5 ✝ dominium vtilè, & directum in recipientẽ
transfertur, quo caſu feudum non conſti-
tuitur, dixerunt Mozz. de accidental. feud.
num. 15. & 16. Oldrad. conſ. 169. Mandell.
conſ. 64. num. 29. & ſeq. Burſat. conſ. 4. nu. 9.
& conſ. 46. nu. 4. lib. 1. receptior, tamen ſen-
tentia eſt feudum cõſtitui, ſed improprium,
Bal. in l. 1. circa finem C. ſi plures vna ſen-
tent. Duaren. de feud. cap. 2. num. 8. Soccin.
conſ. 76. num. 45. lib. 1. atque illud rectius,
ità credere Doctores: ſcribit Vvſembech.
cap. 2. de feud. cognit. in fine, & ante eum
approbauit, Zaſ. in epit. feud. par. 12. nu. 33.
6 & viciſſim, ſi feudum, ✝ ità concedatur, vt
dominium vtilè apud eundem concedentẽ
maneat, feudum eſſe in proprium, præter
alios affirmat Duaren. de feud. cap. 2. nu. 8.
de Marin. de feud. tit. 19. num. 5. Cœterum
verior mihi eſſe videtur, illorum ſententia,
qui ea conuentione, ſiuè pacto non conſti-
tui feudum, affirmant, ſed induci contractũ
aliquem innominatũ, quia feudum eſt vſuſ-
fructus, vſusfructus nunquam eſt, niſi in re
aliena, atque adeo, cuius rei dominium di-
rectum ſit penes alium, & verè feudum in
hunc vnicum finem reſpectu accipientis cõ-
ceditur, vt deinde recipiens habeat com-
modum, vt vtilitatem.

6 Tertiò, feudum ✝ eſt improprium, quã-
do ſine inueſtitura conſtituitur, & eſt ſi va-
ſallus de voluntate domini, corporalem
poſſeſſionem occupat, citra vllam aliã ſol-
lemnitatem, vt probatur per cap. 1. de con-
ſuet. rect. feu. Zaſ par. 12. num. 38. Mozz. de
de diuiſ. feud. num. 39. & 77. & ſi nec per in-
ueſtituram feudum concedatur, nec de qua-
li voluntate domini appareat, nè impro-
prium quidem feudum erit, Gozzadin. conſ.
8. num. 21. Grat. conſ. 9. num. 113. lib. 2. Pariſ.
conſ 23. num. 5. lib. 1 Menoch conſ. 252. n. 7.
& conſ. 255. num. 3. lib. 3. & vt ſit feudum
8 ✝ neceſſe eſt, vt conſtituatur per inueſtitu-
ram, vel per id, quod pro inueſtitura habe-
ri poſſit, & quod improprium feudum ſit, &
petitio renouationis inueſtiture, & renoua-
tio ipſa remittatur, non eſt dubium, Vvſẽb.
d. cap. 2. num. 10. Borcolt. cap. 4. num. 34. qui
alios adducunt.

9 Quartò, feudum ✝ in quo iuramentum
fidelitatis remittitur, improprium eſt: Vv-
ſembech. d. num. 10. Zaſ. d. par. 12. num. 34.
Mozz. de diuiſ. feud. num. 76. Menoch. conſ.
391. num. 35. lib. 4. Scrader. d. cap. 4. num. 18.
idque certum eſſe, dicit Tiber. Decian. conſ.
58. num. 45. lib. 2. & inde dicitur, quod aliud
11 ✝ eſt factum iuratum, & aliud, non iuratũ,
vt notauit Roſental. de feud. cap. 2. con-
cluſ. 29.

11 Quintò, feudum ✝ fœminę conceſſum, &
quod in eo fœminę ſuccedant, improprium
eſt, per cap. 1. de feud. fœmin. Zaſ. d. par. 12.
nu. 29 Borcolt. cap. 4. n. 28. Burſat. d. conſ. 49.
num. 66. verſ. quinto loco, Scrader. d. cap. 4.
num. 11. Vvſembech. num. 10. vbi hoc vide-
tur reſtringere ad illa feuda fęminea, in qui-
bus pariter cum maribus ſuccedunt, aut
ſaltim maſculis deficientibus cuiuſmodi fe-
rè ſint, quæ dependere à ſceptio curuo, di-
cit Vvlteius d. cap. 8. nu. 43. & de his feudis
Ferret. conſ. 178. num. 18. Menoch. conſ. 190.
num. 17. & 18. & conſ. 400. nu. 6. & præſump.
95. nu. 6. & hoc de iure communi feudorum,
quod eſt ſecus de iure Regni huius, cũ con-
ceduntur pro liberis, & eſt notum.

12 Sextò, feudum ✝ pretio emptum, quod
ſit improprium omnes vno ore fatentur,
& affirmant, Curt. iun. par. 1. q. 6. num. 14.
Clarus in §. feudum q. 16. in fine, Mozz. de
diuiſ. feud. num. 37. Kirchou litera F. verſ.
feudum, ſi pecunia Aret. conſ. 164. Syluan.
conſ. 52. num. 2. lib. 1. Brun. conſ. 14. num. 2.
lib. 1. Corn. conſ. 239. num. 21. lib. 1. Dec.
conſ. 238. in fine Iaſon. conſ. 1. in princ. &
conſ. 34. num. 9. & conſ. 57. num. 3. lib. 4.
Menoch. conſ. 391. nu. 36. lib. 4. & Feudiſtas
ità affirmare dicit, & communiter ſentiri
teſtatur Borcolt. d. cap. 4. num. 26. ac com-
munem eſſe Doctorum concluſionem, di-
cit Antonius Gabriel. lib. 2. comm. opin.
ſub tit. de feud. concluſ. 2. in princ. vbi plu-
res allegat, & magis communem eſſe hãc
Doctorum ſententiam reſpondit Burſat.
conſ. 4. num. 15. & conſ. 36. num. 12. lib. 1.
idque eſſe manifeſtum, dicit Scrader. d.
cap. 4. num. 55. Vvlteius d. cap. 8. num. 45.
reiecto, Sonsbec. in par. 2. num. 7. & ſeq. per
rationem, quod in Codicibus feudalibus
reperitur ſcriptum feudum, vt ſit gratuitũ
concludit feudum emptitium eſſe impro-
prium, vt per Vvlteum d. cap. 45. in fine,
Menoch. præſumpt. 95. nu. 3. Raman. conſ.
70. num. 2. Dec. conſ. 193. num. 5. Grauett.
conſ.

conſ.373.num.28. & conſ.427.nu.18. Natt.
conſ.407.num.12.Scrader.d.cap.4.num.65.
& ſeq.
13 Septimò, feudum † de quo ſeruitium
præſtatur reale,contractum,quidem eſſe
innominatum,dicit Mozz.in tract.de feud.
de diuiſ.feud.num.36. ſed feudum eſſe, &
quidem improprium,verior eſt ſententia,
quam docendo tennerunr,Curt.iun. par.6.
q.6.Mozz.de ſubſtant. feud.num.27. Bald.
authent.ſi quis, Ruinas C.de ſac.ſan.eccl.
Cyn.in d.auth.ingreſſi, et concludendo ſe-
cuti ſunt, Alexa.conſ.10.lib.5.Pariſ.conſ.4.
num.13. conſ.12. num.20. et 21.lib.1. Bero.
conſ.115.num.9.lib.1. Burſat. conſ.4.nu.10.
lib.1.Cephal.conſ.1.num.24.lib.1. et plenè
Borſat.conſ.127.num.18.et ſeq.lib.2.
14 Octauò, ſi in feudi † conceſſione pactũ
fiat, vt certum, et determinatum ſeruitiũ
aliquod præſtetur, feudum illud dicitur
improprium, per cap.1.§.pen. quid ſit in-
ueſtit,et cap.1.in fine, vbi Gloſ.et DD. de
cap.qui cur.vend.Zaſ.par.12. nu.13. Mozz.
de natur. feud. num.22. Scrader, d. cap.4.
num.12. Menoch.d.conſ.65. num.6. cuiuſ-
modi ſit etiam feudum Caſtrenſe de quo
Ferrar.1.feud.6.Scrader.d.cap.4.num.13.&
hic Doctores dicunt, aliud eſſe feudum
ſeruitij certi,aliudque ſeruitij incerti,Vul-
teius d.cap.8.num.49.
15 Nono feudum † de quo omnino nullum
præſtatur ſeruitium,improprium eſſe, di-
cit,Borcolt.cap.4.nu.32. Scrader.d. cap.4.
num.6. & hoc feudum appellant feudum
francum, quod ſignificat liberum à ſerui-
tio,& ab oneribus,Burſat.d.conſ.49.nu.5.
16 Ruyn.conſ.38.num.7.lib.1.francum † qui-
dem eſſe ab inueſtitura conſtare debet,
Sonsbech.par.1.num.25. Oldrad. conſ.34.
Ruyn.d.conſ.38.num.7.& conſ.18.num.15.
lib.1. Caſtrenſ. conſ.312. lib.1. Alexand.
conſ.30.nu.20. lib.1. Natta conſ.600. nu.8.
lib.3. Menoch.conſ.181. num.38.lib.2. &
conſ.400.nu.2.lib.5.Mazzol.conſ.46. n.10.
17 & ſeq. idemque ex ea † conſtare debet, ſi
rei vtilitas,proprietas,& directum domi-
ni in accipientem feudum feratur,Bald.in
l.ſi plures verſ.dicitur autem feudum frã-
cum, C.de condit.inſertis,Menoch. in c.1.
de orig.iur.in 6.Alexand.conſ.3.lib.1. Iaſ.
conſ.57.nu.6.lib.1. Burſat.d.conſ.4. nu. 8,
idque nobile eſſe,dicit Felin.in cap.in præ-
ſenti num.81.de probation. & ſi Bald. in
cap.inter dilectos de fide inſtrum. Alexan.
conſ.30.col.9.lib.1. Iaſon. quæ hæc allegat
in prælud. feu.34. col. non dico, quod in
18 inueſtitura † exprimatur, verbũ francũ de
neceſſitate ſit, ſed quod ſufficit exprimere
qualitates,ex quibus inferetur feudum eſ-
ſe francum,arg.l.1. circa finem ff.de dote
præ legat. & l.cum ſeruo §. 1. ff. de con-
trahen. empt. & ideò Bald. in l. ad
probationem l. prima C. de probation.
19 cap. ſi de probatio.dicit, quod † ſtipula-
tio præſumpta dicitur de tenore inſtrumẽ-
ti,eſto quod in inſtrumento non ſit ſcripta
& idem tenet in l.vnica §. vt plenius C.de
rei vxor.actio. per illum tex. & dicit Ang.
in l.ait Prætor.in princ.per illum tex.ff. de
nou.oper.nuntia,cum gloſ.quod illud dici-
tur expreſſum,quod tacitè ineſt,& ex mẽ-
te colligitur,& tanto magis, quia prout
dicit Bald.in prælud. feud.col.15. & in l.1.
col.2.C.ſi à non comper.iudic.fier. appel-
20 lat,in † iure feudorum non habetur men-
tio de feudo franco, vt ſic dicit poſſit eſſe
pro forma ſtatutum, vt de in inueſtitura
fiat mentio: Nec Alexand. in d. conſ. 30.
dicit, quod debet in inueſtitura ex primi
hoc, ſed quod debet eſſe actum, quod in-
telligitur, ſcilicet per æquipollẽtia verba,
vt quando in inueſtitura nulla ſeruitij mẽ-
tio ſit facta, & pro feudo iurari non debet
fidelitas, prout in quolibet feudo iuratur,
vt in cap. 1. in princ. vaſall.qualit. iurar.
deb.fidel. tunc erit francum: ſed ſi iurare
debet fidelitatem, vaſallus tenetur ad om-
nia capitula, quæ in conſequentiam fideli-
tatis veniunt, de quibus in cap.1. de nou.
form.fidelit.non tamen teneretur,ad ope-
ras,ſeu ſeruitia exhibenda pro tali feudo,
hanc exhibitionem operabitur verbum
francum,ſecundum Bald. in prælud. feud.
21 octauo diuiſio. Si vero † iuramentum fi-
delitatis præſtari non debet, quia per pa-
ctum fuit remiſſum in prima conceſſione
feudi,vt in cap.2. per quos fiat inueſtit. &
in cap.1.in princ. de cap. Corrad. & tunc
quia remiſſio iuramenti non operatur re-
miſſionem fidelitatis, arg.cap.1. de form.
fidelit.& tit.ſeq.& 22.q.5.cap.5. form. &
per Aluarot.in cap.1.§.eſt, & alia in fine,
quæ fuit prima cauſ. benefic.amit.vaſallus
ſimiliter tenetur ad ea,quæ ratione fideli-
tatis debentur, & quando feudum eſt frã-
22 cum † Baro non poteſt exigere à feuda-
tario ſubſidium pecuniarium,nec eum cõ-
pellere, vt vadat ſecum ad exercitum, &
alij, quam plures effectus in feudo franco
ponuntur,per Iaſ.in prælud.34.& 35. quos
refert, Curt. in octaua q.1.p. 9.& 10. col.
Primo, quod licet alias regulariter Eccle-
23 ſia, † & clericus non ſuccedant in feudo,
cap.1.§.1. de alien. feud. tamen in feudo
franco ſuccedũt,cap.inter dilectos de fide
inſtrumen.Bal.in auth.niſi rogari vlt.col.

C.ad

C. ad Trebell. cap.in inueſtit.§. feudorum
genera in verſ. Francum circa finẽ f. 310.
24 Secundo, quamuis ius † teſtandi in feudis
non competit, cap.1. de ſucceſſ. feud. c.1.§.
donare qual. olim. feud. alien. poter. tamen
hoc fallit in feudo franco, arg. l. ſi quando
in princ. C. de in offic. taſtam. Bald. ſingula-
riter in d. auth. niſi rogari, vlt. col. Tertio,
25 quod † reuocatio, vel penitentia, quæ in
alijs feudis admitteretur, vt non habeat
locum in feudo franco, Bald. ſingulariter
in cap. cœterum 8. col. de iudic. Quartò,
26 quod † feudum francum poteſt alienari,
ſecundum Bal. in l.1, col.2. c. ſi à non com-
pet. iudic. fuer. appellat. Hoſtienſ. in cap.
fin. de reb. Eccleſ. non alien. & ad propoſi-
tum feudi franchi, dicit Bald. in l. vnic. §.
illud etiam C. de latin. libert. tollend. quod
poteſt dici libertus frãchus, ſicut dicimus
feudum franchum, ideſt ſui ipſius paucis
domino reſeruatis, vt in l. fin. C. de bon. li-
27 bert. & aliquod † Caſtrum, ſiuè feudum
nominatur franchum, ideſt nomine pro-
prio, non ex hoc eſt franchum, Capycius
vbi ſupra, & feudum franchum dicitur, &
eſt, quando in feudatarium ex pacto trãſit
proprietas, Bal. in l. ſi plures C. de condit.
inſert. & ex alijs ſuperius dictis feudum
28 franchum habes expeditum, & † feudum
conceſſum ſine fidelitate, id intelligendum
eſt, de fidelitate, quatenus ſignificat iura-
mentum, dixit Oberr. de Orto in cap. 1, in
fine quid præcedere debeat, vt in caſu d.
cap. euidenter apparet, & Obert. idem in
cap.1.§. fin. per quos fiat inueſtir. & in c.3.
§. eſt, & alia, quæ fuit prima cauſ. ben. amit.
quod ſit feudum eo pacto quęſitum, vt ſine
iuramento fidelitatis habeatur, Vulteius
de feud. lib. 1. cap. 6. fol. 113.
29 Nono feudum † conceſſum, vt ipſe, &
cui conceſſum eſt, & ipſius hæredes, & cui
dederint habeãt, feudum eſt improprium
d. cap. 4. num. 62. ſunt & multa alia feuda,
quæ ex qualitatibus impropria feuda iu-
dicantur, & ex Doctoribus de his Scribẽ-
tibus colligi poſſunt, ſed cum qualitates,
quæ cuique rei ex diſpoſitione legis, aut
hominis in eſſe debent, in dubio in eſſe sẽ-
30 per præſumantur, & † feudum in dubio
ſemper pręſumitur rectum, & proprium,
tradit gloſ. eamque ſecuti ſunt, DD. in c.1.
§. præterea quid ſit inueſtit. Zaſ. par.12.
num.3. Sonsbech. par.9. num.24. Marin. de
feud. ſimplici, Mozz. de natur. feud. nu.13.
Salic. in l. neque natales cap. de pręſump.
lib.3. Menoch. præſumpt. 95. n.1. & conſ.1.
num.312. lib.1. & conſ.181. num.71. & conſ.
400. n.5. Socc. iun. conſ.42. & conſ.77. n.123.
lib.3. Loffred. conſ.1. num. 127. Grauett.
conſ.624. & pro genere n.314. idque adeo
31 verum eſt, vt licet † feudi natura in aliquo
alterata ſit, & immutata, tamen quo ad
cœtera intelligitur propriam, & rectam
ſuam naturam retinere, per cap.1. de feu.
propr. natur. non habente, Menoch. d. præ-
ſumpr. 95. num.2. & conſ.40. num.5. & 6.
Scrader. d. cap.4. num.73. & ſeq. Hinc eſt, vt
32 feudo, † quod mixtum dicitur, eo quod
non tantum ex pacto ſit, & prouidentia,
ſed etiam hæreditarium, ſolum natura
feudi alterata cenſetur, vt ſuccedens etiã
ſit hæres, in reliquis autem retinet com-
munem feudi naturam, Pariſ. conſ.65. n.30.
lib.3. quem refert, & ſequitur Menoch.
conſ.690. num. 16. et demum ſi in feudo
adijciatur pactum de non præſtando ſer-
uitium, quo ad hoc improprium eſt, in
cæteris ipſo manente proprio, per doctri
nam Bald. in l.1. q.6. ff. de rer. diuiſ. Menoch.
d. præſump. 95. num.4. et conſ.690. Molin.
de primogen. Hiſpan. cap.13. nu.15. Loffred.
conſ.1. nu.177. Roland. à Vall. conſ.2. n.135.
lib.1. Syluan. conſ.42. nu.5. Vulteius d. c.1.
n. 53. circa finem de feu. propri. feud. nat.
non hab. ponit Capyc. inueſtit. in §. feudum
caren propria natura, etc.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXII.

THEMA.

Feudum poteſt eſſe Eccleſiaſticum, & ſeculare, & quomodo ſint.

SVMMARIVM.

1 *Feudum eccleſiaſticum eſt feudum in re Eccleſiæ conſtitutum, ſeculare vero in re profana.*
2 *Clericus dat feudum ſeculare, ſi de bonis proprijs dat.*
3 *Laicus dat feudum eccleſiaſticum, ſi bona Eccleſiaſtica habet, quod diſponere de eis eis poſſit.*
4 *Clericus accipit feudum ſeculare, & laicus Eccleſiaſticum modo ab habente poteſtatem dandi accipitur.*
5 *Feudum ſeculare, vel Eccleſiaſticum, an ſit ex rerum qualitate, non perſonarum extimatur.*

Feu-

FEudũ ratione cauſæ materialis,aliud eſt
1 eccleſiaſticum, aliud ſeculare † Eccle
ſiaſticum eſt feudum in re Eccleſiaſtica
conſtitutum, ſeculare eſt feudum in re
profana ordinatum,quis hoc,vel illud cõ-
ſtituat,quis ibidem accipiat clericus,an
2 laicus, nihil intereſt † clericus enim dat
etiam feudum ſeculare, ſi nimirum illud
cõſtituatur in bonis ſuis patrimonialibus,
tex.eſt in c.1.de clerico,qui inueſtituram
facit, Aluarot.in cap.1.num.16. de his qui
feud.dar.poſſ.vbi Præpoſit.nu.3. Sonsbech.
par.3.num.5.Scheneid.par.3.nu.21. & ſeq.
3 & † laicus dat etiam feudum eccleſiaſti-
cum, eo caſu, quo laicus bona Eccleſia-
ſtica habet,& de his diſponendi,atq; adeo
etiam in feudum dandi poteſtatem liberã
tenet,vt apparet ex c.1.§.fin. de c.Corrad.
Iaſon in prælud.num.120.Zaſ.par.2. nu.7.
4 vicißim etiam † clericus accipit feudum
ſeculare eoque pertinet,quod ſcribit Ang.
Gaill.lib.1.obſeru.30.num.4.& ſeq. Eccle-
ſiaſticos, ſiuè clericos ratione bonorum,
quæ ab Imperio in feudum recognoſcunt,
non conſiderari, vt Eccleſiaſticos,ſed vt
Principes, & Comites,& vt ſtatus Imperij
Romani, & laicus poteſt habere feudum
Eccleſiaſticum. Non igitur ex perſona-
rum, ſed rerum qualitate extimandum
eſt feudum Eccleſiaſticum, ne ſit, an ſecu-
lare,ità dicit Vulteius de feud. cap.19.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXIII.

THEMA.

De feudo ligio, vel non ligio, quæ ſint.

SVMMARIVM.

1 *Feudum aliud eſt ligium,quod aliquando dicitur,quod arctiori fidelitate ſuo domino ſit aſtrictus,quam in non ligio.*
2 *Ligius homo vaſallus ſine vlla exceptione ſuo Domino obligatus eſt, & fidelitatem præſtabit pro domino contra omnes.*
3 *Feudum ligium eſt, vt alij fidelitas non reſeruetur.*
4 *Dominorum plurium vaſallus quis eſſe poteſt ſcilicet,vni ligius,& alteri nõ ligius, ſed non eodem tempore ligius,ſed ex conſuetudine fit.*
5 *Ligius quod quis alterius eſt,deſinit alterius eſſe niſi ſuccedat alteri vaſallo in feudo ligio quod ex gratia ſit,vt per ſubſtitutum ſeruiat.*
6 *Ligius vaſallus non poteſt eſſe alterius ſubditus,niſi Imperatoris, vel Regis.*
7 *Ligius vaſallus non fit,niſi,qui immediatè Imperatori eſt ſubditus, vel alteri ſuperiorem non recognoſcenti.*
8 *Feudum ligium non conſtitui, niſi expreſſe in inueſtitura dicatur.*
9 *Feudum non ligium eſt, quando vaſallus iurat fidelitatem Domino alio excepto, et ſunt feuda, quia ſuperiorem recognoſcente,tenentur.*
10 *Iuramento omni tacitè intelligitur exceptus Imperator,& Rex.*
11 *Imperator eſt Princeps mundi corporalis mundi Deus eminet ſuper omnes tamquam ſtella matutina.*
12 *Vaſalus, qui Domino ſuo fidelitatem iurauit, non tenetur contra Imperatorem, vel Regem opem ferre,nec expreſſo pacto, vel iure.*
13 *Vaſalli ligij contra Summum Pontificem agere quid nec poſſunt.*
14 *Imperatorem non recognoſcunt, Summo Pontifici ſubſunt,cui & ab Imperatore fidelitas debetur.*
15 *Vaſallus tenetur pro Domino contra Patrem fratrem, & filium, quamuis ſit durum tamen,ità lex ſcripta eſt.*

1 FEudum † ratione formæ, aliud eſt ligium, quod etiam alij appellant homologium, Cuiacius in cap.1. de prohib. feud.alien. per Federic.Borcolt. in cap.4. num.23. aliud eſt non ligium, tex.eſt in c. extra ord. in cap.1.de feud. ligio, & innitur in cap.1.§.ſatis benè, de prohib. feud. alien.per Lotar.qui §.repetitur, in extraordin. ſub cap.1. factum fratris,fratri in ſucceſſione patris non nocet. Dictum eſt ligium à ligando, quia per eminentiam, quod id habens artiori fidelitate Domino ſuo aſtrictus ſit aduerſus omnes homines, quod non ità eſt, in feudo non ligio,qui & ſi domino ad fidelitatem præſtandam tenetur, non tamen contra omnes, Alnarot. in prælud.n.13.Iacobin.in verſ. in feudum num.19. Afflict. in cap.1.nu.11.qual.vaſall. iur.deb.fidel.Curt.iun.q.8.nu.24. Duaren.
2 cap.4. nu.3. ſed hic homo, † ſeu vaſallus ligius, de quo in, Clement. Paſtoralis,de re iudic.quaſi domino ſuo planè,id eſt ſine vlla illius,alterius exceptione alligatus, Sonsbech par.3. num.21. fidelitatem præſtare debet domino contra omnes nullo

ante-

antepoſito loquitur, tex. in d.§.ſatis benè
quod interpretantur nullo excepto, gloſa
in d. Clement. Paſtoralis Branſuich. & ibi-
dem, Zabarell. notab. 3. Iſer. in cap. 1. col. 1.
in fine, de noua form. fidelit. Bald. in præ-
lud. nu. 52. & conſ. 291. & ſeq. lib. 2. Roland.
à Vall. conſ. 44. num. 2. Borcolt. de feud. c. 4.
num. 22. 3 quam feudi ligij deſcriptionem
communiter apprabari, ſcribit Kireou. in
Theſaur. commun. opin. lit. F. verſ. feudum
3 † ligium eſt, quod conceditur, vt alteri fi-
delitas nō reſeruetur, Iaſ. in prælud. n. 106.
& ſeq. in ſua diuiſione in verſ. ligium, Moz.
de diuiſ. feud. num. 68. idque omnes ſcri-
bere, in cap. 1. §. in feudum de prohib. feud.
alien. per Federic. reſpondit Menoch. conſ.
2. num. 25. & conſ. 32. num. 6. lib. 1. ex quo
4 inferunt, quod quis † plurium dominorum
vaſallus eſſe poſſit, ſed non ligius, vnius, &
alterius, quod fieri non poſſet, idem eodem
tempore vaſallus ſit ligius duorum, ne dū
plurium, cap. 1. de feud. ligio cap. 1. ibi quia
nullum alium Dominum habere videba-
tur de prohib. feud. alien. per Lothari c. 1.
§. ſi quis inueſtierit. de feu. dato in vicem
legis commiſſ. & Doctores in cap. Paſtora-
lis verſ. homo ligius, Laudenſ. in cap. 1.
num. 49. de his qui feud. dar. poſſ. Aluarot.
in cap. 1. §. fin. in fine hic finit. lex. Iſern. in
cap. de nou. form. fidelit. Iaſ. in prælud. nu.
108. ſpecul. de feud. §. 1. q. 10. Bal. in l. vnic.
§. 1. C. de caduc. tollen. Bodin. 1. republ. nu.
10. Menoch. d. conſ. 32. num. 7. & ſeq Aff. ict.
deciſ. 307. num. 3. Guid. Pap. deciſ. 310. &
prædictam gloſ. communiter approbatam
ait Iacobin. de homag. num. 6. refert, & ſe-
quitur, Clar. in §. feudum q. 11. in fine, ac
nec reſpectu rerum diuerſarū, Guid. Pap.
deciſ. 213. num. 4. ſed exiſtimatur conſue-
tudine recipi poſſe, vt idem eodem tempo
re vaſallus eſſe poſſit ligius duorū, Guid.
Pap. d. deciſ. 310. Menoch. d. conſ. 2. nu. 26.
& de hoc non immerito dubitari poteſt cū
5 eo ipſo † quod quis duorum ligiū eſſe dici
tur, ligius amplius nō ſit alterutro nimirū
nō antepoſito, ſiuè excepto ꝓ forma poni-
tur, ſed concedi poteſt facilius, vt quod ab
initio fieri nequit, ex poſt facto fieri poſſit,
veluti, ſi quis vaſallus feudum ligium ha-
bēs, ſuccedat alteri vaſallo in feudo ligio,
tunc enim vaſallo ſuccedenti, hæc ſit gra-
tia, vt ſeruire poſſit per ſubſtitutum Do-
mino acceptabilem, Iaſ. in prælud. nu. 110.
Rolan. à Vall. conſ. 44. n. 15. lib. 2. Cuiacius
in d. cap. 1. de feud. lig. arg. cap. 1. §. hoc
præmiſſo de prohib. feud. alien. per Feder.
6 & aduertè, quod vaſallus † ligius non po-
teſt eſſe alterius ſubditus, niſi Imperato-
ris, vel Regis, qui vaſallos ligios habent,
Sonsbech part. 3. num. 20. qui Imperator,
& Rex in conceſſione feudi ſemper intelli-
guntur excepti, cap. 1. §. fin. de prohib. feu.
alien. per Federic. Duaren. cap. 4. n. 3. &
7 ſeq. & vaſallus † ligius non fiat, niſi qui
eidem Imperatori immediatè ſit ſubdi-
tus, ex quo intelligitur feudum ligium ar-
tiſſimis limitibus definitum eſſe, & quod
de Imperatore dictum eſt, idem dicendum
de alijs ſuperiorem non recognoſcētibus,
in prælud. Bal. diuiſ. 7. Aluarot. diuiſ. 3. Re-
buff. cap. 4. num. 12. Scrader. par. 2. cap. 4.
8 num. 1. & feudum † ligium aliter non con-
ſtitui, niſi quam ſi expreſsè in inueſtitura
dicatur, feudum eſſe ligium, Iaſ. in prælu.
num. 108. Curt. iun. d. q. 8. n. 22. Iul. Clar. in
d. §. feudum q. 11. num. 1. ſed alij hanc ſen-
tentiam non admittunt eo, quod ex forma
fidelitatis per ſe ſatis apparet, an ligium
ſit nec nè, Scrader. d. cap. 4. nu. 2. & feudum
9 † non ligium eſt, quando vaſallus iurat fi-
delitatem alio domino excepto, ſicuti ex
diffinitione feudi legij apparet, & huiuſ-
modi feuda ſunt omnia feuda, quæ tenen-
tur à recognoſcentibus ſuperiorem Impe-
ratorem Romanum, vel Regem. Nam in
omni iuramento Imperator, ſiuè Rex no-
minatim non excipitur, tacitè tamen ex-
ceptus intelligitur. dicunt DD. in cap. Im-
perialem de prohib. feu. alien. per Federic.
11 ibique Bal. inquit † Imperator eſt Prin-
ceps mundi, & corporalis mundi Deus,
eminet ſuper omnes, tamquam ſtella
matut na in medio nebulæ meridionalis,
quod ipſum ex Bal. refert Laudenſ. in cap.
vnic. §. fin. de prohib. feu. alien. per Feder.
Bal. conſ. 328. quæritur ſi Rex Romanorum
col. 3. lib. 1. & conſ. 300. ad euidentia præ-
mitto lib. 2. contra in memorialibus, in
12 verſ. Imperator: ex his ſequtur, quod † va-
ſallus, qui fidelitatem Domino iurauit cō-
tra quęcunque contra Imperatorem, vel
Regem ſuperiorem non recognoſcentem
opem, & auxilium Domino ferre non te-
netur, Bal. in d. cap. vnico §. Præterea Du-
catus in vltim. col. verſ. nota, quod omnis
de prohib. feu. alien. per Federic. quod pro
ſingulari, comendat And. Siculus in repet.
rub. extra de fide inſtrement. col. 21. verſ. 4.
non obſtat Coſta in d. verſ. Imperator.
Quin immò, nec pacto expreſſo, vel iure
iurando vaſallus ſe ad id aſtringi poteſt,
arg. l. non dubium in fine, C. de legibus,
quia iuramentum iuri, & moribus eſſet
contrarium; vt poſt Bal. Laudenſ. notauit
in cap. vnico §. fin. de prohib. feu. alien. per
Federic. Hannetton. lib. 1. de feud. cap. 9. &
ſic

13 † ſic etiam contra Pontificem Romanum
agere non debet, arg. cap. venientes, de iur.
14 iurand. cum † illi, qui Imperarorem Ro-
manum in ſuperiorem non recngnoſcunt
Põtifici Romano ſe ſubijciunr, quaſi huic
ab illis etiam debeatur fidelitas, cũ Papa
Dominus rotius mundi appellerur, cap. cũ
diuerſis de priuileg. in 6. cap. Conſtantinns
96. diſtin. ex pluribus comprobat Barbar.
in cap. 1. & in cap. nouir. de iudic. nu. 141.
& ſeq. Caſſan. in catal. glor. mundi par. 4.
conſider. 7. immò ſubditos à fidelitatis, &
ſubiectinnis iuramẽto abſoluit, iuxtà tex.
in cap. nos ſanctorum, & in cap. iurarns 16.
q. 1. & in cap. ad Apoſtoli 1. re de maior.
& oped. Zabarell. in Clementin. Romani §.
pnrrò num. 19. de iur. iurand. cum Papa ſit
conſtiturus ſuper Reges, & Regna, iuxtà
illud Hierem. cap. 1. (Eece dedi verba ſu-
per gẽtes, & ſuper Regna, & euelles, & de-
ſtrues, diſperdes, edifices, & plantes) c. ſo-
lite de maior. & obed. Bart. de cap. lib. 1.
Conſtit. huius Regni tit. 9. de his qui in Re-
gno guerram mouerunt, ſuper verbo pa-
cis cultum, & tit. 31. de obſeruatione iu-
ſtitiæ, & eſt tex. pro eo in cap. omnes 22. di-
ſtinct. Io. Vigeſ. ſecundus, in extrauag. 1. de
Conſuet. Gregor. Lopez in l. 4. tit. 5. par. 1.
gloſ. 2. Franc. Hotnman. diſpurat. feudal. c.
8. Inſeph Stephanus de adoratione pedum
Summi Pontificis, c. 7. Io. Garzia in ttact.
de nobilit. gloſ. 48. §. 3. num. 6. & ſeq. Reg.
Valenz. contra venetos, par. 5. num. 99. &
latè in meo amph. de dominio Imp. ſubie-
ctione reſol. 61. & 62. Pontifici fidelitatem
deberi negari nõ valet, & ſic videãt, quo-
modo defendant, quod pro certo affirmãt
feudum ligium dari ab Imperarore, alijſ-
que ſuperiorem nnn recngnoſcentibus,
ſi enim ab Imperatore Pontifici debetur
fidelitas, etiam quia Imperatnres à Ponti-
fiee coronantur cap. venerabilem vbi Ho-
ſtienſ. Io. And. & Panormiran. n. 6. de elect.
& haberur in cap. 1. in prin. tir. de ſtarus, &
& cnnſ. contra liber. Eccl. Auguſt. de anon.
de poteſtate, Pap. q. 38. arr. 3. Reſtaur. Ca-
ſtald. de Imperatore, q. 25. & q. 32. Lancell.
Corrad. in templo iudic. lib. 1. c. 1. q. 2. eum
duab. ſeq. & Papa electores Imperij eligir,
vt apertè in ſua pſona loqnens in d. c. per
venerabilem, inquit, (ius, & aurhoritas
examinandi perſonam electam in Regem,
& promnnere ad Imperium, ad nos ſpe-
ctat, qui eum vngimus, & conſecramus) &
Gregnr. 5. tempore. Octauij Imperatnris
conuocatis, & requiſiris, Alemaniæ Princi-
pibus, ſeptem electnres inſtituit officiales
ipſius Curiæ Imperialis, quatuor laicos, vi-
delicet, Regem Bnemiæ, Ducem Saxoniæ,
Comirem Palatinum, & Marchionem
Brandeburgenſem, & tres cleticos, videli-
cet, Archiepiſcopum Maguntinenſem, Tre-
nerenſem, & Colonienſem. Platina in vita
Sãcti Põtificis, Blond. deciſ. 2. lib 3. Neuer.
in eronn gener. 3. & dum Papa electnres
eligit, ipſe Imperatorem eligere videtur,
per regulam, qui per alium facit, per ſe ip-
ſum facere videtur, & ſic ex prædictis per
Imperatorem Summo Ponrifici ſi fidelitas
debetur, quomodo defendanr, quod pro
certo affirmant feudum ligium dari ab
Imperatore, alijſque Superiorem non re-
cognoſcentibus, ſi enim ab Imperatore
Pnntifici debetur fideliras, non video quo-
modo Imperatori fidelitas ſit præſtanda,
vt non ſimul excipienda ſit fidelitas Ponri-
fici præſtanda, atque adeo feudum, qund
ligium eſſe præſupponebarur, re vera ligiũ
non ſit: quippè quod concedatur Romano
Pontifice anrepoſito, ad quod facit, quod
vaſallus non ligins cnntra alium Dominũ
antiquiorem, opem ferre non tenerur cap.
vnic. §. fin. hic fin. lex. deinde incip. Cõſuer.
Regni Roland. à Valle conſ. 44. num. 23.
15 lib. 2. quamuis contra † fratrem filium,
immo contra patrem teneatur dominum
iuuare d. cap. vnic. §. fin. quod quidem du-
rum eſt; ſed ità lex ſcripta eſt, vt Vlpian.
in ſimili loquitur l. proſpexir, qui & à
quib. manum liber non &c. d. cap. vnic. §.
fin. hic fin. lex. & c. Boreolt. de diuiſ. feud.
cap. 4. num. 23. Hotoman. d. feud. diſputat.
cap. 7. latè Vulreius d. c. 8. nu. 22. & Capyc.
in inueſtit. in verſ. ligium fol. 239. & ſeq.
vbi per treſdecim concluſionis mareriam
per tractam, & etiam de feudo non ligio.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio XXIV.

THEMA.

Feudum hæreditarium eſt, quando conceſſio eſt facta pro ſe, & hæredibus. Communis.

Et quià breuis non opus alio ſummario.

FEudum aliud eſt hæredirarium, aliud nõ hæredirarium, quod vulgo ex pacto, & prouidentia dicitur, eſt & aliud quod feudum

dum miſtum vocatur, & omnia ex verbis inueſtituræ extimantur; Hartman Piſtor. 2. qu.1. in principio. vnde feudum hæreditarium diffiniunt feudum alicui conceſſum cum mentione hæredum, Iſern.in c.1. §.& olim de ſucceſſ.feud. in cap.1. qui ſucceſſ.ten. & in cap.1. An Agnatus, vel fil. Iacobin.in verſ.ita quod dicti inueſtiti, Iul. Clar.in §.feudum q.9.num.2.Couarr.lib.2. var.reſol. cap.18. Ant. Gabriel.lib.6. de verb. ſignif. concluſ.3.num.7. Gail. lib.2. pract.obſeruat. 154.nu.7.Piſtor d.q.1.n.41. Curt.iun.q.8.num.19.& conſ.1.num.12. & conſ.153.num.3.Alex.conſ.55. nu.6. lib.4. & conſ.28.nu.13.lib.5.Dec.conſ.158.Pariſ. conſ.1.num.5.& conſ.1.num.17.conſ.3.n.8. conſ.5.num.2.lib.1.Ruyn. conſ.1. num.12. conſ.38. num.19. conſ.162. num.12.lib.1. & conſ.208.num.5.lib.2.Gozadin. conſ.4. num.10.conſ.8.num.36.conſ.26.in princ.& num.24. Bero. conſ.68.num.31. lib.1. Iaſ. conſ.7.& conſ.51. lib.3. Roland. à Valle conſ.23.num.40.& conſ.67.num.9.conſ.97. num.39.lib.1.conſ.67.nu.27.lib.2. conſ.53. num.6.lib.3.& conſ.84.num.1.lib.4. communem dicit Soares in Theſaur.commun. opin.tit.F. num.57. Dec.conſ.455.num.8. Pariſ.conſ.4.num.27.lib.1. Borcolt. cap.3. num.16. atque ità Feudiſtas in præludijs feud.teſtatur Roland. à Vall. conſ.10.n.18. lib.3.& conſ.48.nu.15.lib.4.Vulteius lib.1. cap.8.nu.23.& pluries, ità deciſum in Reg. Camer. Summar. & in alijs Supremis Tribunalibus refert Loffred. conſ.1. nu. 207. & ſeq. quem refert, Lauar. conſ.80. nu.41. Io.And.de Georg.allegat.19.num.8.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXV.

THEMA.

Feudum ex pacto, & prouidentia illud eſt, quod alicui,& liberis, ſeù filijs, aut alijs abſque mentione hæredibus conceditur. Communis.

Quia breuis prædicta pro ſummmario.

Ex pacto, & prouidentia feudum illud eſt, quod vaſallo,& liberis filijs ſuis, ſeu alijs conceditur, nulla in inueſtitura hæredum mentione facta, c.1.in princ.§.hoc quoque de ſucceſſ.feud.Iſern.in cap.1.nu.3. An Agnat.vel fil.communem ex alijs multis, dicit Roſental. de feud.c.2.concl.33.in gloſ.lit.A. Dec.conſ.455.nu.8.Pariſ.conſ.5. num.2.& ſeq. lib.1.Clar.q.9.num.3.Gabr. d.conſ.3.num.22.Vulteius, cap.8. num.23. ex alijs Capyc.in inueſtit.in cap.feudorum genera, verſ.ex pacto, & prouidentia, vbi declarationes, & limitationes circa ſucceſſionem, Prima enim declaratio eſt, quod feuda omnia in quibus francorum iure viuitur, ſunt ex pacto ex prouidentia, vocatur enim in eis primogenitus ex quodam pacto legis, id eſt Conſtit.Regni, vt de ſucceſſionibus (ibi, nec non maioris ætatis,) lex viua, & lex mortua æquiparantur, l.1.ibi cum enim c.commu.de legat.in fine, C.de re alie.non alie.l.fin. C.de fideiuſſ.vt ſic æquipolleat vocatio facta per Regem infeudantem vocationi factæ, per Conſt. & è contra, & hanc opinionem videtur tenere, Iſern.in d.cap.1.§.hoc quippe col.3. de ſucceſſ. feud. vbi concludit feudo per patrem alienato cũ conſenſu primogeniti ſuper viuentis patri, alij reuocare non poſſunt, cum feudum ſit datum Titio, & primogenitis, &c.& in cap.omnes filij col.2.ſi de feu.fuer.controu. dicit idem ſi vaſallus aſſignet feudum vni de ſuis hæredibus poteſt, ſicut aſſignat libertos, & ille tenebit cui aſſignatur, niſi lex, & pactio feudi aliud dicat, vbi viuitur iure francorum, non poſſet pater ſecundogenito feudum dare, &c.& ex alijs Capyc. d.loco, vbi alias declarationes, & limitationes ad hoc habes, & tali feudum ſit conceſſum, cum clauſula in fine, quod ſibi, liberis, & heredibus correſpondeant, &c. ſimiliter eſt feudum ex pacto, & prouidentia, & ſucceſſor poterit auocare abſque ſolutione pretij, vt fuit deciſum per de Franch.deciſ.6.quem citat Camill.de Curt.in diuerſ.iur.feu.verſ.multoties & concedens, nu.59. fol.49. Franc. de Amic. in tit. de his qui feud. dar. poſſ. verſ.ad illud de formis f.126.ex alijs Thor. in Compend. deciſ. verſ. feudum conceſſum,&c.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXVI.

THEMA.

Feudum miſtum illud eſt, quando pro ſe liberis ex corpore, & hæ-

redibus conceſſum eſt, & de pacto,& hæreditario percipat.
Communis.

Pro ſummario propter breuitatem,deſeruit.

MIſtum feudum eſt,quando in inueſtitura conceditur alicui ſuiſque liberis, ſiuè filijs, hæredibus, quia de feudo ex pacto, & prouidentia,& de hæreditario participat, Piſtor.2.q.3.Borcolt.cap.3. n.18, Clar. in §. feudum q.9.n.4. Roſental, c.2, concluſ.26. & hanc feudi mixti ſpeciem tertiam,DD. attribuunt, Arias.Pinell. in l.1.cap.de bon.matern.pat.3. n.88. Differentias inter feudum hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia triginta tres ponit Fritia de ſubfeu.lib.3.ac Couar.lib.2, var. reſolut.cap.18.& Arius Pinell.vbi ſupra,& feudum taliter conceſſum ratione effectuũ verborum, partim ſit ex pacto,& prouidẽtia,& partim hæreditarium, Afflict.in c.1. n.13, An Agnat.vel fil.Beluiſ.in cap,1.de eo,qui ſibi,& hæred. Roſental.cap.2. concluſ.24.in fine, Pinell, par.3.n.87. Bal,cõſ, 202.lib.5. Socc,conſ.72, n.24. & 25. lib.3. Loffred.conſ.46. num. 11. & conſ.fin n.53. Menoch.conſ.161.n.5.lib.2.& conſ.104.n.15, lib.1. Cacher. deciſ.161, quam veram, & communem, ſequitur Cannett.in cap.volentes §.ſed quia,ſi fuerit,additum inquiẽs, nec in conſulendo, nec in iudicando,ab ea recedendum eſſe, quam ſententiam communem, dicit Clar.in d.§. feu.q.9. num.4. magiſque communem approbatam reſpondit,Burſat.conſ.89,n.33. verſ.quinimò atque ſecundum eam iudicatum eſſe in Rota Romana teſtatur Gabriel.d. concl.3. num,3.Vulteius cap.8.nu.31. fol.300. verſ. alij controuerſiam in hoc eſſe, &c. ex his patet,quod feudum,ex pacto,& prouidentia nullam habet qualitatem hæreditariã, feudum hæreditarium merè,& abſolutum, omnem hæreditariam qualitatem habet, & feudum miſtum vtramque qualitatem, vt deſcendens ſit etiam hæres, in cæteris retinet omnia iura feudo attributa, Vulteius d.loco,& num.31.in fine.

PARTIS SEPTIMÆ,

Dilucidatio XXVII.

THEMA.

Feudum ſimpliciter conceſſum, alij hæreditarium putant, alij ex pacto, & prouidentia, prout in dubio,ità præſumitur.

SVMMARIVM.

1 *FEudum ſimpliciter conceßum eße hæreditarium aliqui dicunt.*

2 *Feudum taliter conceſſum, ex pacto,& prouidentia eße,alij affirmant.*

3 *Feudum pro ſe, & hæredibus ſuis ex pacto & prouidentia eſſe aliqui dicunt, rectius verò eſt quod ſit hæreditarium.*

ALiqui putant feudum conceſſum ſimpliciter, hæreditarium eſſe, vt gloſ.in cap.1.§.huius autem generis ex quib.modis feu.conſtit. Iſern. in cap.1. §. & ſimili bellis de alien.feu.patern.& in cap.1.§.huius autem generis ex quib.cauſ.feud.amit. Bal. in cap.1. An Agnat. vel fil.in d.cap.1. n.55.de alien.feu.patern.Sap.in l.fin.n.92. C.de edict. Diu.Adrian.tollen. Gail.2. obſeru.pract.obſeruat,154.num.7. Caſtrenſ.in l.pro hæred.§.ſi quid,num.11.ff.de acquir. vel amitt. hæred. Cuman. conſ.166, Rub. Alexan.conſ.18,n.3.Ruin.conſ.17.n.3. cõſ. 39.n.19,lib.1.Pariſ.conſ.2. n.18. & conſ.3. n.6.& conſ.5.n.8,lib.1.Curt.iun.conſ.3. n. 4.& conſ.138.n.15.Alciat.reſponſ.160.n. 4. & reſpon.179.in prin. Rolan.à Vall.cõſ.97. num.39.lib.1. & d.conſ.55,num.1. & communem eſſe teſtatur.Iaſon.in l.apud Iulianum §.ſi quis alicui,ff. de leg.1. idemque aliqui appellant feudum informè, dicit
2 Clar.d.q.9.num.6. Alij tamen † feudum ex pacto,& prouidẽtia illud potius attribuunt,vt ſit Piſtor.q.3. num,22. & 26. & ſi feudum conceſſum ſit pro ſe,& ſuis, hæreditarium eſſe affirmant. Pinell. d. par.3. num.90.& alij quos refert,Roſental.d.c.2. concl.25. ſed contrarium, quod tale feudũ ſit ex pacto,& prouidentia,firmat Io.Tho. de Marin.tit.1.num.53.& hoc verius, & rectius eſſe dici putat,Piſtor. d.q.1. num.22. quinimò, & tunc feudum ex pacto, & prouidentia eſſe æxiſtimant, ſi in inueſtitura
dictum

dictū ſit pro ſe ſuiſq; hęredibus: ità tradit Iaſ.in pręlud.feud.num.128. Dec.conſ.183. num.3.alijs contra rectius affirmantibus, id feudum hæreditarium eſſe,quos allegat Detian.conſ.24.num.65. lib.2. Scrader. de feud.par.2.cap.3.num.31. Vulteius de feud. cap.8.num.32.in fine.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXVIII.

THEMA.

In dubio feudum potius eſt ex pacto, & prouidentia, quam hæreditarium. Communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *IN dubio feudum eſſe hæreditarium aliqui dicunt.*

2 *In dubio quilibet videtur ſibi, & hæredibus ſuis reſpexiſſe.*

3 *In dubio feudum potius præſumitur ex pacto,quam hæreditarium,& rationes.*

1 QVidam † in dubio dixerunt feudum eſſe hæreditarium,quorum Princeps eſt,Iſer.in cap.1.nu.1. verſ.& quando conceditur, An Agnat. vel fil.& in cap.1. nu.9. & 10.de alien.feud.pater. vbi Afflict.nu.24. & in prælud.num.99.Bal.in l. liberti nu.37. verſ.quæro de eo C.de oper.libert.Cur.iun. in l.fi.nu.83.C.de edict.Diu.Adrian.tollend. Caſtrenſ.conſ.2.num.18.& conſ.3.num.9.& conſ.311.num.5.lib.1. Alex.conſ.18.num.9. conſ.26.nu.3.lib.5 Socc.ſen.conſ.257. lib.2. Neuizan.conſ.9.num.8.Curt.iun.conſ.3.n.4. & conſ.138.nu.150.Rub. Alex.conſ.18.n.3. & conſ.84.nu.3.& conſ.85.nu.4. Brun.conſil.18.num.4. Ruin. conſ.15.num.5. conſ.17. num.3.& conſ.38.nu.19.lib.1.Gozad.conſ.4. num.11. Alciat.reſponſ.160.nu.8.& reſponſ. 179.num.2.& reſponſ.180. Natta conſ.101. num.20.& conſ.634. num.6. lib.3. Cæphal. conſ.152. num.55. lib.2. & ità annotari in cap.1.de duob.fratrib. à Cap inueſtit. & in l.ſi pactum num.9.ff.donat.Tiber.Detian. conſ.58.num.27.lib.2.& de communi teſtatur, Rolād. à Valle conſ.28.num.8. lib.3. Miſing.centur.4.obſeruat.2. Io. Ficard. in addit.ad Villalopſ.lit.F. num.15. per ratio-

2 nem,quia in dubio † quilibet cenſetur ſibi, & hæredibus ſuis proſpexiſſe, d.l.ſi pactum & in d.cap.1.de duob. fratrib. & quia feudū in petitione hæreditatis venit, Afflict. in prælud.feud.n.99.quibus rationibus nō obſtantibus, ſunt, & alij,qui feudum in dubio
3 † potius præſumi ex pacto, & prouidentia & eſſe dicunt,vt idem Iſer.ſibi cōtrarius in cap.1.§.ſed quia, & ibidem Aluarot. de his qui feud.dar. poſſ.& in cap.1. in princ. de ſucceſſ.feud.Beluiſ.in cap.1.de eo, qui ſibi, hæred. Afflict.in cap.1.nu.62. ex quib. cauſ. feud.amitt.Camer.in cap.1.q.21. An Agnat. vel fil.Clar.d.q.9.num.6.Bald.in l.liberti, & in l.cum acutiſſimi in Princ. C.de fideicommiſſ.Caſtrenſ. in l. adoptiuum nu.4. ff.de in ius vocand.& in l.ex facto §.fi.num.4.& in Auth.poſt fratres,C.de legit.hæred.Iaſon.in l.1.num.57.& in l.2.num.88.C.de iur emph. & in l.ſi non ſortem,§.libertus ff. de cond. in deb.& in l.Gallus §. quidem rectè nu.42. ff.de liber.& poſthum.Couar.pract.qq. c.18. num.3.& 4. Menoch. præſumpt.94. num.7. Alex.conſ.19.num.5.lib.5.Dec.conſ.78.n.6. Pariſ.conſ.5.num.4.& conſ.23.nu.114. lib 1. Gozad.conſ.4.num.26.Bero.conſ.68. nu.10. lib.1.Marſil.ſing.160. & quamuis Menoch. conſ.61.num.9.lib.1. dicat ſe ſcire hāc opinionem eſſe dubiā,quia multi alij contrariū probauerint,eam tamen communem eſſe, dicit Iaſon.in d.l.2.C.de iur.emphit. n.188. Socc.iun.conſ.62.num.3.lib.3. veriorem, & magis communem affirmat, Loffred.conſ.1. num.9.Thom.de Marin.tit.1.num.54. & claram indubitatam omnium Doctorum opinionem affirmat, Iaſ.conſ.168.nu.17. lib.4. Socc.iun.conſ.77. nu.13. lib.3. quam multi alij ſe veriorem ſtatuere, dicit Scrader. d. par.2.num.31.atque pro hac etiam opione in camera Imperiali iudicatum eſſe, teſtatur Miſinger. d. obſeruat.2. per tres rationes adductæ,per Afflict.in prælud. num.77. Caccheran.d.deciſ.161.num.5.& ſeq. Piſtor. d.q.1.num.76.& ſeq. Prima eſt, quia hæreditarium,& ex pacto,& prouidētia ſunt duæ feudi qualitates,quarum hæc feudo competit ex natura ipſi à iure feudali attributa,illa non,niſi ex pācto,in omni autem diſpoſitione indubio, id quod ex ipſius natura eſt, præſumitur. Secunda pacta ſunt facti, quæ facti ſunt non præſumuntur, atque iterum qualitas hæreditaria cum non,niſi ex pacto, feudo inſit,extrinſecæ non pręſumuntur,l.ſi ità §.griſogonum in fine,ff.de verb.obligat. l.ſi repetendi C. de condit. ob cauſ. ſed intrinſecæ ſic. Tertia contrahentes cenſentur in dubio voluiſſe ſe conformare diſpoſitioni iuris communis, per cap. cum dile-

P 2 ctus

ctus, de conſtit. At ius feudale qualitatem hæreditariam non agnoſcit, ſed tantum ſanguinis: illa autem feudi eſt hæreditarij, iſta eſt feudi ex pacto, & prouidentia, dicit Vulteius d.cap 8. num.33. & ex his paret, quod in dubio feuda potius ſint ex pacto, & prouidentia, quam hæreditaria.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXIX.

THEMA.

Feudum rectum quid, & quotuplex dici poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Feudum rectum tripliciter dicitur. Primò, quando datur abſque vlla præſtatione ſeruitij, & tūc ad poſſibilia vaſallus tenetur.*

2 *Feudum rectum dicitur, quando dominus abſque .inueſtitura iubet ire in poſſeſſionem alicuius rei*

3 *Feudum rectum dicitur, quando eſt tranſitorium ad hæredes, & ſunt quaſi omnia feuda.*

4 *In dubio feudum ſemper præſumitur rectum.*

5 *Feudi natura, licet in aliquo ſit immutata in reliquis ſuam rectam naturam retinet.*

1 Feudum rectum † tripliciter dici poteſt.
Primo, quando datur abſque vlla præ-
ſtatione ſeruitij domino præſtadi, & eo caſu
vaſallus tenetur ad ſeruitia poſſibilia, quæ
ex forma fidelitaris veniunt, de quibus in c.1.
de form.fidelit.in c.Imperialem, §.firmiter
de prohib. feud.alien.per Federic. & in c.1.
qualit.vaſall.iur. deb fidel. & tenebitur ad
omnia capitula, quæ in conſequentiam fide-
litaris veniunt, de quibus, in cap.1.de form.
fidelit.non tamen tenetur ad opera, ſeu ſer-
uitia exh benda pro feudo, quandoque fuit
nominatum ſeruitium certum, & quandoq;
expreſſum eſt, vt nullum ſeruitium debea-
tur. & tūc quo ad omnia cēſebitur iure feu-
di præterquam ad ſeruirij præſtationem, &
omnibus culpis, ex quibus alia feuda amit-
tuntur, excepta culpa ſeruitij non exhibiti,
Iſern. & Aluarot. in cap.1. col. vlt. in quib.
cauſ.feud.amit.facit cap.1. de feud. non ha-
bent propr.feud.natur. & ſi de feud.fuer.cō-
trouerſ. cap. feudum ea leg. Secundo feu-
2 dum † rectum dicitur vbi Dominus vllæ
præcedente inueſtitura iubet vaſallum ire
in poſſeſſionem talis rei præſente curia,
& hæc licētia habetur loco inueſtituræ, c.1.
in princ.de conſuet.rect.feu. & erit hoc feu-
dum rectum perpetuum, ſicut alia feuda, &
vaſallus authoritate propria poterit ingre-
di poſſeſſionem, & ex tunc dicetur poſſide-
re non ante, ſecundū gloſ.d. c.1. & dicitur
feudum hoc rectum, ad differentiam feudi
abuſiui, vt in ſuo proprio loco diximus.
3 Tertiò feudum † rectum ſumitur pro feu-
do tranſitorio ad hæredes, & non poteſt
auferri, niſi cōuincta culpa, vt ſunt regula-
riter omnia feuda, cap. 1.de duob.fratrib. à
cap.inueſtit. Iſer.in cap. 1.col.6.qui ſucceſs.
ten. & in cap.1.§. quin etiam prope finem
Epiſcop.vel Abbat. & in cap.1.de feud. ſine
culpa non amitt. & hoc ad differentiam feu-
di, quod poteſt auferri, vt ſunt regulariter,
feuda, quæ dantur ratione alicuius ſeruitij,
vel meriti, vt eſt feudum guardiæ, & caſtal-
diæ, de quibus ſuis Dilucidationibus dixi-
mus: & de hoc feudo recto habes, in cap.1.
§.item, ſi vaſallus de controuerſ.inueſtit. &
in cap.1.de controuerſ.inter vaſall. & Epi-
ſcopum, & vtrobique, Aluarot. & in prælud.
12.diuiſ.Iaſ.in prælud.2.diuiſ.Iacob.in verſ.
in feuda a.diuiſ. Cur.8.q. 1.par.col.8.Capyc.
in inueſtit.cap.feudorum genera verſ. Rectū
4 feudum. In dubio † feudum ſemper præſu-
mitur rectum, & proprium, tradit gloſ.eaq;
ſecuti ſunt. DD.in cap.1.§. præterea, qui
ſit inueſtit. Zaſ.par.12. nu.3. Sonsbech.p.9.
num.24. Io.Thom.de Marin.de feu. ſimplici
num.3. Mozz.de natur.feu.num.13.Salicet.in
l.neque naturales C.de probat.Scrader.c.3.
num. 103.& ſeq.Menoch.de præſumpt.lib.3.
præſumpt.95.nu.1. & conſ.1.nu.312. lib.1.
& conſ.181.num.71.& conſ.400.nu.5.Socc.
iun.conſ.42.num.3.& conſ.77 nu. 123.lib.3
Loffred.conſ.1.num.127.Grauett. conſ.624.
& pro genero nu. 314. & hoc adeo verum
5 eſt, quod licet † natura feudi in aliquo ſit
alterata, & immutata, tamen quod cætera
intelligitur propriam, & rectam ſuam natu-
ram retinere, per cap.1. de feu. propr.feu.
natur.nō habente, Menoch.dicta præſump.
95.num.2. & d.conſ.400.nu.5. & 6. Scrader.
d. cap.4. num.73. & ſeq. Vulteius d. cap.8.
num.52.

PAR-

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXX.

THEMA.

Feudum perpetuum eſt,quod apud poſteros primi acquirentis perpetuo manet. Communis.

Et quia breuius prædicto pro ſummario deſeruiunt.

FEudum aliud dicitur perpetuum,aliud verò temporale,perpetuum eſt,quod ſui natura apud poſteros primi acquirentis perpetuo manet,vel apud eos,quibus ipſe prouiderit, quod & aliqui ſeudum reale appellant, quia tranſit in ſuceeſſores, nec cum perſona acquirentis,vel dantis extinguitur, & reuocari non poteſt, cap.1. §. item ſi vaſallus de controuerſ. inueſtit. tranſitque ad hæredes,vnuſquiſque enim ſibi ſuiſque hæredibus proſpicit,cap.1. de duob.fratrib. à cap.inueſtit.c.1.§.fin.in quib.cauſ.feu.amitt. Aluarot.in prælu. 10.diuiſ. & tam ad hæredes dantis,quam accipientis,cap.1.§. cum vero corradus de his qui ſeu.dar.poſſ.Iacob. in d.verſ.in feudum 6.& 9. diuiſ.Bal. & Iaſ. ibidem 6.diuiſ.Capyc. in cap.feudorum genera verſ.perpetuum, & Reale.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXXI.

THEMA.

Feudum temporale dicitur, quod tempore perit,ſi deſinit,vel deuoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, quod tempore perit,eſt temporale, prout antiquiſſimis temporibus omnia feuda erant,temporalia per annũ, deinde ad vitam, & etiam perpetua.*

2 *Feuda temporalia ſunt de camera, de cauena,vt ſoldatæ, & habitationis,quæ morte extinguntur.*

3 *Feudum guardiæ, & caſtaldiæ anno extinguitur.*

4 *Feuda omnia ex ſui natura ſunt,perpetua, & tranſeunt ad hæredes; & ex pacto ſunt.*

1 TEmporale † autem feudum dicitur, quod tempore perit, Bal.in cap.1.in princ.de feu.guard. quorum aliud morte extinguitur, & aliud certi temporis lapſu: Antiquiſſimis enim temporibus ſeuda omnia erãt temporalia,& adeo,in dominorum poteſtate connexa, vt quando vellent poterant auferre rem in feudum datã, cõuentum eſt, vt per annum tantum firmitatem haberent,de inde ad vitam, vt in cap.1.§.& quia de his qui ſeu.dar poſſ.ibique, DD.Poſtea vero conuentionibus, & Imperatoris conſtitutionibus ſſactum eſt, vt eſſent quadam natura ſua, etiam citra vllum pactum perpetua: Quædam vero in ſua natura primeua,temporalia manerent, vt in d §. &

2 quia; & hæc ſeuda temporalia, † exemplificantur in ſeudis de camera,& de çauena ac ſoldatæ, quæ morte extinguitur, vt eſt tex.in cap.1.§.fin. quis dic.Dux, & ſeudum habitationis,de quo eſt,tex.in cap.1.de ſeu. habit.illud morte alterius extinguũtur,ſcilicét, dantis,& recipientis, hoc nõ niſi morte accipientis, vt ex vtroque tex. habetur, ac de habitatione,idem probari poteſt,arg. l.ſi habitatio, §.vlt.ff.de vſu,& habit. & feu-

3 do guardiæ, & caſtaldiæ anno extinguitur cap.1.de feu.guar.& cap.1.in fine de pig.dat. fruen.& vt ſcribit Cuiacius in d.cap.1.de feu. guar.ſicut annis vicibus redit annona: ita hæc, quæ per cauſam quaſi ſeruandæ, vel procurandæ annonæ mandantur. Funtiones quotannis reſumuntur. Idem, dicendum eſt de feudo cuiuſuis alicuius officij, vel muneris nomine, alicui conceſſum eſt, per d. cap.1. Cum olim feuda ex ſui natura eſſent temporalia, hodie pleraque omnia ex ſui natura ſunt perpetua, quia feudis omnibus hæc natura data eſt, vt ad heredes in perpetuum tranſeant, per cap.1. in fine in quib. cauſ feu. amitt. niſi fortè, quæ ex ſui natura facta perpetua, ex pacto fiant temporalia, quod fieri poſſit,eſt extra omnem controuerſiam,vt etiam,quæ ex ſui natura ſunt temporalia ex pacto fiant perpetua: de habitatione,tex.eſt in cap.1.de feudo habitat,in illis verbis,niſi aliud ſpetialiter cauſũ ſit,morte finiuntur, quæ clauſula interpretatur generaliter, vt habitatio non tantum vitam, ſed & ad poſteros concedi poſſit,& vt ad primum hæredem recipientis veniat de guardia, & caſtaldia eſt tex. in d.cap.1. de feu.guar,in illis verbis, niſi ad certum tempus datum ſit, & hoc fieri poſſe nedum

ex pacto expreſſo, ſed etiam tacitè, puta, ſi Dominus patiatur poſt annum eum, qui feudum guardiæ, vel caſtaldiæ accepit poſſidere ſinat: exemplo præcarij, vt in d. cap. 1. annotauit Cuiacius, & Vulteius in d. cap. 8. num. 34.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXXII.

THEMA.

Feudum perſonale eſt, quãdo conceditur ad vitam alicuius, quod differt à feudo perpetuo, cum exemplis, & dato vſufructu in re vſusfructus, & data re ad vtendum, tranſit proprietas.

Quia breuis non opus ſummario.

INter temporale, & perſonale feudum etiã computatur, quod ſi, & ad hæredes dantis tranſit, non tamen recipientis, vt eſt, quando conceditur feudum ad vitam, c. 1. quib mod. feu. conſtit. poteſt, & cap. 1. de conſuet. rect. feu. vel quando datur feudum ad habitandum, vt domus aliqua, Aluarot. in d. 10. diuiſ. allegat, cap. feuda habitationum de feu. & benefic. in cap. extraordin. Iaſon in d. 6. diuiſ. & Iacob. vbi præcedenti: & inter feuda conceſſa ad vitam datur exemplum in Marchionatu, Anconæ, Ducatu Spoleti, Comitatu Capauez, & de dignitatibus perpetuij datur exemplum, de Duce Mediolani, & Marchione Ferrariæ, Aluarot. in prælud. diuiſ 4. & in cap. 1. in fine de alien. feu. addit. Ducem Calabriæ, & Auſtriæ. Et an poſſit alteri locare domum ſibi conceſſam ad habitandum, diſtingue, aut per vaſalli propriam habitationem domus aliquod cõmodum percipit, & non poteſt alteri locare, tunc enim videtur conceſſa in proprios vſus, aut nullum commodum percipit, & tunc poteſt alteri locare, Bal. in prælu. feu. col. 6 in fine, & Iacobin. in feudum diuiſ. 2. Capyc in inueſtit. in cap feudorum locationes in prin. & ſi datur feudum ad vtendũ ſimiliter morte finitur, Bal. in prælu. feu. col. 20. per l. ſi habitatio, ꝸ. ſed ſic, de vſu & habit, ſed iſtud non videtur verum, nam aliud eſt dare vſumfructum in re & tunc tranſit vſusfructus, aliud eſt dare rem ad vſumfructum, & hic eſt caſus de quo in clauſula ad vtendum fruendum, &c. & tunc trãſit proprietas, ità Bart. in l. libertis in princ. ff. de alimen. & liber. leg. & in l. donationes ꝸ. ſpecies ff. de donat. & Bart. in l. Titia ꝸ. fin. de leg. 2. & contra, Bal. tenet Laudenſ. in cap. 1. col. 8. in fine de his qui feu. dar. poſſ. Iaſon. in prælud. col. 29. vbi latè & probat Bal. & idẽ contra Bal. Iacobin. in verſ. in feudum diuiſ. 6. Capyc. in inueſtit. in cap. feudorum clauſulæ, verſ. ad vtendum fol. 134. ex alijs, eſt & feudum perſonaliſſimum, quod ex natura parte trãſit ad hæredes dicit Capyc. d. in loco verſ. perſonaliſſimum feudum, &c.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXXIII.

THEMA.

Feudum edictale hæreditarium dicitur, & adita hæreditate hæredi acquiritur, & dabatur, & hoc ante fiat renouatio.

Quia breuis non opus ſummario.

FEudum edictale eſt, quod hæreditarium dicitur, & per mortem, vaſalli ſucceſſori delatur, & ſtatim adita hæreditate acquiſitum eſt, ſed reuocabiliter, quia ſi infra annum, & diem non fuerit petita inueſtituræ renouatio amittitur, vt in cap. Imperialem, ꝸ. Præterea, ſi quos, de prohib. feud. alien per Feder. vt ſic ius illud petẽti cõfirmationẽ, & renouationẽ iuncta aditione hæreditatis dicatur cõſtituere feudũ edictale, ad inſtar bonorum poſſeſſionis edictalis, de qua in l. 1. ff. de ſucceſſ. edict. & in l. emancipata, cap. qui admicti, & antequam fiat renouatio dicitur feudum edictale, ſpecul. notat in tit. de feud. ꝸ. quoniam verſ. 27. & Bal in addit. verſ. edictale dicitur feudum, &c. Capyc. vbi ſupra, in verſ. edictale fol. 242.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio XXXIV.

THEMA.

Feudum Aduocatiæ eſt feudum nominatum datum pro patrocinio

nio vti fiſcali, vel ſimili, & non bene ſeruiens, & ſit garulus feudo, & adminiſtratione priuatur.

Quia breuis alio ſummario, non opus.

ADuocatiæ feudum,quod nominatum vocatur, vt diximus eſt illud. quod à Domino datur pro patrocinio, vt fiſcali, vel ſimili,l.1. C de Annon. ciuil.lib.10. de quo loquitur tex.in cap.1.§.quicumque de pac. ten. vbi etiam, quod ſi inordinatè tractaret cauſas Domini, debet Aduocatus feudo priuari, & idem ſi eſſet Garulus, & in dece. s. ſecundum Iſern.ibi & poteſt ſtatim ab eo feudum auferri, & ſimul ad miniſtratio, niſi ſeruiat ſecundum laudationem Curiæ, de quo feudo loquitur etiam tex.in cap.1.de feu.guar.in princ. ibi pro mercede alicuius rei.ſecundum Aluarot ibi vlt.col. & ideo dicta ſupra de feu.guardiæ hic repetita cenſentur,& Aluarot.in prælu.18. ſpetie dicit ſpetiem feudi ſeparatam in iudicata ſeparatione, & notoria, vbicunque inuenies feudum eſſe annexum, Capyc. in inueſtit. vbi ſupra verſ.feudum Aduocatiæ.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio XXXV.

THEMA

Feudum Cancellariæ eſt, quod datur pro mercede alicuius rei, vel pro officio Cancellariæ, & durabit durante officio.

Quia breuis alio ſummario, non opus.

FEudum Cancellariæ ſimiliter comprehéditur, in cap.1. de feud.guar. vt diximus ibi, vel pro mercede alicuius rei, Aluarot. in cap.1.col.3.de feu.guar. & eſt feudum illud, quod Cancellariæ Domini, ſiuè Regni eſt datum feudum Cancellariæ dicitur, & Cancellarius habebit illud durante officio, Iſern.in d cap.1. col.3. quod Cancellarius huius Regni Neapolitani olim habebat feudū deputatum ad vitam ſuam loco gagiorum, & ſtipendiorum, donec eſſet in officio Capyc.in d.loco verſ. feudum Cancellariæ

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXXVI.

THEMA.

Feudum commiſſariæ eſt,quod datur commiſſario alicuius Prouinciæ durante officio.

Quia breuis non opus alio ſummario.

COmmiſſariæ feudum eſt, de quo in cap.1. in princ. & de eo loquitur, Iſern. ibi 2. & 3.col. quod ſi feudum aliquod Commiſſariæ alicuius Prouinciæ annexum ſit. Durante officio durabit, ex adductis, per Capyc.vbi ſupra in verſ.feudum commiſſariæ, quod hodiè Preceptoriè Prouinciæ dici poteſt.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXXVII.

THEMA.

Feudum ſcutiferi eſt, quod pro tali officio deputatum eſt.

Quia breuis alio ſummario non opus.

FEudum ſcutiferi interdicta feuda deputatum pro iſto officio, de quo in cap. 1. §.1. de capt.extraordin. ſecundum Aluar. in cap.1.in princ.vlt col.de feu.guar. & per eundem in prælu.diuiſ.18. Iaſon.ibidem penul.col.& Capyc.vbi ſupra in verſ.feudum ſcutiferi, &c.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXXVIII.

THEMA

Feudum curſori, & concurſori conceditur, & ſi claudo, qui

qui non currit, ille poteſt valenti currere locare.

Quia breuis non opus alio ſummario.

FEudum curſoris inter prænominata feuda connumeratur, dicit Bal. in princ. ſeu quod ſi feudum curſori ſit conceſſum claudo, valebit conceſſio, quia licet Claudus non poſſit currere, tamen poterit feudum locare valenti currere, cap. 1. §. donare qualit. olim feu. alien. pot. & quandoque ſufficit habitus, & potentia, licet non ſit actus l. fideicommiſſum §. ſi ſeruo, & habetur in l. ſi duobus de leg. 1. refert Iacob. in verſ. feudum diuiſ. 4. & Capyc. vbi ſupra in verſ. feudum curſoris.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XXXIX.

THEMA.

Feudum guſtus eſt ſagij perguſtatoris, ſiue viuandarij.

Quia breuis non opus alio ſummario.

SOleut Reges, & magnates tenere perſonā deputatā ad aſſagiandum viuandas, & alia ad eorum menſam venientia, quibus feuda dare ſolebant, quæ feuda guſtus dicebantur, & ſunt feuda ſagij prægustatoris, vel viuandarij, vt verbis Baldi vtar in cap. 1. col. 3. Epiſcop. vel Abbat. & ſunt, quæ pro dictis officijs dantur pro mercede alicuius rei de quibus in cap. 1. de feu. guar. in prin. dicit Capyc. vbi ſupra in verſ. feudum guſtus, &c.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XL.

THEMA.

Feudum muſicę eſt, quod cantatoribus, & muſicis datur pro recreando domino, alias non valet pactum.

Quia breuis alio ſummario non opus.

EST, & feudum muſicę illud, quod in muſicis, vel cantatoribus datur, eorum officio annexum eſt de quo, per Iſer. in cap. 1. §. fin. quid ſit inueſtit vbi dicit, quod eſt licita muſica, q̄ ſit cauſa recreādi dn̄m, alias nō, & cōtinebit, tūc turpē cauſā, & ideo nō valebit pactum depulſando, ſeu canendo, ſed debet cauſam, vel ſeruitium cumulari in rem licitam, ſecundum Iacobum de Ardizon. ne lecorum cedat vaſallo in totum l. legatum, ff. de vſufructu legato, Aluarot. in d. cap. 1. §. fin. col. vlt. verſ. recreationis cauſa, vt nec iſtrionibus donatur, vt notatur per gloſ. in cap. donare 86. diſtin. facit lex ſi libertus artem ff. de oper. libert. Capyc. vbi ſupra verſ. feudum Muſicæ.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio XLI.

THEMA.

Feudum parafrenale, dicit quod mulier habet, & in dotem marito non dedit.

Quia breuis alio ſummario non opus.

PArafrenale feudum eſt, quando vxor Domina alicuius rei feudalis, & in dotem nō dedit marito, ſed extra dotem reſeruat, & de his rebus loquitur, tex. in l. ſi ergo §. dotis ff. de iure dot. in l. hac lege, & in l. fin. C. de pact. conuent. & dicitur parafrenale, à para, quod eſt iuxtà, & forma, quod eſt dos quaſi iuſta dotem, ſecundum Azonem in ſumm. C. de iur. dot col. 2. & gloſ. in rub. de pact. conuent, licet antiſarn. ab antiquo, quod eſt contra, & ferno, quod dos, quaſi contra dotem & in l. fi. in princ. C. de donat. ante nupt. de quibus vxor dat adminiſtrationem marito tacitè, vel expreſsè, vt per Capyc. in verſ. Parafrenale, vbi tales res feudum parafrenale vocatur.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XLII.

THEMA

Feudum dotale eſt, quando à muliere datur in dotem viro.

Quia

Quia breuis non opus ſu mmario.

DOtale feudum eſt, quando vxor Domina alicuius feudi, vel rei feudalis dat in dotem marito, vt per Capyc. in inueſtitura in §. feuda pro dote verſ. dantur, & verſ. adminiſtrantur, & de iure communi, quando mulier non habet aliud, niſi feudum, poteſt illud in dotem dare abſque conſenſu Domini, vt in tit. qualiter, olim potet, feu. alie. gloſ. in Conſtit. Regni fratribus in rub. ſed de iure Regni; ſi ad eſt aſſenſus in matrimonio frater poteſt dare feudum in dotem ſorori ſine alio eſſenſu per d. conſtitutionē fratribus, ſed Neapolitanę mulieres pro obligatione dotium, & iurium dotalium contracto matrimonio habent aſſenſum pro præſtito, per Regiam Pragmaticam Regni in tit. de feu. 2. & 3. & ex Capitulis 20. & 21. Regnis huic Ciuitati conceſſis fol. 105.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XLIII.

THEMA.

Feudnm caſtrenſe eſt, quod per dominum alicui filio familias militi datur in bello, & quaſi caſtrenſe non militi.

Quia breuis non opus alio ſummario.

CAſtrenſe feudum dicitur illid, quod per Dominum datur filio familias militi in bello. Bal. in cap. fi. de fratre, de nouo benef. inueſtito: eſt etiā quaſi caſtrenſe feudū, quod à Rege, vel à pſona publica nō militi diſtrictum, & iuriſdictionem habente datur filio familias non militi, Bal. vbi ſupra Capyc. in inueſtit. feudali, in §. feudorum genera, verſ. caſtrenſe, & verſ. quaſi caſtrenſe.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XLIV.

THEMA.

Feudum Paganicum dicitur, quod à perſona priuata datur filio familias.

Quia breuis alio ſummario, non opus.

HAbemus, & feudum Paganicum, & eſt illud, quod à perſona priuata filio familias datur, & conceditur, non belli contemplatione, & licet vocetur paganicum, nihil hominus pater nō habet in eo vſumfructū, Bal. in d. cap. 1. in fine de fratre de nouo benef. inueſtit. Capye. vbi ſupra in verſ. Paganicum.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XLV.

THEMA

Feudum manſum eſt tantum terræ quantum ſufficit duobus bobus ad laborandum, & colendum per annum.

Quia breuis alio ſummario non opus.

MAnſū non eſt ſpet es feudi, ſed eſt tātū territoriū quantum ſufficit duobus bobus ad laborandum, & colendum per annū, gloſ. in cap. 1. de cenſibus, Iſern. in cap. 1. §. ſi quis de manſo de contentio. inueſtit. & eſt vulgare talorum, gloſ. vbi ſupra, item dicitur manſum tanta terra quanta vnus ruſticus, cum ſua familia ſubſtentari poſſit, vt notat, gloſ. 23. qu. fin. c. ſecundum, & dicitur manſus a manendo, quia in eo manent homines, ſecundum, Bal. in d. §. de manſo, & Aluarot. poſt eum ibidem.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio XLVI.

THEMA

Feudum conditionale eſt, quod ad certum, & determinatum ſeruiuitium conceditur.

Quia breuis alio ſummario, non opus.

FEudum conditionale, ſiuè conditionatum eſt, illud quod datur, & conceditur ad certum,

tum, & determinatum ſeruitium puta, de aſſotianda vxore Domini, vel filia maritandæ, vt in cap. 1. §. ſi. quid ſit inueſtit. vel de pulſanda citara, vel arpa coram Domino, ſecundum Aluarot. in d. §. fin. vel de ſeruiendo Domino in menſa, vt eſt notatum, in c. 1. in princ. de not. feu. vel quod debeat ſeruire cum vno equo, & ſic de ſimilibus, prout dicta exempla traduntur, in cap. 1. §. fin. vbi gloſ. Iſern. & Aluarot. de capit. qui cur. vẽd. & dicitur tale feudum conditionatum, quia eius conditio, eſt qualificata ad certum ſeruitium, vel conditionatum, quaſi pactionatum ſumendo conditionem pro pacto, vt declarat, Rayner. in cap. Imperialem, §. firmiter circa finẽ 22. de prohib. feu. alien. per Federic. poſt Aluarot. in prælu. 12. diuiſ. & in d. cap. 1. §. fin. de cap. qui cur. vend. & ad aliud niſi ad ſpecificatum ſeruitium in conceſſione feudi non tenebitur, ſecũdum gloſ. in d. §. quia contractus ex conuentione legẽ accipiunt, l. 1. §. ſi conuenies ff. depoſiti, l. contractus ff. de reg. iur. l. in traditionibus ff. de pact. l. legem eodem tit. quod intelligendũ eſt, præterquam ad cauſã, quæ ſub intelligũtur, & veniunt ex forma fidelitatis, de quibus in c. 1. de forma fidelit. ſecundum Iſern. & Aluarot. in d. cap. fin. ſubijcijt Rayner. in d. §. firmiter, quod oſtendendũ ſit in hac cõſuetudo patriæ l. venditor §. ſi contra ff. commun. Prędior. l. 3. in princ. ff. de tur. & habetur in l. 1. C. quæ ſit lõg. conſuet. refert Iacob. in d. verſ. in feudum 2. diuiſ. & aduerte, quod quo ad ſeruitia, non quo ad alia dicitur feudum conditionatũ, non quo ad alia & ſicut de feudo, quod caducatur, & alias, per Capyc. in d. §. feudorum genera verſ. conditionatum feudum.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XLVII.

THEMA.

Franchum feudum eſt, quando in inueſtitura expreſſum eſt, vt ſit franchum.

Quia breuis non opus ſummario.

Feudum franchum eſt, illud in cuius inueſtitura expreſſum eſt franchum, ſeu liberum. ſecundum Bal. in cap. inter dilectos de fide inſtrumento, Alex. conſ. 30. col. 9. lib. 1, Iaſon in prælu. feudorum col. 34. & erit frãchum, exceptis, tamen ſeruitijs aliquibus in inueſtitura fortè expreſſis, tenebitur ad omnia capitula, quæ ex forma fidelitatis, & iuramenti etiam, quod ex pacto iuramentum ſit remiſſum, vt ex multis Capyc. in inueſtitura vbi ſupra verſ. franchum feudum vbi, quando ad omnia ſeruitia teneatur, ex alijs latè fundat.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio XLVIII.

THEMA.

Feudum decretale eſt illud, quod poſt mortem vaſalli hæredi confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Decretale feudum dicitur illud, quod poſt mortem vaſalli hæredi confirmatur.*

2 *Inueſtitura factà alteri, veniret aliùs hæres, receptio primi non præiudicat ſecundo, quia facta ſaluo iure iure alterius.*

3 *Feudum decretale plus iuris habet, quam edictale, quia decretale à Domino nõ aufertur edictale ſic*

4 *Bonorum poſſesſio edictalis conceditur per edictum.*

1 Decretale † feudum dicitur illud, quod poſt mortem vaſalli, hęredi eius confirmatum eſt, & ità quaſi à Domino decretũ, & ſicut bonorum poſſeſſio non tribuit, ius niſi ſub conditione, ſcilicet, ſi iure habet is qui eam ſibi decerni fecit, ità in feudo. Nã 2 ſi poſtea † facta inueſtitura veniret aliquis proximior, qui habeat in feudo ſuccedere, receptio, primi non præiudicat ſecundo, quia Dominus intelligitur primum ſub cõditione recepiſſe, l. filium §. ſi quis bonorum ff. de legat. præſtan. ſpeculat in d. verſ. 27. Hinc eſt ſecundum eum, quod in Curia Regis Franciæ ſemper recipitur fidelitas ſaluo iure alterius, dicit Capyc. vbi ſupra d. verſ. decretale feudum, & in aſſenſibus huius Regni ſemper dicitur noſtris, & alterius, quibuſcumque iuribus ſaluis, &c. vnde feu-3 dum † decretale plus iuris habet in hoc, quia vaſallus non poteſt à Domino de feudo expelli, in edictali ſecus, quia ſi infra tem-

pus

pus vaſallus non præſtat fidelitatem poteſt per Dominum priuari, d. §. præterea ſi quis, & cao. 1. in prin. quæ fuit prima cauſ. beneſ. amitt. ſic bonorum poſſeſſio decreta euadit periculum, ne tempore amittat, l. 1. §. decretalis de ſucceſſ. edicti l. emancipato, Iaſon in prælu. vlt. col. refert ſpecul. & dicit, quod hæc bonorum poſſeſſio, & feudum non eſt ad propoſitum, quia bonorum poſſeſſio
4 † edictalis conceditur per edictum prætoris, qui fecit quoſdam gradus bonorum poſſeſſionis de quibus per gloſ. in l. fi. C. vnde legatis; decretalis vero eſt, quæ decernitur à prætore viuo d. §. decretatis iuncta l. 1. C. qui admitti, ſed iſta in feudo non ſic repeꝛiuntur, niſi per ſimilitudinem quandam à remotis inuenta, per ſpecul. ad vnum aduertè, quia hæc conſideratio ſpeculatoris loquitur in feudo hæreditario, quaſi quod illa repreſentatio perſonæ defunctæ, quæ fit per hæredem ſecuta additione, pari, & hanc feudi ſpetiem, Capyc. vbi ſupra in d. verſ. decretale feudum, &c.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio XLIX.

THEMA.

Feudum iurabile eſt, quod iuratur, non iurabile, quando abſque iuramento conceditur.

Et hoc deſeruit pro ſummario, quia breuis.

FEuda omnia regulariter ſunt cum iuramẽto fidelitatis, vt in cap. nulla per quos fiat inueſtit. in cap. 1. in princ. qualiter vaſallus iurare deb. fidelitatem; & tale feudum iurabile dicitur, eſt verum, quod per pactum poteſt fieri, vt fidelitas non iuratur, cap. 1. §. fin. per quos fiat inueſtit. cap. 1. §. eſt, & alia, quæ fuer. prima cauſ. beneſ. amitt. cap. 1. in prine. de c. corradi, cap. 1. qualit. omin. proprietate priuatur, licet ipſa fidelitas, non ita ſunt d. §. & eſt alia in fine, & tale feudum dicetur non iurabile de quibus feudis iurabile, & non iurabile tractat. Iacob. in feudũ 10. diuiſ. Aluarot. in prælu. diuiſ. 1 c. Capyc. vbi ſupra in verſ. iurabile, & verſ. non iurabile.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio L.

THEMA.

Feuda omnia regulariter ſunt diuidua, res iure communi feudum, & ſi vno ex conſortibus reluctante feudum non diuiditur reliqui dicunt: verius tamen eſt, quod vno procrante diuiditur, & quomodo.

Quia breuis non opus alio ſummario.

DIuiſio feudorum regulariter permiſſa eſt de iure communi feudorum cap. 1. §. item ſi fuer. quib. mod. feu. amitt. c. omnes filij, ſi de feu. fuer. controuerſ. c. Imperialem, §. præterea de probib. feu. alien. per Federic. Iacobin. in d. verſ. in feudum num. 30. vbi dicit omnia feuda regulariter eſſe diuidua, Mozz. de diuiſ. feu. n. 49. Capyc. in inueſtit. verſ. feudor. diuiſ. Mozz. de diuiſ. nu. 46. & ſeq. ex alijs, verſ. Nec refert feuda ipſa ſint iuriſdictionis, ſiuè non ſpecul. de feu. §. quoniam, & ità teneri communiter, dicit Socc. ſen. conſ. 76. num. 45. lib. 1. Clar. in §. feudum q. 40. nu. 1. Schench. Baro in d. §. Præterea, Ducatus num. 7. quæ ità diuidi poſſunt, vt vel certis regionibus quiſque eam exerceat, vel ea locetur, vni ex ipſis, aut tertiæ alicui perſonæ, vel vt iuriſdictio ſit apud ſingulos alternis annis, arg. l. quoties in princ. ff. de vſufruct. Mozz. de diuiſ. feu. num. 48. & non poteſt feudum. diuidi vno ex conſortibus reluctante, ſed omnibus conſentientibus, per tex. in §. Præterea Ducatus verſ. conſortes voluerunt, & gloſ. iuncto tex. in Clement. ſœpè de verb. ſignific. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. Mozz. vbi ſupra num. 49. Hypol. ſing. 9. n. 2. Panorm. conſ. 82. nu. 10. quamuis, & ſi contrarium, quod vno ad diuiſionem prouocãte, cæteri adminiſtrare tenuerint Iaſon in l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 31. ff. de verb. obligat. Alex. conſ. 7. & ibidem Molin. & conſ. 25. num. 11. lib. 5. & conſ. 30. n. 1. lib. 6. Rolan. à Vall. conſ. 80. n. 44. lib. 1. quã crebriorem, & veriorem eſſe, & in facto cõfirmatam, ſe ſcire dicit Gail. lib. 2. obſeruat. pract. 153. in fine eandemque in puncto iuris melius

melius defendi poſſe exiſtimat Vulteius de feu.in cap.8.nu.36.

PARTIS SEPTIMAE:

Dilucidatio LI.

THEMA.

Feudum dignitatis regalis. Electoratus, Principatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus habentia annexam dignitatem ſunt indiuidua. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feuda dignitatum non diuiduntur.*
2 *Feudum dum eſt indiuiduum in eo primogenitus ſuccedit.*
3 *Dignitates per diuiſionem minuerentur.*
4 *Regnum in ſe diuiſum deſolabitur.*
5 *Regnum non capit duos.*
6 *Feuda dignitatum ex conſuetudine in multis partibus Italiæ diuiduntur.*

1 ET ſi diximus feuda † regulariter diuidi poſſe, hoc non procedit in feudis dignitatum regalium, puta Regni electoratus Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus habentia dignitatem annexam, ſunt indiuiſibilia, tex.eſt in c. Imperialem §. Præterea, Ducatus de prohib. feu.alien. per Federic. e. licet de voto vbi gloſ.fi. & Doctores, & gloſ.in l.communi diuidundo ff.communi diuidun. gloſ.in cap.ſi hæredes de teſtam.Speculat. in tit. de feu. §. 2. verſ. 34. Bart.in l.inter tutores, in fine ff. de adminiſtr.tut.& in conſ. incip. ex facto proponitur, quod nobiles, Duen.regul.316.Socc.reg. 44. Diaz.reg.258. Tiraquel. de iure primogen.q.4.num. 52.Menoch. conſ.298. num.3. atque ita omnes tenere in d.§.Præterea Ducatus, Detian.conſ.117.num. 14. lib.3. Gail. d.obſeruat.153.num.1.& in hoc neminem diſcrepare teſtatur, Caſſan.in Conſuet.Burg. rub.3.§.6.num.7. communem dicit, Socc. ſen.conſ.67.num.25.lib.1.& conſ.165. lib.2. & quod ità omnes concludunt ſine difficultate affirmat, Curt.iun.par.4.q.3.nu.122. & in ſpetie de Regno, eſt gloſ.in cap.ſi hæredes verbo interdicitur, & in d.cap.licet, Schench.Baro in d.§.Præterea Ducatus n.1. & conſulerunt, Grauett.conſ.155.nu.1.lib.1. Natt.conſ.505.nu.5. Rolan.à Vall. conſ.5. nu.40.lib.1.Cephal.conſ.3.nu.37.& conſ.12. num.13.lib.1. atque omnes ità ſcribere in d.§.Præterea Ducatus, firmat Menoch.cõſ. 304.nu.10.lib.3.de Marchionatu, Det.conſ. 389.num.3.Socc.iun.conſ.77.num.94. lib.1. Detian.d.conſ.117.num.14.& 15. Menoch. conſ.2.num.284. de Ducatu Ening. Gode
3 conſ.20. † & cum feudum diuidi non poſſit in eo ſuccedere primogenitum, firmãt Ang. conſ.281.Aret.conſ.162.num.4. verſ.& pro iſtorum, Alex.conſ.4.nu.3.& 4.lib.4.Soares in repet.l.quoniam in prioribus ampliat.10 num.26.Couar.var.reſolut.cap.3.nu.3.lib.3. Menoch. conſ.439.num.1.lib.5.pulchrè declarat num.15.& ſeq.Borcolt.cap.7.nu.42.
4 ex alijs, & eſt ratio, Nam † per diuiſionem iſte dignitates diminuerentur, & reducerentur ad diſtructionem, vt notat gloſ.in d.cap. licet, quoniã, vt ait, Philoſophus virtus vnita fortius eſt ipſa diſperſa: & ſcribitur in l.
5 euangelica, quod omne † Regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & philoſ.in 12.metaphyſici. Non eſt bona pluralitas Principum ſecum, vnus ergo Princeps: nam Regnum non capit duos, vt ait, Cicero, & habetur 7. q.1.cap.in apibus, & in l.fi.ff.de rer.diuiſ. & hæc notat, Aluarot.in d.§. Præterea col.2. & vt per Capyc. in inueſtit. in §. feudorum diuiſ. verſ. limit.6. ſalua tamen conſuetudi-
6 ne † Regionis, quia ex ea in multis partibus Germaniæ, Italiç, & aliarum multarum regionum feuda dignitatis ſolent diuidi, Bal.Aluarot.& in d.cap.7.num.42. ſicut, & eſt in viuentibus iure franchorum omnia feuda indiuidua ſunt.

PARTIS SEPTIMAE:

Dilucidatio LII.

THEMA.

Feuda in quibus franchorum iure viuitur ſunt indiuidua, & primogenito deferuntur, maximè in hoc Neapolitano Regno per conſtitutionem, & capitula, communis, & indubitata.

SVMMARIVM.

1 *IN viuentibus franchorum iure feuda ſunt indiuidua, & ad primogenitum deferuntur.*

2 Diui-

2 *Diuiſione magnæ res diminuuntur, & ad nihilum reducuntur.*

3 *Primogenitus feudum iuris francorum ſine aſſenſu Regio, cum fratribus communicare non poteſt.*

4 *Diuiſio fratrum feudi eſt alienatio.*

5 *Feuda etiam hæreditaria, per conſtitutionem diuæ memoriæ ſunt indiuidua, & ius francorum.*

6 *Feuda in hoc Regno etiam non titulata ſunt indiuidua, & ad primogenitum ſpectant.*

7 *Feuda, ne diuidantur in plures eſt honor Domini, & primogeniti, vt ipſe cæteris præferatur.*

8 *Feuda in Regno cenſentur conceſſa ſecundum ſtatuta Regni, & non ordinatione teſtatoris, ſed vigore Conſtit. & Capit. Regni ad primogenitum venire.*

9 *Feudi iuris francorum diſpoſitio eſt inualida, & diuiſa non transferuntur.*

10 *Feudi res particularis, vt domus vel alia diuiſa, nunquam præſcribitur.*

11 *Feudorum diuiduitas erat de iure Longobardorum, quod eſt ſublatum in hoc Regno, & ſolum circa mundualdum mulierum in aliquibus partibus remanſit.*

1 FRanchorum † iure viuentium feuda omnia indiuidua ſunt, & ſolum ad primogenitos deueniunt, Nec poteſt ad diuiſionem prouocari per fratres, vt in Conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus, Conſtit. Diuæ memoriæ, quæ prohibendo feuda non poſſe minui eius diuiſioné prohibuiſſe cenſetur,
2 cum † nihil ſit tam magnum, quin diuiſione non minuatur, & ad nihilum reducatur, vt cap. Imperialem §. præterea Ducatus de prohib. feu. alien. per Feder. vbi Iſer. nu. 36. Camer. fol. 31. litera O. verſ. exemplum tertij, Cannet. in cap. ſi aliquem fol. 175. num. 2. & ſeq. Intrigl. in 1. par. ſui tract. feu. cap. 5. num. 481. vſque ad num. 486. & ipſe
3 primogenitus † volens feudum communicare cum fratribus, ſine aſſenſu non poteſt, vt per Iſer. in d. §. Præterea Ducatus col. 1. qui dicit, quod ſi per diuiſionem fiet Dominus, qui non erat, puta viuitur iure Francorum, ſi proceditur ad diuiſionem, ſecũdogenitus fit tunc Dominus partis ſibi obuentæ, qui in nullo debebat ſuccedere: Hęc
4 diuiſio † erit alienatio, Capyc. in inueſtit. in §. feudorum diuiſio verſ. limita quinto per quam Conſtit. Diuę memor. feuda etiam
5 † hæreditaria eſſe indiuidua dixit, Petr. de Gregor. in ſuo tract. feu. q. 10. num. 42. cum feuda de Iure Regni ſunt indiuidua, quia viuitur franchorum iure, ſecundum, quod ius nulla datur, nec conſideratur diuiſio Præſ. Camill. de Curt. in diuerſor. feu. par. 2.
6 num. 84. & ſeq. fol. 109. at & feuda † in Regno etiam non titulata ſine ſpetiali licentia diuidi non poſſunt, per dictam Conſtit. Diuę memoriæ, vt eleganter dixit Reg. de Ponte de mente, Iſer. Capye. Camerar. & aliorum in conſ. 3. num. 32. & ſeq. & num. 46. & ſeq. ſubdens maximè in hoc Regno, vbi Frãchorum iure viuitur, & ad primogenitum tantum pertinent feuda, ſuntque verè indiuidua, quod clareſcitur, per Regiam Pragmaticam, quæ mandat, quod pro Reges diuiſionibus feudorum aſſentire non poſſint, & omnia iura mandãt feuda iuris Franchorum etiam non titulata eſſe indiuidua, & tamquã indiuidua sũt inſeparabilia, & vnica eſt ſubſtantia, firmat Conſil. de Georg. in ſua alle-
7 gat. 8. num. 27. & 28. eſtque fauor † Domini nè diuidatur in plures, eſt etiam fauor primogeniti, vt ipſe cæteris præferatur, & alias rationes ponit, Fritia in tract. de ſubfeud. in cap. incip. intereſt, vt aliqua in materia aſſenſus num. 13. fol. 173. in vlt. impreſſ.
8 & omnia † feuda in Regno cenſentur conceſſa, ſecundum ſtatuta Regni, ſcilicet, dictas Conſtitutiones, &c. conſiderantes (primogenituræ, & maſculini ſexus prærogatiua ſeruata ibique) Napod. addens dicit, quod feuda non veniunt ad primogenitos ordinatione teſtatoris, ſed iure ſucceſſorio vigore præſentis capituli, quod ex multis firmat ibi, Io. Ant. de Niger. nu. 39. & ſeq. quod cap. pro lege ſeruari in Regno, vt in ſpetié ad illius intellectum, dixit Iſer. in d. Conſt. vt de ſucceſſionibus per vlt. col. verſ. ſimile, quærunt fiſcales fol. 268. Præſ. de Franch. deciſ. 4. nu. 3. & 16. Bambacar. in repet. cap. omnes filij num. 12. fol. 94. & quan-
9 do de feudo contra † ius franchorum diſponitur, diſpoſitio nõ valet, Affli. in dec. 119. num. 2. quin immò diuiſa non transferuntur vt expreſsè dicit, Iſer. in d. §. Præterea Ducatus num. 36. vbi Camer. fol. 105. litera R. verſ. exemplum primi, &c. & hoc eſt adeò
10 verum, quod ſi aliqua † res particularis feudi diuiditur, vel alienatur, vt domus, vel vinea, nullo tempore præſcribitur, & ratio eſt, quia in Regno feuda omnia, ſecundum ſtatuta Regni conceſſa intelliguntur, & ſecundum ea ſunt indiuidua in eis primogeniti ſuccedunt ſecundum ius Franchorum, vt etiam expreſsè probatur, per Conſtitutionem Conſuetudinem, §. cœterum cum cõcordantibus, Luc. de Pen. in l. 2. C. de omni agro deſerto, num. 9. Affiict. deciſ. 254. nu. 4. Camerar. in d cap. Imperialem, fol. 32. lit. M. & ſeq. latiſſimè firmat, & ex his nulli debet

eſſe dubium, quod in hoc Neapolitano Regno, & in feudis in eo exiſtentibus etiam nõ titulatis, & nulla dignitate decoratis ſuccedunt primogeniti, & ſint verè indiuidua, ma
11 ximè, quod eius † diuiduitas erat de iure Longobardorum, quod ſublatum à Regno, vt per Maxillam in Conſuet. Barenſium in procem. nu. 228. & ſolum quo ad mundualdum in certis partibus tantum remanſit, & ad prædicta faciunt, quæ latius dicimus in part. nono Dilucidatione 4.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio LIII.

THEMA.

Feudum corporale eſt, quod conſiſtit in rebus immobilius.

Et quia breuis prædicto pro ſummario deſeruiunt.

Corporale feudum eſt illud, quod conſiſtit in rebus immobilibus, de quo in c. 1. §. ſciendum de feudi cognitione, Bal. in §. 1. de conceſſ. recti feudi, Aluarot. in prælu. diuiſ. 22. Prępoſit. num. 63. Mozz. de diuiſ. feud. num. 34 & licet annui reditus exoluendi de camera, vel cauena Domini computentur inter immobilia, & etiam inter incorporalia ponuntur, Capyc. in §. feudorum genera verſ. corporale in fine fol. 223.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio LIV.

THEMA.

Incorporale feudum eſt, quod in iuribus conſtit.

Quia breuis non opus alio ſummario.

Feudum incorporale illud eſt, quod conſiſtit iuribus, ſecundum Bal. in cap. 1. de cõſuet recti feud. Aluarot. in prælud. verſ. 22. de quo Vulteius de feud. cap. 8. num. 11. & ſeq. Capyc. ponit exempla in feudis de cauena, vel de camera, & alia, vt ibi per eum in d. §. feudorum genera verſ. incorporale feudum, &c.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio LV.

THEMA.

Feudum decimarum eſt de decimis corporalibus, quæ Domini habent à territorijs, & in feudum dari poſſunt, ſpirituales non.

Et quia breuis non opus alio ſummario.

Feudum decimarum inter incorporalia feuda connumeratur, Bal. & Aluarot. in d. c. 1. de cõſuet. recti feu. Aluarot. in prælu. ver. 22. & intellige de decimis temporalibus, quas habent Domini à laborantibus territoria ſua, quæ infeudum dari poſſunt, ſed decime ſpirituales non infeudantur, & infeudatæ retineri non poſſunt, quid autem quando ab antiquo ante Conſ. Lateranenſe in feudum dari fuiſſent vide cap. quamuis cap. ad hæc de decim. Io. And. in c. cum Apoſtolica de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu capituli, & ex alijs diximus, & per Cuiacium in verſ. feudum decimarum.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio LVI.

THEMA.

Iuriſdictio datur in feudum, & eſt ſpecies incorporalis feudi, quod iuriſdictionale feudum dicitur.

Quia breuis alio ſummario non opus.

Iuriſdictio dari poteſt in feudum, quæ ſic data, feudum iuriſdictionale vocatur, & eſt ſpecies feudi incorporalis, Bal. in d. §. 1. de conſuet. rect. feu. Aluarot. in prælud. diuiſ. 22. vbi Ial. diuiſ. 14. & eſt feudum iuriſdictionis, quando alicui conceditur capitania alicuius loci, vel terræ in feudũ, adeo, quod ſi non fuerit ſua vita durante datum ſub intelligi-

telligitur, Iſer.in cap.1.col.1.2.& 3.de feudo Marchiæ, & in cap.1.quis dic.Dux,& iuriſdictio eſt ſupra territorium, ſicut nebula ſupra paludem, ex qua nebula ipſa generatur per actiuam potentiam ſolis, dicit Bal.in l.1.ff.ad hæc de pace.iuram.firm.Capyc.d.§. feudorum genera verſ.feudum iuriſdictionale,&c.

PARTIS SEPTIMAE.

Dilucidatio LVII.

THEMA

Feudum quaternatum ſimpliciter eſt, quod immediatè, & in capitè à Regia Curia tenetur cuius collatio ad Regem ſpectat, & eſt regiſtratum in quinternionibus Regię Cameræ, vbi cæteri feudatarij annotantur,

Quia breuis alio ſummario non opus.

FEudum tripliciter quaternatum dici poteſt. Primum quaternatum ſimpliciter. Secundum quaternatum, ſecundum quid. Tertium non quaternatum, quod planum, & de tabula dicitur, hic de. Primò,& infra de alijs. Dico ergo, quod feudũ quaternatum ſimpliciter eſt illud, quod immediatè, & in capitè à Regia Curia, ſiuè Rege tenetur, eiuſque collatio ad ipſum Regem ſpectat, & eſt in quinternionibus Regiæ Curiæ regiſtratum, & deſcriptũ, vbi cęteri pares Curiæ, & feudatarij ſunt notati, ſecundum Iſer.de controuerſ.feud.apud pares termin. num.9. verſ.attendendum per conſtitutionem Regni iuſtitiarij nomen, & normam, ibi (Præter quęſtiones de caſtris Baronijs, & magnis feudis, quæ in quinternionibus, Dohanæ noſtræ ſcriptæ ſunt) concordat conſtitutio, poſt mortem, ibi (Baroniam aliquam, vel feudum tenuerint, quæ in quinternionibus Dohanæ noſtræ inueniuntur inſcriptæ) idem Iſern. in cap.1. de vaſall. qui contra cõſtit.Lotar.ſeu. alien.ff.poſt refutationem num.4.& de alien.feud.patern.lib.1. de cap.corrad.nu.12. de capit.qui cur.vend. num.14. ante additionem, & in cap.Imperialem, vbi Lipar.add.num.8.de prohib.feu. alien.per Federic.& in conſtit.ſi quis Baro. Capyc.in inueſtit.§. feudorum genera verſ. quaternatum, Camer.in d.cap.Imperialem fol.69.lit.A.qui quinterniones olim in Magna Curia Regiæ Siclæ conſeruabantur, hodie in Regia Camera Summariæ, Fritia de ſubfeud. lib.1.de offic. mag. Camer.num.4. inde in priuilegijs inoleuit clauſulæ, vt infra certum tempus in quinternionibus Regiæ Cameræ regiſtretur, cum clauſula irritãtes, &c.Affli.in deciſ.398.nu.4. Conſ.de Georg. in repet.feu.cap.2. de mutat.natur. per conceſſionem num.2.Reg. Rouit.in commento Pragmaticæ, Regni in rub.de feu. num.49. de quo ad, Fritiam lib.3.de ſubfeu.tit.de different. inter feud. quatern.& planum, & de tabula ſe remittit, & ſolum de feudo quaternato, ſecundum quid per tract.de infra dicam.

PARTIS SEPTIMÆ.

Dilucidatio LVIII.

THEMA.

Feudum quaternatum ſecundum quid eſt illud, quod in capite à Barone, cum conſenſu Regis datur.

SVMMARIVM.

1 *FEudum, quod ab alio, quam à Rege tenetur, & cum Regio aſſenſu alienatur feudum quaternatum ſecundum, quod dicitur.*

2 *Feudum quaternatum ſecundum quid eſt impropriè feudum.*

3 *Feuda talia non, niſi in hoc Regno ad eſſe, de quibus ſolus Fritia locutus eſt, adsũt etiam in Regno Francia.*

4 *Regen. Rouit. dicens talia genera alibi, quam in hoc Regno non adeſſe, fundans ſe in Liparolo aduertatur, quod Liparol. dicit tale feudum eſſe particulare in Regno, & non aliud.*

5 *Conceſſiones, & ſeruitia neceſſario regiſtrantur in libris dominorum feudorum & ſi in alijs Regnis alio vocabulo appellantur, verè feuda quaternata dici debent.*

1 FEudum † quaternatum, quod ſecundo loco poſuimus eſt illud quod non in

capitè à Rege, ſed ab alio Barone cum cõ-
ſenſu Regis datur, & dicitur quaternatum,
ſecundum quid, Iſer. in conſiit. vt de ſuc-
ceſſionibus de ſucceſſ.nobilium in feudis in
princ.& tenetur in quantum, quod mortuo
tenente ſine ſucceſſore, Rex concedit, vt la-
sè Camer. in d.cap. Imperialem fol.69. lit.B.
& ſequ per col. Iacobus de Franch in cap.
feudorum ſpecies numer. 10. Marant. conſ.
79.nu. 1.& ſeq. Hieron. de roſſis in reſpont.
impreſſo in lib.2.deciſ. Franc. Viuij nu. 14.
fol.298. Menoch. conſ.226. num. 269. 270.
ptionem feudum accipitur, & eſt, quando
certo pretio acceptio feudum datur, lib.1.
tit.16.de feu. dar. minimis valuaxoribus ibi
(excepto, ſi beneficium vendiderit eis) vel
viro,vt lib.2.tit.qualit.olim poſt.feu.alien.§.
1.& 2.& cap.1.quemadmod. feu. ad fœminã
6 pertin. Et ſummum † eſt iuris feudalis vi-
tium,vt venale,beneficium dicatur.vt patet
ex l.filium ff.contratab.& ex lib.feu.lib 1. c.
1.de feud.dat.in vic.l.commiſſ ibi (feudum
non ſub prætextu pecuniæ,ſed honore, &
amore domini acquirendum eſſe) Niſi rur-
ſus dicamus cauſa beneficij hoc eſſe: vt ma-
numiſſio inquit Marcellus, etiam ſi non
gratuitum, beneficium tamen præſtitit. l.3.
ff.de obſeq.præſtand.& patron.præſtitit.& ſi
7 † feudum ſub pacto legis commiſſoriæ dari
non poſſit,vt in tit.de cap.qui cur.vendi:ta-
men cum pacto de retrouẽdendo, & pigno-
ratio ſic, quia pactum de retrouendendo
emptionem non impedit,l.2.C. de pact.int.
empt.& vendit.& tali conuentione non fun-
dum,ſed fundi protectio,& fructus ſolum
alienati cẽſentur,cum reſtituto pretio fun-
dus per dominum recuperatur, & feuda
8 † pecunia empta propriam feudi naturam
non habent,ſecundum Bal.in cap.1.de feud.
dat.in vic.leg. commiſſ.in fine, quia non ſub
prætextu pecuniæ, ſed amore, & hono-
re Domini feudum acquirendum eſt,

Mozz.

Mozz.tit. de diuiſ.feud.nu.36. & ſecundum iſtam opinionem cum hodie omnia ferè feuda emptione,& pretio mediante acquiruntur, & donationes feudorum ab aula receſſiſſe,& omnia feuda eſſent impropria,quod inconueniens mihi videtur, & ſufficit,quod cætera requiſita veram naturam feudalem habeant.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio VI.

THEMA.

Permutatio in feudis eſt permiſſa, & eſt, quando feudum cum feudo permutatur, vel proprietas, ſiuè res aliqua pro feudo tradetur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio eſt feudum cum feudo, vel re tradere cum alia, quæ permiſſa eſt.*

2 *Cambium dicitur à cambire, quod eſt permutare.*

3 *Permutatione rei emptionem, & venditionem contrahere, & num.6.*

4 *Proprietas pro feudo, & feudum pro proprietate permutari poteſt.*

5 *Permutatio ſatis emptioni, & venditioni eſt vicina, & cum aſſẽſu domini permiſſa eſt.*

1 FEudorum † permutatio eſt, vel quando feudum cum feudo permutatur,vel proprietas, ſiuè res aliqua pro feudo traditur. Permutatio enim feudi eſt permiſſa, per cap.1.§.cum autem ſi de inueſtit. in c.1. ſi de feud. vaſall. controuerſ.fuer. cap.vnic. §.cum autem ſi de inueſtit.feud. controuer. ſeu.fuer. quibus in locis communiter Doctores, & in cap. vnico §.1. quo temp. mil. ibique,Gerard.Niger,cambium appellat.&
2 † cambium dicitur à cambire,quod eſt permutare, Alciat.lib.1. parer.cap.45. & permutatio vicina eſt emptioni, & venditioni, vt inquit,Caſtrenſ.in l.2.de rer.permut. & ideo Sabiniani, ſiuè Caſſiani permutationem
3 rerum † emptionem, & venditionem contrahi voluerunt, quos tamen Proculiani quorum ſententia obtinuit,improbarunt, l.1.de contrahenda emptione, & docet Iuſtinianus inſtit.in tit.de emptio,& venditione,
4 Borcolt. cap.8. num.46. & ſic † proprietatem pro feudo, & è contra feudũ pro proprietate commutari poſſe. Perſoluitur pretium feudi permutatione; cum tantundem,& eo amplius ob Regnum hoc Neapolitanum Eccleſiæ Romanæ ob tributum debebat,& permutatione debiti egiſſe dice-
5 re debemus; & ſic permutatio † ſatis emptioni,& venditioni eſt vicina, vnde ſi ſine aſſenſu domini prohibita eſt, vt per Iacob. in verſ.cum pacto de non alienando num.1. Zaſ.par.9.num.4.Curt.iun.par.4. num.101. tamen cum aſſenſu permittitur, & per ipsã feudum acquiritur,Hotoman.de feu.diſput. cap.17. in fine, & præcitati Doctores,qui ſi ob aſſenſus carentiam prohibent cum aſſenſu valere dicere videntur.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio VII.

THEMA

Feudum per Iudicis ſententiam acquiritur, & eſt quintus acquirendi modus, vt quando Iudex pronunciauit aliquam rem feudalem alicui dat. Communis.

Quia breuis non opus ſummario.

QVinto feudum acquiritur per ſententiã Iudicis,ſi controuerſia orta Iudex pronunciauerit fundum, qui re vera erat allodialis,eſſe feudalem, eaque ſententia in rem iudicatam tranſierit: quem modum feudũ acquirendi tradidit, Petr. de Bellapert. de feud.cap.6.num.10.& nouiſſimè, Roſental. cap.6.concluſ.72.num.1. Curt.iun. de feud. par.3.membr.1.num.15. Schrader. in commentar.ſuis feud.par.5.cap.5.nu.13.§. ſexto conſtituitur feudum, Alexa. hoc innuit cõſ. 1.nu.4.16.& 24.lib.5.Vvlteius lib.1.de feu. cap.9. num.22. vbi dicit, quod talis modus eſt fundatus in vulgata iuris regula,rem iudicatam pro veritate haberi, etiam ſi fortè in ipſa naturali rei veritate res ſe sè aliter habeat,vt ibi per eum ex quibus tot authoritatibus de communi teſtari poſſumus

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio VIII.

THEMA

Feudum per ſucceſſionem acquiritur, & eſt ſextus feuda acquirendi modus, & in his quæ poſſidentur ſucceſſio cadit. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio duplex patrimonialis principalis, alia ſimplex non patrimonialis.*
2 *Succeſſio rerum tranſmiſſibilium, duplex, ſimiliter duplex patrimonialis continens ſucceſſionem, ex teſtamento, vel ab inteſtato.*
3 *Succeſſio non patrimonialis, quæ fit per remotionem alterius in cuius locum ſuccedit, & hæc eſt in dignitatibus, & officijs in Regnis.*
4 *Principatum in populo non ſanguini deferendum, ſed vitæ.*
5 *Dignitas officia, & Eccleſiaſtica adminiſtrationes iure hæreditario non deferuntur, & morte adminiſtrantis finiunt.*
6 *Populus etiam Regem ſibi conſtituebat, & ità faciendum.*

Succeſſio plures ſuccedendi ſpecies habet de quibus latè per plures dilucidationes infra in ſeq. art. 9. vbi materia ſucceſſionis diffuſè per tractatur, & hic breuiter aliqua tangam, & pro ipſius ſucceſſionis materia explicanda, aduertendum eſt, quod rerũ quædam poſſidẽtur patrimonialiter: vt domus, prata; & alia bona ſingulorum, quædã vero nullatenus poſſidentur patrimonialiter: vt res publicæ: vt putà itinera publica: flumina, mare: quod eſt commune: ſimiliter nec Eccleſiæ dignitates: Imperium, officia publica eccleſiaſtica, ſeu ſecularia: vt inſtit. de rerum diuiſ. in princ. & §. ſeq. ac l. 1. ff. eo-
1 dem, eſtque ſucceſſio † duplex vna patrimonialis, quæ principalis eſt: alia ſimplex vllatenus patrimonialis, nec hæreditaria, ſed per remotionem alterius à re, & loco,
2 quantum † ad res paſſiuè ſucceſſibiles, duplex ſucceſſio reperitur, quidam, quæ patrimonialis eſt: quam etiam textus iuris canonici hæreditatem appellant, & iſta appellatur à quibuſdam ſucceſſio per tranſmiſſionem, quæ in ſe continet ſucceſſionem ex teſtamento, vel ab inteſtato, de qua loquitur, tex. leuit. cap. 25. ibi habentis famulos, &c. eodem tit. de ſucceſs. ab inteſtato, & de hæredibus inſtit. & ſucceſſionem ſingularẽ, quæ in rem dicitur, vt in l. etiam de iure iurand.

Alia eſt ſucceſſio ſimplex vllatenus patrimonialis; nec hæreditaria: ſed per remotionem alterius à re, vel loco: & hæc à quibuſdam
3 ſucceſſio per remotionem † appellatur: quæ propriè dicitur ſucceſſio in locum alterius, ideſt ſucceſſiua poſitio de, qua loquitur l. Gallus ff. r. de liber. & poſthum. l. 2. de libor. præter. & l. poſthumorum ff. de iniuſto rupto, & irrito teſtamen. cum concordantibus, & hæc habet locum in dignitatibus in officio Imperio, & ſimilibus, & beneficijs, & de hac loquitur l. meminiſſe de offic. pro conſul. & legati §. vt omnes iudic. tam ciui. quam mili. C. quæ diſtinctio habetur, & probatur, in cap. epiſcopo, & cap. Apoſtolicam 8. q. 1. & per totam illamq; Innoc. in c. venerabilem de electi on. Io. Menoc. in §. fi. vt litẽ præſunt, & e. ſi ſibi de præbend. c. indemnitatibus de electio. lib. 6.

Hæc ſucceſſio ſimplex: non autem hæreditaria, ſiuè patrimonialis: ſed per remotionẽ de iure communi habet locum in Regnis: poteſtatibus: officijs, & dignitatibus. Hinc tex. 8. q. 1. cap. Moyſes ſic ait (vt ſciremus
4 † Principatum in populo, non ſanguini deferẽdum eſſe; ſed vitę.) & in e. ſi ergo eadem q. legitur (nulla hic Populi acclamatio nulla hic conſanguinitatis ratio, nullam propinguitatis habita contemplatio, vt propinquis tradetur regimẽ Populi: ſicut eis agrorum, & à Prædiorum relinquitur hæreditas, &c.) & hoc etiam, dicit gloſ. in d. c. Moyſes & 8o. diſtinct. e. ſi tranſitus, hinc etiam dicit
5 tex. quod † dignitas & officia, ac eccleſiaſticæ adminiſtrationes iure hæreditario non poſſidentur, c. conſuluit. de iur. patron. cap. Apoſtolica 8. q. 1. c. ad extirpandas, & c. ex tranſmiſſa de fi. præsbyter. inde etiam morte adminiſtratoris finiunt adminiſtrationes: & ad hæredes non tranſeunt, ff. ſimillimo inſtit. quib. mod. tut. fi. & l. 2. de tut. & ratio: diſtra. facit, §. in auth. de defenſ. ciuit. & l. tu-
6 tela de tute. † & Populus etiam Regem ſibi conſtituebat, vt in 3. Reg. cap. 16. ibi (cum audiſſet rebellaſſe, Zabar. &c. fecit ſibi Regẽ omnis Iſrael, &c.) & in 4. Reg. cap. 14. ibi (tulit autem vniuerſus Populus, Iuda Azariam annorum 16. & conſtituerunt eum Regem pro patre ſuo, idest in locum patris ſui & cap. 11. eodem, de hoc eſt etiam tex. cum gloſ. in l. ex hoc, de iuſtit. & iure, & in Iuda

Regna

Regna condita, &c. dicit gloſ.ſcilicet à ſingulis gentibus, quæ ſibi Regem elegerunt, & ita faciendum, dicit Iſidorus phyloſ. in lib, polit.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio IX.

THEMA.

Succeſſio per conſuetudinem datur, etiam contrà ius maximè in feudis. Communis.

SVMMARIVM.

1 *SVccedēdi modus nouus per legem induci poteſt, & ſic etiam per conſuetudinem, quæ imparem obtinent.*
2 *Conſuetudo derogat legi, & illam tollit, maximè in publicis adminiſtratoribus, in quibus multum operatur.*
3 *Cōſuetudine induci poteſt, quod in Regno, Principatibus, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, & feudis ſuccedatur.*
4 *Regnum eſſe hæreditarium, & ſic in eo ſuccedit.*
5 *Regna, vt hæreditaria ſi ſint de conſuetudine, talis conſuetudo rationalis eſt, & rei publicæ vtilis.*
6 *Succeſſio Regni feudorum, & aliorum, ſi nō detur conſuetudine, ſtatur iuri communi.*
7 *Conſuetudo tantam vim habet, quod ex ea variæ contra ius commune dantur ſucceſſiones, cum exemplis.*

1 VErum eſt, quando per legem, noui ſuccedēdi modi induci poſſunt, vt inſtit.de eo cui liber.cauſ.&c. in princ. & de acquirend. poſſ. per arrogatum in princ. ſic etiam per conſuetudinem, quia quod poteſt lex, & conſuetudo: cum parem obtinent vim: per tex. l. de quibus de legib. imò
2 † conſuetudo derogat legi, & illam. tollit, vt d.l.in fine, & l.creditor, ff. ſi conſtat cum præmiſſis, & maximè in publicis adminiſtrationibuss, in quibus multum operatur, l.non tantum, ff. fin. de fur. cum concord. & in feudis quib. mod.feud.amitt. cap.1.ff. 1.ibi (cum dicit morem, &c. id eſt conſue-
3 tudinem, &c. ſic per † conſuetudinem, poteſt induci, quod in Regnis, Principatibus, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus feudis, & ſimilibus ipſius vigore ſuccedatur, & in eius vim deſerantur, hæredibus, & in eis iure hæreditario ſuccedatur, per cap.licet de voto, & vot.redempt.&c. vbi tex.dicit, quod filius Regis Vngariæ: quem ei in Regno ſucceſſerat ſi votū Patris ſibi iniunctum non adimpleat: ſucceſſione patris ſe redit indignum: vt hæreditatis emolumen-
4 to priuetur, &c.)& ſic tex.ibi dicit † Regnū hæreditatem, & conſequenter, iure hæreditario filium in eo ſucceſſiſſe: probatur, etiam in cap.grandi, de ſupplendo. neglig. Prælator.lib.6.ibi in iure Regni ſuccederet, vbi dicit, quod Regi Portugaliæ ſine liberis decedenti ſuccedit frater eius Iure Regni, ideſt Conſuetudine Regni, &c. & gloſa ordinaria ponit hanc quæſtionē in c. Moyſes
5 8. q. 1. Hæc enim † conſuetudo rationalis eſt, & Reipublicæ vtilis: ergo præſcriptibilis, & optima, cap.fi. de conſuetud. vnde phyloſ.in polit.& Ægid. Roman.in 3.ſui cōmenti de regim.Princ.dicit, quod vtilius eſt Regna deferri per ſucceſſionem, quaſi hæreditariam ad primogenitum cum per electionem ad quamuis transferri, vt multis rationibus ibi probant. Ergo conſuetudo optima eſt, & ex ea Regna dignitates feuda, & ſimilia dari poſſunt, & quando in eis ex
6 vi † conſuetudinis non defertur ſucceſſio ſtatur iuri communi, & viribus ſucceſſionis ſimplicis, quæ de iure communi diſponitur in his ſucceſſio datur. Nam lex dicit, quod quidquid in contrarium non reperitur ſtatutum, vel obſeruatum, id legum, & conſtitutionum regulis: omnino intelligitur relictum, vt l. præcipimus in fine de appellat. ff.1.& fin.de non alien.gloſ.in l. tam his donat.cauſ.mort.& in Clement.1. de cenſ. Io. de Terra.rub.in tract.contra rebell.tract.1
7 art.1. concl.6. & † conſuetudo tantam vim habet, quod ipſius vigore variæ contra ius commune dantur ſucceſſiones, vt in Regno Aragonum de conſuetudine ſucceditur ex teſtamento, vt vidi per publica inſtrumenta, dicit Io. de Terra rub. vbi ſupra concl. 7.per d. cap.licet de voto, in alijs autem, vt in Regno francorum ſuccedunt certi, ſed nō ex ſucceſſione teſtamentaria, vel ab inteſtato: niſi priuatiuè ſumpto, in eo videlicet, qui ratione rei teſtari non poteſt iuxta tex.in l. 1.in prin. verſ.plenè de ſuis, & legit. vbi ponitur equiuocatio huius termini ab inteſtato: & in altera ſui ſignificatione ſtat pro eo qui teſtari non poteſt, ſtatus ratione, vel ſimili: vt ſeruus, vel furioſus, & ſimilis ſine teſtamento ſuccedens.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio X.

THEMA.

In Regnis, & alijs primogeniti ſuccedunt ex ſola vi conſuetudinis. Communis.

SVMMARIVM.

1. *SVcceſſio in Regno Franciæ ex Conſuetudine defertur primogenitis maſculis ex linea recta quibus deficientibus ſuccedunt mares tranſuerſales iuxta gradus prærogatiuam.*
2. *Succeſſio primogeniti in Regno Franciæ eſt etiam de iure diuino.*
3. *Succeſſio Regni aliquando ex diſpoſitione diuina abitor primogenito, & defertur ſecundogenito, ut in Salamone*
4. *Primogeniti in Gallia de Conſuetudine generali ſuccedunt.*
5. *Succeſſio in primogenitum eſt etiam de iure canonico & ciuili, vt deſcendens præferatur Collaterali.*
6. *Succeſſio deſcendentium cõuenit legi Apoſtolicæ, vbi filius, ergo hæres.*
7. *Primogenitus, vt ſuccedat, conuenit bono, & vtilitati communi Populi.*
8. *Regna vtilius eſt per ſucceſſionem deferri, quam per electionem.*
9. *Regnis ferè omnibus mundi ſuccedit primogenitus, & enumerantur aliqua Regna.*
10. *Primogeniti ſuccedunt in multis Italiæ Ciuitatibus.*
11. *Primogeniti Iudeorum cuncta duplicia habent.*
12. *Primogeniti apud Ægiptios ſuccedunt.*
13. *Secundogeniti, ſi aliqui ſucceſſerunt contra ius, deinde fuerunt electi.*
14. *Primogenitus Pontificis Maximi Menptu, quæ prima, & præcipua Ciuitas erat, Ægipti ſuccedebant.*
15. *Primogeniti in Regnis Mohobitarum, Albanorum, Spartanorum, Macedonum, Troianorum, & in alijs.*
16. *Primogenitus habens Regnum, vel aliud ex conſuetudine, & dicatur prædeceſſoris ſucceſſor, non tamen eſt propriè ſucceſſor.*

1 SVcceſſio ✝ in Regno Franciæ ex con-
conſuetudine defertur primogenitis ma
ſculis, ex linea recta eorum, quibus ſucce-
ditur: & illa deficiente ſuccedunt mares
tranſuerſales iuxtà gradus prærogatiuam;
Nec mirum eſt ſi ex ſola vi conſuetudinis,
in d. Regno ſuccedatur, nam, & ſi aliquan-
do ex ſola vi legis defertur ſucceſsio, vt in-
ſtit. de legit. Agnat. ſucceſſ. in princ. & quã-
doque per Senatum condemnatu, vt inſtit.
de Senat. Conſult. Tertul.ità, & ſimiliter
per conſuetudinem, vt l. Diuturna ff. de leg.
& ex alijs ſuperius dictis: & hæc ſucceſsio
2 ✝ primogenito in Regno Franciæ, eſt etiam
de iure diuino per legem Moſaycam, vt in
Deutheronom. c. 12. ibi ſi quis habet duas
vxores vnam dilectam, & aliam odioſam: &
filius odioſæ fuerit primogenitus, & filius di
lectę ſecundogenitus, nõ poterit filiũ dilectę
facere primogenitũ, & præferre alteri, ſed
filius vxoræ, qui primogenitus eſt agnoſcet
primogenitutam, ac de eis, quæ habuerit,
dabit cũcta duplicia: Hinc dicebat de Ado-
hais, frater Salomonis primogenitus: quod
Regnum ad eum pertinebat iure primoge-
nituræ: ſed ex diſpoſitione diuina fuit trãſ-
latum ad Salomonem: vt in 3. Reg. cap. 2.
facit gloſ. in c. Molſeſ, 8. q. 1. idem in 4. Reg.
cap. 1. vbi Oziæ Regi filium non habenti
4 ſucceſsit Iranus, quod in Gallia de ✝ con-
ſuetudine generali primogeniti ſuccedunt,
dicit Oldrad. conſ. 224. iſtæ ſunt allegatio-
nes, in princ. Iſern. in cap. 1. §. ſed & res tit.
per quos fiat inueſtit. Bald. in l. cunctos Po-
pulos, verſ. ſed quæro de effectu, C. de ſum.
Trinit. & fide Catth. & ex alijs, Tiraquell. in
tract. de iure primogenit. in præfatione n. 3.
5 Conuenit hæc ✝ ſucceſsio in primògenitũ
de iure canonico, vt in cap. grandi de ſup-
plend. neglig. prælat. & etiam de iure ciuili
53. quod linea deſcendentis præferatur Col-
laterali. vt in auth. de hæred. ab inteſtat. §. vt
diſtinctius, & latius de omnibus lineis dici-
mus infra ſuo loco. Conuenit etiam talis
6 ſucceſsio ✝ legi Apoſtolicę, dicenti, ſi filius
ergo hæres ad Galat. cap. 4. & ad Roman.
7 cap. 8. Conuenit etiam ✝ bono communi,
& vtilitati Populi, vt primogenitus ſucce-
dat, ſecundum Philoſophi in polit. & Ægid.
in 3. de Regin. Princ. vbi etiam dicitur, &
per plures rationes comprobatur, & verũ
8 oſtenditur, ✝ vtilius Regna per ſucceſsionẽ
deferri, quam per electionem dicit Ioannes
de Terra rub. contra rebell. in art. 1. tract.
1. concluſ. 8. & in fore ✝ alijs Regnis omni-
bus mundi obſeruatur, quod primogeniti
ſuccedant: ſic in Hiſpania, Oldrad. de Re-
gno Aragoniæ loquente conſ. 94. eleganter

circa

Digitized by Google

circa negotium, col.vlt.& conſ.ſeq. ex for-
ma iſtius,col.2. & conſ.231. vt eius de quo
quæritur, Caſtrenſ. conſ.16. ſimpliciter de
Hiſpania loquitur, Panorm. in conſ.85.in
preſenti quæſtione lib. 1. vbi loquitur de
Regno, Caſtelle, Barbat.num.18. ſapienter
ſcribitur,col.2.& itarum col.7. lib.2.vbi lo-
quitur de tota Hiſpania, quod & repetit,
conſ.28.clariſſimi Principes,in princ.lib.eo-
dem, vbi tamen ab eo quod vniuerſaliter
dixerat de tota Hiſpania, excipit Inſulam
Maioricarum, & in Luſitania quoque,quod
Portugalium hodie appellant id obtinere
ſatis conſtat, ex cap.grandi, & ibi notat de
ſupplenda neglig. Prælat. & ex Dec. conſ.
443.in caſu ad me tranſmiſſo in principio,
idem in Anglia teſtatur, Petr.de Bella.pert.
in §.vlt.inſt.de iure natur. & alij multi per
Tiraquell.in d.præfat.one nu.5. eodem iure
primogenituræ vtuntur. Vngari,qui Panno-
niam inhabitant, vt in d.c.licet de voto, idẽ
in Regno Apuliæ, ſiuè hoc Neapolitano,vt
per Bald.conſ.275. Cuius eſt exordium;
quod pro regula in ſeudis traditur, col. 3.
verſ.item, quia non habet lib.2.in quo Re-
gno, quod Siciliæ Citra farum ſimiliter
ex pacto primogenitus ſuccedit, vt per
Iſern.in cap.1.in fine de eo, qui ſibi,& hæ-
redibus ſuis,& hoc, & in Regno Siciliæ,vl-
tra farum ab primogenitus ſuccedit ab an-
tiquiſſimo tempore, vt apud Iuſtinum i
inotio lib.21.Mortuo Dioniſio Siciliæ, aut
Rege, aut Tiranno, in locum eius ſimiliter
maximum natum ex eius filijs nomine Dio-
niſium ſuffecerunt, & maturam, vt ſubdit
ętatem ſecutos,& quod arbitratur Regnum
firmius futurum remanſurum pęnes vnum
quam pęnes plures filios diuideretur, ſed,&
Gelone Siracuſarum (ea eſt Siciliæ capud.)
Rege mortuo ei in Regno ſucceſſit Hiero.
cęteris fratribus natu maior.vt per Dioder.
ſicul.lib.11. Item Allobroges ab antiquiſſi-
mo primogeniti ſuccedebant teſte, Liuio
Belli puniri lib.2.& tẽpore Annibalis Bra-
uum maiorem natum Regnum obtinuiſſe,
& hodie etiam teſte, Ant.Rub.conſ.333.vi-
ſo caſu col.4. verſ.tertio principaliter, eo-
dem iure apud inſubres ſuccedit teſtatur
eremen, in ſing.50. hoc initio vidi pulcram
10 diſputationem, & in multis † alijs Italiæ
Ciuitatibus ita ſucceditur in quam rem eſt
nuncupatum ſtatutũ Tuder ſonum,vt refert
Petr.Ancaran.in repet.canon.ſtatuta,12.q.
prima verſ. quæro iuxtà prædicta de quæ-
11 ſtione tali extra de conſtit.item † Iudeorũ
primogenitos cuncta habere duplicia, vt in
Deuteronom.ſcribitur,cap.21.& Ioſeph de
antiquit.lib.4. cap.6. ac Io. And. Cardinal.
Florent.& Panormit.in c.licet extra de vo-
to,& alij per Tiraquell.vbi ſupra n.12. item
12 apud † Ægyptios mos fuiſſe, vt primoge-
tus cęteris pręferatur, vt exod.c.11.Trogus
& qui eius epitomem facit,iuſtin.lib.16. &
13 ſi contra † ius gentium poſt, Alex. mortẽ
Regnum obuenit minimo natu, & ſi mor-
tuo Ptholomeo Ægypti Rege Cleopatra
dedit Regnum minori filio ea mortua filius
fuit eiectus, & primogenitus Regnum tra-
ditum fuit. Lucius Florus in epitomæ, Liuij
lib.46. & ex Eliodoro Phenicio lib.1. & lib.
14 7. † Primò gentium Pontificis Maximè
Menaphitis,quæ prima, & præcipua Ciuitas
totius Ægypti erat;in ea dignitate ſuccede-
15 re ſolitum. idem iure † primogenituræ
etiam Mahobiti ſuccedebant,vt in lib. Reg.
4. c. 3. in fine eodem iure quoque Albani
Authore Liuio poſt initium ſui libri primi,
idem in Græcis. Emilius, & Plutarchus,in
vita Ageſilai,in princ.& in vita Egidon,&
Heredotus in Palimnia vbi de Leonida
Spartanorum Rege loquitur eodem iure
primogenituræ Macedoni vtuntur, vt apud
Liuium 4. decad. lib.10.& ex Iuſtino lib.7.
idem mos apud Troianos fuit cum Hector
natu maior, & virtute præſtantur defuncto
Priamo Regnum ſuſcepturus, vt ex Virgil.
in Æneyd.

Præterea ſceptrum ilione, quod geſſerat
olim.

Maximam naturam Priami,

& ex alijs.Tiraquell.in d. præfatione nu.28.
idem apud Perſas, ex Platone in lib. Alci.
biadis, Plutarc. in vita Artaxerſ.Paulo ante
finem,& ex Præcopio lib.1.de Bello Perſico
Tiraquell.ibidem num.29.& 30. idem apud
ſitos apud Partos, apud Germanos, apud
Numidas,& apud omnes gentes in vniuer-
ſum ex multis, Tiraquell. in d. præfatione,
num.15.31.32.33.34.& 35.& latiſſimè pro-
16 bat. Aduerte, † quod vbi conſuetudo de-
fert Regnum,& alia primogenitis,& ſi dica-
tur eius ſucceſſor, & hæres, tamen Regnum
& ſucceſſionem ab eo habere non dicitur
ratio eſt, quia in patrimonialibus locus eſt
de iure ſucceſſionis hæreditariæ, ſed in Re-
gnis cum ex conſuetudine primogeniti ſuc-
cedunt non ſunt decedentis ſucceſſores be-
ne verum eſt, quod in patrimonialibus ha-
bent plenius ius,quam Rex in Regno. Nã
ille poteſt donare iſte non, & ſucceſſores
illius non vendicant, ſed iſtius ſic. Nam
propterea Imperator dicitur Auguſtus ab
augendo, vt in procem. ff. &c. & inſtit per
gloſ.in q.qua quæritur de donatione facta
per Imperatorẽ Conſtantinum: Papæ Syl-
ueſtro de qua in Auth.quomodo oportet,
Epi-

Digitized by Google

Epiſcop. vel Abbat. multa de ea per Ioann. de Terra rub. in ſuo tract. contra rebell. tract. 1. art. 1. concl. 13. fol. 14. in gloſ. in verſ. donatio litera A. & poteſt Imperator à ſuo prædeceſſore in diminutionē Imperij male alienata recuperare, & eius factum in præiudicium Imperij reuocare, vt pluries diximus, & eſt notum.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XI.

THEMA

Succeſſio teſtamentaria per inſtitutionem, vel fidei commiſſum, aut legatum, & ſi in allodialibus præcipua reputatur in feudis vera, maximè pacto, & prouidentia non ita, & eſt nulla etiam per donationem cauſa mortis. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio ab inteſtato per teſtamentum excluditur in allodialibus vero eſt præcipua.*
2 *Feudorum vlla diſpoſitio per vltimam voluntatem valet.*
3 *Feuda legis prouidentia non teſtatoris voluntate deferuntur.*
4 *Teſtamentum valet de his, quæ ex teſtatoris voluntate veniunt non ex aliena dependentibus.*
5 *Feudum ſine domini directi voluntate alienari non poteſt.*
6 *Alienationis verbo, ſiuè nomine veniunt legata fideicommiſſa, & omnes quæcunque diſpoſitiones.*
7 *Feudi diſpoſitio, nec per hæredis inſtitutionem valet.*
8 *Feudum, nec legari, in teſtamento poteſt.*
9 *Feudum, nec mortis cauſa donari poteſt, nec pro anima legari.*
10 *Feudum per fideicommiſſum relinqui non poteſt.*
11 *Feudi diſpoſitio ſine aſſenſu in teſtamento vel in contractu non valet.*
12 *Feudum in reſtitutione fideicommiſſi non venire, quia non iure hæreditario, ſed beneficio domini venire.*

1 VErum eſt iure ſucceſſionem ab inteſtato in allodialibus, per teſtamentũ
excludi, l. quamdiu l. in plures, & l. illud ff.
de acquir. hæred. l. ſi quando ff. de reg. iur.
l. antiquam C. commun. de ſucceſſ. Valens.
Fereſter. de ſucceſſ. cap. 7. num. 5. cap. 12. nu.
5. plurib. ſeq. c. 26. per totum lib. 6. Roſent.
de feud. cap. 7. concl. 2. in gloſ. lit. D. de quo
2 contrarium eſt in † feudis cum nulla diſpo-
ſitio vaſalli teſtamentaria alterius nè vltimæ voluntatis de feudis facta valet, per
tex. in cap. 1. in prin. vbi communiter Doctores Feudiſtæ, Afflict. n 63. & ſeq. Schenc.
num. 5. & ſeq. de ſucceſſ. feud. tex. in cap. 1.
§. donare, qualit. olim. poter. feud. alien. Feudiſtæ communiter in cap. 1. de alien. feud.
patern. in cap. 1. de alien. feu. pater. in cap. 1.
de prohib. feud. alien. per Federic. cum le-
3 gis † prouidentia nõ teſtatoris, feudum tri-
buitur, cap. 1. §. cum vero de his qui feud.
dar. poſſ. arg. l. cum patronus ff. de leg. 2. vt
Hotoman ait in d. cap. 1. de ſucceſſ. feud. in
verſ. ordinatione defuncti, & patronus ſibi
perpetuam beneficij authoritatem retinet;
vt cuicunque de ſtirpe perueniet ipſe non
parentem, ſed patronum authorum benefi-
4 cij agnoſcat: ergo de his demum † teſtari,
licet, quæ ad hæredem non aliunde, quam
teſtatoris voluntate veniant atque adeo teſtamenti beneficio, l. ſi arrogator ff. de Ado-
5 ption. & quia † feudum ſine voluntate domini alienari nequit, vt infra dicimus in di-
6 lucidatione 20. Alienationis † enim nomine, & legatum fideicommiſſum, & cętera veniunt, l. dotalem ff. de teſtam. milit. l. 1. §. 1. ff.
ſi quis in fraudem patroni, l. filius familias,
§. pari de his, quæ feud. dar. poſſ. Laudent. in
cap. 1. §. 1. de his qui feud. dar. poſſ. num. 5.
Io. de Anan. de feud. reuocat. Io. Blanc. in
ſumm. feud. cap. 1. num. 1. lib. 3. Iacobin. de
S. Georg. de feud. par. 4. num. 125. Zaſ par. 8.
num. 60. Vvſembech. cap. 6. num. 6. & cap. 11.
num. 6. communem, dicit Menoch. conſ. 181.
num. 1. & præſumpt. 142. num. 6. & ſeq. lib. 4.
Borcolt. cap. 7. par. 2. nu. 3. Thom. de Marin.
de gener. & qualit. feud. tit. 2. par. 1. nu. 55.
Mozz. latè in tit. de natur. feud. num. 78. &
ſeq. vbi hoc de natur. feudi eſſe dicit, & tit.
ex quib. cauſ. feud. amitt. num. 124. verſ. amplia primo, Scheneid. de feu. p. 6. de ſucceſſ.
feud. cap. 1. de ſucceſſ. ex teſtam. nu. 2. & 4.
ac in §. fi. nu. 14. inſtit. de teſtam. Mantic. de
coniectur. vlt. volunt. lib. 7. tit. 9. nu. 3. Scrader. de feud. par. 7. cap. 2. num. 1. Vvlteius
lib. 1. de feud. cap. 9. num. 70. ex communi, &
nu. 73. hoc omnes tenere, ait Pariſ. in conſ. 7.
num. 13. lib. 1. Roland. à Valle conſ. 71. nu. 8.
& ſeq. conſ. 79. num. 1. & 2. vbi tritam hanc
con-

coaclusionem eſſe dicit lib.2. idem conſ.1.
num.2.lib.4.Iul.Clar.in ꝟ. ſeudum q.40.n.1.
& ſeq.& tradunt ac reſolũt omnes alij mul-
ti allegati per Roſent.de feud.c.7. concl.2.
in gloſ.literis B.C.D. & communem etiam
teſtatur, Hotoman conſ.31. nu.14. & regu-
lare, Viu.in commun.opin.ſub litera F.verſ.
vaſallus, Camerar.in c.Imperialem ſol.23.
7 litera G. & pluribus ſeq. Nec † hæredis
inſtitutionem fieri poſſ. vt in ſpetiè dixit,
Bald.in d.cap.1. de ſucceſſ.feud num.5. vbi
ait (Nec ex teſtamento, nec ab inteſtato,
ſed Anomolam hæredem ſuccedere, Belui.
in cap.Imperialem de prohib.alien.per Fe-
deric.ibique, Bal.nu.4. Afflict.q.1.num.32.
Laudenſ.in cap.1.num.5.de his qui feu.dar.
poſſ.in princ. Borcolt.cap.7. num.13. Pariſ.
conſ.3.nu.27.lib.1.Bart.in l.fi.vt ius iurandi
§.liberi num.2.ff.de bon.libert. Bart. Socc.
conſ.19.nu.18.lib.1.Roland.à Vall.conſ.71.
8 nu.9.lib.2. Scradèr.vbi ſupra, nec † feudum
nec legari poteſt, d.cap.1.de ſucceſſ.feu.c.1.
ꝟ.donare, qualit olim feud.alien. pot.& v-
trobique Doctores, Bald.in cap.1.num.4. de
prohib.alien.per Federic.vbi Io. Raynaud.
in ꝟ. habito gloſ.ibidem in verſ. ſeu aliena-
re, Curt.iun in tract.de feu.par 4. num.125.
& ſeq.ex communi Pariſ. ſimiliter commu-
nem dicit, in conſ.7. num.13. lib.1. Michael
Graſſus lib.recept.ſenient.ꝟ.legatum q.14.
nu.18.hanc vulgarem, & tritam concluſionẽ
eſſe dicit, & nullum dubium habere, quo ad
legatum factum extraneo num. 190. & ex
alijs, Roſental.in d.cap.7.concluſ.2.in gloſ.
litera D. Nec † mortis cauſa donari, Bal.in
d.cap.1.nu.18.Præpoſit.nu.1.Camer.fol.23.
& ſeq.vbi quod nec pro anima quid de feu-
do legari, & mortis cauſa dari poſſit, Afflict.
ibidem nu.31.& in d.ꝟ.alien.per tex ſingu-
larẽ in l.1.in prin.ff.de tut.& rat.ibid. Aluar.
per l.alienatum §.donat.ff.de verb.ſig.Hoto
mã in prin.d.tit.qualit.olim pot.&c.& conſ.
31.nu.13.& 14. facit tex.& fideicommiſſum
ff.de leg.3. l.fi.C.de donat.cauſ.mort.d.l. fi-
lius, §. pari ff.de donat.& ex alijs, Roſental.
10 cap.9.concluſ.6.nu.2.Nec per † fideicom-
miſſum relinquere feudum, & in hoc diſtin-
gue, aut teſtator expreſsè diſponit, quod
feudum veniet in reſtitutione fideicommiſ-
ſi generalis, vel legari reſtituendum in ex-
traneum, & non in proximum ſucceſſorem
11 vocatum à lege inueſtituræ, vel † conſue-
tudinis talis diſpoſitio non valet, quia con-
tra legem feudi.non dubium, C.de legib. l.ſi
quis integris ꝟ.fi.ff.qui & à quib.cum vulga-
tis, aut verò hoc teſtator vaſallus non ex-
preſſit, ſed ſimpliciter iuſſit hæreditatem
totam reſtitui, aut poſt mortem hæredis, ſed
ſub alia cõditione, vel die, & Doctores abſ-
que diſtinctione vlla dicit regulam eſſe
12 † feuda in reſtitutione fideicommiſſi non
venire, quia non continentur iure hæredi-
tario, ſed beneficio domini, c.1. An Agnat.
vel fil.tradunt ſic, Dyn.à Bart.allegatus in
l.ſi patroni in princ.num.3. ff.ad Trebell. &
poſt eum Laudenſ.in cap.1.num.fin. de leg.
Corradi, Tiraquell.de retract. lignagier. ꝟ.
1.gloſ.3.aueubiens num.8.in fine, Alexand.
conſ.91.Ponderatis his num.11.& 13. com-
munem eſſe etiam in feudis addens lib. 1.
Mantic.de coniector. vlt. volunt. lib.7. tit.
9.num.5.latè Roland.à Valle conſ.29.quia
decreto Principis num.11.lib.3.communem
dicit idque regulare eſt, dicit Mozz. de na-
tura, Vulteius num.118.lib.1.& ſic in feudis
ab inteſtato vera ſucceſſio eſt in proximum
ſucceſſorem, de alijs modis ſuccedendi, &
qui, & quomodo ſuccedatur in Regnis, &
diſtinctius dicimus in ſequenti part. 9. per
plures dilucidationes.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XII.

THEMA.

Succeſſio feudi hæreditarij pro quibuſcunque, vel quibus detur per teſtamentum, aut contractum valet etiam in extraneum, & feudi mixti pro filijs, & hæredibus, qui proximum ſucceſſurum ſimiliter, valida eſt. Communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *FEudum acquiſitum pro quibuſcunque hæredibus, & quibus dederit etiam ad extraneos ſine aſſenſu datur.*

2 *Feudum receptum pro filijs, & hæredibus non tranſit niſi ad deſcendentes, & hæredes, copulatiuè.*

3 *Primogenitus, ſi debet ſuccedere in feudo fideicommiſſum, uel alia diſpoſitio, nec inter ſucceſſores ualet, ſine aſſenſu.*

4 *Feudi diſpoſitio in proximum ſucceſſurum abſque aſſenſu valet, & deciſum, contra Camerar.*

5 *L.fin. de edict. diui Adrian. tollend.habet locum*

locum, quando deſponitur de feudo in proximum ſucceſſurum.

DE feudo, an ſine aſſenſu directi domini
diſponi poſſit diſtingue, aut feudum eſt
1 ſimpliciter conceſſum pro † ſe, & hæredi-
bus, quibuſcunque, & cui dederit. aut pro
ſe, & filijs, & hæredibus, quod eſt mixtum.
Primò enim caſu etiam inter extraneos va-
let diſpoſitio per fideicommiſſum legatum
aliamque vltimam voluntatem, & etiam
per contractum abſque directi domini aſſē-
ſu, Curt. iun. de feud. par. 4. num. 135. Pariſ.
conſ. 30. nu. 69. lib. 2 ſequitur Grauett. conſ.
256. Michael Graſſus lib. receptar. ſenten-
tiarum, §. fideicommiſſum q. 50. Mozz. de
natural. feudi nu. 109. verſ. ſed in feudorum
2 fol. 155. Secundò enim caſu † diſpoſitio non
niſi in proximum ſucceſſurum, & hæredem
valet, ità conſuluerunt, Soccin. conſ. 27.
num. 22. lib. 1. conſ. 115. lib. 2. Gozadin. conſ.
28. num. 1. quæ diſtinctio veriſſima eſt dicit,
& ex alijs firmat, Vulteius de feud. cap. 9.
num. 119. fol. 555. Thom. de Marin. de gener.
feud. tit. 5. num. 38. etiam in † filios proximè
ſucceſſuros, vt in eorum præiudicium fidei-
commiſſum non valeat, quia primogenitos
fortè ſub conditione, ſi ſine liberis, &c. gra-
uatus, & ita rurſus ſecundogenitus, &c. ſed
in proximo ſucceſſuro libera diſpoſitio va-
let, vt ex alijs multis firmat, Roſental. de
feud. cap. 7. concl. 11. in gloſ. litera G. ſed
4 quando in teſtamento † diſponitur in pro-
ximum ſucceſſurum comprehenſum in pri-
ma inueſtitura liberè, & abſque vlla condi-
tione diſpoſitio eſt valida, & non procedit,
tex. cap. 1. de ſucceſſ. feud. vt tradit Iacobin.
de S. Greorg. in ver. & cum pacto, quod de
ipſo num. 10. inquiens hoc voluiſſe Io. And.
in addit. ad Speculat. in tit. locati, §. nunc
verò aliqua, in additione incipiente quæſtio
non eſſet dubia iuncta alia additione ſub
verſ. 158. quod, & Iul. Clar. in §. feudum
q. 85. num. 3. in fine apertè ſentit, & Michael
Graſſ. in d. §. fideicomm. eadem q. 50. num. 3.
in fine, Menoch. conſ. 104. nu. 19. lib. 1. conſ.
102. num. 52. & præſumpt. 117. num. 11. lib. 4.
Hipol. Rimin. conſ. 9. nu. 88. & alij per Vul-
teium vbi ſupra, num. 75. latè Fritia. in 20.
different. inter feud. ex pact. & feud. hæredit.
Io. Vinc. de Ann. in repetit. Conſtit. Conſti-
tionem Diuæ memoriæ, nu. 134. & commu-
niter à Doctoribus teſtatur Iaſon. in præ-
lud. feud. nu. 46. Roſental. d. cap. 7. concl. 11.
in gloſ. litera B. ex alijs gloſ. in Conſtit. Re-
gni hac edictali, quod in feudo hæreditario
dixit ibi, Iſern. bene procedere, & dum
legatum, ſiuè diſpoſitio ſit immediato ſuc-
ceſſuro, quamuis Camer. in d. c. Imperialem
de prohib. feud. alien. per Federic. fol. 32. lit.
F. dicat, quod illud minimè capiat occaſio-
ne legati, ſed exprima conceſſione, tamen
eſt practicatum, & deciſum contra talem
5 ſuam determinationem, vt † ſemper valeat
teſtamentum, & diſpoſitio, quando eſt inſti-
tutus ſucceſſor, qui à lege inueſtituræ im-
mediatè vocatur, hinc eſt, quod in feudis
hæreditarijs taliter diſpoſitis habet locum
remedium legis fin. C. de edict. Diui Adrian.
tollend. vt latè per Afflict. in ſua deciſ. 119.
& Reg. Io. Franc. de Ponte conſ. 18. lib. 1. &
in tract. de poteſtate pro Reg. tit. de refut.
6 feud. §. 2. nu. 15. & † quando feudum abſo-
lutè eſt hæreditarium, vaſallus non ſolum
expreſsè, & in proximum ſucceſſorem, quin
imò tacitè, & in extraneum, & in quem vult
legare inſtituere, & diſponere in fideicom-
miſsū in vltima voluntate legare relinque-
re, & inter viuos diſponere ſine tamen di-
recti domini aſſenſu, maximè ſi eſt conceſ-
ſum pro ſe hęredibus quibuſcunque, &
quibus dederit per tex. in cap. 1. de feud.
non hab. propr. feud. natur. eſt etiam
tex. & ibi communiter, DD. in cap. 1. ſi
de feud. fuer. controuerſ. inter Dom. &
Agnat. & magis communis opinio eſt, quod
ſuccedant etiam hæredes extranei, & hanc
opinionem tenet, de communi atteſtando,
Bart. Socc. conſ. 10. num. 2. & 3. inter conſ.
feudalia Socc. iun. conſ. 72. num. 22. par. 1.
& conſ. 103. num. 28. par. 2. Alciat. conſ. 176.
num. 1. Syluan. conſ. 3. num. 62. & conſ.
30. num. 26. Tiraquell. de vtroque retract.
§. 1. gloſ. 7. nu. 21. Khircou collectan. com-
mun. opin. centur. 2. litera F. concluſ. 49. Det.
conſ. 294. col. 2. Curt. iun. conſil. 26. col.
2. Bald. ſibi contrarius in dicto cap. Im-
perialem num. 19. Afflict. in cap. 1. §. do-
nare qualit. olim pot. &c. & quod hæredes
ab inteſtato ſuccedant extranei, Thom. de
Marin. de gener. feud. tit. 31. num. 8. Curt.
de feud. par. 3. num 2. de ſucceſſ. maſcul. nu-
mer. 63. magis communem teſtatur, & etiam
Mozz. de ſubſtan. feud. n. 95. Afflict. dec. 386.
nu. Cacher. dec. 161. nu. 16. & 165. nu. 5. hanc
dicit, magis communem Burſat. conſ. 22. nu.
2. Decian. conſ. 58. num. 30. & ſeq. vbi hanc
multorum authoritatibus communem eſſe
dicit, lib. 2. & ex alijs communibus, & mul-
tis Doctoribus firmat, Roſental. c. 2. concl.
35. in gloſ. lit. C. & ex alijs innumeris in c. 7.
concl. 6. in gloſ. litera A.

PAR-

Digitized by Google

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XIII.

THEMA.

Teſtamentaria, & per contractum diſpoſitio de feudo ex pacto, & prouidentia cum conſenſu domini directi, filijs, & agnatis non præiudicat, ſed ipſi domino ſic, & filij, & agnati reuocare poſſunt. Communi

SVMMARIVM.

1 *Feudi ex pacto, & prouidentia diſpoſitio etiam cum domini aſſenſu filijs, & agnatis non præiudicat.*

2 *Feudi alienatio cum aſſenſu agnatorum, quo ad eorum præiudicium valet, alias non.*

3 *Filij feudum ex pacto etiam cum conſenſu domini alienatum, reuocare poſſunt.*

4 *Feudi nulla valet, nec tenet defuncti diſpoſitio.*

5 *Filius proximus eſt Agnatus.*

6 *Alienatio in extraneum, ne dum filius, ſed Agnatus reuocat.*

1 Diſpoſitio † & ordination vaſalli de feudo ex pacto, & prouidentia etiam cum conſenſu Domini, filijs, & Agnatis non præiudicat, arg cap. 1. de alien. feud. patern. (cum tex. dicit, quod ſine voluntate domini, alienatio non valet, explicant niſi Agnatis
2 † conſentientibus, ſcilicet, quo ad eorum præiudicum alioquin here, & ibi communiter Doctores, & hoc intelligendum eſt, vt alienatio ſine conſenſu domini non
3 valet, ſcilicet in reuocabiliter. Nam † filij ſi alienanti ſuperuiuunt, & locus ſucceſſionis his aperiatur feudum ex pacto, & prouidentia etiam conſenſu domini alienatum reuocare non prohibetur, per tex. in cap. 1. in princ. vbi Iſern. num 3. in fine Afflict. nu. 4. Balzeran num. 8. de alien. feud. patern. & ſimiles. vt in cap. 1. §. è contrario de inueſtit. de re alien. fact. cap. 1. §. ſed & res per quos
4 fiat inueſtit. & in cap. 1. ibi ſuccedunt † tantum filij equaliter, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente de ſucceſſ. feud. (& filius proximus ſit Agnatus eſt, tex. in l. filius de ſuis, & legit. hæred §. ſi quis igitur deſcendentium, Auth. de hæred. quæ ab inteſtat ven. collat. 9. tit. 1. nouell. 118. c. 1. §. & quia vidimus de his qui feud. dar. poſſ. Iſern. in cap. ſi vaſallus culpam, num. 1. ſi de feud. controuerſ. fuer.) & in hoc diſtingue, aut feudum eſt nouum, aut antiquum, ſi nouum tunc patris factum nocet filio, & dicit, gloſ. hic, quæ incipit, quid ergo, &c. arg. in fine d. cap. ſi eſt antiquum. aut pater alienat feudum, aut conſentit, alienant, aut culpam contrahit primo caſu aut legitimè alienat, & iure permittēte, & hic ſuccedit filius, vt hic, & non nocet ſibi factum patris, cap. 1. §. item ſi fuerint quib. mod. feud. amitt. & de alien. feud. §. & ſi concluſus, quam diſtinctionem ponit, Iacob. de Bellouiſ. in cap. 1. §. hoc quoque circa finem ibi tum diſtingue qui intelligit de feudo ex pact. & prouid. vt ſequentia verba ibi clareſcunt, dum ſequitur, aut non eſt legitimè, tunc ſi ex hæreditate patris perueniet aliquid ad filium, vel peruenire poteſt, repellitur filius, nec ſuccedit, nec reuocat, & ſic factum patris ſibi nocet, & ſic in feudo hæreditario filius nihil agit, in feudo ex pacto reuocant deſcendentes, & non exiſtentes filij Agnati reuocare poſſunt idem vult, Iſern. in d. §. hoc quoq; num. 5. verſ. nihil alienat hodie de ſucceſſione feudi, Bald. ibidem num 20. Aluarot. n. 4. in 2. concluſ. num 5. Præpoſit. num. 8. in fine Rauen. verſ. nota Gloſ. & Laudenſ. num. 30. Afflict. num. 19. in fine item num. 26. & ſeq. Schench. num. 2. qui omnes de alienatione legitima loquuntur, Iſern. in §. Denique in fine num. 52. & ſeq. Aluarot. num. 17. 22. 23. & allegati per eum Rauenn. concluſ. 18. 25. & 27. vbi communem opinionem eſſe teſtatur. Præpoſit. nu 3. col. 4. in fine ibi (ſecundo caſu, quando propter contractum, &c. Beluiſ. verſ. oppono, ſi vaſallus, & verſ. ſi. Laudenſ. num. 15. Afflict. num. 6. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. Iſer. in cap. Titius filios num. 1. verſ. quid filius per illum tex. ibidem Aluarot. num. 3. Præpoſit. in princ. Rauen. Afflict. in fine princ. num. 8. 9. & 15. Balzeran num. 6. & 9. Beluiſ. ibidem (ſed non per illum tex. quia de in licita alienatione interpretatur.) verſ. oppono, quod filij præferantur cui ſubſcribit, Laudenſ. num. 11. (exemplum ponens in ſubinfeudatione fraudulenta, & num. 14. in fine cum ſeq.) ſi de feud. defuncti controuerſ. fuer. Afflict. in cap. 1. §. & ſi clientulus num. 8. de alien. feud. (confecto inuentario) & idem voluit, verſ. nota quinto, &c. Rainaud. in d. cap. Imperialem, §. pena nu. 7. verſ. tamen hic attende, de

de prohib. ſeud.alien.per Federic. Ardizon. in rub. vtrum videatur ſeudum competere cap.13 5.§. item ſciendum, verſ.ſi vero iure, & conſuet.concedente, Iacobi.de S. Georg. verſ. & cum pacto de non alienando nu.35. & 44.Capyc.in inueſtit.cap. ſeuda amittuntur, col.38. §.,deuolutio feudi p.61. Thom. de Marin.tit.2.de ſeud.ex pact.& prouid.ſection. 1.num.47.verſ pro contraria,& ſeq.ac præſertim num.49. ſubdens num. 68. quod
5 alienatio † in extraneum,ne dum à deſcendenti, ſed etiam ab agnatis ſtatim viuo adhuc alienante reuocari poſsit,& idem in tit. 2.num.38. Paris de Put.de ſeud. reintegrat. cap.19 num.2.Mozz.tit.fin.num. 159. & ſub tit.de diuiſ.ſeud.num.66.verſ.primo, quando,&c. Hartman Piſtor. in hanc ſententiam crebriorem ſaltim in feudo ex pacto q. 13. nu.181 lib.2.par.1. (licet ipſe aliud ſentiat) Fritia lib.3.de different.ſeud.ex pact. & hæreditar.different.2.nu.3.in fine hanc veriſſimam de communi,& ab omnibus approbatam concluſionem eſſe dicit, Marian. Socc. conſ.112. num.1.lib.2. quem refert, & ſequitur, Clarus in §. feudum q.41.nu.2. & ſeq. & q.40.num 5.& 6.q.42.num.5.& 8.vbi probatam eſſe dicit,Brun.conſ.80.nu.13.& ſeq. Scruff. conſ.4. centur.1. & conſ.39. num.5. centur.3.Iaſon.conſ.56.viſo, & diligenter conſiderato lib.3.Dec.conſ.395.num.11. in pactionato cum inuentario, Menoch. conſ. 89.num.104. Ruyn.conſ.9.nu.13.lib.1. Roland.à Valle conſ.57.num.19. & 61. lib.3. vbi magis communem approbatam dicit, Vvſembech conſ.15.nu.20. & ſeq.par.1. ex communi, etiam ſi ſit patris hæres, abſque inuētario, vel cum inuentario,ſi ius filij etiā vendiderit pater.num.22. Burſat. conſ.291. nu.119. etiam ſi poſt alienationem contractum nati fuerint lib.3. Cephal.conſ.29. nu. 19.& ſeq.lib.1. Kirch.in commu. opi. lib.2. ſub cent.2.litera F. concluſ.32.num.5. communem opinionem etiam ſcribit Michael Graſſ.commu.opin.lib.2.cap.2.q 25.etiam ſi ſit hæres de in licita alienatione loquendo,Scrader par 8.cap.8.num.11. ſi autem conſtat,Miſinger.centur.4.obſeruat.85.poſt princ.num.3. Loffred.conſ.11.num.77.& ex alijs Roſental.de feud.cap.9.membr.2.concluſ.67. in gloſ. litera A. & litera C.vbi cōmunem eſſe dicit, & hoc ſi patris filius hæres non ſit, Zaſ.par.8. num.62. & ex multis comprobat,Vvlteius de feud.cap.11.num 86. verſ. quid ſi filius, &c. et de ſeudo antiquo mixto voluit, Piſtor.q.14.nu.2.vſque ad nu. 34.dummodo non ſit hęres reuocare poteſt.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XIV.

THEMA.

Feudum ex pacto etiam cum Regio aſſenſu alienatum filius, vel Agnatus, reuocare vendicare, & recuperare poteſt.Communis

SVMMARIVM.

1 *Feudum ex pacto alienatum filius, & Agnatus reuocare, & recuperare poſſunt.*

2 *Feudi ex pacto alienatio ab initio eſt nulla, & à filio. & ab agnatis reuocatur etiam ſi cum conſenſu domini facta ſit.*

1 Feudum † ex pacto,& prouidentia etiā conſenſu Domini directi alienatum, ritè filij, & agnati, reuocare, vendicare,& repetere poſſunt per tex. in cap. 1. & ibi omnes ſcrib. gloſ.Nicol. Petr. Iſern. Bald. Aluarot. Præpoſit. Rauen.Laudenſ.Afflict. Balzeran.num.10.& alij in princ.de alien. feud. patern. in cap.1.§. hoc quoque ibi gloſ.in verſ.partem ſuam, Schench. nu.7. & 9.de ſucceſſ.feud tex. in cap.1. §. ſed & res per quos fiat inueſti.cap.1.§.è contrario,de inueſtit.de re alien.fact.tex. in cap. Titius filios,ſi de fend.defunct. controuer. fuer. vbi ſcrib. Pedemont. dec.177.& Affl. deciſ.112. multa Beluiſ. in c.1.§. Denique in fine vbi communem hanc cōcluſionem, Aluarot.concluſ.27.& eadem Petr. de Rauen. quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. Beluiſ.in c.1.verſ & ſi clientulus,verſ.nota ſeptimo de alien.feud.& omnes,vno ore vllo refragante in hoc conſentire refert, Hart.Piſtor.lib.2.qq.iur. par.1.q.6. num.1. vbi per totam fusè pertractat, pluribus modis amplians, & limitans hanc ſententiam tenēt, omnes præcitati allegati de filijs,& eiſdem ferè locis, Bald.in cap.1.n.4. & 5. de vaſall. qui contra. Conſtit. Lotar. Afflict.in prælud.feud. num.96. Raynaud. in cap. Imperialem §. habito num.27. de prohib.feu.alien.per Feder. Iacobin. de S. Georg. verſ.& cum pacto de non alienando. nu. 18.Capyc. in inueſtit.feu.cap.feuda amittuntur col.37.& ſeq.§.Deuolutio feudi in caſu iſto, &c. fol.61. vbi atteſtatur

eam

cam magis communem, & in iudicando
tenendam, Thom. de Marin. tit. 2. ſection.
1. numer. 47. & ſequent. Schrader. vbi ſupra
part. 8. cap. 8. numer. 11. Vulteius d.
cap. 11. numer. 92. hoc in feudo ex pacto
admittit, & minus controuerſiam, ait ſicut
& num. 94. in fine Felin. in cap. quæ in
Eccleſiarum numer. 88. de Conſtit. Alexand.
conſil. 18. num. 8. libr. 5. & conſil. 30.
numer. 13. lib. 1. Dec. conſil. 395. in cauſa
magnifici, numer. 2. Pariſ. conſil. 13.
num. 24. & conſil. 17. numer. 16. lib. 1.
Gozadin. conſil. 26. num. 41. Pinell. in l. 1.
part. 3. num. 93. & 95. Marin. Fritia
libr. 2. de Author. Baron. in principio,
§. ſuper eſt, vt aliqua in materia aſſenſus
ſub quæſito 1. numer. 4. Loffred. d.
conſil. 1. num. 68. Curt. ſen. conſil. 50.
numer. 21. & ex communi, Curt. iun. conſil.
177. Scruff. conſ. 5. quod prædicta reſponſio
numer. 1. & ſequent. & numer. 7.
& ſequent. centur. 3. Ruyn. conſil. 1. nu. 1.
& 15. & conſ. 27. num. 24. lib. 1. Laurent.
Teninus Rodulf. in pract. & Theorica
cancbela 73. num. 4. Miſinger. concluſ. 85.
centur. 4. Tiraquell. de retract. lignagier.
gloſ. 1. numer. 12. §. 22. Brun. conſil. 80.
numer. 11. & ſequent. & conſil. 25. Ioann.
de Lignano conſil. 77. inter conſil. B. uni
numer. 2. & ſequent. Laudenſ. conſil. 119.
2 ſpectabilis Dominus, nu. 20. Imò † ab initio
nullam eſſe alienationem etiam cum
conſenſu domini factam, & ab agnatis reuocari
poſſe tradit, ſed perperam: Cæphal.
conſ. 133. multa ſunt, quæ aduerſus,
numer. 59. cum ſequent. Clar. in §.
feudum q. 41. num. 2. Laurent. Kirch. concl.
43. num. 16. centur. 1. communem dicit, &
ex prædictis firmat; Roſent. de feud. cap. 9.
membr. 1. concluſ. 67. in gloſ. lit. B. & filius,
vel Agnatus reuocare, & recuperare poſſunt
feudum ex pacto etiam cum Domini
conſenſu alienatum vltra prædictos expreſsè
firmat, Iſer. in cap. 1. nu. 7. de alien.
feud. patern. vbi Afflict. num. 4. Balzeran.
num. 8. & 9. Pariſ. de Put. de feud. recognit.
c. 15. nu. 1. & 2. Fritia vbi ſupra, & in different.
feud. ex pact. & prouident. fol. 432. vbi
huic concluſioni neminem diſſentire, ait
nu. 3. circa finem, Camer. in c. Imperialem
fol. 94. lit. M. & plur. ſeq. & quod filius feudum
à patre etiam cum conſenſu Domini
alienatum reuocare poſſit ſi patris non ſit
hæres volunt, Piſtor. & per eum adducti in
q. 14. à n. 2. vſque ad 34. quia ſi hæres adeſt
teneretur ad intereſſe.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XV.

THEMA.

Feudo hæreditario, cum Regio aſſenſu per patrem alienato filij, & hæredes, vel agnati reuocare non poſſunt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum hæreditarium alienatum, cum Regio aſſenſu filius, ſiuè Agnatus reuocare non poteſt.*

2 *Hæres factum ſui prædeceſſoris ratum habere tenetur, etiam in feudo, ſi eſt hæreditarium.*

Feudum hæreditarium abſolutè à patre,
vel alio vtili domino cum directi domini
aſſenſu alienari poteſt, & à filijs, vel
agnatis alienatio non reuocatur. Ita in
terminis videtur ſentire, gloſ. in cap. 1. §.
hoc quoque de ſucceſſ. feud. in verſ. inueſtitis,
vbi Iſern. num. 6. & 7. Bald. num. 20.
Aluarot. num. 1. cap. 15. Laudenſ. num. 30.
Præpoſit. num. 8. Afflict. num. 20. Rauenn.
Schench. eleganter num. 5. & 8. Picus nu. 32.
idem tradens ex communi, Aluarot. in c. 1.
§. Denique eodem loco concluſ. 26. quæ
fuer. prima cauſ. benefic. amitt. Iſern. in
cap. 1. num. 1. de alien. feud. pater. vbi Aluarot.
num. 3. Præpoſit. num. 3. Afflict. nu. 7.
& 8. Schench. num. 5. Iſern. in cap. 1. in fine
nu. 18. qui ſucceſſ. ten. Raynaud. in §. pona
de prohib. feu. alien. per Federic. Iacob. de
S. Georg. in verſ. & cum pacto de non alienando,
num. 35. verſ. item licet, Curt. iun.
par. 4. num. 148. ex communi, & num. 150.
ac 152. Cannetius in extrauag. c. volentes
ſectione, non poteſt, 37. num. 1. & ſeq. per
totam præſertim, nu. 11. cum ſeq. ex communi
fol. 101. Schrader. par. 8. cap. 8. nu. 18.
ex magis communi, & veriori lib. 1. de feu.
cap. 1. num. 86. 93. & ſeq. Boet. deciſ. 23. &
quę ad primam quęſtionem, num. 20. Loffred.
conſ. 1. num. 167. & 169. Pariſ. conſ. 16.
num. 41. lib. 1. ex communi, Hipolit. Rimin.
conſ. 6. nu. 36. lib. 1. Burſat. conſ. 291. nu. 95.
& ſeq. communiorem, communem, etiam
tradit, Clar. in §. feudum q. 42. Laurent.
Kircou in commun. opin. cent. 2. ſub litera.

F. concluſ.32. Michael Graff. lib. recept. ſentent.§. hæreditas q.51. num.29. & ex alijs communibus; & authoritatibus firmat,Roſental.de feud.cap.9.memb.1.con. cluſ.69.in gloſ. litera A. Nec alius Agnatus defuncti hæres geſta, & diſpoſita de feudo hæreditario per ſuum prædeceſſorem reuocare, & infringere poteſt, ſiuè
2 † feudum antiquum, ſiuè nouum ſit, per vulgatam rationem, quia hæres factum defuncti ſui prædeceſſoris ratum habere tenetur,prout de filio,ità decidit,Afflict.in deciſ.112. quem ſequitur,Marc.Ant.Peregrin.in tract.de fideicommiſſ.art.52.n.83. & dec.Parauiæ 150.num.28. Conſil.Georg. allegat.8. num.11. Reg. de Ponte conſ. 2. num.41.lib.1.Viu.deciſ.250. nu.1. Maſtrill. deciſ.Sicil.55.num.18. Pariſ.conſ.17. lib.1. num.43.Camill.Lepid.deciſ.Luc.117. quos ponit Thor.in Compend.deciſ. in verſ.feudum à patre alienatum, &c.& de Agnatis quod non poſſint reuocare, & impugnare expreſſis verbis, dicit Iſern. in cap.1. in princ.num.1. Aluarot.nu.7. Præpoſit. nu.3. ibi quæro quid ſi iſti agnati,& Rauenn. in fine,Schench.nu.6. de alien.feud. paterni, Afflict.in cap.1.§.hoc quoque num.31. de ſucceſſ.feud.Iacob.de S. Georg.in verſ. & cum pacto de non alienando, nu.35. & 36. Curt.par.4.num.148.ex communi, Capyc. in inueſtit.feud.c.feudorum genera col.62. & nota benè fol.136. Zaſ. par.9. num.28. Mozzzit.fin.num.59. ex communi de qua etiam teſtatur,Hartman Piſtor.lib.2.par.1. q.6.num.fin.& q.9.num.11. Tiraquell.lib.1. de retract.gloſ.9.§.1.num.49. Pinell.in d.l. 1.par.3.num.81.C.de bon. matern. vbi citat Crotum in l. filius familias §. Diui nu. 146.& ibidem Loazes num.191.ff.de leg.1. Vulteius de feud.cap.11.num.93.Caſtrenſ. conſ.207. dico, dictum, Bartholomeum in prin.lib.2.& conſ.290. viſa ſupraſcripta narratione eodem lib.2.Ruyn.conſ.1.videretur fortaſſis,num.2.14. & 16. & conſ.42. num.12.lib.1.& conſ.25.viſo legato,nu.11. eodem lib.1.Curt.iun.conſ.55.nu.5.Pariſ. conſ.3.num.18.conſ.10.num.8. & conſ.16. num.43.lib.1.Cæphal.conſ.392.num.27. & ſequ.lib.1.Roland.à Vall.conſ.2.num.39.& ſeq.lib.1.& conſ.57.num.74. lib.3. Burſat. conſ.391.nu.97.& ſeq.lib.3.Scruff. conſ.47. nu.1.centur.1.Tiber.decian.conſ.23.nu.96. lib.2. ex communi, ſic tradit,Clar. d.q.42. num.14.in d.§.feud.Port.lib.3.comm.opin. concluſ.8.limit.4.Ant.Gaber,lib.6.tit. de regul.iur.concluſ.11.nu.20.Laurent.Kircon centur.2.litera E. concluſ.32.commu. opi. lib.2.c.2.q.25. & lib. receptarum ſentent. §. hæreditas num.29. verſ.infertur ſecundo,Roſental.d.cap.9.memb.2. concluſ.69. in gloſ. litera B. de alijs modis acquirendi feuda per ſucceſſionem, qui & quomodo ſuccedatur in Regnis,& feudis latius, & diſtinctius dicimus in ſequenti nono part. & per plures, dilucidationes multa explanantur.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XVI.

THEMA

Feudum per præſcriptionem acquiritur, & eſt ſeptimus acquirendi modus, quæ præſcriptio temporis poſſeſſio eſt, & etiam exceptio dicitur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio in feudis exceptionẽ ſignificat,& nil aliud eſt quam exceptio.*
2 *Præſcriptio, & exceptio vnum per aliud ſignificat.*
3 *Præſcriptio,nonnumquam poſſeſſionem lõgi temporis,& acquiſitionẽ ſignificat.*
4 *Feudum acquiritur præſcriptione,ſicut,& ſucceſſione,vel inueſtitura.*

IN cap.vnico §. ſi quis per triginta annos ſi de feud. controuerſ. fuer, præſcriptio
1 † plerumque de iure feud. exceptionem ſignificat, & nihil aliud eſt, quã exceptio atque ita ſumitur, in l. ſi fideicommiſſum, §.fin. de iudic.l. nihil intereſt de offic. te-
2 ſtan. & Iuris Conſulti nonnunquam † præſcriptionem, & exceptionem coniungunt, & vnum per aliud explicant, toto tit. ff.de except.præſcript.& iudic. & in hanc ſignificationem præſcriptionis verbo,Tertulianus, quoque vſus eſt, in lib.de præſcript. ideſt de except. & defenſion, aduerſus hæ-
3 reticos, Nonnunquam præſcriptio † poſſeſſionem, ſiuè acquiſitionem longi temporis ſignificat; & in l.ei à quo in fine vſurpationib. & vſucapion, l. qui aliena in princ.de euiction.& præſcriptio, prolongi tẽporis in acquiſitione accipitur, vt inſtit. tit. de vſucap. & long. tempor. præſcript. atque ità hic quoque præſcriptionem pro poſſeſ-

poſſeſſione; ſiuè acquiſitione temporis exaudire oportet, & feudum ſicut inueſtitura ſucceſſione acquiritur, ità quoque
4 † præſcriptione, ſiuè temporis poſſeſſione, & acquiſitione, dicit Borcolt. de feud. cap. 7. quomodo feuda acquir. præſcriptione in 3. modo feudi acqu. mod. nu. 1. & ſeq. fol. 166. at, quod confirmatur, per cap. 1. de vſu Mediolanenſi, & in cap. extraordinem titul. 87. gloſ. in cap. 1. §. Præterea de cap. Corrad. communem dicit, Iaſon. l. 1. nu. 43. C. de ſeru. fugit. Caſſan. in Conſuet. Burg. rub. 3. §. 1. num. 16. Soares in commu. opin. litera F. num. 94. Pariſ. conſ. 5. num. 123. & conſ. 15. num. 114. conſ. 27. num. 66. lib. 1. & veram putat, Roland. à Vall. conſ. 3. nu. 79. lib. 1. & de communi teſtatur Menoch. côſ. 2. num. 313. lib. 1. Vulteius cap. 9. num. 4. in fine, & de declaratione origine eſſentia & rationibus præſcriptionis aliqua per Conſ. de Georg. in repet. feud. cap. 22. per totum.

PARTIS OCTAVÆ

Dilucidatio XVII.

THEMA.

Per triginta annos poſſidens rem, etiam allodialem præſtando ſeruitium, & cum ſcientia domini tali præſcriptione poſſeſſor tuetur, de iure communi feudorum. Communis.

Quia breuis non opus ſummario.

POſſeſſio feudi per annos triginta, cum præſtatione ſeruitij, & ſcientia domini, de iure feudorum dat titulũ feudi, & poſſeſſor minimè expelli poteſt, per tex. in c. vnic. §. ſi quis, per triginta ſi de feud. fuer. controuerſ. Miſinger. centur. 4. obſeru. 29. Vrmſerus in pract. obſeruat. 11. de feud. obſeruat. 15. & obſeruat. 25. Paris de Puteo de reintegrat. feud. cap. 49. num. 38. & cap. 331. num. 2. Heng. Gonde conſ. 46. nu. 16. Fritia de ſubſeud. lib. 2. q. 28. num. 3. ex d. §. ſi quis per triginta annos dicta tria copulatiuè requiri ad hoc; vt præſcriptio procedat. Primò, quod poſſederit per annos triginta ſine aliqua interruptione. Secundò, quod poſſederit tamquam feudũ. Tertiò, quod ſeruitium ad minus ſemel Domino præſtiterit, vt per Doctores in d. cap. ſi quis per triginta annos, & hoc firmat, Balb. de præſcript. par. 4. princ. 1. q. 1. Roland. à Vall. conſ. 3. num. 79. lib. 1. & non requiruntur anni decem, vel viginti, vt in alijs rebus de iure communi, ſed requiruntur anni triginta, quia rerum feudalium præſcriptio durius, eſt, & maioris præiudicij, quam præſcriptio allodialium, & feudalium prima tria requirit, vt ex multis, & communibus opinionibus probat, Roſental. de feud. cap. 6. concluſ. 77. in Gloſ. literis A. B. C. & dum tex. dicit requiri ſeruitium ſufficit ſemel præſtitiſſe, & ab eo tempore currit præſcriptio, Iſer. in d. §. ſi quis per triginta, num. 1. verſ. Hoc autem, quod dicitur. & vt ab aliquo tamquam feudum recognouit infra annos triginta ius feudi in re præſcripſiſſe dicitur, prout ità communiter Doctores tenet in d. §. ſi quis per triginta annos, vbi Iſer. nu. 1. Afflict. num. 1. Rauenn. nu. 6. Zaſ. par. 6. num. 30. de feud. hoc omnes ſentire ait, Roſenta. ex alijs multis, cap. 6. concluſ. 77. in gloſ. litera A. ſi allodium tenuerit in feudum præſtando ſeruitium per annos triginta in feudum præſcribit, ex multis, & communibus opinionibus, Roſental. d. c. 1. concluſ. 81. litera A. Adeo, quod, qui contrarium, & nimirum inueſtituram factam non eſſe probare vult, & poteſt, & non eſt audiendus, Sonsbech. de feud. par. 9. nu. 42. ità ad hoc deſiderantur anni triginta poſſeſſionis, & ſeruitij ſolutio, gloſ. in cap. 1. §. fin. de feud. dat. in vic. l. commiſſ. doctiſſimus Obrethus in diſputatione ſua de præſcript. Theſ. 207. & ſeq. dicit Vulte. de feud. c. 9. nu. 7. circa finem, & aduerte, quod non ſufficit præſtare, ſiuè ſoluere canonem, vel ſeruitium erario Caſtaldo, vel procuratori, firmat Alex. conſ. 136. lib. 1. Iaſon. in l. 2. col. 36. C. de iur. emphit. Fritia de ſubfeud. q. 28. in fine Paris de Put. de reintegr. feu. fol. 38. quin horum ſcientia non eſt ſcientia domini, quæ debet probari, vt dicit, Iſern. d. §. ſi quis per triginta col. 1. & dominus poteſt probabiliter ignorare geſta per procuratorem, erarium, vel alium notat gloſ. ſingulariter in l. ſi res obligata de leg. 1. quam dixit auream, Socc. in regula 175. & conſ. 263. lib. 2. & de natura feudi præſcripti ponit, Gulielm. de Perno in ſuis notabilibus feudorum, Fritia vbi ſupra.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XVIII.

THEMA.

Præſcriptio quatricennalis contra rem publicam, & Eccleſiam tuetur, ſed contra Eccleſiam Romanam centenaria eſt opus, & tricennalis contra tertium, & contra dominum directum, & aſſenſum interueniſſe præſumitur. Communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quodcunque annis triginta præſcribitur per regulam ibi.*
2 *Lex vbi non diſtinguit nos diſtinguere non debemus.*
3 *Feudum contra rempublicam, & contra Eccleſiam, quadraginta annis præſcribitur.*
4 *Feudum contra Eccleſiam Romanam non niſi ſpatio centum annorum præſcribitur.*
5 *Annos triginta ad præſcribendum, oportet eſſe completos.*
6 *Feudum ſi animo, vt feudum per tempus præſcriptibile fuerit poſſeſſum præſcribitur, alias nihil facit.*
7 *Res priuata poſſeſſa vti feudum, & ſolutũ ſit ſeruitium per triginta annos ſciente domino præſcribitur in feudum.*
8 *Tempus triginta annorum vbi eſt decurſum, præſumitur decretum, & ſuperioris authoritatem interueniſſe.*

1 AD præſcribendum feudum † in re qualibet, ſiuè priuata, ſiuè publica, prophana, vel Eccleſiaſtica anni triginta ſufficiunt per vulgatam illam regulam, quod vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. de precatio, ff. de public. in rem actio. hoc ſentit, Nicol. de Neapol. in l. 1. C. de fund. patrim. & poſſe defendi ſcribit, Schenedaro, in §. ſi quis per triginta annos cap. vnic. ſi de feud. contr. fuer. &c. Tamen, & ſi contrarium nimirum contra rem
2 † public. Eccleſiam feudum non præſcribatur, niſi annis quadraginta, Iſern. & Doctores affirmant, communiter, in d. §. ſi quis per triginta, per Author. quas actiones C. de Sac. Sanct. Eccleſ. Bald. in cap. 1. §. ſi. de præſcript. num. 8. Miſinger. centur. 4. obſeru. 29. pract. obſeruat. & hanc veram, & communẽ concluſionem eſſe, ait, Guid. Pap. deciſ. 161. num. 2. quam teſtatur, Schrader. par. 5. c. 4. nu. 17. & ex alijs, Roſental. cap. 6. concl. 78. in gloſ. litera F. qui DD. allegati ibi rem publicam, & Eccleſiam coniungat, quod tamen ex communi interpretatur ſententia, l. fin. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. quæ Ciuitatibus centum annorum ſpatium in præſcriptionibus indulcit, per Auth. quas actiones ibidem, quæ non eſt correcta teſte, Crauett. de antiq. temp. par. 3. §. videamus num. 37. & 38. quæ ſententia in iure verior eſt, cum correctio legum vitanda iuribus vulgatis, & licet alij contrarium prætendunt tamen hoc verius eſt, & vt per Couarr. in cap. poſſeſſor. pa. 2. §. 2. n. 9. quem ſequitur, Villalop. in verſ. præſcriptio num. 236. vbi eam communem eſſe atteſtantur, ſicut, & Iaſon. in d. Auth. quas actiones, num 21. ſed hoc non in omnium ciuitatum rebus, ſed tantum in caſibus in d. l. fin. C. de Sac. Sanct. Eccleſ. expreſſis obtinere, Roſental. d. cap. 6. concluſ.
3 78. eadem litera F. in fine, & contra † Eccleſiam Romanam non niſi annis centum, per cap. Ad audientiam, vbi Doctores de præſcript. Aluarot. Præpoſit. in d. §. ſi quis per triginta, Panor. in d. cap. ad audientiam num. 54. de præſcript. Alex conſ. 169. nu. 5. lib. 2. Couar. & Crauett. dictis locis, Roſental, loco citato in gloſ. litera G. & annos
4 † triginta requiſitos, ad præſcribẽdam rem priuatam in feudum, vel ipſum feudum, vt ſupra oportet eſſe compleros, quod probatur per particularem, temporis conſumationem; quæ tempus completum denotat. vt teſtatur Bald. & Schench. Báro ibi in d. §. ſi quis per triginta, arg. l. vrbana familia §. ſi ff. de verb. ſignific. neque vltimus annus certus habetur pro completo, vt in d. §. ſi quis per triginta, notat. Præpoſitus arg. l. in omnibus, ff. de obligat. & action. & gloſ. in cap. cum in cunctis, verſ. exegerit de electio.
5 Vvlteius de feud. cap. 9. nu. 9. & ſeq. & † animo habendi in feudum poſſeſſionem tenuit ac poſſedit, vt in d. §. ſi quis per triginta annos; apertè demoſtratur, per verbum, vt feudum, quod omnes ibi annuunt, & apertè Bald. num. 6. Aluarot. num. 2. Præpoſit. nu. 1. Laudenſ. nu. 1. Schench. num. 6. Rauen. nu. 1. ſi de feud. defunct. &c. Paris de Put. de reintegrar. feud. cap. 131. lib. 2. addens hoc eſſe ſecundum omnes, & ex alijs Roſental. d. c. 6

concl.

conſ. 77. in gloſ. fin. 6. & ſi alio poſsideretur nomine, quam vt feudum, poſſeſſio ad effectum præſcribendi nihil facit. Balb. de præſcript. par. 4. par. 4. q. 1. num. 1. Obrech. in d. diſput. præſcript. Theſaur. 109. Vulteius
6 dict. cap. 9. num. 12. Sed de feudis, † & rebus alijs priuatis per triginta annos poſſeſſis, vti feudum ſciente domino, & ſolitũ ſeruitium ſoluit, vt dicimus tali præſcriptione, ne dum tuetur contra tertium, ſed etiam contra dominum directum, vt in c. 1. §. porrò qualit. olim feud. alien. pot. habetur per gloſ. in cap. 1. §. Præterea de
7 capit. Corrad. Vbi † Doctores, & quando eſt tempus triginta annorum Decretum, & Superioris authoritas interueniſſe præſumitur, argum. l. qui in alieno, §. ſed ſi non adiecit de acquir. hæred. Alexan. conſ. 79. circa principium lect. 1. & in l. ſciendum de verbor. oblig. & præſumitur aſſenſus domini in alienatione dicti temporis p lapſum, vt Alex. ſcribit conſ. 3. penult. col. lib. 4 eſt forma neceſſaria in alienatione rei minoris, vel Eccleſiæ, vt tradit Aret. conſil. 36. Caſus talis eſt in Ancaran. conſ. 161. in fine. Dec. conſ. 7. & alia plurima, de quibus per Modernos in d. l. ſciendum, & in l. ſi filius C. de pet. hæred. & plura per Auin. Grauett. de antiquit tempor. & Iaſon. in conſ. 180. lib. 2. & Roſent. latè prædicta comprobat. in d. cap. 6. concluſ. 79. in gloſ. litt. A, & ſeqq.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XIX.

THEMA.

Præſcriptio tricennalis non procedit in Neapolitano Regno, quia aſſenſus requirit ſcripturam, & ſpecialiter impetrari debet, prout eſt de obſeruantia, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *PRæſcriptio, quòd aſſenſum præſumptũ annorum triginta, non attenditur in Regno Neapolitano.*

2 *Aſſenſus ſpatio annorum triginta non præſumitur contra quoſcumq; cum ſpetialis requiratur.*

3 *Aſſenſus in contractatione rei feudalis in Regno, nec ex tempore, nec ex alijs argumentis præſumitur.*

4 *Licentia Superioris requiſita, non attenditur quanta & Iſern. & alij contrarium tenentes locuti ſunt de iure communi feudidorum.*

5 *Actus, quando à lege requiritur verius & non præſumptus interuenire debet.*

b ASſenſum annorum triginta ſpatio, ſi de iure communi feudorum præſumatur. Tamen in hoc Neapolitano Regno contra Regem, & contra Fiſciũ in bonis incorporatis eſt, ſecus ſicquè deciſum fuiſſe in Reg. Cam. Summariæ refert. Ann. in rub. cap. 1. Reſpondeo inueſtientur nu. 462. de vaxall. decrep. ætat, quem citat Camil. de Curt. in ſuo diuerſ. iuris feud. c. declarato igitur num. 13. 5. Maſtrill. deciſ. 114. num. 44. Thor. in compend. deciſ. nu.
3 3. Præſcriptio iure cõmuni. Et quod † aſſenſus præſumatur præſtitus prætenſi temporis ſpatium contra quoſcumquè in Regno non attenditur, per tex. in Conſtitut. Regni conſtitutionem diuæ memoriæ, vbi dicitur, quod feuda non alienentur, niſi cum ſpetiali Regis licentia; aſſenſus debet impetrari, ſpetialiter verè, & non præſumptum, cum qui reſultat, & inſurgit ex poſſeſſione triginta annorum, & temporis diuturnitate eſt præſumptus, vel tacitus procederet de iure communi, vt in cap. 1. §. 1. & ibi gloſ. de præſcrib. feud. alien. per Lotar. Afflict. tangit hanc quæſtionem in cap. 1. col. 1. de controuerſ. inueſtit. Vbi
3. tenet in Regno † ex tempore, vel ex alijs argumentis, aut præſcriptionibus aſſenſũ Regis non præſumi ſuper contractu rei feudalis, per tex. in d. Conſtit. & lege Regni conſtitutionem diuæ memoriæ ex notatis per Iſern. in d. cap. 1. col. 3. num. 48. allegat. Lap. alleg. 86. num. 3. Expreſsè di-
4. centé, quod vbi requiritur † licentia Superioris aſſenſus tacitus non ſufficit, ex Io. And. in nouell. de election. cap. ſi Abbate in princip. lib. 6. idem Afflict. dicit etiam in cap. Imperialem 12 notab. 45. q. nu. 64. de prohib. feud. alien. per Federic. & in conſtit. conſuetudinem priuam hoc idem ſentijt, & licet Aret. in conſ. 56. contrarium videtur affirmare, quod vbi aliquid expreſſum in actu requiritur à lege, vel ſtatuto, ſufficit haberi per præſcriptionem, idem Dec. conſ. 7. & conſ. 85. col. vlt. Barboſ. in rub. c. qui adm cti conſ. 3. in l. 1. col. 12. & in l. ſciendum col. 24. & tempus omnia requiſita interueniſſe fingit, ac ſi interueniſſent Ant. de Butt. in cap. nouiter de his, quæ fiunt a prælat. ſine conſenſu cap quim.

refert

refert Iaſ. in dict. l. 1. col. 6. C. qui admitti, vbi plura Moderni. Tiraqu. de legib. connub. gl. 6. limit. 8. idem Afflict. in cap. 1. §. Præterea de capit. Corrad. col. 5. dicit, ſi nō conſtat de alienatione, & Vaxallus affirmat ſe habere feudum cum conſenſu domini, & non probat, ſed illum allegat ex poſſeſſione tricenali, cum præſtatione ſeruitij præſumitur, & erit ſecurus Vaxallus, ſecundum Iſern. in cap. 1. §. illud de prohib. feu. alien. per Federic. & in d. cap. ſi quis per triginta, & ſic videtur tenere contrarium illius, quod dixit in locis ſuperius allegatis, ſed credo fuiſſe locutum ſecundum terminos iuris communis feudorum, in d. cap. 1. §. Præterea; dum in pluribus locis locutus ſit in Regno ſpetialem aſſenſum Regis requiri, dicit Friz. in d. q. 28. num. 3. ex alijs ſubdēs primam partem puto veriorem, & idem ſequitur, quod Afflict. tenuit in d. cap. 1. de controuerſ. inueſt. 53. Quod aſſenſus ſpetialiter interuenire debeat, & p præſumptionem, & temporis curſum non præſumi: Nam quando lex actum requirit, verùm fictus interuenire non debet, cum ex diuerſis non ſit illuſit, lege Papinianus exuli ff. de minor. & ex alijs prædictis, & dum conſtitutio ſpetialem requirit aſſenſum, taliter optineri oportet, & non alio modo.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio X X.

THEMA.

Aſſenſus ſpetialiter in Regno requiritur, nè dum in alienationibus feudorum, ſed & in quota parte ipſorum, & non ſufficit tacitus, & poteſt expediri in ipſo contractu, & eum ſubſequi communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus in qualibet diſpoſitione feudi, ſiuè diminutione, & parte requiritur ſpetialiter in Regno.*

2 *Licentia capitur pro expreſſo conſenſu, quæ poteſt præcedere, & ſubſequi, & etiā Agnatorum conſenſus.*

3 *Tempus præſumit aſſenſum, ſed non Decretum, cum confirmatione, & ſpetiali licentia.*

4 *Annorum triginta tempus decurſum rei conditionem permutant, & faciunt præſumi aſſenſum, & vaxallagium acquiſitū.*

5 *Feudi alienatio, & diminutio ſpetialem aſſenſum requirit.*

6 *Aſſenſus generalis, ſiuè licentia in prima conceſſione non ſufficit, ſed requirit ſpetialis in hoc Regno.*

7 *Feudum, qui ſine aſſenſu poſſidet videtur Dominum contendere, & contra eum Machinare in feudo.*

8 *Aſſenſus nec ex curſu annorum centum, & temporis immemorabilis præſumitur, quia dū expreſſus requiritur, ceſſat præſūptus.*

9 *Poſſeſſio centenaria, & immemorialis ſignificat priuilegium certum, & ſpetiale.*

10 *Aſſenſus, vbi ex ipſa re curſus non paret etiam per mille annos præſumi non poteſt.*

11 *Aſſenſus, dum per legem Regni requiritur expreſſus, & ſpetialis ceſſat præſumptus ex diurnitate temporis.*

12 *Aſſenſus in Regno requirit ſcripturam, & proinde præſumptus, nihil operatur.*

QVamuis inter conſenſum, & licentiam aliquæ dentur differentiæ, vt per Tiraquell. de legib. connub. in glo. 6. limit. 8. Tamen tex. in coſt. Conſtitutio-
1 nē diuæ memoriæ, in † qualibet feudi alienatione, ſiuè diminutione ſpetialem voluit licentiam impartiri, ibi niſi de ſpetiali noſtræ celſitudinis licentia confirmetur, quæ
2 licentia † hoc caſu capitur pro expreſſo conſenſu, qui poteſt præcedere, & ſubſequi, vt in cap. 1. de alien. feud. pater. & in l. iubemus in fine, C. de emancip. liber. & in l. in concedendo de Aqua plu. arcen. & hoc iure vtimur in Regno, dicit Fritia de ſub feu. quæſt. 25. col. 3. vt aſſenſus, ſiuè conſenſus Domini, ſiuè etiam Agnatorum præcedere & ſequi contractum poſſit, cap. prius dixerat Iſern. in d. cap. Imperialem col. 6. de prohib. feud. alien. per Federic. alterum eſt confirmationis Decretum, quod Iſern. intellexit, in §. hac ædictali cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lotar. dum allegat tex. in l. 1. in fine de cōfirmādo Tutore in coſtit. ſi quis poſt litem, dum probat aſſenſum, hoc etiam confirmationis verbo vtitur, vt dicit in d. cap. Imperialem col. 4. alium aſſentiēdi modum excludit, dum voluit à ſe ſpetia-
3 liter decreto confirmari tempus † præſumit aſſenſum, ſed non Decretum, cum confirmatione, & ſpetiali licentia, vbi lex ipſo iure annullat actum, prohibendo niſi aſſenſus

ſus, & decretum accedat in illo actu, textus
ibi loquitur excluſiuè, ibi niſi de ſpeciali
licentia, & ſeruitiũ tanto tẽpore præſtiterit.
4 Etſi dicatur, quod poſſeſſio † annorũ triginta cũ
præſtatione ſeruitij tanti temporis ſpatio
rei conditio mutatur, l. cum qui C. de fund.
rei priuat. lib. 11. Præſumitur inueſtitura, &
vaxallagium acquiſitum, ſecundum Iſern.
in cap. 1. §. illæ col. penult. de controuerſ.
feud. apud par. term. & in cap. 1. col. 2. de
his qui feud. dat. poſſ. & in cap. 1. §. ſi quis
per triginta ſi de feud. Defunt milit. &c. De
iure communi feudorum procedere ſi poſ-
ſent, non tamen de iure Regni, dum d. con-
ſtitutio diuæ memoriæ, quæ lex Regni eſt
5 dictat, † ſpetialem requiri licentiam, ſiue
aſſenſum, vt diximus, & hoc vt Rex de no-
uo vaxallo certioretur, immò nec ſufficeret
6 licentia † generalis forſan, in prima conceſ-
ſione feudi elargita, cum ſpetialis opponi-
tur, & præfertur generali, l. ſi quis mihi
bona, §. ſecundum ff. de acquir. hæred. cap.
quamquè 23. diſtint. vt latius fundaui in
conſ. meo 33. etiam intellecto ad Came-
rarij opinionem dato, alias ſi abſquè ſpe-
7 tiali † aſſenſu, vt lex Regni mandat, quis
feudum poſſideret, domino ignorante eſſet,
& ſic dominus conténeretur, & contra eum
poſſet ſequi machinatio in feudo, vt in cap.
Imperialem de prohib. feud. alien. per Fe-
der. Fritia de ſubfeud. Auth. 1. num. 28. Im-
8 mò nec † excurſu annorum centum, & tem-
poris immemorabilis aſſenſus præſumitur
vltra præd. etiam quia dum requiritur ex-
præſſus, & ſpetiale præſumptio ceſſit, Iſern.
in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lotar.
col 3. Afflict. de cõtrou. inueſtit. verſ. auertè,
Tamen Fritia in d. quæſt. 28. qui etſi num. 5.
dicit prædicta ſunt intelligenda in poſſeſſio-
9 ne tricennali, ſecus in centenaria † non eſ-
ſet, tunc præſumptum, ſed priuilegium cer-
tum, & ſpetiale, quod dicit ex alijs, tamen
ipſa Fritia d. num. 5. concludit contrarium,
10 ibi, C. vbi autem † certum ex ipſa re habere-
mus non interueniſſe, etiam per mille an-
nos non poſſit argui domini licentia, & vo-
luntas, Landenſ. in cap. ſicut 14. col. de re
iudic. Alex. conſ. 3. nu. 19. lib. 3. Mayn. conſ.
176. lib. 2. Vbi annis centum triginta tranſ-
actus aſſenſum interueniſſe non præſumi re-
iectis contrarijs firmat ex pluribus, & tanto
magis in hoc Regno, quia dum lex Regni
11 requirit † expræſſum ſpetialis præſumptio
ex diurnitate tẽporis ceſſat, vltra iam dicta
Anna Pat. in repet. dict. conſtit. Conſtitutio-
nem diuæ memoriæ num. 50. & pluribus ſe-
quentibus conſ. de Georg. in alleg. 3. nu. 1.
ver. 5. Nec ex temporis, &c. & in alleg. 14.
14 dicit in Regno aſſenſũ † requirere ſcriptu-
ram, & dixi in conſ. meo 83. num. 15. & ſic
aſſenſus ex tempore in hoc Regno, vbi ex-
preſſus interuenire debet & in ſcriptis præ-
ſumptus non operatur, & Reg. de Ponte in
ſuo Tract. de poteſtate pro Regis tit de aſ-
ſenſibus §. 5. num. 20. dicit eſſe iuris notorij
in Regno, quod non ſufficit aſſenſus tacitus
ſed ex expræſſus, & idem in §. 9. num. 15
& dixi in meo conſ. 33.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXI.

THEMA.

Feudum acquiritus præſcriptione centenaria, & immemorabili tempore, quæ habet vim tituli legis, & priuilegij, & contra eam non datur reſtitutio communis ſed in Regno aſſenſus Regius quia ſpeciale, & inſcriptis interuenire debet in feudalibus, nec per mille annos præſumitur.

SVMMARIVM.

1 *PRæſcriptio centum annorum, vel immemorabilis, vim tituli habet, & probatione bona fidei non indiget.*

2 *Præſcriptio immemobialis, vel annorum centum habet, vim pacti, & publici inſtrumenti.*

3 *Præſcriptio centenaria, & immemorialis, vim priuilegij habet.*

4 *Præſcriptio immemorialis ſecuritatem paret, & ſecuritas dicitur, quando denegatur reſtitutio.*

5 *Reſtitutio non datur aduerſus tempus.*

6 *Centenaria præſcriptio habet locum, etiam contra Fiſcum.*

7 *Tempore immemorabili, etiam ſine ſcientia Principis inducitur conſuetudo.*

8 *Immemorabili tempore præſcribi contra Principem procedit in rebus, paruì momenti, & cum ſcientia.*

9 *Præſcriptio aſſenſus ex tempore procedit in caſu dubio non in certo, & omninò adeſſe debebat aſſenſus.*

10 *Præſcriptio tollitur ex euidentia facti.*

11 *Aſ-*

Digitized by Google

11 *Aſſenſus in Regno habet certam formam in ſcriptis.*

12 *Aſſenſum non interueniſſe, dum patet ex euidentia facti non præſumitur, nec per mille annos.*

13 *Lex prohibens alienationem prohibet præſcriptionem.*

PRæſcriptio annorum centum, & tem-
1 poris immemorabilis, vim † tituli ha-
bet, per tex. in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotidia, & ext. & ibi gloſ. in cap. 1. de præſcript. in 6. l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſeruit. vendic. gl. in cap. ſuper quibuſdam §. præterea, in verſ. non extat de ver. ſignif. Iſern in cap. 1. §. præterea ducatus num. 16. de prohib. feud. alien. per Federic. Loffred. conſ. 40. nu. 42. & ex alijs communem dicit eſſe opinionem Ant. Gabr. in ſuia comm. opin. tit. & præſcript. num. 44. Præſid. de Franch. deciſ. 11. nu. 6. & habetur pro
2 veritate, & vim pacti, † & publici inſtru-
menti habet. Alex. conſil. 123. col. 4. verſ. quanto magis, & conſ. 52. hoc præſuppoſito lib. 5. Abb. conſ. 94. num. 2. §. præterea certum eſt lib. 1. Afflict. in prælud. conſtit. quæſt. 22. Curt. iun. in tract. feud. part. 2. q. 3. num. 18. conſ. 66. num. 51. conſ. 68. nu. 1. conſ. 158. num. 12. vbi ait hanc eſſe magis communem Cardin. conſil. 38. col. 2. verſ. 2. quia communis Det. in l. traditionibus num. 11. 12. C. de pact. & in conſ. 275. num. 2. 3. & conſ. 638. num. 1. 2. & 3. Tiraquell. de nobilit. cap. 14. n. 4. l. agrum in l. imperiū col. 9. verſ. ſed huic fundamento de iuriſdict. omn. iudic. Caſtr. in l. ſi certis annis num. 1. circa finem C. de pact. Afflict. dec. 239. & deciſ. 254. num. 4. Balb. in tract. de præſcript. par. 3. princ. ſecundæ par. quæſt. 6. n. 17. & 18. Molin. de pr. gen. Hyſpan. lib. 2. cap. 6. num. 3. & ex alijs Maſcard. de probation. lib. 1. concl. 429. num. 3. multos congerit Intrigl. in tract. feud. quæſt. 39. nu. 49. vſque ad num. 61. & dixi in conſ. meo 83. n.
3 23 Item præſcriptio tanti temporis, † vim
priuilegij à Principe legitimè obtempti habet tex. eſt in d. cap. ſuper quibuſdam §. præterea, & ibi notat gl. in verſ. non obſtat in princ. ibiq. Hoſtienſ. in verſ. nota diligenter de verb. ſignif. Ant. de But. in cap. peruenit, verſ. hæc determinatio de cenſibus, Loffred. conſ. 49. num. 48. Gramat. vot. 12. n. 9. Iſern. d. loco num. 18. Afflict. deciſ. 254. verſ vnde, oēs domini, & ex alijs multis cōmunem opin. tit. de præſcript. concl. 1. num. 2. per vltra columnam dicit Ant. Gab. dict. concl. 1. de præſcript. quæ præſcriptio tem-
4 poris † immemorabilis ſiuè annorum cen-
tum pleniſſimam parit ſecuritatem, l. ſicut de præſcript. triginta ann. pleniſſima autem dicitur ſecuritas quando reſtitutio denegatur, gloſ. in l. ait Pretor. §. promictitur, verſ. imputandum ff. de minor. & per hanc rationem, Ang. in dict. l. ſicut in
5 fine dicit † non dari reſtitutionem aduerſus
quadragenariā præſcript. Alex. conſ. 163. nu. 3. verſ. ſecundo non debetur, lib. 2. idem voluerunt, Bald. & Imol. quos citat, & ſequitur Soccin. in conſ. 194. num. 6. lib. 2. Ancaran. Aret. Iaſ. Curt. Senior. Dec. Gozad. Igne. Bertrand. & But. quos citat, & probat Tiraquell. in tract. retract. conſag. §. 35. gl. 4. num. 36. & ſeq. vbi teſtatur vidiſſe cōſultum pro hac parte ſœpiſſimè à doctiſſimis viris, idem tenuit. Soccin. in l. cum filius §. in hac col. fin. ff. de verb. oblig. & dicit Curt. Senior. col. penul. col. 3. quod hanc partem ſœpiſſimè defenſauit Soccin. conſ. 2. nu. 19. lib. 3. dicit, quod eſt verior, & communior, ex quibus, & alijs Doctoribus communem & tenendam firmat Suſd. in deciſ. Mant. 4. numer. 4. & 5. etſi hæc in præſcriptione
6 quatragenali, tanto facilius in † centenaria,
& immemorabili, ex quo tempore, ſiuè ſint burgenſatica, ſiuè feudalia ſunt præſcripta etiam contra Fiſcum, per conſtit. quatragenalem, quam ſic procedere declarat gl. ibidem in verſ. in publicis, in verſ. item intellige, Iſer. in verſ item dicit gloſ. immò, tale tempus immemorabile habet vim conſtituti, & conſenſus, etiam in regalibus, & Principi reſeruatis. Tiraquell. q. 4. num. 45. de primogen. Alex. conſ. 6. col. 2. circa prin. lib. 7. & col. pen. verſ. eſt enim circa mediū
7 vbi etiam dicit, & fortius, quod etiam † ſine
ſcientia Principis tali tempore inducitur cōſuetudo, & teſtatur magis communē Socin. iun. conſ. 115. num. 39. lib. 2. Ant. Gabrie. vbi ſup. d. concl. 1. num. 1. 44. 55. 59. 62. 64. vſque ad num. 70. & ex alijs per me in conſ. 83. num. 21. Sed ſi eſſemus in aſſenſu rei feudalis alienatæ in hoc Regno, vbi ſpetialis expreſſus, & in ſcriptis requiritur, vt prædiximus in præcedēti 20. dilucidatione mihi
8 dubium faceret, quæ de † centenaria, & im-
memorabili tempore dicta ſunt, quia l. ſi filius, C. de petit. hæred. & l. qui in aliena in princ. verſ. ſi non adierit ff. de acquir. hæred. & gloſ. in l. pen. C. commun. diuid. loquuntur in præiudicialibus parui momenti non autem, quando tractaretur, vt dominus directus ſuum feudum, ſiuè ipſius directum dominium amicteret, vt ex alijs in proprijs noſtris terminis hoc ſūdat Iaſ. in ſuo conſ. 176. etiam contrarijs reiectis num. 2. verſic. ſed præmiſſis non obſtantibus lib. 2. ſubdens,

ſebdens, quod prædicta iura in contrarium
allegata procedunt, qnando cum longinqui-
tate temporis proceſſit patientia illius, qui
conſentire debebat, vt ibi etiam per Iaſon.
verſ.3.principaliter, & dicta iura, & autho-
ritates poſſint habere locum, & loqui in ca-
9 ſu dubio, & † in dubijs propriè cadit præ-
ſumptio, vt per gl. in l.fin. in princ.ff. quod
met. cauſ.& in cap.his qui fidem de ſponſal.
ſecus verò quando eſſemus in caſu certo,
quia in certis non habet locum coniectura,
l.continuus §. cum ita, ff. de verb. oblig. &
eſt, quando ex inſtrumenti inſpectione alie-
nationis feudalis apparet non interueniſſe
aſſenſum directi domini, tunc enim non ſta-
10 tur † præſumptioni, quæ reluket ex anti-
quitate temporis; quia tollitur per euiden-
tiam facti, qua nulla eſt maior probatio, l.
emptorem in princip. ff. de ac. empt. notat
Innoc. in cap. Præpoſuiſti de probat. & ne-
gatiua probatur per inſpectionem ſcripturæ
l.fin. & ibi notat C. de reb.cred. & l Titio
textoris in princ. & ibi Bart. ff. de leg. 1. &
iſto modo ceſsaret præſumptio d. l. ſi filius
& d.l. qui in aliena, vt egregiæ limitat Paul.
de Caſtro in conſil. 50. incip. in cauſa. quæ
vertitur inter Reuerendum Patrem, &c. cir-
ca medium, ſequitur Fœlin. in cap.ſanc 14.
col. de re iudic. Alex.conſ.1.incip.pondera-
tis his, de quibus in themate ſit mentio cõſ.
19. lib.4. & Iaſ. in d.conſ.176. verſ.4.& vlt.
moueor, &c. Et hæc ſunt in proprio caſu
11 propoſito, quia † aſſenſus in Regno habet
ſuam formam priuilegij, cum appoſitione
ſigilli, & ſubſcriptione quæſtoris, & non
admittit probationem per teſtes, vt diſcu-
tit Afflict. in cap.1. §. hac ædictali de pro-
hib.alien. per Lotar. quamuis propter au-
thoritatem Ilier. fuerit aliter iudicatum, vt
refert idem Afflict. in deciſ. 398. & in feu-
dis alienandis lex, ſiuè conſtit. Regni diuæ
memoriæ requirit aſſenſum expreſſum ſpe-
tiale, & ſcripturam, vt dicimus in præce-
12 denti dilucidat.20.num. 11. & 12. Et † dum
certum habetur non interueniſſe aſſenſum
Regis, & ex ipſa re, certitudo patet: etiam
per mille annos non poſsit argui domini Re
gis licentiam aſſenſum, & voluntatem inter-
ueniſſe dicit expreſsè Fritia in d. ſua quæſt.
28 & ex alijs firmat num 5. ibi. Vbi autem
certum ex ipſa re haberemus non interue-
niſſe, &c. Et in præcedenti Dilucidat.20. n.
5. & ſeqq. reiecta etiam contrarietate per
ipſum Fritiam relata, vt ibidem numer. 8.
& ſeque. dicimus prædictis accedat, quod
alienationem rerum feudalium, ſiuè ſpe-
tiali aſſenſu indiſtinctè prohibet annullan-
do etiam actum, vt ex ea intelligitur, etiam
prohibuiſſe præſcriptionem l. alienationis
in princ. ff. de verb.ſignif. notat gl. in l.non
eſt incognitum, C.quib.non obſtet long.tẽp.
præſcript. & gloſ. & alij in l. vbi lex, ff. de
vſucap. Cyn. & Bart. in l.fin.C.in quib.cauſ.
in integ. reſtit. non eſt neceſſa, & in termi-
nis ſtatuti, & ſic noſtræ conſtitutionis vo-
luit hoc Bart. & in d. l. vbi lex, & eſt com-
munis opinio firmat Alex. d.conſ.1. nu.23.
& ex alijs infra.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXII.

THEMA.

Præſcribens, ſi titulum habet nullum, ex tituli nullitate præſcriptio inualida iudicatur deciſum, & quod in præſcriptione requiratur titulus, & bona fides verior ſententia, & communior eſt.

SVMMARIVM.

1 *Titulum inualidum debet allegare eum, ſed non producere, quia productio cauſat malam fidem; quam impedit præſcriptionem.*

2 *Aduocati cauti allegant titulum, ſed non producunt.*

3 *Præſcriptio requirit bonam fidem: reiecta contra dicentium opinione.*

4 *Bona fides requiritur etiam in præſcriptione immemoriali.*

POſſidens feudum ex titulo inualido ipſæ,
1 & ſui Aduocati cauti eſſe debent † in
non producendo, quæ productio inualidi ti-
tuli cauſat malam fidem, quæ impedit præ-
ſcriptionem, cap. poſſeſſor de reg. iur. in 6.
& de eo eſt diſcutiendum, & reperto inua-
lido ſubcũbet poſſeſſor in mala fide exiſtẽre
ex dictis per Ant. de Butr. in cap. diligenti
num.98. de cenſib. Pariſ.conſ.66. num.128.
lib.1. alios allegat Pedemont. deciſ.101. nu.
31 Couar.2 part.relect. regula poſſeſſor, §.
8. num. 4. verſ. ego equidem, Camill. de
Curt. in ſuo diuerſ. feud. verſ declarata igi-
tur num 12. f.78. vbi ait, quod ex hac cau-
ſa in Tribunali Regiæ Cameræ, quam plu-
res centenariæ cum omnibus requiſitis fue-
runt annullatæ, & nullius roboris iudicatæ,

& eum

& eum citat conſ. de Georg. alleg. 14. num.
2 16. & 18. Hinc † cauti Aduocati allegant titulum, ſed illum minimè producunt, dicit Maſtrill. in deciſ. Sicil. 114. n. 41. de Franch. deciſ. 56. in fine. Ther. in Compend. deciſ. verſ. præſcriptio centenaria verificata, &c.
3 Et ſi aliqui dicunt in † tali præſcriptione bonam fidem non requiri, vt eſt Balb. qui hanc opinionem communem affirmare audet in tract. de præſcript. par. 4. princ. par. 4. quæſt. 1. num. 3. quod etſi ex diſpoſitione Iuris Ciuilis de hoc loquitur, per l. ſicut de præſcript. triginta, vel quatraginta annorũ Iure, tamen Canonico, quod in materia præſcriptionum in Camera Imperiali approbatum eſſe teſtantur Miſyng. cent. 4. obſeruat. 6. Gail. 2. obſeru. 18. num. 2. bonam fidem requiri dicẽdum eſt, comprobat Vulteius d. cap. 9. num. 12 & 14. Kirchou par. 2. comm. opin. in litera F. verſ. feudi præſcriptio concluſ. 69. & magis communiter hoc DD. tradere refert Scrader. in conſ. 34. incip. caſus, ſeu facti, &c. nu. 76. tom. 1. conſ. diuerſ. Accadem. & Iur. Conſultor. Germ. Pariſ. conſ. 1. num. 123. lib. 1. & in omnibus, etiam actionibus perſonalibus bonam fidem requiri, & hanc ſententiam Cameram Imperialem fuiſſe ſecutam dubium non eſſe, quod neceſſaria ſit Miſyng. obſeruat. 6. cen-
4 tur. 4. Et hoc ex recepta doctrina, † etiam in immemoriali procedit, Dyn. in c. poſſeſſor. num. 14. de reg. iur. in 6. Balb. d. loco part. 3. princip. quæſt. 6. num. 20. Crauett. de antiquit. temp. par. 4. ſectio, in materia iſta, num. 16. & 17. Corſet. d. cap. poſſeſſor, par. 2. §. 8. num. 8. Villalobſ. in comm. opin. verſ. præſcriptio num. 105. Miſyng. d. obſeru. 6. cent. 4. Gail. d. obſeru. 18. num. 7. & ſeq. lib. 2. Vaſch. Illuſt. controu. cap. 81. nu. 17. & ſeq. & præcitati Doctores in allegatis locis, & Roſental d. cap. 6. concl. 77. in gloſ. litera G. ex alijs,

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXIII.

THEMA.

Feudum guardiæ, vel alterius naturæ datum in rectum, poſſeſſione triginta annorum non mutatur, ſed eo iure quo poſſeſſionem nactus eſt, poſſidere ſemper præſumitur, communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum alterius natura, quam à principio conceſſum, & poßeſſum mutare non valet.*
2 *Poßeßionis cauſam, nemo mutare poteſt.*
3 *Feudum ſua primeua natura ſine noua cauſa ſola animi deſtinatione mutari non poteſt.*
4 *Feudum iuris francorum, vel alterius naturæ per vltra triginta annos aliter poſſeſſum non mutatur.*
5 *Primeua inueſtitura, quæ eſt radix, & baſis feudi eſt attendenda.*
6 *Vaxallus mutat, quod ſit conceßum ſibi præiudicat non alijs.*
7 *Tertio per alterius ſtipulationem acquiritur etiam ſine acceptatione, & per ſtipulantem non auf. rtur.*
8 *Pater in feudo nouo, & hæreditaria filijs præiudicare poteſt in feudo ex pacto, vel aliquo quaſi pro filijs non.*

1 SI quis † rem ſibi, vel maioribus ſuis in feudum Guardiæ, aut aliud impropriẽ conditionatum iuris francorum, vel alterius conditionis conceſſum: Aſſerat, ſibi in feudum rectum datum non poteſt, ſibi in feudum rectum datum probare ex eo, quod tempore longiſſimo tenuerit, niſi oſtendat ſe, aut Patrem poſt illam primam conceſſionem Guardiæ, aut ſimilis de eo in feudũ rectum, vel de alia natura inueſtitum, in terminis decidit Nicol. de Neap. in cap. 1. de feud. Guard. quẽ ibidem ſequitur Iacob. Aluarot num. 12. Præpoſit. num. 9. fundant ſe in l. male agitur, C. de præſcript. triginta annorum, cum † poſſeſſionis cauſam, ſibi
2 nemo mutare poteſt, per tex. in l. 3. §. illud quoquè à veteribus, & ibi Doctores ff. de acquir. poſſeſſ. l. cum nemo, C. eodem, Bart. Socc. conſ. 131. num. 7. lib. 1. Iaſ. in l. 2. n. 152. & 194. C. de iur. emphit. Roland. à Vall. conſ. 77. num. 27. & ſeq. lib. 1. Grauett. de antiquit. temp. par. 4 ſect. materia iſta n. 111. Maſcard. de probat. concl. 1197. Caſtrenſ. in l. neq; C. de vſufruct. Vbi † inquit, quod
3 ſine noua cauſa ſuperueniente, ſola animi deſtinatione cauſam poſſeſſionis mutare, quod nequeat, quod ſequitur 4. par. quartæ partis princip. quæſt. 11. num. 5. Vbi ex illo infertur, quod dominus ex conſuetudine Galliæ ob non petitam inueſtituram ad ſe, & ſub manus ſuas accepit feudum, (quod prendas vocant) donec ſe Vaxallus recognoſcat, etiam ſi centum annis poſſederit, hanc poſſeſſionis cauſam non dicatur mutaſſe, idquè Vaxalli hæredes recuperare

poſſe

poſſe modo ex iſta apprehenſione feudum
apud dominum eſſe doceant, ſic eſt, quod
4 ſi † quis, vltra triginta annos, feuda Guar-
diæ Caſtaldiæ, vel alterius naturæ, puta iu-
ris Francorũ, vel alterius ea tamen nõ præ-
ſcribit, vt fiant alterius naturæ, vt tradunt
Iacob. Aluarot. & præcitati Doctores in
locis allegatis, quia titulum primæ poſſeſ-
ſionis mutari non poteſt, vt ex prædictis
iuribus, & authoritatibus paret, & feudo
recognito pro feudo Guardiæ primæ na-
turę poſſeſſio, & recognitio non nocet, glo.
in cap. 1. §. ſi viro de feudo Guardiæ, ibiq;
Petr. de Ceruo Beluiſ. Bald. ante numer. 1.
num. 2. & num. 4. Aluarot. nu. 1. & 7. Præ-
poſit. num. 1. Nicol. de Neap. Afflict. num.
1. & num. 10. Laudeſ. num. 15. Paul. Pic. nu.
4. Rauen. de feudo Guardiæ, Iacobin. de
S. Georg. in verſ. dictiquè Vaxalli promi-
ſerunt recognoſcere nu. 21. inquiens, quod
omnes ſequuntur, Roſent. de feudis cap. 2.
concl. 73. in gl. lit. A. Det. cõſ. 486. n. 27. cõſ.
135. pro tenui ſuperiore anno n. 4. cõſ. 185.
in cauſa n. 3. Curt. iun. cõſ. 108. n. 17. Detiã. cõſ.
24. num. 7. lib. 1. conſ. 73. num. 49. lib. 2. Tira-
quell. de retract. lignag. §. 32. num. 39. Ro-
land. à Vall. conſ. 60. num. 32. lib. 1. confir-
matur ex eo, quod Balb. de præſcript. patt.
2. 3. par. princ. quæſt 10. num. 26. ſcribit de
emphitheota qui. 30. aut. 40. annis maiorem
penſionem ſoluit, quam per tenorem inue-
ſtiturarum debebat, poſt Alex. conſ. 113. n.
1. §. & paſſim lib. 1. & Pic. d. num. 4. Am-
pliat etiam ſi dominus recognouerit feudũ
5 Caſtaldæ in feudum perpetuum ad † prime-
ua inueſtitura eſt attendenda, & ad eam
recurrendum, cum prima inueſtitura ſit
baſis, radix, & fundamentum reliquarum
Bal. in l. 1. num. 31. C. quando non petent
part. Iaſ. par. 6. num. 23. Gail. obſeruat. 49.
num. 3. lib. 2. Sonsbech. par. 9. n. 25. Scheneid.
par. 5. num. 34. Scrader. par. 5. cap. 2. nu. 31.
Det. conſ. 185. in cauſa iſtorum num. 3. De-
tian. conſ. 58. num. 60. lib. 1. Rolan. à Valle
conſ. 67. num. 17. lib. 1. & ex alijs Roſent d.
cap. 6. concl. 69. in gl. lit. G. ſed limita pri-
mo, quando Vaxallus ex certa ſciẽtia ali-
6 ter, quam in prima inueſtitura recipit feu-
dum, ſibi præiudicat, vt ſi in feudum per-
petuum teneat in Caſtaldiæ, vel aliud reci-
piat ex certa ſcientia, & finxerit ſcire natu-
ram feudi eam eſſe, in quam recipit, & reco-
gnouit, Beluiſ. poſt gloſ. Bal. Aluarot. Af
flict. Præpoſit. & alij excepto Pico, qui vi-
detur ſentire, id ſolum ſufficere in d. §. ſi
vero, dixi quod ipſi taliter recognoſcẽti
præiudicat, non autem filijs, vel agnatis,
quibus ex veteri inueſtitura fuerat ius quæ-

ſitum, quod intellige in feudo antiquo, quia
res mea, vel mihi quæſita, etiam in ſpe ſine
facto meo auferri non poteſt, l. id quod no-
ſtrum ff. de reg. iur. vbi Cagnol. & alij, l.
non debet eodem tit. l. cum Maritus de
pact. dot. cum ſimilibus, facit l. in re. C.
7 mandati. Cum † quando alteri præſenti,
etiam extraneo ſtipulet, quod ipſi ex tali
ſtipulatione ius quæratur, per gl. in l. 3. in
verſ. abſentiam C. de inutil. ſtipulat Curt.
de feud. par. 2. membr. 2. nu. 68. allegat Ro-
man. & Alexand. in l. certi conditio §. quo-
niam ff. ſi cert. petat. Scrader. par. 5. cap. 1.
in fine. Roſental. de feud. cap. 3. concl. 13.
lit. C. Etiã ſine vlla acceptatione, ſiuè ratiha-
bitione caſus eueniente iſti tertio actionem
eſſe quæſitam Aym. conſ. 23. num. 17. Iaſon.
in d. §. Flauius n. 23. & ſine omni cõtrouerſi
acquiri poſſunt, per ea quæ Bald. Salic. &
alij dicunt in l. quoties C. de donat. quæ ſub
modo DD. in l. ea, quæ ciuiliter ff. de acqu.
rer. domin. & ex communi Couar. pract. re-
ſolut. lib. 1. cap. 14. num. 2. Roſental. ex alijs
cap. 3. conclu. 11. nu. 11. & ſeq. ex Couarr.
& alijs cõem adducit lit. V. Hinc indubitatũ
concludendum ſi fratres duo pręſentes vno
& eodem tempore fundum Tuſculanum in
feudum acquirunt, ita, vt vnus ſine hæredi-
bus maſculis defuncto, alter, aut eius hære-
des in portionem defuncti, eiuſquè liberorũ
ſuccedant, quod id perinde ſit habendum,
quaſi hoc pactum per ipſos fratres acqui-
rentes hincinde fuerit acceptatum, & rati-
ficatum. Iaſ. par. 9. num. 30. Miſynger. ob-
ſeruat. ſingul. centur. 4. obſeruat. 85. in fine
num. 13. Scrader. par. 8. cap. 6. num. 16. verſ.
fallit tamen hoc &c. Fach. in conſ. quodam
per Hart. piſtor. quæſt. 20. lib. 2. par. 2. ſubie-
cto num. 13. & vnus ex fratribus paciſcẽti-
bus, nec cum conſenſu domini mutarent
ſtipulationẽ ipſam tollere poteſt. Toming.
q. 23. num. 7. Alciat. conſ. 160. num. 25. in
antiquis Arius Pinell. in l. 1. part. 3. num. 98.
C. de ben. matern. per l. perfectam C. de
donat. quæ ſub modo, &c. Et inquit hoc ca-
ſu doctrinam Bart. & ſequentium in §. qui
Romæ, §. Flauius Hermes ff. de verbor. obli
gatio. ita limitari poteſt, Piſtoris, ita rectè
part. 2. lib. 1. quæſt. 4. nu. 91. & ſeq. quæſt. 20.
num. 14. & ſeq. lib. 2. ead. par. 2. ſunt, & aliç
receptę limitationes pręfatæ doctrinę, quod
ius alteri ex contractu inter tertios iuſtè
acquiſitum, vniuſquè contrahentis conſen-
ſu tolli poſſit, quas DD. in l. 3. ff. de ſeruit.
exponend. d. l. quoties C. de donat. quæ ſub
modo, & d. l. qui Romæ, d. §. Flauius tradũt,
ad hanc feudorum doctrinam accommodã-
dã, quod cum conſenſu hæredis domini, &

primi acquirentis, ſeu contrahentis ius hoc tolli, & reuocari amplius non poſſit d. l. 3. & ibidẽ omnes in dictis locis, & ius tertio per ſtipulationem alterius quæſito ſine conſenſu illius tertij auferri, & reuocari nõ poſſit, communem interpretum eſſe ſententiã firmat Iaſ. in d. §. Flauius num. 19. quem allegat, & in terminis ſequitur Hartm. Piſtoris quæſt. lib. 2. par. 2. q. 20. num. 15. q. 4. n. 91. & 93. Pinell d. num. 98. verſ. indẽ ſequitur, quod vbi liberi. Iacob. Toming. q. 23. 7. vt eũ citat Piſtor. d. loco. Alciat. conſ. 160. nu. 25. ex alijs Roſental. de feud. c. 9. concl. 65. in gl. lit. M. & diximus ſupra hac parte Dilucidat. 13. ſed hoc non procedit in feudo nouo per patrem quæſito, maximè pro ſe, & hæredibus, quia pater feudum nouũ, cum domini cõſenſu quæſitum alienare poteſt, vt filij, vel Agnati non reuocant, ſi feudum eſt hæreditarium, quia filij debẽt habere ratum factum patris defuncti, & ſic contradicere non poſſunt, Præpoſit. in cap. Imperialem num. 7. de prohib. feud. alien. per Federic. Curt. par. 4. num. 132. in fine, & nu. 144. Hartman Piſtoris lib. 2. q. 4. numer. 43. Alex. conſ. 19. num. 15. li. 5. verbo legare, vbi diſtinguendo hanc opinionem communem dicit. addens eam eſſe veritatem, Gail. lib. 2. obſeru. 154. num. 12. & ſeq. communem, & ex alijs Roſental. cap. 7. concl. 7. in gloſ. lit. B. & diximus ſupra hac parte Diluc. 12. ſed ſecus in feudo ex pacto, & prouidentia quod filij factum prædeceſſoris reuocare, & recuperare poſſunt, vt diximus ſupra hac parte cap. 13. & ex multis, & pluribus communibus opinionibus firmat Roſental. dict. concl. 7. in gl. lit. C. per columnam.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXIV.

THEMA.

Poſſeſſio Feudi pignorati, etiam vltra annos triginta præſcriptionẽ non probat, cum cauſam ſuæ poſſeſſionis nemo moſtrare poteſt, niſi à die receptionis per dominum, vt feudum communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio non animo tenendi in feudum, nihil præſcriptione agit.*

2 *Feudum non animo tenendi in feudum, ſed vt pignus ſi quis poſſedit annis triginta, nihil circa præſcriptionem agit.*

3 *Præſcriptio ſine bona fide non procedit, & præſcriptio non currit, niſi poſt pignus datum legitimè inueſtitus fuerit.*

4 *Vaxallus nõ habens inueſtituram iurat præceſſiſſe, & per annos triginta continuos ſeruitium præſtitiſſe, vt feudum ſciente domino.*

5 *Vaxallus renuens iurare habuiſſe inueſtituram iurabit dominus non fuiſſe factam, quod procedit etiam in immemoriali poſſeſſione.*

Poſſeſſio alicuius rei, ſiuè feudi animo teneri in feudum, vt in cap. 1. §. ſi quis per triginta annos, ſi de feud. fuer. controu.
1 operare poteſt, ſed ſi res, ſiuè feudum talio 9 habuerit, ſiuè poſſideatur animo, quam in feudum poſſeſſio talis ad effectum præſcribendi nihil facit, Balb. de præſcript. par. 4. quæſt. 1. num. 1. Obrech. in ſua diſputatione Theſ. 209. Cum ſi res aliqua obligata ſit alicui pignori, vt maximè cœtera ad præſcribendum feudum neceſſaria adſint, non tamen intelligitur feudum triginta annorũ
2 ſpatio eſſe † acquiſitum, quia rem poſſedit non animo poſſidendi feudum, ſed animo habendi pignus, & nemo poſſeſſionis ſuæ cauſam mutare poteſt, vltra ſuperius dictus hoc tenet Iacob. de Bello viſ. in tit. de vſu Mediolan. ibi oppono ſeptimo, &c. vſquè ad finem, quod & vult Hern. ante finem dũ quærit poſſeſſionis mutationem adhoc, vt tex. illæ procedat Afflict. nu. 9. Zaſ. de feud. par. 6. nu. 31. Hannetton lib. 2. de iure feud. cap. 1. Borcolt. cap. 7. de præſcript. Miſynger. obſeruat. 29. cent. 4. vbi refert Sic. in Camera Imperiali iudicatum eſſe Roſental. cap. 6. concl. 80. in gloſ. lit. E. maximè quod
3 in † feudis ſine bona fide præſcriptio non procedit, niſi poſt pignus datum legitimè inueſtitum eſſe, per pares Curiæ, aut breue teſtatum probet, vt hoc dicit tex. in §. fin. de feud. dat. in vicem legis commiſſor, & quod hoc nihil dubij habeat Aluar. ex c. 1. § item ſi Vaxallus, ſi de nouo feud. controu. fuer. Roſental. d. loco in gloſ. litera S. Etſi Vaxallus afferat pignus, poſtea in feudum eſſe conceſſum, & id teſtibus, aut inſtrumẽ-
4 tis oſtendere non poſſit, proponat † inueſtituram præceſſiſſe, & ad eius demonſtrationem oſtendat, quod ante annos triginta domi-

domino ſciente ſeruitia feudalia Roſent. d. loco in gl. lit. M. ſed ego nequaq̄ ſtante inualiditate tituli, & curſu tēporis cōualeſcētia veluti, & mala fide, & ex alijs dictis in præcedentibus Dilucidationibus 20. 21. & 32. & in ſequenti, ex illa re præſtiterit, aut eam tanquam feudum recognouerit, & ab illo tempore hucuſquè continuè ſine vlla interruptione, aut contradictione domini ea poſſeſſione poſſederint, quod ſufficiet ad hoc, vt in ſua poſſeſſione manutenēdus ſit, modo cum duodecim Sacramentalibus, ſibi inueſtituram, ac eadem re datam fuiſſe iurauerint, per tex. in d. cap. 1. ℱ. fin. de feud. dat. in viceleg. commiſs. verſ. ita vt per triginta annos contextatio pignoris, &c. aliter de vſu Mediolanenſium, quia tex. gloſ. & allegati, ac allegandi ibidem omnes nullo diſcrepante ſequuntur, & quando interruptio fiet, oſtendunt, & prædicta, & de iuramento ſunt de mente Iacobi de Bellouiſu ibidem (qui tamen videtur hoc admittere, etiam ſi dominus ignoranter ſeruitium recepiſſet, quod non probo) eleganter Iſern. ante num. 1. Aluarot. num. 43. Bal. num. 1. in fine Præpoſit. num. 1. Afflict. num. 1. 2. & 4. Paul. Pic. num. 1. Feder. Schench. Baro, in Laenberg. num. 3. Rauenn. Scrader. part 5. cap. 4. num. 11. in fine. Roſental. d. cap. 6. concluſ. 80. lit. G. & H. Et ſi † vaxallus renuerit iurare, dominus iurabit inueſtituram non eſſe factam, vel vaxallum recipere, & inueſtituram renuntiare, per tex. in ℱ. fin. de feud. dat. in Vic. l. cōmiſſor aliter cap. 1. de vſu Mediolanenſium, & ibi omnes Beluiſ. Nicol. de Neap. Iſern. Bal. Aluarot. Laudenſ. Præpoſit. Rauen. Schench. & cætera. Borcolt. cap. 7. de præſcript. num. 6. & recognitio ſi ſimpliciter abſquè mentione præcedentis tituli, ſecundum titulum præambulum facta cenſetur, & ita in Camera Imperiali iudicatum Roſental. d. cap. 6. concl. 80. in gl. lit. N. ex Ant. Gabriel. in comm. opin. concl. 1. num. 51. & 53. Menoch. hanc etiam de immemoriali receptum dicūt præſumpt. 131. num. 49. lib. 3. adducens Couarr. in cap. poſſeſſor par. 2. ℱ. 8. num. 8. de regul. iur. in 6. in hoc, quod præſcriptio in feudis ſi de titulo vitioſo conſtet, non procedat ſcripſit Afflict. in ℱ. ſi quis per triginta annos notab. 6. num. 5. de feud. deſun. mil. &c. Piſtoris quæſt. 46. num. 25. lib. 2. Recordare tamen, ſumma contentione plurimos in cōtrarium in præſcriptione immemoriali niti, Vaſquius controuerſ. cap. 81. num. 17. & 18. Hier. Gabr. conſ. 88. num. 30. lib. 1. vſquè hanc veriorem, & communiorem eſſe tradere Bartulum conſ. 127. num. 30. & ſeq. lib. 1. ego his aſſentirem exceptis caſibus, vbi titulus ille poſſeſſione, vel in mala fide cōſtituit, vel talis, qui præſcriptionem ſine poſſeſſionis mutatione non admittunt pignore locata, &c.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXV.

THEMA.

Feudum, vel ipſius pars eiuſquè inueſtitura ſine directi domini aſſenſu, nullo tempore præſcribitur, & ipſe contra ens, ſuiquè hæredes cum beneficio legis, & inuentarij contrauenire poſſunt, nullitates allegare, & recuperare pluries deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Feudi cuiuſcumquè, & eius pars alienatio eſt prohibita de Iure Diuino, communi feudorum, & Regni.*

2 *Sub feudorum in alienationibus Regis, & Baronis requiritur aſſenſus, & num. 4.*

3 *Feuda minima à maioribus non differunt, vel ſi à Rege, vel Barone teneantur in alienatione ſubfeudi aſſenſus vtriuſq; requiritur.*

4 *Sub feudum eſt pars integralis feudi.*

5 *Clauſula iuribus Regijs ſaluis, ſub feudum dicitur eſſe Regis feudum, eſtquè penes Regem, & ſubfeudatarius eſt Regis Vaxallus.*

6 *Feudi alienatio, & diſpoſitio ſine Regio aſſenſu eſt nulla.*

7 *Feudi ſine aſſenſu poſſeſſor malæ fidei poſſeſſor eſt, etiam quia nulliter poſſidit, & etiā ratione peccati, nunquam præſcribis, nec ciuili iure.*

8 *Feudum, nec eius pars vllo tempore præſcribitur.*

9 *Sub feudum eiuſquè pars, nec cum conſenſu à quo tenetur alienari, poteſt.*

10 *Qualitercumquè verbum generale eſt.*

11 *Feudum, aut domus feudi nullo tempore præſcribi poteſt. Deciſum.*

12 *Feudi, ſine rei feudalis dominium ſine aſſēſu alienata, non abdicatur à Domino.*

13 *Feudum ſine aſſenſu alienari ipſemet alienans reuocat, & reiuendicat.*
14 *Actum lege reſiſtente nullum. ipſa contrahens, & eius hæres nullum allegat, & rē recuperat.*
15 *Hæres etiam ſine beneficio legis, & inuentarij alienationi feudi, ſiue eius partis contradicere poteſt.*
16 ***Hæres cum 6. l. 1. recuperat feudum, ſiue eius partem, ſiue aſſenſu alienatam. Deciſum.***

1 CLarum eſt, & pluries diximus † feuda,
vel eorum pars ſine domini conſenſu
alienari, nec ad meliorandum dari poſſe, &
primo de iure diuino, per tex. ad leuit. cap.
25 ibi terram quoquè non vendat in perpetuum,
quia mea eſt, & vos Aduenæ, & Coloni
mei eſtiſ. 2. de iure communi feudorũ,
cap. 1. de prohib. alien. feud. per Lotar. vbi
communiter DD. cap. 1. de prohib. feu alien.
per Feder. Loffred. conſ. 11. num. 29. Afflict.
deciſ. 60. num. 2. Franch. deciſ. 663. numer 1.
Reg. de Ponte conſ. 3. num. 33. 42. 52. conſ.
57. num. 14. 34. & de poteſtat. pro Reg. tit.
de election. offic. §. 4. num. 2. & 3. conſ. Fab.
de Ann. conſ. 127. num. 34. Capyc. in inueſt.
feud. §. feudorum alienationes per totum,
maximè ampliat. 22. lim. 13. Scrader. in ſuo
tract. de feud. cap. 1. num. 6. 3. de iure Regni,
vt de prohibitione regalium eſt conſtitutio
Regni ſci·e volumus de feud. quaternatis,
eſt conſtitutio Conſtitutionem diuę memoriæ,
& omnia alia feuda etiam plana
alienari prohibentur, quocumquè alienationis
titulo interuiuos, & in vltima voluntate
in totum, vel in partem dicunt verba,
Conſtit. Regni hac ædictali, quæ loquitur de
feudis planis, vt per columnas diſcutiendo
firmat Camer. in d. cap. Imperialem de prohib.
feud. alien. per Feder. fol. 40. lit. A. & ſeq.
2 Et † in ſub feudis alienandis requiritur aſſenſus
prioris domini, ſcu. Regis dicit gloſ.
in d. cap Imperialem, §. illud verſ. niſi requiſitus
de prohib. feud. alien. per Federic. &
latè firmat Iacobin. de feud. in tit. & cum
pacto de non alienando numer. 21. qui poſt
num. 22. dicit, quod hæc opinio eſt magis
communis, & in iudicando non eſſet tutum
ab ea recedere, Cagnol. in l. conſilij §. ſotij
mei num. 9. ff. de reg. iur. Zaſ. de feud. par 9.
verſ. ſed occurrit. Nam apud ipſum Vaxallum
poſt factam ſub in feudatione non remanet,
nequè directum, nequè vtile dominium,
ſed ſolũmodo quædam reliquiæ vtilis
dominij, quæ tanquam modici momenti
non attenduntur, ſed attenditur prior cauſa,
quæ eſt dominium directum remanſum
pænes Regem primum dominum, Clar. in.
§. feudum quæſt. 32. verſ. in propoſito, ex
3 prædictis firmat, cum † feuda minima à
maioribus non differunt, & eildem regulis
ſubijciuntur, vt in cap. 1. §. fin. de his, qui
feud. dat. poſſ. cap. 1. de feud. dat. minim. Valu.
cap. 1. quis dic. Dux, & ſiuè à Rege, vel à
Barone teneantur, nihil differunt, & eandē
naturam, quam à principio aſſumpſit, retinet,
nec ideo mutatur, quia Baroni feudum
conceſſum eſt, à capite ſuo deriuat, qui eſt
Rex dominus omnium feudorum Regni
Fritia de ſubfeud. lib. 1. in capit. incip. fuit
dubitatum in parlamento num. 7. 8. fol. 18.
& licet Afflict. & aliqui alij teneant in alienatione
feudi plani aſſenſum Baronis ſufficere,
ſed quod etiam Regis aſſenſus omninò
requiratur, non eſt recedendum ab opinione
Iſerniæ in d. cap. Imperialem num. 9.
ibi conſenſus vtriuſquè eſt neceſſarius, vbi
additio litt. L. & latius num. 63. ibi, nam
vterquè debet conſentire Camerar. in dict.
cap. Imperialem lit. Q. & latius fol. 23. lit.
C. hoc etiam tenent ſummiſtæ, quia agitur
de intereſſe vtriuſquè arg. l. fin. C. de Auth.
præſt. C. ad hæc in fine de offic. Archid. cum
alijs per gloſ. ibi lit. C. alias ſolus Baro concedendo
facilius poſſet Baroniam diminuere
in præiudiciũ Regis, & Baronis, & vtriuſquè
requiratur apertè dixit, ēt Bald. in l. ſi
permittente C. ad Maced. quod feudatarius
feudatarij requirere aſſenſum prioris domini,
ſ3. Regis, quia pænes eum eſt ius principale,
ſecundum Gulielm. de Cun. & pro
hoc facit C. Honorij incip. ſi contingat, quod
eſt pro deciſione, vt aſſenſus vtriuſquè re-
4 quiratur: vnde ſequitur, quod † ſubfeudum
eſt pars integralis feudi, nec eſt ſeparatum
ab eo, l. tale in fine, vbi Bal. ff. de hæred.
5 inſtit. Nam virtute illius † clauſulæ, quæ in
conceſſionibus apponi ſolent, videlicet iuribus
Regijs ſemper ſaluis ſubfeudum dicitur
eſſe Regis feudum, & eſt pænes Regem, hinc
eſt, quod ſubfeudatarius dicitur Regis Vaxallus
Franc. Pand. in addit. tract. Berard.
Pand. de Dotario quæſt. 3. verſ. verum ego
fol. 467. & Fritiz d. loco num. 12. per conſtit.
poſt mortem, & ex Iſern. in cap. 1. de
controu. feu. apud par. termin. hinc eſt, quod
ſubfeuda ſine Regio aſſenſu alienari non
6 poſſunt, & ideo omnis † eorum alienatio,
& diſpoſitio ſine aſſenſu eſt nulla, qa contra
interdicta legum per vulgatum legem non
dubium C. de legib. & ex contractu nullo, &
inualido, vel ex errore præſcriptio nulla
inducitur, l. ſi fur. §. 1. vbi Bart. de vſucap.
7 c. quarta de præſcript. Ex quo † poſſeſſor eſt
in mala fide, & vllo vnq; tempore præſcribere

Digitized by Google

bere poteſt , etiam ratione peccati impeditiui omnes , & quaſcumquè præſcriptiones C. poſſeſſor de reg.iur. in 6. cap.vigilanti,& cap.fin. de præſcript. & ex alijs, latè cumulatis per Franc. Viu. deciſ.33. num.1. lib.1. & etiam de iure Ciuili, ex Tiraquel.lib.1.gl. 2. de præſcript. & ex innumeris authoritatibus, & cõmunibus opinionibus firmet Roſental. de feud. cap.9.concl.97. in gloſ.lit.G. quando niſi immemorabili, vel centum annorum ſpatio præſcribi non poteſt, & alleganti præſcriptionem longi temporis tria requiritur neceſſario probanda, titulus habilis ad translationem dominij : bona fides, & continuata poſſeſſio, abſquè interruptione cap.1. de præſcript. lib.6. & ibi Doctor. latè Franc. Balb.de præſcript.3.par.princip. quæſt.1.Oſaſch deciſ.Pedemont.79.num.15.

8 Sed † certa pars,ſiuè quota feudi vllo tempore præſcribitur, vt habetur ex Conſtitutione Regni incip. conſuetudinem prauam actonus,§.celerum,ibi (ſi ſuper aliquo predio, vel predij ad feudum, vel partem feudi pertinentibus , quæ velut libera à ſeruitijs, vel qualitercumquè,vel aliter,quis præſcribens , de quibus nullum eſt ſeruitium prætaxatum,præſcriptionem quanticumq.temporis, in nullo prodeſſe, ſibi cenſemus)vbi gloſ. & DD. & latè Luc. de Penn. in l. a. C. de agric. & cenſit. lib.11. & pars ſubfeudi, etiam cum aſſenſu Baronis , nunquam præſcribitur, eſt gloſ.& addit. in d.Conſtit.conſuetudinem prauam, per rationem , vltra hunc textum, quia rebus particularibus de feudis ſubtractis diminuetur ſeruitium,& Luc. de Pen. in l.2. col.2. cap.de omni agr. deſert. lib.11. format quæſtionem, quid ſi feudatarius tenet feudum à Comite,vel alio

9 Domino, & † alienat aliquas res particulares feudi, cum conſenſu Comitis , quod talis alienatio non valet , ibiquè ponit multa ad intellectum dictæ Conſtitutionis, dicens, quod per alienationem partis diminuitur feudum, vt ibi per Lucam de Penn. Cannet. in cap.volentes, §.ideoquè condeſcendo n. 1. fol.154. §.vt corollariè num.23. fol.159. quod ſui naturâ eſt indiuiduum Tiraquel.de Iure primogen. quæſt.4.num.19. Rip. de indiuid.ſect.22.num.60. Franch.deciſ.73.nu. 21. Etſi diſmembrari feudum permictitur diminueretur Domini ſeruitium, gloſ. in d. Conſtit. cõſuetudinem prauam in fine,Scrader. de feud. par.8.cap.4.nu.15.conſ.Georg. alleg.14.num.6. quod ſeruitium vniuerſitati feudi incumbit, dicit gl. Magiſtralis in Conſtitut. Regni Conſuetudinem in verbo, de quibus vbi conſ. de Boctis addit. Reg. Io. Ant. Lanar. conſ.40. num.2. 3.4.5.Camill. de Curt. in §. declarata igitur num. 145.& 146. & conſecutiuè in dãnum reipublicæ eſſet. Luc. de Penn. in l. ſi quis num.2. C. de omni agr. deſerto lib. 11. Petr. de Gregor. de conceſſ.feud.par.2.quæſt.7.num.7.Giurb. deciſ.50. num.5. in fine , & prius firmauerat Afflict. in deciſ.254. num.4. vbi Vrſill. add. num.3. ex alijs reſoluendo, quod qualitercumquè poſſideatur pars feudi , ſiuè vti libera, ſiuè cum præſtatione ſeruitij , quia

10 verbum † qualitercunquè in d.Conſtit.& §. cœterum eſt verbum ge erale, prout eſt tex. in l. fideinſſor, §. Prætor ait, ff. qui ſatiſd. cog. cum ſimilibus : vnde ſi quis qualitercunquè velit rem particularem feudi , ſiuè cum ſeruitio,ſiuè ſine ſeruitio præſcribere non poteſt, vt teſtatur gl. in d.Conſtit. diuæ memoriæ in verſ.reuocari in fine,dum

11 dicit † fundus vero, vel domus feudalis nullo tempore poteſt præſcribi citando dictam Conſtit. conſuetudinem in fine , hoc idem Pariſ. de Put. de re ntegr.feud. in cap.incip. conſuetudo num.5 fol.148. & melius nu.15. fol.151. Petr. de Greg.de conceſſ.feud.par. 2.quæſt.7.num.6. Canner. in cap.volẽtes §. colligitur etiam numer.8. & 9. fol.24. Ann. in d.Conſtit. conſtit. diuæ memoriæ nu. 99. 100. 102. 185. & ſing.195. Camill. de Curt. d.§.declarata igitur nu.144. & 145. Minad. conſ.10. num.36. Bambacar. in cap. ſi quis per triginta num.48. 77. in cap. ſi vaxallus nu.27. ſi de feudi defuncti contẽtio ſit Scrader. de ſeud. par.8.cap.1.n.54.Georg.alleg. 14. num.6. Regens de Ponte conſ.97.num.5. etiam ſi præſcriptio eſſet centenaria Pern. conſ.15. Pariſ. de reintegr.feud. Rub. de cõceſſ.part.feud. §.quædam ſunt bona num. 6. 14. Luc. de Penn. in l. vſum aquæ num.15. C. de aquæduct. maximè ſi feudum pacti , & prouidentiæ eſſet , in quo tot ſunt præſcriptiones, quod perſonæ Liparol. ad Hern.in d.cap.ſi quis per triginta , Pinell. in titulo , niſi tricennali, Petr. de Gregor. vbi ſupra quæſt.10.n.47. de communi teſtatur , Cannetius in d.cap. volentes, §. eſt opere pretium num.10. cum ius , & ſtatuta reſiſtant, Molin. de primogen. lib.2. cap.6. num. 68. verſ. cœterum, Couarr.2.par.relect.§.7.nu. 5. Surd.conſ.115.num.30.Raudenſ.de Analog.cap.17.num.182.cum ſeq. quia præſcriptio alienatio eſt, l. alienationis actus, ff. de verb. ſignif. & omnis actus rei feudalis ſine aſſenſu eſt nullus, vt diximus , & proinde res particularis cuiuſcumquè feudi, nunquã præſcribitur, per d.Conſtit. diuæ memoriæ, vbi Afflict.num.4.& ex alijs,Giurb.deciſ.50. nu. 7. & in terminis deciſum affert Minad. deciſ.32.num. 2. dicens, (& ideo deciſum

quod Montaneæ ſpectent ad dominum feu-
di, & Afflict. in deciſ.254. dicit) quod pars
feudi, nunquam præſcribitur, & omnes do-
mini vocauerũt communionem ob defectum
Regij aſſenſus eſſe nullam non obſtãte præ-
ſcriptione longiſſimi temporis, vbi Vrſill.
num.3. ex alijs firmat, & quod per Sacrum
Conſilium condẽnari fecit quẽdam ad rela-
xandum Domino feudi quandam rem etiam
quod præſtiterit ſeruitium, & per annos
ſeptuaginta poſſederit Ioanne Porrio actua-
rio cauſæ exiſtente, & ita ſimiliter decisũ
firmat conſ.Georg.d.alleg.14. num.19.præ-
dictis addo aliam rationem, quia diuiſa, &
alienata non transferuntur, vt ex multis fir-
mat Afflict. in cap. Imperialem de prohib.
feud.alien. per Feder.num.36. ibiquè Came-
12 rar.fol.106. prope literã E. & † dominium
rei feudalis ſine Regio aſſenſu non abdica-
tur à domino de Franch.deciſ.102. num.31.
& deciſ.540.num.6. & poſſeſſio, ſiuè tenuta
non iuuabit tenenti, l.diutina, C.de præſcrip.
& datur reiuendicatio contra quoſcumquè
detinentes, l.iubemus §. tamen ſi de hoc in
fine, C. de Sac. Sanct. Eccleſ. d. l. non dubiũ
C. de legib.l. quemadmodum C. de agric. &
cenſit. & eſt gloſ. Magiſtralis in d. Conſtit.
conſuetudinem prauam col.2.lin.50.fol.297.
ibiquè Doctores, conſ.Georg.alleg.8.num.7.
13 verſ. ex quibus immò & † ipſemet alienans
reiuẽdicare poteſt feudum, aut diſmembra-
tam, & alienatam feudi partem per d.Conſt.
diuæ memoriæ, & ibi Ann.num.161.231. &
249.& alleg.140.num.16. Regens de Ponte
deciſ.6.num.7. 8. 9. Pern.conſ.15. Milanenſ.
deciſ.8.num.328. 341. lib. 2. Viu. deciſ. 185.
num.8. optimè Lanar.conſ.3.num.15.quia
14 † actum lege reſiſtente nullum ipſæ etiam
contrahens contrauenire, & nullum allega-
re poteſt, licet de euictione, quandoquè te-
neatur, l. ſi tibi C.de euiction. quod in omni
contractu procedere probat Grat. conſ. 92.
num.7.lib.1. Afflict.deciſ.335.nu.11.Velaſc.
deciſ.71.n.9.in fine Cancer.lib.3.reſolut.cap.
2. de inuent. num.217. cap.21. de tranſmiſſ.
num.241. Alban.conſ.21. Dec.conſ.582.nu.
10.conſ.587. Menoch.conſ.89.num.87.conſ.
424.num.14. Surd.conſ.165.nu.6. Ancaran.
conſ.227. Burſat.conſ.72. Padil. in l. cum
ea num.5. C.de tranſactio, Guctier.de ſimul.
contract. qui nullus eſt, loquens in l. nemo
poteſt nu.373. & ſeq. ff.de leg.1.& de nullo
contractu dicit in tract. de iuramento con-
firmando par.1.cap.1.num. 99. Oſaſch. dec.
180. num.2. 3. & 4. qui nu.11. reiectis con-
trarijs firmat, quod vbi hæres conficeret
inuentarium, & feudum eſſet miſtum, ſeu
ex pacto, & prouidẽtia recuperat ſine aſſen-
ſu alienatam, & ita deciſum dicit in fine,
ſubdens, quod quando contractus redditur
nullus ratione mutuæ culpæ, vt in aliena-
tione feudi, ſiuè partis ipſius ſine aſſenſu,
poteſt per contrahentem allegari nullitas,
& poſſe venire contra factum ſuum, tàm
agendo, quàm replicando de nullitate, quia
feudum, quod nullum eſt, nunquam parit
reo defenſionem ſubdens, quod data nulli-
tate venditionis à principio, etiam quod vẽ-
ditor nunquam contradixiſſet, non propte-
rea validatur venditio, C. quod ab initio,
nec confirmatur de reg. iur. in 6. & in dote
mulieris nulliter alienatę firmat Iaſon.conſ.
44.num.4. verſ.nec dicat, lib.1. & dixerat Sa-
licet. in l. ſi predium c.de iure dot.& multò
15 magis filij, & Agnati etiam † hæredes alie-
nationem à patre, ſiuè prædeceſſore feudi,
vel rei feudalis ſine aſſenſu factam impugna-
re, & contra eam venire poſſunt Afflict. in
cap.1. §.Titius de prohib. feud alien. nu.15.
& 16. poſt Iacob. de Bellouiſu, ibi, Roland.
à Valle conſ. 2. num. 142. & ex alijs, immò
etiam hæres ſine inuentario contradicere
poteſt, qui Oſaſch.d.deciſ.180.num.11. reie-
cta, l. cum à matre, C. de reiuendic. & alijs
16 contrarijs firmat, quod † vbi hæres confi-
ceret inuentarium, & feudum eſſet mixtum,
ſeu ex pacto, & prouidentia recuperat rem
feudalem ſine aſſenſu alienatam, & ita deci-
ſum, etiam affert Giurb. d. deciſ.50. in fine,
vnde tot deciſionibus ſtantibus, in alienatio-
ne feudi, ſiue eius partis ſine aſſenſu præ-
ſcriptionem locum non habere: non am-
plius inſiſto.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXVI.

THEMA.

Feudo ex pacto, & prouidentia cum aſſenſu directi Domini in vlteriorem Agnatum alienato ſciente proximiore elapſo anno ei præſcribitur actio reuocandi, ſed alienato ingnorante Agnato, vt in extraneo, non niſi annis triginta præſcribitur communis, & deciſum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Feudum ex pacto, & prouidentia alienatum cum Domini directi conſenſu in vlteriorem agnatum proximior Agnatus ſciens infra annum reuocat.*

2 *Filius, etiam non hæres patris reuocat feudum alienatum à patre, etiam cũ aſſenſu.*

3 *Feudo alienato in extraneũ filius, vel Agnatus infra annos triginta reuocat.*

4 *Filius, vel Agnatus infra triginta annos reuocant feudum alienatum, ſi alienantis non ſit hæres.*

5 *Feudum alienatum filius, vel Agnatus cõfecto inuentario reuocare poteſt.*

6 *Feudi alienatio, quibus caſibus reuocari poteſt.*

7 *Tempus præſcriptionis non valenti agere nõ currit.*

1 IN hoc eſt diſtinguendum, aut † feudum
ex pacto, & prouidentia cum directi Domini
aſſenſu in vlteriorem Agnatum, non
dum ſucceſſurum alienatur, aut in extraneum,
primo caſu ſi proximior non reuocat
infra annum à die ſcientię elapſo anno
contra ſcientes, & tacentes eorũ actio præſcribitur
per communem, & frequentiſſimam
interpretum ſententiam, atquè doctrinam,
per tex. & gl. in cap. 1. §. Titius in
verſ. per annum ſi de feud.defuncti content.
ſit inter Domin.& Agnat. & ſequuntur omnes,
ibi ſcribentes, Beluiſ. in verſ. oppono
quod annalis, Iſern.num.2 verſ.quid ſi conſent.
Bald.num.2. in fine, Laudenſ.num.12.
communem teſtatur, Aluarot. num.4. verſ.
oppono cum gloſ. & in §.fin. num.23. communem
dicit opinionem eſſe concl.29. Præpoſit.num.2.
& 5. Rauen. in fine, Affl.num.
5. & 18. Capyc. in inueſtit.feud. cap. feudorum
alienationes limit.2. fol. 33. Thom. de
Marin. de gener.ſeud.tit.2. de feud.ex pact.
& prouid. antiq. ſect.1.num.65.fol 27. & ex
alijs innumeris authoritatibus, & communibus
opinionibus, & deciſum in Camera
Imperiali firmat Roſental.cap.9. membr.2.
de feud. concl.95. in gloſ. lit. A. Vulteius
cap.11.num.108.Miſyng.centur.4.obſeruat.
185. circa finem num.10. Clarus in §.feudũ
quæſt.47.num.10.& quatenus Detius in ſuo
2 conſ.187.vult quod † filius alienantis, quando
alienatio ſit facta cum aſſenſu valeat cõtrauenire,
etiam non confecto inuentario
eſt contra illud, quod vult Iſern.& communiter
ſcribentes in cap. 1. an Agnatus,
quod etiam in feudo ex pacto, & prouidentia
oporteat filium conficere inuentarium,
vt alienationi factæ per patrem contrauenire
valeat, & in hoc filius eſt deterioris
conditionis, quam Agnatus, & vt prædicitur,
Deti, non benè fuit loquutus, & Sacrum
Conſilium Neapolitanum in pluribus cauſis
determinauit contrarium, refert Vrſill. in
decif. Afflict. 112.num.4. Quo verò ad ſecun
3 dum, vt quando alienatio eſt facta in † extraneum,
tunc anni triginta requiruntur, vt
ius reuocandi per filium, & Agnatum præſcribatur,
& Doctorum eſt communis opinio
poſt gloſ. & Iſern. in d. §. Titius filios,
verſ. quid ſi conſentijt per tex. in cap. 1. §.
porrò qualit. olim feud.alien.pot. ibiq; glo.
& Doctores, & ex alijs Roſental. in d.concluſ.
95. in gloſ. litera B. & infra dictum
4 tempus reuocandi actio competit † Agnato,
ſi alterius Agnati alienantis feudum, in
allodialibus hæres non ſit, vt ex multis firmat
Ioſeph. Ludoic. in commun.concluſion.
concl.16. verſ.infertur 49. Vulteus c.11.nu.
92. At ſi Agnatus, alterius Agnati hæres eſſet
ius reuocandi feudum antiquum ex pacto
non habet, vt plurium interpretum calculo
receptum eſt, vt in §. hoc quoque de
ſucceſſ.feud. voluerunt Beluiſ, Bal. Lauden.
Aluarot. & Præpoſitus Iacobin. in verſ.&
eum pacto de non alienando num.35.& ſeq.
Curt.iun.part.4.num.148.& 152. & part. 9.
num.28. Caſtrenſ.conſ.202. & conſ.290.nu.
4. lib.2. Alex.conſ.28. num.18. lib.6. Ruin.
conſ.1.num.2. & conſ.42.num.12.lib.1. &
conſ.25.num.11.lib.2. Loffred.conſ.1. num.
169. quam doctrinam communiter eſſe receptam
teſtantur, Clarus in §.feudum quęſt.
42. num.14. Piſtor. quæſt.9. num.12. Pariſ.
conſ.10.num.9. lib.1. reſtringendam tamen
ad partem illam, pro qua hæres ſit, ſi alij
ipſi ſint cohæredes per tradita à Piſtor.dict.
quæſt.9.num.12. vſquè ad 16. eaquè minus
habet dubij, ſi Agnatus hæreditatem adijſſet
non facto inuentario, Detian.conſ.23.nu.95.
& ſeq.lib.3. Etſi cum benef. inuentarij adijſſet
hæreditatem in nouo ſeudo, nihil prodeſt
Thom. de Marin. lib.3.num.18.& 19. quam
ſententiam communiorem, & ſine difficultate
eſſe firmat, Burſat.conſ.49.n.50.lib.1.
5 Sed † confecto inuentario Agnatum hæredem
contrauenire poſſe facto defuncti alienationemquè
ab ipſo factam reuocare,
d.§.hoc quoquè docuerunt, Iſern.& Afflict.
nu.72. & 74. Zaſ.d.par.9. nu.28. Grammat.
deciſ.93. num.10. & ita omnes feudiſtos tenere
dicit, Curt.iun.d.par.4.num.148. quam
communiter approbatam teſtatur Pinell. in
d.l.1.part.3.num.93. C.de bon.matern.magis
communem teſtatur Alex.conſ.98.num.
18. lib.5. Couarr.variar.reſolut.reſol.18.nu.
4. lib. 2. Graſſus in §. hæreditas quæſt. 12.
num.

Digitized by Google

num. 29. verſ. alij vero contrarium, & ex
alijs Vulteius d. cap. 11. num. 94. vbi relatis
alijs multis authoritatibus in fine ex prædi-
ctis, & aliquibus ipſiſmet contradicentibus
ſubſcriptas concluſiones firmat.
6 Primo Agnatum alienationē ab alio Agna-
to factam de feudo nouo quocumquè reuo-
care non poſſe.
Secundo de feudo ſimpliciter hæreditario, ſiuè
ſit, vel non ſit hæres, nec poſſe reuocare,
& ſucceſſor tenetur habere ratum factum
prædeceſſoris, & hæres agendo ſubcumbet,
vt per Afflict. deciſ. 112. Peregrin. de fidei-
commiſſ. art. 52. num. 83. Georg. alleg. 8. nu.
11. Regens de Ponte conſ. 2. num. 41. lib. 1.
Viu. deciſ. 250. num. 1. Maſtrill. dec. Siciliæ
55. num. 18. Pariſ. conſil. 17. lib. 1. num. 43.
Camill. Lepid. deciſ. Lucenſ. 117. Pereg. dec.
patau. 15. num. 28. Thor. in Compend. deciſ.
in verſ. feudum à patre, &c.
Tertio, nec de feudo mixto, etiam ſi hæres
non ſit neceſſarium hæredis qualitatem.
Quarto, nec de feudo ex pacto alienato, ſi alie-
nantis hæres ſit, etiam cum inuentario in
vtroquè dictorum caſuum, & maximè in
feudo nouo.
Quinto feudum ex pacto ius reuocandi habet,
ſi alienantis hæres non ſit, & tempus anna-
le, aut tricennale filijs, vel Agnatis à die
ſcientiæ, ex text. in d. §. Titius filios, ibi
ex quo ſciuit, & per annum, &c. qui à die
7 alienantis currit, quia † non valenti agere
non currit præſcriptio, & multis iuribus, &
authoritatibus firmat Oſaſch. deciſ. Pedem.
177. nu. 2. & ſeq. ac Roſental. d. cap. 9. con-
cluſ. 95. & 96. & filius ſi in vita patris agit
pro recuperatione feudi ex pacto, & pro-
uidentia ſoluit pretium, ſi vero poſt mortē
feudum recuperat, abſquè pretij ſolutione
per tex. in §. ſi Titius filios, in cap. 1. de
ſucceſſ. feud. Afflict. in d. §. hoc quoquè, &
ex alijs Vulteius de feud. cap. 15. num. 86.

PARTIS OCTAVÆ,

Dilucidatio XXVII.

THEMA.

Alienatione feudi ex pacto, & pro-
uidentia facta in extraneum tri-
ginta annorum ſpatio reuocatur,
in Agnatum remotiorem infra
annum, quibus elapſis amplius
non auditur filius, ſiuè Agnatus
proximior. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ex pacto alienatum, cum
aſſenſu directi Domini, filij infra
annum reuocant, Agnati, infra annos tri-
ginta.*
2 *Extraneus non niſi, annis triginta ius re-
uocandi feudum non præſcribit.*
3 *Feudo in vlteriorem Agnatum alienatum
ius reuocandi durat anno.*

1 FIlius, ſiuè † proximior Agnatus facta
alienatione ſeu i ex pacto, & prouiden-
tia, cum aſſenſu directi Domini, infra certa
tempora reuocare debet, vt in §. Titius fi-
lios ſi de feudo defuncti conten io ſit, ibiq.
communiter Doctores, Zaſ. par. 9. num. 29.
& communiter diſtinguitur, vt alienae one
facta in extraneum triginta annorum ſpa-
tio à iure reuocandi excluditur in Agnatum
remotiorem, vno anno refert. Piſtor. quæſt.
6. num. 74. lib. 2. par. 1. atquè in caſu quidē
alienati in extraneum hoc ita tenue unt, gl.
in d. §. Titius, & ibi communite r omnes,
Curt. iun. par. 4. num. 53. & 146. Zaſ. d. num.
29. Sonsbech. par. 13. num. 117. Decian. cōſ.
144. num. 2. & conſ. 208. num. 9. & conſ.
395. num. 9. Iaſ. conſ. 159. nu. 4. in fine lib. 2.
& conſ. 7. in fine lib. 3. Pariſ. conſ. 1. nu. 127.
conſ. 15. num. 14. conſ. 27. num. 62. lib. 1. Brun.
conſ. 6. 7. num. 8. Socc. iun. conſ. 6. num. 15.
lib. 1. Gozad. conſ. 8. num. 33. & 35. Ruin.
conſ. 151. num. 19. conſ. 213. num. 9. lib. 1. Ro-
land. à Valle conſ. 3. num. 90. lib. 1. Roſent.
2 de feud. cap. 9. concl. 97. nu. 5. Etiam † cum
bona fide, & titulo non minus annorum
triginta extraneus ius reuocandi feudum
præſcribere poteſt, vbi in gloſ. lit. A. dicit,
facit tex. & ibi Doctores in cap. 1. §. porrò
qualiter. olim, feud. &c. gloſ. in d. §. Titius
filios, verſ. per annum, ibiquè omnes inter-
pretes, Beluiſ. verſ. oppono, quod annalia
Iſern. num. 2. Aluarot. num. 2. ex communi
Afflict. num. 5. Mozz. de natural. feud. num.
308. de natura feudi eſſe, & communem,
Piſtor. quæſt. 6. num. 7. dicit, eamquè ſenten-
tiam non ſolum à communi interpretum
cetu receptum, ſed etiam optima iuris ra-
tione naturali ait, quæſt. 8. num. 1. & 2. lib. 2.
par. 1. & ex alijs innumeris iuribus autho-
ritatibus, & communibus opinionibus Ro-
ſental. in d. gl. lit. A. cōmunem dicit Thom.
de Marin. tit. 2. num. 66. & magis commu-
nem affirmat, Menoch. in cauſa Sinàr. reſp.
2. num.

3 2. num.77. & eſſe de natura feudi, in † feu-
do autem alienato in Agnatum remotiorem
quod habeat anni ſpatium, tenuerunt gloſ.
in d.ſ.Titius, & ibidem Iſern. num.2. Affl.
num.3. quam ſententiam omnes interpre-
tres, ibi ſequũtur, dicit Piſtor d.quæſt.8.nu.
12. vſquè ad num. 31. eandemquè amplexi
ſunt, Zaſ.d.par.9.num.26. Tiraquell.de re-
tract.conſangu.ſ.1.gloſ.10.num.3.Curt.iun.
par.4.num.53. & 146. Dec.conſ.208. num.9.
conſ.328.num.2. & conſ.395. num.9. Alex.
d.conſ.15.num.10. Ruyn. conſ.8. num.6. &
51.conſ.15 num.4.lib.1. Neuiz.conſ.10. nu.4.
& ſeq. Menoch.conſ.255.nu.44. Grammat.
deciſ.104.num.218. receptam, & veram eſſe
reſpondit Menocch.conſ.507.num.12. lib.6.
& dicit Vulteius d.cap.11.num.108.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXVIII.

THEMA.

Ius reuocandi alienationem feudi in vlteriorem Agnatum factam competit proximioribus, etiam non natis, & ſi plures ſint in eodẽ gradu, cœteris omnibus pro rata feudi, ſi francorum iure non viuunt reuocare poſſunt omnes communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudi alienationem ius reuocãdi proximiori, alienantis competit.*

2 *Feudum in præiuditium proximioris alienari poſſe, in vlteriorem Agnatum aliqui dicunt, ſed talium opinio reijcitur.*

3 *Feudum alienatum in vlteriorem pro gradũ proximiores reuocare poſſunt.*

4 *Feudi non iuris franchorum ex pacto natura eſt, vt nõ poſſit alienari vni ex agnatis, ſed omnibus alijs cœteri reuocant.*

5 *Proximiore mortuo remotiore, qui ſit proximior reuocare poteſt.*

6 *Reuocationis caſu ſucceſſorium adictum locum habet.*

7 *Proximior primus, ſi conſenſerit vlteriori ius reuocandi alienationem non habet.*

8 *Proximior non conſentiens, nec reuocans ſequens in proximitate, reuocare poteſt.*

1 FEudi † alienationem in vlteriorem
Agnatum, ſiuè in extraneum factam
ius reuocandi non promiſcuè omnibus, quo
rum intereſſe competit, ſed his tantum, qui
ſunt alienati in gradu, aut in ſucceſſione
proximiores, & reuocatur, non tantum a-
lienatio in Agnatum remotiorem, ſed etiam
in extraneũ facta, per d.ſ.Titius filios, cap.
1. ſi de feud. defuncti contr. ſit vbi com-
muniter feudiſtæ, Thom. de Marin.tit.2.nu.
47. Vvms. ſub tit. de feud. obſeruat.4.verſ.
tamen ſi plures, quam ſententiam omnes
interpretres amplexerunt, & quod ſit ve-
rior, & præceptior dicit Piſtor.lib.2.quæſt.
6.num.20. quamuis ſint, inter quos etiam
eſt Io: Cæphal. conſ.307. lib.3. qui affirmat
feudum concedi poſſe Agnato remotiori
in præiudicium proximioris, per tex.in cap.
1. verſ. & licet de alien.feud.patern. & in d.
ſ. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit. & in
cap. 1. ſ. ſi verò cum Dominus de alienat.
feu. quos tex. refert Piſtor.d.quæſt.6. n.12.
vſquè ad num. 20. eoſdem ad hanc opinio-
nem non benè dicere, & reijcienda firmat,
3 num.21. vſquè ad nu.30. Etſi † plures ſunt
proximiores, & in vnum, vel plures non
in omnes facta ſit alienatio, cœteri qui euſ-
dem ſunt gradus pro rata alienatum feudũ
reuocare poſſunt communiter à Doctoribus
receptum eſt, Bart in d.ſ.hoc quoquè num.
17. verſ. ſeptima concluſio, & in d. ſ. ſed
etiam res verſ.ego fui interrogatus, Præpo-
ſit. Laudenſ. in d.ſ.Titius filios, Iacobin.
in verſ. & cum pacto de non alienando nu.
31. 33. Zaſ.par.9.num.25. Piſtor. d.quæſt.6.
num.30. Alex conſ.189.num.8.lib.2. Brun.
conſ.77. num.6. Ruin. conſ.8. num.6. lib.1.
Menocch.conſ.211.num.142.lib.3.Scrader.
conſ.20.num.75.lib.3.conſ.Germaniæ, atquè
4 hanc † eſſe naturam feudi ex pacto, & pro-
uidentia, vt alienari non poſſit vni ex his,
qui ſunt in æquali gradu in præiuditiũ alio-
rum, vt ſi fratri vendat fratri vno, & eſſent
plures conſuluit Menoch.conſ.507.num.8.
lib.6. qui ſententiam iuri, & veritati, cum
primis eſſe conſentaneã teſtatur. Thomingh.
deciſ.43. num. 16. vnde conſequens eſt, vt
gratificationis locum non ſit, per gloſ. in d.
ſ. ſed etiam res verſ. proximior, & argum.
l. is, qui cum plures, ff. de legat. 3. Ferrar.
pract. in fine libelli, quo agitur ad reuoca-
tionem feudi, verſ. nec ſuperſtitibus nu. 23.
Bal. in l.fin.num.11. verſ. in contrarium, C.
de ſuis, & legit. Tiraquell. de vtroquè re-
5 tract.part.1.ſ.11. gloſ.6. 20. Et † mortuo
pro-

proximiore remotior, ex quo ſit proximior ipſæ reuocare poteſt, quia ſufficit, quod tempore reuocare volentis, ſit proximior, per tex. in l. cum pater, §. libertus, ff. de leg. 2. Iſern. Aluarot. Afflict. in d. §. hoc quoquè de ſucceſſ. feud. Afflict. in d. §. Titius num. 6. Zaſ. par. 9. num. 32. Piſtor. d. q. 6. num. 35. & ſeq. & etiam non dum conceptis, ſed poſtea natis ipſis ius reuocandi cõpetere, ſi proximiores ſint, vt communiter tradunt Doctores in d. §. hoc quoquè, & in d. §. Titius, Camer. in cap. 1. quæſt. 5. nu. 47. & 57. An agnat, vel fil. Pinell. in authent. niſi tricennale, num. 54. C. de bon. matern. Piſtor. d. quæſt. 6. num. 37. vſquè ad num. 43. Det. conſ. 445. num. 21. conſ. 395. In fine. Pariſ. conſ. 23. num. 199. lib. 1. atquè ita omnes tenuiſſe in d. §. hoc quoquè dicit Det. conſ. 60. num. 2. lib. 1. Et ſi proximiori Agnatus alienationem vlteriori Agnato, vel extraneo factam reuocare noluerit, eo iure non vti, vel non potuerit ad ſequentes in grodu ex capite edicti ſucceſſorij deuòluatur, &
6 in † caſu reuocationis ſucceſſorium edictum locum habere dicit, Afflict. in §. ſed etiam res num. 2. & in §. porrò num. 81. Sonsbec. par. 13. nu. 119. Caccher deciſ. Pedemont. 177. num. 4. verſ. hinc fit, vt quod ſi contrarium tenent, Piſtor. 2. quæſt. 12. num. 65. vſquè in fine, cui conſenſit Vvlteius, vt in d. cap. 11. num. 101. loquuntur ſi primus proximior,
7 † conſentit, vt ipſemet Vvlteius, ibidem dicit (ita ſi proximior cõſentierit) Vvlteius ex eo ius reuocandi, quod primus non habebat, & dum conſenſus per præſentiam, aut taciturnitatem non inducitur, ſed ſolum verbis expreſſis, aut factis declarari neceſſe eſt, vt per Piſtor. quæſt. 7. num. 1. vſquè ad num. 13. Scheneid. par. 7. num. 88. Roſental. d. cap. 9. concl. 83. num. 4. & proximiore non conſentientæ, ſequens in proximitate ius alienandi feudum ſequere, atquè exercere non vetatur, vt de opinione communi teſtat Aluarot. in §. deniquè nu. 23. & ibi Rauenn. concluſ. 27. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi Ant. Rub. Alex. conſ. 84. viſo, & diligenter conſiderato num. 7. & ex alijs multis per Roſental. de feud. cap. 9. concluſ. 83. num. 4. & lit. C.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXIX.

THEMA.

Agnatus, ſiuè interrogatus, ſiuè non fuerit, vt feudum emat, & non lis, ius reuocandi, & retrahendi amittit, ſed ius ſucceſſionis, ſi ei ſubuenerit reuocare, & reiuendicare feudum poteſt. Communis.

Non opus alio ſummario.

BAld. & Afflict. in cap. ſed, & res per quos fiat inueſtit. arg. l. qui Romæ, §. cohæredes ff. de verb. oblig. à quo etſi receſſit Tiraquell. de retract. §. 1. gl. 9. nu. 145. & Scheneid. par. 8. num. 94. & ſeq. Tamen Piſtor. in quæſt. 12. num. 62. allegatus ad hoc per Vvlteium d. cap. 11. nu. 103. Scrader. in tractat. feud. par. 8. c. 7. vbi de primo remedio prohibendo alienationem agit nu. 8. verſ. tertio quæro vtrum Agnatus excluſus diſtingunt, vt ſi pro conſenſu requiſitus illi pretium fuerit indicatum, & reſpondit velle ſe deliberare, aut vero voluntatem ſuam declarare non amittit hoc ius reuocandi alienationem feudi, & ipſum vendendi, ſi vero denũtiatione facta, vt emeret, reſpondit nolle emere, tunc iure reuocationis vti non poſſet, & idem videtur ſentire Bald. in d. §. ſed etiam res num. 1. dum ait pro æquali pretio, innuit ſi Agnatus nõ vult emere pro æquali pretio, quod poteſt vendere alteri, quod intellige Domino requiſito argumento l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verb. obligat. hæc Bal. quod ibi ſequitur Aluarot. Afflict. Præpoſit. & Agnatus requiſitus dixerit nolle emere, non propterea à iure ſucceſſionis excludatur, ſi ei apertum feudum fuerit, & iure ſuo ſucceſſorio, vti non prohibetur citra pretij reſtitutionem, & feudum vendicare, ſicut hoc dixerunt in ſpetie Beluiſ. in d. §. Titius filios, vbi Iſern. verſ. quid ſi cõſenſerit num. 2. Aluarot. num. 4. Præpoſit. num. 8. Afflict. num. 13. Scheneid. num. 21. ſi de feud. defuncti controu. fuerit expreſſius Iſer. in cap. 1. §. ſed etiam num. 3. per quos fiat inueſtit. & ibi ſentiunt Aluarot. num. 3. Rauenn. & Afflict. num. 4. Pariſ. de Put. de

feud

feud.reintegr.cap.241.num.16 Piſtor.quæſt, 12. num. 40. per d. ſ. Titius filios, vbi hoc omnes tenere dicit, Tiraqu. de retract.conſanguin.ſ.1.gloſ.9.num.133. ſed de ſua conſuetudine loquens, vbi conſenſus aliud operari nequit Scrader.d.par.8. cap.8. num.36. Tertio, quia inter hoc Scheneid.par.7.num. 104. Scouer.diſput.9. Theſaur. 113. hic accedit equam, & à vero non alienam affirmant, cum hæc iura emptionis, vel ſucceſſionis ſunt ſeparata, vt nemo negare poteſt, & vnius repudiatio, aliud non impediat, l. quotis duplici, & quæ ibi dicunt Cagnol. Iaſ. & alij ff. de reg.iur. l. ſuam hæredem C. de iur.delib. & ex alijs Roſental.d cap.9.concl. 91. num.25. in fine, vbi, & ſi dicat reſponſionem licentiam alienandi non oporari eſt contra tot authoritates, & ſi dicat hoc Affl. tenere in d.ſ. ſed etiam numer. 4. per quos fiat inueſtit. eſt contra Afflicti dictum ibi, ſed Roſental. intelligere debet, quòad ſucceſſionem Agnato, poſtea delatam, & non quòad alienationem præcedentem, & ſic delata, ſibi ſucceſſione per mortem, vel alias alienantis, ipſæ qui eſt proximior non obſtante, quod quando pater, vel alius Agnatus alienauit, ipſæ nolle emere dixit, iure tamen ſucceſſionis feudi reuocare, & habere poteſt. vt dixit Beluiſ.in d.ſ. Titius filios, vbi Iſern. in verſ. ſed ſi conſenſerit num. 2. & alij præcitati, & talis præſcriptio ſucceſſionis currit à die mortis eius, in quem feudum alienatum fuit, Vulteius de feud. c.11. num.109. ex alijs, & infra hac parte Diluc. 33. quando currat tempus reuocandi, & quo tempore præſcribatur tale ius.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXX.

THEMA.

Feudi ex pacto, & prouidentia præſcriptio contra patrem, vel Agnatum poſſeſſorem, etiam hæredibus, & Agnatis completa filijs, & Agnatis non nocet. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio decurſa contra Patrem non nocet Filius.*
2 *Feudum ex pacto, & prouidentia cenſetur datum adhærenti, & deſcendentibus ſuis ordine ſucceſſiuo.*
3 *Negligentia vnius alteri nocere non poteſt.*
4 *Feudi ex pacto alienatio non nocet ſucceſſoribus quibus nō habet locum præſcriptio vt in feudo hæreditario.*
5 *Reſtitutionem poſt mortem alicuius, quæ ſubiacent alienari non poſſunt.*
6 *Præſcriptio alienationis verbo continetur.*
7 *Primus acquirens alienare poteſt. & feudū paternum alienat, ſi filius ſit hæres, abſq; beneficio legis, & inuentarij.*
8 *Præſcribi, qui contra ſe patitur, non contrahit, ita quod eius hæredes ſint obligati.*
9 *Præſcriptione ſola, quis non excluditur, vt reuocare non poſſit, cum ex tali negligētia nulla oritur obligatio.*

1 CОntra Patrem decurſa † præſcriptio
in feudo ex pacto, & prouidentia filijs
non nocet, dicunt Doctores communiter
in cap. 1. ſ. ſi quis per triginta, ſi de feud.
defunct.milit.controu. inter Dom.& Agnat.
Ardizon. in rub.14. Vtrum præſcriptio acquiratur, Borcolt. de feud.cap.7 per totum
memb.3. Piſtor.lib.2.par.1.quæſt.8. Balb. in
tract. de præſcript.par.4.princ.par 4. quæſt.
12. Minad. in conſ.10.num.30. circa mediū,
verſ. ſed miror, &c. Vbi miratur de Curt. Seniore in verſ. penult. col. 3. tenente contrarium, ſi loquitur in feudo ex pacto, &
prouidentia, prout videtur loqui allegando
legem ſecundam, & tertiam de donat. quæ
ſub modo, Iſern. in cap.hoc quoque de ſucceſſ. feud. Nam cum † feudum cenſeatur
2 ceſſ. feud. Nam cum † feudum cenſeatur
hoc caſu datum eque principaliter omnibus
ordine ſucceſſiuo, vt in l.quod dicitur, ff.de
verb.oblig. & idem Iſern. dixerat in cap.1.
col.2. Si Vaxallus feudo priuetur, non po-
3 teſt negligentia † vnius alteri nocere, & ſic
ex perſona natorum negligentia non poteſt
fieri præiuditium non natis, ex perſona vero propria eorum nulla conſideratur negligentia, vel culpa, l.fin. C. de annali except.
Ergo oportet dicere huiuſmodi præſcriptionem ceſſare, quæ odio negligentiæ alicuius
inducta eſt, l. ſi quis induct ignis, & in l.omnis C. de præſcript.30.annor. in rub. extra
de præſcript. & gl. in l.fin. C. de edict. Diui
4 Adrianis tollendo, & alienando † non præiudicatur ſucceſſori ſequenti in inueſtitura
vocato, ita nec patiendo labi tempus ad
præſcribendum, l. vbi lex, ibiquè Bart.&
alij ff. de vſucap. Nec obſtat, quod in feudis
habeat locum præſcriptio tricennalis concurrentibus requiſitis, vt diximus per d. ſ.
ſi quis per triginta, quoniam loquitur in
feu-

feudis hæreditaris, quæ poſſunt in præiudi-
tium alienantis, ſuorumquè ſucceſſorum
alienari cum directi Domini aſſenſu non in
feudo ex pacto, & prouidentiã, ita latè de-
clarat, & firmat Hern. in cap. 1. §. quid er-
5 go de inueſtit. de re alien. facta. Nam † quæ
ſubiacent reſtitutioni poſt mortem tenentis
non poſſunt alienari, l. fin. & Auth. res, quę
C. commun. de leg. nec poſſunt præſcribi cō-
6 tra eos, quibus debent reſtitui, quia † alie-
nationis verbo prçſcriptio cōtinetur, Auth.
niſi tricennalis, C. de bon. matern. l. alie-
nationis ff. de verbor. ſignif. Niſi eſſemus
7 in primo † acquirente, qui poſſet alienare,
vel in feudo paterno, ſeu antiquo, & filij eſ-
ſent hæredes, abſquè inuentario, vt in cap. 1.
§. an Agnatus, in quibus tantum caſibus
Curt. benè ſentit, & ex alijs reiectis contra-
rijs firmat Minad. in conſ. 10. poſt num. 30.
vſque ad num. 38. Camerar. in cap. Impe-
rialem de prohib. feud. alien. per Feder. fol.
8. litt. F. & latè in cap. an Agnatus, immò
etiam ſi patris ſit hæres filius præſcriptio
8 contra patrem, ei non obſtat. Nam is, † qui
præſcribi contra ſe patitur, non contrahit
ut aliquid, ex quo aliqua in eius perſona
obligatio naſcatur, quæ in hæredem defun-
cti perſonam deſcendat, vt in l. cum à ma-
tre, C. de bon. matern. cum ſimilibus ad-
9 uerſari non poteſt, vt † ſola præſcriptione
excludatur, ne feudum reuocare non poſſit,
vt docet Ripa in l. filiusfamilias, §. Diui nu.
116. ff. de leg. 1. quoniam ex iſta negligen-
tia, ſeu patientia tacita nulla inducitur ob-
ligatio, quæ hæredem liget, & ibi Alciat.
in fine, Arius Pinell. ſibi contrariue in l. 1.
part. 3. num. 83. verſ. limitatur quinto aper-
tè tradit, quod ex huiuſmodi nuda patientia
non deſcendit obligatio in deſcendentē hæ-
redem, vt in d. l. cum à matre C. de reiuen-
dic. & Tutius eſt, ſi ſit hæres cum beneficio
legis, & inuentarij, vt per Afflict. in cap. 1.
§. quid ergo num. 10. in fine de inueſtit. de
re alien. fact. quam ſententiam pluribus le-
gibus, & authoritatibus firmat Vvſembec.
conſ. 54. num. 24. ibi, & hoc minus habet du-
bij, & num. ſequ. Roſental. ex alijs, cap. 9.
memb. 2. concl. 85. num. 2. & in addit. lit. B.
& per totam concluſionem reiectis contra-
rijs ex multis firmat in feudo ex pacto, ſe-
quens, ſed ſecus eſt in feudo hæreditario
abſolutè, idem Roſental. ibidem num. 4. Ca-
mer. fol. 8. lit. E.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXI.

THEMA.

Præſcriptione contra proximiores Agnatos completa, alijs Agnatis non nocet, etiam ſi contra impeditas anni plus triginta, vel immemorabile, aut annorum centum, ſiuè ducentorum tempus effluxerit, cum ius non dum delatum præſcribi non poteſt, communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *PRæſcriptio proximorum Agnatorum remotioribus non nocet.*

2 *Fratris factum alio fratri non nocet.*

3 *Feudi ex pacto tot, ſunt præſcriptiones, quod ſunt perſonæ.*

4 *Præſcriptionis tempus non valenti agere non currit.*

5 *Præſcriptio contra vnum completa alteri non nocet.*

6 *Feudum omnibus deſcendentibus ordine ſucceſſiuo acquiruntur, & reſtitutioni ſubiecta.*

7 *Feudum ſi de conſuetudine, vel ex conceſſione eſt alijs reſtituendum tempus, & ius ſequentibus non labitur.*

8 *Feudum recuperandum, quibus non dum eis eſt ius delatum, nec per annos 40. aut centum, vel ducentum amittitur.*

1 PRæſcriptio contra † proximiores completa remotioribus Agnatis non nocet receptiſſima omnium ſententia eſt, teſtatur Camer. in cap. 1. quęſt. 13. nu. 104. An Agnatus, vel filius, quem citat', & eidem ſuffragatur Piſtor. lib. 2. qq. iur. par. 1. quæſt. 8. num. 45. & 55. Ac paſſim de communi acteſtant Sonsbec. par. 13. num. 136. & ſeq. & nu. 170. communem fatetur Pinell. in Auth. niſi tricennale num. 49. & ſeq. & nu. 55. C. de bon. matern. & ex multis authoritatibus oſtendit Caccheran. deciſ. Pedem. 177. nu. 1. 2. & 3. Burſat. conſ. 291. Ill. Marchio num. 92. lib. 3. immò ex dictis prioribus, & proximioribus Agnatis præſcriptio vlla contra remo

tiorem

tiorem currit, probat tex. in cap. 1. §. ſatis
benè eſt de prohib. feud. alien. per Federic.
2 in fine, dum ait † factum fratris, nihil no-
cet fratri ſuperſtiti, magis in ſpetie facit, tex.
in cap. ſi alter ex fratribus in cap. extraord.
quod Cuiacius recenſuit in tit. 82. lib. 4. facit,
tex. in cap. 1. §. quid ergo de inueſtit. de re
alien. fact. vbi eleganter Iſern. num. 7. Lau-
denſ. num. 8. quibus ibidem ſuffragatur, Af-
flict. nu. 10. latè in vtramquè partem diſpu-
tans, & contraria reijciens, Aluarot. poſt
Iſern. in cap. 1. §. hoc quoque num. 6. vbi,
& Præpoſit. num. 6. verſ. ſed vtrum, &c. Ra-
uenn. ac Feder. Schench. nu. 12. de ſucceſſ.
feud. Afflict. in cap. Titius filios num 3. ſi de
feu. defunct. controu. fuer Cannetius in cap.
volentes omnium opinionem eſſe ait, Came-
rar. in cap 1. quæſt. 15. num. 104. At opere
pretium eſt diſcurrere ſect. 8. vbi ait nu. 17.
3 Quod in † feudo ex pacto, & prouidentia
tot eſſe præſcriptiones, quod ſunt perſonæ,
& num. 3. addit inſpectis conſuetudinibus
feudorum, neminem ſe vidiſſe qui hanc cō-
cluſionem impugnet, & num. 21. refert, &
ſequitur Piſtor. d. q. 8 nu. 41. & ſeq. Sonsbec
par. 13. num. 170. & ſeq. Paris de Put. de
feud. re integr. cap. 254. per totum Iaſ. in
l. filiusfam. §. Diui. lect. 2. num. 186. & ibi-
dem Ripa nu. 116. & ex alijs multis, & com-
munibus opinionibus firmat Roſental. de
feud. cap. 9. memb. 2. concl. 84 num. 1. & in
4 gloſ. lit. A. Siquidem † non valenti agere
non currit tempus ad præſcribendum con-
ſtitutum, vt eſt tex. in l. 1. de annal. except.
in l. in rebus, §. omnis, C. de iure, Det. in l.
fin. §. ſi ſub conditione, vbi Caſtrenſ. at alij,
cum Auth. res, quæ l. comm. de legat. tex.
in l. 1. cum Auth. ſeq. niſi tricenniale, vbi
latè Doctores, præſertim Pinellus num. 42.
& ſeq. hanc communem regulam pronun-
tians Bald. col. 2. num. 6. C. de bon. matern.
facit lex peto, §. patre, ff. de leg. 2. Iaſ. in
l. quoniam nu. 105. ff. de flumin. & in §. rur-
ſus num. 84. inſtit. de action. Balb. de præ-
ſcript. par. 1. 6. part. princip. num. 15. facit
cap. 1. cap. 4. & cap. ex tranſmiſſa, extra
de præſcript. cap. quia diuerſitatem de con-
ceſſ. præbend. & ex alijs multis, idem Roſen.
cum rationibus, & exemplis in d. cap. 9. con-
cluſ. 83. num. 22. vbi quod longa præſcriptio
nec obſtat, & in concl. 85. num. 1. & ſeq. &
5 in gloſ. lit. B. Namquè præſcriptio † contra
vnum completa alteri non nocet, nec ob-
ſtat, quoniam agere non potuit, antequam
proximior è medio ſublatus fuerit, feuda
6 enim acquirente primo, & † concedente
omnibus deſcendentibus, & in inueſtitura
comprehenſis, ita intelliguntur acquiſita, vt
ordine ſucceſſiuo reſtitutioni ſint ſubiecta,
vt per Iſern. Afflict. Parid. de Put. Cannet.
Piſtor. & alios in prædictis locis, Aluarot.
in cap. 1. §. fin. num. 6. vbi Præpoſit. Rauen.
& alij de ſucceſſ. feud. argum. l. cum ita § in
fideicommiſſo ff. de leg. 2. l. hæredes §. fin.
7 ff. ad Senat. Conſul. Trebell. quare † eue-
niendæ conditionis nullum obſtare tem-
pus, nec currere, quia præſcriptio contra
ius non dum delatum labi nequit, nec cur-
rere, vt in l. 1. §. ſin autem, & in Auth. res,
quæ C. communi de legat. in quibus locis
latè Doctores, l. ſicut §. quid ergo, vbi gl.
in verſ. ſeruanda, & ex alijs Roſental. ibi
8 ſubdens, vt etiam obtineat in † præſcriptio-
ne annorum 40. & Camera Imperialis de-
cidit, vbi 70. anni, antequam locus agendi
vendicarent, quam aperiretur impedimen-
to eius, quo contenderat, vt etiam in memo-
riali centum, vel ducentorum annorum;
idem iuris ex eiſdem rationibus ex mente
omnium prędictorum, dum dicunt, quamdiu
ſequentibus non defertur ſucceſſio Roſent.
in d. concl. 83 num. 17. 84. num. 4. & in gloſ.
lit. E. & in concl. 85. num. 7.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXII.

THEMA.

Annum, ſiuè anni triginta, vel aliud tempus ad præſcribendum ius reuocandi alienationē feudi currit à die ſcientiæ, tàm filio, quàm Agnato, & ex vera ignorantia aduerſus tale tempus decurſum reſtituitur. Communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *PRæſcriptio temporis ad reuocandum feu-*
di alienationem filio, vel vlteriori A-
gnato currit à die ſcientiæ.
2 *Præſcriptiones annales, ſiuè temporales con-*
tra ignorantes non currunt.
3 *Ignoranti, ſi aliud impedimentum non*
habet ius ſuum præſcribitur.
4 *Tēporis lōgiſſimi ſpatio omnis actio tollitur.*
5 *Ignorantia iuſta vera, & probabilis quādo*
adeſt, datur reſtitutio, & hoc eſt verius.

1 ANnus † ad præſcribendum ius reuo-
candi feudũ vlteriori Agnato, vel anni
triginta in extraneum, aut aliud tempus
currit à die ſcientiæ, dicit text. ibi ex quo
ſciuit, & gloſ. in d. §. Titius filios, in verſ.
per annum ſi de feud. defuncti controuerſ.
fuer. quam omnes ſequuntur, ibi Beluiſ. in
princ. Iſern. in verſ. quid ſi conſentijt, Bal.
in princ. Aluarot. num. 4. verſ. oppono cum
gloſ. ibi à tempore ſcientiæ Præpoſit. ibi n.
2. verſ. oppono cum gloſ. vbi, & ſcientia
proximioris Agnati, Schench. num. 12. fa-
cit text. in §. porrò ibi (ex quo) ſubaudi
tempore ſciuit, item ibi tam ſcientes, quàm
ingnorantes Laudenſ. ibidem nu. 5. Afflict.
num. 33. Rauenn. qualit. olim. poter. feud. a-
lien. Tiraquell. de retract. lignag. §. 25. glo.
2. num. 13. Rub. conſ. 64. num. 6. Iaſ. conſ. 7.
verſ. vlt. non obſtat lib. 3. Dec. conſ. 445. in
caſu ad me tranſmiſſo num. 71. verſ. ſed bre-
uiter reſpondetur, ex alijs multis Roſental.
in cap. 9. concl. 93. in gloſ. lit. B. maximè,
2 quod iſtæ † præſcriptiones annales ſiuè tē-
porales, plerumquè cōtra ignorantes, nam
dilabuntur, notat gloſ. in c. 1. §. porrò verſ.
per refutationem in fine, qualit. olim feud.
alien. pot. per l. 2. in princ. ff. quis ordo in
bonor. poſſeſſ. obſeru. Bal. in cap. fin. num. 1.
vbi, & Petr. de Ceru. Laudenſ. nu. 1. & alij
de prohib. feud. alien. per Feder. facit l. an-
nis ff. de calumn. cap. 2. verſic. notitia, &
ibidem Bal. de eo, qui mittitur in poſ-
ſeſſ. cap. nullus, & ibi gloſ. fin. diſtinct. 55. vel
etiam ſi breuius tempus fluxum eſt, l. gene-
ro de his qui not. in fam. l. cum ſex menſes
ff. de edilit. edicti, l. 1. §. ſi enim, quando ap-
pellandum ſit, & ex alijs cumulatis per Ti-
raquell. in tract. de retract. lignag. §. 35.
gloſ. 4. nu. 1. & 22. Piſtor. lib. 2. par. 1. quæſt.
12. num. 26. Iaſ. d. conſ. 64. in cauſa caduci-
tatis num. 2. col. 4. verſ. ſecundo quæritur
3 lib. 3. Et † ignoranti, ſi aliud impedimen-
tum ei non adſit, ius ſuum triginta annis
præſcribitur, vt per gloſ. in verſ. triginta,
in §. qualit. olim feud. &c. vbi Beluiſ. Iſern.
num. 13. Bal. num. 2. Nicol. de Neap. Lau-
denſ. num. 6. Aluarot. Præpoſit. Rauen. Af-
flict. Sonsbec. num. 5. & alij, Thom. de Ma-
rin. tit. 2. ſect. 5. num. 74. Balb. de præſcript.
part. 4. par. 4. princ. q. 12. princip. nu. 19. q. 7.
(vnde apparet malè ſentire Oſaſch. Cac-
cheran. in deciſ. ſua 176. num. 2. quod tem-
pus triginta annorum feudo in extraneum
alienato filio ingnoranti non currit, citat
Afflict. in d. §. Titius filios in 3. notab. hoc
poſt gloſ. & alios docentem, quia inquit
Caccheranus) ratio, quæ inducitur ex ta-
cito conſenſu propter temporis lapſum, te-
gulariter ingnoranti non currit, vt per Bal.
in d. §. porrò num. 3. qualiter, olim, &c. re-
4 ſpondetur idem nō eſſe in † longiſſimi tem-
poris præſcriptione, cum per hoc annorum
ſpatio omnis actio tollatur, ſicut ſciens, fue-
rit, ſicut etiam ingnorauerit, l. ſicut, & l. fin.
C. de præſcript. triginta, vel quatraginta
annorum, vbi Ang. & Bal. idem in l. fin. C.
de long temp. præſcript. ſentit Alex. ſubtili-
ter intuens conſ. 30. quoniam omne datum
num. 3. in fine. Iunto num. 18. verſ. ad textũ
argumentum lib. 1. Gozadin. conſ. 8. nu. 33.
Curt. Sen. conſ. 82. Capio primum numer. 3.
Afflict. deciſ. 329. num. 3. Roſental. d. concl.
96. in gl. lit. D. benè verum eſt, quod con-
tra iſtam tricennalem præſcriptionem com
5 pletam ex † iuſta vera, & probabili ingno-
rantia reſtitutionem concedi veriorem ſen-
tentiam eſſe per ea, quæ notat gl. in l. cum
filius, §. & hac verſ. ingnoranti, ff de verb.
oblig. latiſſimè ibidem examinat Socc. num.
8. & ſeq. Dyn. Bart. num. 4. & ibi additio,
Bal. Imol. Caſtrenſ. Alexand. num. 4. & 7.
communem eſſe teſtans, & Iaſ. num 6. gloſ.
in l. ſi patrem, ff. quemadmod. ſeruit. amict.
in verſ. non volendo Panormit. in cap. vigi-
lanti num. 3. in cap. 1. num. 11, & 13. de præ-
ſcript. ſpeculat. de præſcript. §. 1. verſ. ponè
colonus num. 14. Balb. ex pluribus in dict.
tract. de præſcript. par. 4. par. 4. princip. q.
29. per totum, vbi num. 7. eam magis com-
munem opinionem eſſe aſſerit plurimos ci-
tans, & contendendo contrarijs reſpondet,
Scrader. par. 8. cap. 7. num. 47. vbi multos
congerit, Tiraquell. d. §. 35. gloſ. 4. nu. 36.
& ſeq. Scruff. conſ. 61. num. 10. centur. 1. A-
lexand. conſ. 116. perſpectis ponderatiſq;
num. 2. recepta, & in iuditium obſeruandam
lib. 5. Pariſ. conſ. 23. num. 217. & conſ. 27. nu.
147. lib. 1. Afflict. ex communi dec. 37. nu. 1.
& d. deciſ. 329. num. 1. ferè per totum, vbi
ſic ex communi iudicatum refert Bertran.
conſ. 15. num. 34. ex communi conſ. 26. nu. 9.
Boer. deciſ. 29. num. 6. Loffred. conſ. 16. nu.
12. Gail. obſeru. 17. 18. & 19. lib. 2. Grauet.
conſ. 201. de communi teſtatur, & miratur
de inconſtantia Doctorum in hoc art. quod
ipſis conſtare, ſiuè concordare non poſſint,
& æque animi ferrem, ſi alij ab alijs diſſen-
tiant, ſed ipſæ in hac ſententia reſidet n. 35.
Vvlteius de feud. cap. 11. num. 108. in fine,
& ex alijs multis communibus opinionibus
relatis per Roſental. in d. cap. 9. conclui. 93.
lit. F. quamuis contrarium ſentiat, ibidem
num. 18. & Piſtor. d. quæſt. 12. à nu. 40. vſquè
ad num. 44.

PARTIS

Digitized by Google

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXIII.

THEMA.

Annus, & tempus reuocationis feudi alienati præſcriptum currit à die mortis alienantis, vel ſtatim à tempore ſcientiæ, cum locus ſucceſſori ad reuocandum aperitur, communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Annus, & tempus feudum reuocãdi currit à die alienantis mortem.*
2 *Alienatio feudi valet in vita alienantis, poſt verò eius mortem ſucceſſor reuocat.*
3 *Feudo alienato in extraneum anni triginta ad reuocandum currunt à die mortis alienantis.*
4 *Præſcriptio etiam longiſſimi temporis non currit, niſi à die natiuitatis ideſt, quando competit ſucceſſio.*
5 *Præſcriptio non currit ei, qui impedimentum aliquod iuris habet.*
7 *Annis plus 70. decurſis non eſſe præſcriptã actionem ad reuocandum deciſum fuit.*

1 Annus, & † tempus ad reuocandum feudi alienationem non currit filio, vel Agnato, niſi à die mortis alienanti, cum reuocare volenti locus ſucceſſionis apertus ſit, hoc videtur ſentire Iſern. in cap. 1. §. ſed etiam res num. 3. per quos fiat inueſtit. ibi-
2 dem Aluarot. num. 3. dum aiunt† hanc alienationem, tantùm in vita alienantis Agnatis redimere volentibus præiudicare poſt mortem, verò eius indiſtinctè Agnatos reuocare poſſe, niſi conſenſerint, exprexius hoc vult Afflict. in d. cap. 1. §. porrò n. 33. qualit. olim pot. feud. alien. Sonsbech. de feu. par. 13. num. 136. & ſeq. præſertim num. 140. & 141. Thom de Marin. de gener. feud. par. 2. de feud. ex pact. & prouid. antiquo ſect. 1. num. 71. Pariſ. de Put. de retract. feu. c. 141. num. 5. & 16. Scrader. par. 3. cap. 4. quæſt. 4. num. 45. Piſtor. d. quæſt. 8. num. 17. 24. & 40. vſquè ad 72. Vulteius cap. 11. nu. 109. verſ. at tempus, &c. Oſaſch. Caccheran. d. deciſ. 177. num. 3. communem, & veram opinio-
3 nem ex multis firmat, ſic † etiam alienato feudo in extraneum anni triginta ad præſcribendum non currere, niſi à die alienantis mortis, & expreſsè dicit Piſtor. d. part. 13. nu. 140. teſtatur Sonsbec. d. loco Borcol. de feud. cap. 8. num. 148. Thom. de Marin. d. num. 71. & ſeq. Scrader. ac ceteri omnes allegati, & dum in alienatione magis fauorabili concedunt, & in hac minimè excludunt, ex ſententia dicentium; non valenti agere non currit præſcriptio, & actio non
4 nata præſcribi non potuiſſe, cum † omnis præſcriptio etiam longiſſimi temporis tunc, & non antea currere incipiat, ex quo natæ, & competere iura actiones cœperunt, l. ſicut §. qui ergo, vbi gloſ. in verſ. ſeruanda l. cum notiſſimi, §. quam ob rem, & §. illud
5 C. de præſcript. 30. ann. Nec † currit præſcriptio cõtra eũ, qui aliquo impedimento iuris agere non valet, d. l. 1. §. fin. C. de annali except. Auth. niſi tricennale, C. de bon. matern. Bal. latè in 1. par. 6. par. princ. verſ. 21. & 22. Caſus, cũ actio ſucceſſori recuperandi feudum alienatum ab aliquo prædeceſſore,
6 non competat, niſi † mortuo alienante, & alijs, qui vendicantem præcedunt, vt communiter p Doctores, ita teneri ex alijs multis firmat Oſaſch. Caccheran. d. deciſ. 177. n. 1. 2 & 33. teſtatur Camer. in cap. 1. quæſt. 13. num. 104. An Agnati, vel fil. quem citat, & eidẽ ſuffragatur Piſtor. lib. 2. qq. iur. parr. 1. quæſt. 8. num. 45. & 55. ſimiliter de communi comprobat Sonsbec. par. 13 num. 136. & ſeq. & num. 170. Communem fatetur Pinell. in Auth. ſi tricennale num. 49. & ſeq. & num. 55. Burſat conſ. 291. Ill. Marchio n. 91. lib. 3. Nã ius non dum dolatũ in iudicio deduci non poteſt, l. non quemadmodum, ff. de iudic. Roſental. d. cap. 9. concl. 83. in
7 gloſ. lit. E. ex alijs, & obtineri in longiori † præſcriptione annorum 40. & plus annorum 70. qui decurſi erant, antequam locus vendicandi Agnato apertus fuerat, deciſum in Camera Imperiali tanto tempore decurſo præſcriptionem ante mortem alienantis non currere refert, & ex alijs multis firmat Roſental. d. cap. 9. concl. 84. num. 4. in gloſ. lit. A. & B. ex innumeris communibus opinionibus, & authoritatibus, ibiquè num. 5. etiam ſi anni centum, vel ducentum, aut immemorabile tempus decurſum fuerit, cum non valenti agere tempus decurſum non nocet, & ſi aliqui contradicunt, nihil dicunt per dictam rationem, & ſtantibus tot, & tantis authoritatibus, & opinionibus communibus, iam dictis impugnari non poteſt.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXXIV.

THEMA.

Seruitium, & libertas Vaxalli pro feudo cõtra Dominum non præſcribuntur, etiam ſi centum, vel mille annis ea non præſtiterint, niſi requiſiti ea negauerint, & ſic poſſeſſionem Domino interuerterunt, & idem in emphitheota communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Dominus exiſtens in poſſeſſione ſeruitij, Vaxallatici num Vaxallus præſcribit, niſi interpellatus negauerit.*

2 *Directum dominium, nec per mille annos præſcribitur, niſi poſſeſſio interuertatur non animo, ſed facto.*

3 *Feudum à principio receptum cum onere ſeruitij, & ita poſſidere cæpit, cauſam ſiuè poſſeſſionem mutare non poteſt.*

4 *Poſſeſſio ſine animi deſtinatione mutari nõ poteſt.*

5 *Præſcriptiones fundare in ſolo curſu temporis, hodie ſunt correcta.*

6 *Iura loquentia in præſcriptione requiri tempus ſcientiam Domini, & iuramentum Vaxalli non ſunt correcta.*

1 IN hoc eſt diſtinguendum, † aut Dominus fuit in poſſeſſione, vel quaſi iuris ſeruitij, & Vaxallatici contra Vaxallum libertatem præſcribere prætendentem, & tunc Vaxallus cõtra Dominum libertatem, & ſeruitium, numquam præſcribere poteſt, etiam ſi centum annis non requiſitus nullũ præſtitit ſeruitium, aut fortè interpellatus negauerit, & poſſeſſionem interuertit, vterq. caſus eſt verus, quia eodem iure, & modo eum ſemper poſſidere, & Vaxallus ad ſeruiendum paratus eſſe præſumitur, vt ex tex. in §. licet Vaxallus, ſi de feu. defunct. controu. ſuer. &c. dum eius litera dicit (licet Vaxallus Domino ſeruitium non efferat, quantocumquè tempore ſteterit, dummodò Domino petenti ſeruire paratus ſit,) per quæ verba, ſicut Vaxallus non requiſitus, non amictit feudum, ita nec Dominus non requirens quocumquè tempore ſeruitium, nec amictit, cum ad paria iudicantur, vt ſuo loco dicimus, & ſic contra eum nullo tempore præſcribitur, niſi requiſitus negauerit, dicit Bald. ibidem num. 1. per verba v3. quia ſemper paratus præſumitur, numquam præſcribit, niſi interpellatus negauerit, Iacob Aluarot. ibid. num. 1. idem dixit, & volunt, ibidem Præpoſit. nu. 1. & 2. Laudenſ. in §. ſi facta n. 1 t. ibiq. Aff. n. 1. & 2. ait, (quod ſi per mille annos non ſeruierit, nõ præſcribit, niſi interpellatus denegauerit,) Federic. Schench. num. 2. facit text. in cap. 1. de feud. ſine culpa non amictit, & in cap. ad hoc hic finitur lex, &c. Blanc. in ſua ſumma cap. 1. num. 45. lib. 2. dicit, quod non præſcribit, per l. comperit, C. de præſcrip. trig. ann. niſi poſſeſſionem interuerterit, nam tunc deſinit Dominus poſſidere, l. ſi quis rem de acquir. poſſeſſ. Borcolt. de feu. par. 5. num. 97. in fine, ibi (ſiuè per 30. vel 100. annos non ſeruierit) Scrader. part. 6. cap. 6. num 62. arg. l. in filijs, & quæ ibi Bar. C. de decurion. lib. 10. cum ſimil. Ang. in l. malè agitur num. 6. Bart poſt gloſ. ibidem num. 1. & 3. de preſcript. 30. ann. Grauett. de antiquit temp. par. 4. ſectio abſolutis differentijs num. 27. & ſectio materia iſta nu. 28. & ſectio. vlt. num. 38. Paris de Put. de reintegratione feud. cap. 65. num. 6. vbi magis de conſtit. Regni agit, Marius de Beſutio inter conſ. Zaſij conſ. 15. nu. 6. lib. 2. Bellon. conſ. 1. num. 16. & verba Aluaroti poſuit, & ſequitur Gail. obſeru. 60. num. 4. lib. 2. ſicut, & Balb. de præſcript. 4. part. 4. part. princip. quæſt. 11. n. 4. ac addit & ius, (quod
2 emphiteota † ſi per mille annos directum dominium non præſcribit, niſi poſſeſſionem interuertiſſet, quod non poſſit ſola animi deſtinatione, niſi factum interuenerit, vti Iaſ. hoc tradit, in l. 2. num. 157. C. de iure emphiteut.) Caſtrenſ. in l. nequè C. de vſufruct. & ante eos volunt ſpeculat. in tit. de emphiteut. verſ. 44. num. 56. dum poſt Roffred. inquit, (quod ſi mille annis non ſoluit emphiteota canonem, tamen non præſcribit, niſi poſſeſſionem interuertat.) cum quo Io: And. ibidem tranſit, & Iaſ. in l. fin. nu. 55. ff. de conſtit. Princ. Caſſan. conſ. 4. nu. 4. Roland. à Valle conſ. 53. num. 29. lib. 2. & conſ. 48. num. 46. & ſeq. & conſ. 41. num. 32. lib. 4. Natta conſ. 60. num. 42. quod Vaxalli non ſint liberati à ſeruitijs, niſi requiſiti, & recuſarint, etiam ſi allegent, etiam quod mille. annis non iuerunt in militiam, & ex alijs reſpondendo obiectis firmat Roſental. cap. 6. concl. 82. in gloſ. lit. A. Cum à prin-
3 cipio † Vaxallus recipit feudum cum one-

re

re ſeruitij, & ita poſſidere cœpit, cauſam ſuæ poſſeſſionis mutare non poteſt, per tex. in l. 3. §. illud quoquè à veteribus, & ibi Doctores ff. de acquir. poſſeſſ. l. cum nemo C. eodem tit. Bart. Socc. conſ. 131. num. 7. lib. 1. Iaſ. in l. 2. num. 157. & 194. C. de iur. emphit. Caſtrenſ. in l. neque C. de vſuſructu
4 dicit, quod † ſine noua cauſa ſuperueniente, ſola animi deſtinatione cauſam poſſeſſionis, quis mutare nequit, ſequitur Balb. 4. par. 4. part. princip. quæſt. 11. num. 5. Grauett. vbi ſupra ſectio materia iſta, num. 11. Maſcard. concluſ. 1197. Roſental. d. capit. 6. concl. 8. in gl. lit. B. & dum tex. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Federic. apertè dicit (nulla præſcriptione ei obſtante) quia quod ab initio nõ valet tractu tẽporis cõualeſcere non poſſit, omnes † præſcriptiones, quæ
5 ſe fundant ſuper ſolo curſu temporis per d. cap. hodie eſſe correctas, vt per belle firmat Camer. ibidem fol. 8. lit. A. & ſeq. B. ſed c. ſi quis per triginta ſi de feud. fuer. controuerſ. cap. 1. de conſuet. recti feudi, vel cap. 1. §. fin. de inueſtit. inter Domin. & Vaxallum lis oriat, correcta non ſunt, quia in illis iuribus non concurrit ſolum tempus, ſed concurrunt tria, primo tempus, ſecundo ſcientia Domini recipientis ſeruitium, tertio iuramentum Vaxalli, dum Vaxallus iurat ſe eſſe inueſtitum, vt ex communi ſententia tenent Aluarot. in cap. 1. de conſuet. recti feud. & ſic Sacrum Conſilium Neapolitanũ bis iudicauit, vt in deciſ. Afflict. 324. & dec. 398. Camer. d. fol. 8. col. 1.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXV.

THEMA,

Ius reuocandi feudum à Vaxallo ſine Domini conſenſu alienatum, non niſi immemorabili tempore præſcribitur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Reuocandi ius alienationes, ſine aſſenſu factas nulla præſcriptione impeditur.*
2 *Præſcriptio tricennalis, vel quatricennalis Domino non obſtat, nec longiſſima.*
3 *Præſcriptionem immemorialem, vel centum annorum aliqui admittunt.*
4 *Præſcriptionem immemorabilem vel centum annorum, ſi aliqui admittit non recedendum à lectura, cap. Imperialẽ, ibi nulla obſtante, &c.*

Feuda contra Dominum præſcribi annos triginta non ſufficere, nec immemorabile tempus, etſi aliqui dicunt, tamen iura antiqua feudalia, & conſtitutio Conradi, de qua fit mentio in cap. de capitulis Corradi,
1 ibi (licet † omnes alienationes nulla obſtante præſcriptione reuocare) videtur cõſtituiſſe, vt temporis longiſſimi præſcriptione, non obſtante Dominus feuda recuperare poſſit, & ne conſtitutio Federici Imperatoris in d. cap. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. ſuperfluã ſit, ſed præter iura illa antiqua, vt aliquid operetur, dũ alienationes inlicitas, nullius tẽporis præſcriptione validas pronuntiat, omninò dicendum, &
2 concludendum eſt, quod † illam præſcriptionem triginta annorum, aliamuè nouiſſimam inhibeat, & tollat, ſicut argumentatus eſt Ang. de Biſutio, latiſſimè inter conſ. Zaſ. 15. Longiſſimum 53. 40. annorum tempus excludebat num. 5. 6. & ſeq. per totum pluribus argumẽtis firmans, lib. 2. Sonsbec. part. 12. num. 156. & ſeq. expreſsè firmat, præſcriptionem 30. annorum, vel 40. annorum, Domino non obſtare, & latè gloſæ refutat ſententiã Io: Ant. Cannetius in extrauaganti volentes, §. opere pretium diſcurrere ſect. 8. num. 24. Vulteius de feud. lib. 1. cap. 20. verſ. verum non eſt, hæc, &c. fol. 326. & ſeqq. vbi reiectis contrarijs, per d. cap. 1. §. præterea Ducatus de prohib. feu. alien. per Federic. & per d. §. fin. cap. 1. de capit. Corrad. & ex alijs multis longiſſimã præſcriptionem excluſam eſſe firmat Iſern. in cap. 1. §. ſi quis per triginta annos nu. 1. ſi de feu. defunct. controu. fuer. videtur in cẽtum annorum præſcriptione conquieſcere, dum Conſtitutionem Regni de tali ſtatuentem adducit, expreſſim eodem loco Afflict. num. 2. & 3. ſaltim centenariam, & immemorialem (quas in pari gradu ponere videtur) ſolum ſufficere arbitratur, Iſern. etiam in d. cap. 1. §. præterea num. 6. dicens hanc veram videri, ex Conſtit Regni, idem arguit contra gl. de capit. Corradi expreſſius, ibidem Afflict. num. 7. & 8. omnem præſcriptionem, excepta centum annorum: immemorabilem excludit, & gloſ. quæ cõtrarium decidit communiter eſſe reprobatum ait Schench. eodem loco hanc veriorẽ, dicens (licet gloſæ ſententia communiter teneatur) quod ſcilicet nulla præſcriptio

obſtet, intellige 30.vel.40. annorum: Nam
3 † immemorabilem admictit, vt per eundẽ
Schench. in cap. 1. ꝟ. quis ergo num. 2. & 3.
de inueſtit. de re alien. fact. Clarius eodem
loco Afflict. num. 9. centenariam admictit,
poſt Iſern. in conſtit. Regni quatragenalem
iunta conſtitutione conſuetudinem, videtur
hoc idem voluiſſe gloſ. in d. ꝟ. quid ergo in
verſ. per longa tempora, dum longiſſimam
Domino, ibi non obeſſe, maximè ex ratione
illa, quod alienatio prohibita ſit, & ibi ſit
modus vnius alienationis, &c. dicit. Nam
alioquin iſtic alia eſt ratio, cur etiam im-
memoriali non præſcribatur, Iſern. in d. cap.
Imperialem num. 17. de prohib. ſeud. alien.
per Feder. & remictit ſe ad d. ꝟ. Præterea,
ac latè de conſuetudine Regni centenariam
& immemotialem admicti Scheneid. part. 7.
cap. 1. num. 41. cum ſeq. immemorialem
Ficchard. conſ. 31. num. 13. & ſeq. lib. 1. poſt
Afflict. deciſ. 254. & idem Ficchard. conſ. 9.
num. 15. lib. 2. centenariam, ſicut & Burſat.
conſ. 27. num. 4. lib. 1. & Clar. in prioribus
términis hanc communem dicit in ꝟ. feudũ
quæſt. 45. num. 2. annos centum, Celſus Hu-
go conſ. 108. anno præſenti num. 4. com-
munem acteſtans, alij indefinitè longiſſimã
præſcriptionem reprobantes, gloſam longi
temporis ſolum excluſionem in d. ꝟ. Præ-
terea, Laudenſ. in d. cap. Imperialem nu. 4.
aliud non dicit, quam nullam præſcriptio-
nem obſtare) de prohib. feud. alien. per
Federic. Pile. in ſumma ſua, & Ardizon. rub.
54. artic. Dominus tamen Pileus dicit, &c.
Curs. iun. ex communi par 4. num. 82. & vi-
detur ſentire, Cuiacium non admictere 30.
annos in Vaxallo lib. 1. tit. 3. quatenus ſe
fundat in conſtit. Federic. Bart. Socc. conſ.
86. num. 8. Cui alij antiqui ſubſcripſerunt
lib. 1. Romanconſ. 166. nu. 10. & conſ. 371.
num. 5. Roland. à Valle conſ. 3. num. 18. &
ſeq. lib. 1. Marian. Soccin. conſ. 79. num. 19.
quem etiam allegat, & ſequitur Decianus
conſ. 24. num. 108. lib. 1. Burſat. conſ. 3. num.
18. & ſeq. lib. 1. & ſi aliqui teneant annos
40. ſufficere ad præſcribendum, vt per Ro-
ſental. de feud. cap. 9. concl. 97. in gloſ. litera
4 G. in in fine. Tamen † recedendum non eſt
à lectura primi tex. in cap. 1. ꝟ. Præterea
de prohib. ſeud. alien. per Federic. ibi (nul-
la obſtante præſcriptione, &c.) & cap. 1. ꝟ.
fin. de cap. Corradi, ibi nullius temporis
præſceiptione impediente, &c. & ex alijs cõ-
munibus opinixnibus ſupradictis Couarr.
in cap. poſſeſſor cap. 2. ꝟ. 2. de reg. iur. in 6.
latiſſimè.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXVI.

THEMA.

Regalia contra Imperium tempore immemoriali, nec pręſcribuntur, ita vt præſcribens illi non ſubſit. Communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Regalia, ideſt ſuprema poteſtas, vt quis Imperatori non ſubſit nullo tempore præſcribi.*
2 *Imperia, & poteſtates ſunt ſãcta ſanctã orũ quæ non ſunt in commercio.*
3 *Præſcriptione, & ſtatuto vllo induci poteſt, vt ad Imperatorem non appelletur.*
4 *Vaxallus quicumquè totius orbis in iuramento, quod alicui Domino præſtat ſemper excipere debet Imperatoris ſuperioritatem.*
5 *Superioritas ſummi Pontificis in omni iuramento fidelitatis excepta videtur.*
6 *Superioritas Regis ſuperiorem non recognoſcentis in quolibet fidelitatis iuramento excepta cenſetur.*
7 *Suprema ſuperioritas Imperatoris præſcribi non poteſt.*

1 Regalia, † ideſt illa ſuprema Maieſtas,
& ſuperioritas, vt quis Imperatorem
in ſuperſorem non recognoſcat, nec tem-
pore immemorabili præſcribi poteſt gl. in
cap. volumus 16. quæſt. 4. latè Panormit.
poſt alios in cap. cum non liceat de præſcr.
Nicol. de Neap. in prælud. feud. allegando
ad id Iacob. de Arena in l. 1. C. de præſcrip.
long. temp. & videtur velle Bald. in cap. 1.
num. 3. quæ ſunt Regul. in Auth. quas act.
C. de Sac. Sanct. Eccleſ. gloſ. in cap. 1. & ibi
Aluarot. num. 4. Rauen. de Pac. iuran. firm.
refert in vtramquè partem Balb. 2. part. 5.
part. princip. quæſt. 2. Iaſ. conſ. 208. lib. 2.
Roman. conſ. 371. circa finem, Dec. conſ. 307
viſo puncto num. 9. magis communem teſta-
tur Bart. Socc. conſ. 275. num. 5. lib. 2. dicit
ſecundum magis communem opinionem
doctiſsimorum virorum ſuprema poteſtas
Imperatoris præſcribi non poteſt, quo mi-
nus quis habeat Imperatorem in Dominũ,
licet Bart. tenuerit contrarium in l. hoſtes.

ff. de

ff. de capt. & poſtlim .verſ. tamen fuit ſibi
contrarius , & contrarium tenuit in l. 1. §.
deniquè , & ibi ſequitur, Io: de Imol. ff. de
aqua pluu. arcen. & pleriſquè alijs locis, &
hanc opinionem diſputando tenuit, Iac. de
Bellou. qui eius diſputationem ponit in
Auth. de defenſor. Ciuit. §. & iudicare ,
quem refert, & ſequitur plura addendo Al-
beric. de Roſat. in l. Imperium ff. de iu-
riſd. omn. iud. hanc opin. tenent Hoſtienſ.
Io: And: Ant. de Butr. & Abb. qui aliquan-
do contrarium tenuit in cap. per venerabi-
lem, extra qui filij ſint legitimi, ratio vnica
cocludens eſt . Nam Doctores communi-
ter dicunt, quod ſuprema poteſtas Papæ eſt
in præſcribtibilis , quia eſt à Deo , vt nota-
biliter voluit Innoc. in cap. benè, ibi 2. de
poteſt. prælati , quod dictum , vbiquè DD.
approbant, & extollunt, ſed iſta ratio mili-
tat, etiam in Imperatore , ego Imperato-
ris poteſtas, ſimiliter à Deo dicitur , vt in
Auth. quemadm. oport. Epiſc. vel. Abb. & ibi
gl. in verb. ſancimus, & probatur in l. ſoli-
te de maiorit. & obed. & in cap. duo , & in
cap. ad veſtram 96. diſtint. & pulchrè pro-
bat Ancar. in ſuo conſ. 210. incip. tres Do-
mini magnifici, & latè Aluarot. in capit. 1.
quis dic. Comes, vel Marchio, quidquid di-
xerit Cardin. in Clement. præſenti de cen-
ſibus, probatur iſta concluſio in l. comperit
C. de præſcript. 30. ann. & hanc opinionem
ſequitur Angel. in l. hæc autem ff. de ſeruic.
Vrban. præd. Ant. de Butr. Domin. & Imol.
in cap. de conſtit. Imol. in l. infamem ff. de
publ. iudic. & in cap. cum te de re iudic. Pur-
purat. in l. 1. num. 4 de offic. eius, &c. teſta-
tur quoq. communem hanc eſſe diſtinct o-
nem in conſ. 16. num. 12. lib. 2. Roſental. in
cap. 5. concl. 16. in gloſ. lit. A. magis com-
munem firmat, & ex alijs per me in tract.
2 de Dominio Imperio , & poteſtate : ſunt ✝
enim ſupremæ iuriſdictiones ſanta ſancto-
rum, quę nō ſunt in commercio hominum,
vt poſt Bal. Roland. à Valle in conſ. 1. nu.
115. lib. 2. Alex. conſ. 87. in fine lib. 6. dixit
quoquè Imperatorem habere iuriſdictionē
fundatam in omnes ius dicendi , & qui Im-
peratori ſubditum non eſſe dicit probandi
libertatem ſuam onus habet Menoch. in
conſ. 1. num. 3. & ſeq. Heng. Gond. conſ. 38.
num. 4. Borcolt. de Regal. num. 20. & hoc
3 adeo eſt verum, quod ✝ præſcriptione nul-
lum, nec ſtatuto induci poteſt, vt ad Impe-
ratorem omnino non appelletur Bal. in d.
Auth. quas actiones num. 14. ac in l. 2. C.
quæ ſit longa conſuetudo Philipp. Franch.
in cap. Dilecti num. 13. de appellat Angel.
Peruſin. in l. 1. §. interdum num. 1. à quib.

appell. non licet Bart. in l. omnes populi ,
num. 27. de iuſtit. & iure (idquè Sacrum
Imperij Tribunal anno 1560. iudicando cō-
tra Epiſcopum Laedienſem comprobauit ,
& idem olim ſenſerat in cauſa quadam de-
cima Iulij anno 1510.) Couarr. pract. qq. c.
4. num. 1. niſi partem contrariam volens
tueri dicas, id ab eo , qui Imperatorem ſa-
tetur Superiorem difficilius fieri poſſe Ro-
ſental. de feu. d. cap. 5. concl. 16. in gl. lit. L.
4 & in fidelitate, ✝ iuramento alicui Domino
per quemcunquè Vaxallum totius orbis
præſtando ſemper excipitur fidelitas Im-
peratori debita, vt in cap. 1. & ibi gloſ. in
verſ. contra omnem hominem de firma fi-
delit. c. 1. §. fin. hic finitur lex, Vvſembec.
in cap. 1. de prohib. ſeud. alien. per Federic.
& ibi Iſern. ante num. 93. Bal. num. 23. &
24. Laudenſ. num. 7. Aluarot. num. 1. Præ-
poſit. num. 1. Afflict. num. 1. gloſ. in cap. 1.
§. fin. verſ. à fidelitate, & ibidem Doctores,
per quos fiat inueſtit. gloſ. in cap. 1. §. fin.
verſ. anteriorem Dominum hic finitur lex,
Vvſembech. cap. 8. nu. 28. quod extenditur ,
5 etiam ad ✝ Pontificem Romanum per C.
venientes de iure iurand. Scheuc Baro in
cap. 1. num. 4. de noua form. fidelit. & ibidem
Aluarot. num. 6. Laudenſ. num. 7. & 8. &
Ardizon. in cap. 69. in fine, dicit Vaxallum
non ſolum excuſandum, ſed & præmiadum,
qui contra Imperatorem ſeruire non vult ,
Iacobin. in verſ. & promiſerunt eidem, &c.
num. 13. Zaſ. part. 7. num. 22. Scheneid. part.
5. num. 55. in fine, Borcolt. cap. 4. num. 24.
Scrader. part. 6. cap. 5. num. 6. verſ. 3. Impe-
perator. &c. per d. cap. venientes eſt enim
Imperator Dominus vniuerſalis terrarum
omnium ſub eo conſiſtentium, l. benè à Ze-
none §. 1. C. de quatrienn. præſcript. & l.
deprætatio ff. ad l. Rod. de iact. & vtrobiq.
Doctores, & ex alijs Roſental. dict. cap. 8.
concl. 15. in gloſ. lit. D. & ſeq. idem, & Pa-
pa maximè in ſpiritualibus , vt eſt notum ,
& in d. meo tract. de Dom. Imp. & ſubiect. la-
tè dicimus , & nedum in iuramento à quo-
cumquè alteri Domino pro fidelitate præ-
ſtanda ſunt excipiendi, & excepti intelligū-
tur Papa, & Imperator, ſed & quem alium
Dñm, ſiuè Principē, ſiuè Regem ſuperiorē
non recognoſcentem, Iſer. in cap. 1. de no-
ua form. fidelit. num. 1. & 8. & ibidem Lau-
denſ. num. 7. & 8. Afflict. num. 7. Præpoſit.
num. 2. ante finem, Rauen & Schench nu. 4.
& alij Vvlteius cap. 10. num. 29. in fine, &
ex alijs Roſental. in d. cap. 8. concluſ. 15. in
gloſ. lit. E. etiam ex ratione maioris Do-
minij, vt ex alijs firmat Roſental. d. cap. 8.
concl. 15. in gloſ. lit. F. Vvlteius d. cap. 10.
num. 29.

num.19. in fine, & iuramentum poſteriori Domino contra antiquiorem non valet, nequè ligat, cap. veniens vbi Canoniſtæ de iure iurand. huic enim priori Domino ius quæſitum eſt, quod eo inuito auferri non poteſt, immò contra Papam Imperatorem vel alium Regem ſuperiorem, non recognoſcentem iurans crimine Maieſtatis tenetur Bald. in ſ.fin. num.23. quem ſequentur ibidem Laudenſ.num.6. Aluarot. numer.4. Præpoſit.num.21. in fine, Afflict. nu.1. Rauenn. & Schench. de prohib. alien. per Federic. Piſtor. quæſt. iur. part. 2. quæſt. 47. num.33. arg. l. iuriſgentium, ſ. Prætor, ff. de pact. l.non eſt dubium, C de legibus, & ex alijs Roſent.d.cap.8.concl.15. in gl. lit. R.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXVII.

THEMA.

Regalia alia etiam ſupremæ poteſtatis Papæ Imperatori, vel Regi debita excepta ſuperioritate in vniuerſum, tẽpore immemorabili contra priuatos annis 40. præſcribuntur. Communis, & deſeruit pro ſummario.

Regalia quæcumquè etiam in ſignum ſupremæ poteſtatis (non enim loquor, vbi ſuperioritas in vniuerſum extingueretur) reſeruata actinet, ea cum bona fide tempore, cuius initij memoria non extitit præſcribi regulariter poſſe, ſecundum Bar. in l. ſi publicanus ſ. in omnibus, ff. de public. & vectigal. Bal. in cap.1. num.3. & 4. quæ ſint Regal. Salic. in l.vectigalia 2. de vectigal. num.2. Iacobin. in verſ.cum moro num. 13. & 19. Speculat. in tit. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. verſ. quid vero de colligentibus vectigalia. Bertacchin. latè in tract.de Gabell. par.1. ex multis Balb.par. 2. 5.part.princip.quæſt.1. & 3. vbi quæſt.5. num.3. aſſerit, ita omnes ſentire Couarr.in cap.poſſeſſor.par.2.§.3.num.1.2.& 3. vbi id rationibus munit, Zaſ.conſ.16. nu.12. lib.2. Ancaran.conſ.142.num.3 Alex.conſ.6.nu. 1. & 3. lib.1. Honing.God.conſ.3. num.24. Grauett.conſ.54. num.8. Roland. à Valle conſ.3.num.82.lib.2. Curt.iun.conſ.58. nu. 12. Alciat.conſ.22.lib.2. Borcola. quæ ſint Regal.num.15. Iſern. in cap.1.num.5.& ſeq. quæ ſint Regal. Boſſ.in tract. Malefic.tit.de Regal.num.21. Laudenſ. in tract. de Princ. quæſt.171. Bart. Socc. conſ.7. num.4.lib.3. Grat.conſ.61.num.19.20.& 21. lib. 1. Loffred.conſ.40.num.48. Dec.conſ.271.num.3. tex. eſt, & ibi communiter Canoniſtæ in c. cum ſuper quibuſdam ſ. Prætcrea de verb. ſignif. ex multis Ant. Gabr. in comm. opin. tit. de præſcript.concl.1.num.3.4.& ſeq.lib. 5. Miſyng.obſeruat.29. centur.5. Menoch. conſ.21. num.19. & 20. lib. 1. Quin immò interueniente ſcientia, & patientia Principis annis 40. præſcribi exiſtimant Grauett. d.nu.8. poſt Bal. in conſ.242. antiqua quæſtio lib.2. & conſ. 37. verſ. reſcripti col.2. lib.3.quod contra Imperium non credo dicit Roſental. de feud. cap.5. concl.16. in gloſ. lit.C. Et maximè ratione, quia ſuprema Papæ Imperatoris, vel Regis poteſtas in præſcriptibilis eſt, vt in præcedenti Dilucidatione ex communiori inſignium Doctorum fundauimus non repetam, & ſic alia Regalia reſeruata Principi excepta poteſtate ſuprema bona fide, non niſi tempore immemorabili præſcribi non poſſe, vt ex prædictis, & ex multis alijs authoribus comprobat Vulteius de feud. cap.9. num. 21. & ita communiter tenere Doctores in d.cap.1 quæ ſint Regalia, & communiorem eſſe Doctorum ſententia dicit Ficard. in addit. ad Villalopes lit. L. num.14. verſ. Regalia contra vero priuatum, cui Regalia ſuprema Principis ſpectant triginta, vel quatraginta annis præſcribuntur, dicit Bart. in l.ſi publicanus ſ. fin. ff. de publican. & ex Canoniſtis Felin. in cap. cum nobis de præſcript. Vulteius d.loco, & in ſeq.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXXVIII.

THEMA

Regalia contra alium, quam contra Papam Imperatorem, vel Regem aut Ciuitatem bona fide, & cum titulo, longi temporis ſpatio præſcribuntur, & ex negligentia annis quatraninta, etiam Fiſco incorporata, ſed ſuprema iuriſdictionumq; Communis.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Regalia alieni priuato à ſuperiore conceſſa poſſunt per alium priuatum longiſſimo tempore præſcribi.*

2 *Præſcribens titulum & bonam fidem longi temporis ſpatio præſcribit.*

3 *Regalia vbi contra, etiam Fiſco incorporata propter negligentiam annis 40. præſcribuntur.*

4 *Præſcriptio annorum 40. contra Ciuitatem exceptis certis caſibus locum habet.*

REgalia à Summo Pontifice Imperato-
1 re,† vel Rege ſuperiorem non recognoſcente conceſſa alicui, præſcriptione longiſſima acquiri poſſunt, ſecundum Bart. in l. ſi Publicanus, §. in omnibus, quem ibi ſequuntur multi ff. de publican. Bal. in cap. 1. num. 4. quæ ſint Regal. & conſ. 270. lib. 3. Fœlin. in cap. cũ nobis de præſcript. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 5. part. princip. quæſt. 4. num. 2. Grauett. de antiquit. temp. part. 4. ſectio. abſolutis differentijs num. 13. Borcolt. cap. de Regal. num. 19. Grauett. conſ. 54. num. 8. inquit, quatraginta annorũ ſpatio in præiudicium priuatorum præſcribi, & nota quod Regalibus conceſſis, & ijs, quæ Imperatori reſeruata ſunt præſcriptis, nunquam ſupremæ iuriſdictionis præſcriptæ cenſentur, ſic Regalibus conceſſis ſupremæ iuriſdictiones apud Imperatorem manent in præſcriptibiles, vt diximus in
2 Diluc. 36. Et qui habet† titulum, & bonam fidem longi temporis ſpatio ad inſtar vſuſfructus præſcribunt arg. l. fin. C. de long. tempor. præſcript. Bart. & alij in d. l. ſi publicanus, §. in omnibus de public. Bal. d. nu. 1. quæ ſint Regal. Balb. d loco q. 4. num. 4. niſi contra quem conceſſa ſunt in feudum, & tunc longiſſimo tempore indigent, qui
3 præſcribere volunt, vel niſi is cõtra †quem præſcribitur ius Fiſci, cui incorporata fuerit, haberet, aut eſſet Ciuitas, vel fiſcalia habentia, contra quos negligentia annis quatraginta præſcribitur Bart. in l. licitatio §. earum rerum num. 3. quem omnes ibi ſequuntur, teſtatur Balb. d. par. 2. par. 5. princip. quæſt. 5. num. 2. & 3. vbi allegat, etiam Corn. conſ. 43. in hac conſultatione num. 4. lib. 2. & conſ. 22. num. 23. verſ. ſimiliter, & eleganter conſ. 268. num. 19. lib. 4. circa medium, ibi ſed ſi pertinet ad rem publicam, Bart. conſ. 59. nu. 7. lib. 1. Roman. conſ. 252. pro deciſione in 4. dubio Bald. conſ. 125. quæſtio vertens lib. 1. conſ. 361. lib 4. Alex. conſ. 30. num. 11. & ſeq. lib. 1. conſ. 16. num. 24. eodem lib. 5. Cæphal. conſ. 129. num. 2.
4 Per doctrinam, quod † hoc tempore contra Ciuitatem certis caſibus exceptis præſcribatur, l. fin. & Auth. quas actiones C. de Sac. Sant. Eccleſ. Balb. 3. part. 5 par. princip. quæſt. 1. & 40. annis fiſco incorporata præſcribuntur Balb. d. part. 2. part. 5 principal. quæſt. 1. num. 5. Roſental. cap. 5 concl. 46. in gloſ. lit. C. & pro faciliori explicatione diſtinguẽdum eſt, aut agitur de præſcribendo contra Imperatorem, aut alium ſupremum Dominum ſuperiorem non recognoſcentem, & opus eſt immemoriali præſcriptione, vt diximus in præcedenti 36. Dilucidatione, vel contra Eccleſiam Romanam & requiruntur anni centum, vt in d. Dilucidatione, aut quo ad alios puta exigendi vectigalia, aut ſimilè à tranſeuntibus, & tempus ſimile requiritur, ſiquidem contra ius eſt præſcriptio hæc. Item conſequenter contra libertatem Imperij, tùm etiam exactio illa cauſam habet diſcontinuam, Bal. in d. cap. 1. num. 3. quæ ſint Reg. poſt Bart. in d. l. ſi publicanus Balb. vbi ſup. verum male dicit Bal. quod Gabellarum exactiones, & ſimilia cauſam diſcontinuam habeant, cum id ex communi omnium ſententia obtinet in iuribus rei debitis, vt ſeruitutibus realibus, non ijs, quæ perſonis debentur, & animo perpetuo retinentur, vt eſt Bart. in l. ſi iuſto §. non mutet in fine de vſucap. Balb. vbi ſupra num. 5. d. part. 5. quæſt. 3. vbi ait hanc communem eſſe opinionem, & Couar. in d. cap. poſſeſſor part. 2. §. 2. num. 3. idem teſtatur, ac Villalops in lit. I. num. 173. Scheneid. d. part. 2. num. 98. & ſeq. Roſental cap. 5. concluſ. 17. in gl. litt. C. de quibus vectigalibus, & alijs regalibus, latè dicimus in par. 11. de iuribus, & rebus Principis, ſiuè Regis.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXIX.

THEMA.

De acquiſitione feudi per poſſeſſionem, & eſt octauus, & vltimus modus acquirendi feudũ, quæ poſſeſſio eſt rei corporalis detentio, & per eam feudum acquiritur verè, & abuſiuè, Communis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Poſſeſſio rei corporalis detentio, & propria inueſtitura eſt, quando Dominus Vaxalli in feudi poſſeſſionem inducit.

2 Poſſeſſio, & inueſtitura impropria eſt, quãdo Dominus alicui per anulum baculum, vel alias aliquam rem tradit.

3 Inueſtitura de re præſenti poſſeſſio transfertur, & tradita videtur.

4 Poſſeſſio, ne dum apprehenditur manibus, & pedibus, ſed etiam oculis.

5 Poſſeſſio mercium, & orreorum traditur, & capitur per claues.

HArtman, in titul. de feudis. dicit propria inueſtitura feudi, vt Obert. de
1 Orđ. definit, nihil aliud eſt, quam † poſſeſſio Authore Theophilo, eſt rei corporalis detentio, vel vt dicit in l. quæſtio, ff. de verb. ſignif. hoc eſt detentio, ſiuè defenſio rei, & primam inueſtituram eſſe, quando Dominus Vaxallum, vel alium eius nomine in
2 feudi poſſeſſionem inducit abuſiua † inueſtitura eſt, cum Dominus Vaxallo baculum gladium, haſtam, Vexillum anulum, vel quid aliud corporeum porrigit, & per hoc ſe inueſtituram face redicit, vt per Obert. de Orđ. in capit. vnico, quid ſit inueſtit. &
3 procedit, quando inueſtitura non fit † in re præſenti, nam ſi fundus, vel caſtrum feudale eſſet præſens, & oculis ſubijciatur hic poſſeſſio non fertur Iſern. in d. cap. vnico num. 2. Afflict. num. 4. Aluarot. num. 7. quid ſit inueſtit. ibiquè communiter Doct. tradunt Roland. à Valle conſ. 51. num. 32. lib. 2. Rei enim præſentia facit, vt tradita
4 eius poſſeſſio videatur, & apprehenditur † poſſeſſio nedum manibus, & pedibus, ſed etiam oculis, quaſi longis oculis l. 1. §. ſi iuſſerim l. quod meo, §. ſi venditorem de acquir. poſſ. ff. gl. & dd. in l. 3. in princ. eodẽ
5 & in cap. 2. extra de conſuet. ſic † mercium in orreo repoſiturum, & venditarum poſſeſſio tranſlata videtur, ſi claues in re præſenti, ideſt apud orreum traditæ fuerint, l. clauibus de contrahen. empt. columbarum quoquè venditarum poſſeſſio transfertur, ſi in re preſenti, ideſt apud columbas contractus fuerit habitus d. §. ſi iuſſerim.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXXX.

THEMA.

Feudi abuſiua conceſsio, vt poſſeſſio acquiratur neceſſe eſt, vt inueſtitus agat contra Dominum, vt feudum ei tradat, quod præciſè tenetur, & non liberatur tradendo intereſſe. Communis.

SVMMARIVM.

1 Poſſeſſio nulla traditur, niſi animo, & corpore apprehendatur.

2 Vaxallus abuſiuè inueſtitus contra Dominũ agit ad rei tradenda poſſeſſionem.

3 Dominus inueſtens præciſè tenetur ad rem tradendam, nec liberatur præſtando intereſſe.

4 Dictio omnimodo præciſam cohertionem ſignificat.

5 Inueſtitura præcedente feudum acquiritur, ipſamquè per poſſeſſionem eſſe veram, & certam feudi acquiſitionem.

1 POſſeſſio † nulla acquiri, poteſt, niſi animo, & corpore, & nequè per ſe animo acquiritur, nequè per ſe corpore, l. poſſideri, & l. quemadmodum de acquir. poſſeſſ.
2 & proindè neceſſe eſt, vt † Vaxallus abuſiuè inueſtitus ad traditionem rei feudalis cõtra inueſtientem agat, cap. vn. §. ſi facta ſi de
3 feu. defuncti controu. fit, quod † facto Dominus præciſè ad tradendum obligatur, nec liberatur præſtando, quod intereſt, §. ſi facta in princ. ibi cogitur Dominus mictere in poſſeſſionem, cap. 1. ſi de inueſtit. feud. cont. fuer. & cap. vnic. §. fin. de noua form.
4 fidelit. ibi tex. Dictio em† omnimodò vtitur, quæ præciſam cohertionem ſignificat Tiraquell. in l. ſi vnquam in verſ. reuertatur num. 76. & ſeq. C. de reuoc. donat. Pariſ. de Put. de reintegr. feud. cap. 93. num. 8. Roland. à Valle conſ. 84. n. 23. lib. 1. Octom. conſ. 5. lib. 1. Miſyng. centur. 4. obſeruat. 61. Scruff. conſ. 18. cent. 1. & ſic præcedente inueſtitura vera, vel abuſiua per poſſeſſionem feudum acquiritur, & inueſtituræ ſine poſſeſſione, nihil prodeſſent, adeo quod dicere poſſumus, poſſeſſionem eſſe veram, & certam feudi acquiſitione, maximè quod Va-

Vaxallus abuſiuè inueſtitus de aliquo feudo propria authoritate poſſeſſionem ipſius capere poteſt, vt communiter Doctores firmant in d.cap.vnico, quid ſit inueſtit, & Hartman. Hartman in pract.obſeru.tit.de feud. obſeruat. 7. & non eſt neceſſe, quod omnes globas circum ambulet, ſed ſufficit, quamlibet partem feudi, ſiuè ſundi introire vt mente totum feudum, ſiuè fundum conſequi intendat, l. ſi poſſeſſionem ☞.1 de acquir.poſſeſſ. & ſi plures ſint fundi, Vaxallus per vnius ingreſſum, cœterorum acquirit poſſeſſionem Aluarot. in d.cap.vnico n. 7. verſ. quæro ab extra, & Præpoſit. ibidem num.8. Bart.in d.l.poſſideri, ſi modo reliqui fundi ſint partes illius, quem Vaxallus ingreſſus eſt, argum. d.l. poſſideri, ☞. 1. alias ſecus, & ſi Miſyng. centur.3. obſeruat. 39. numer. 2. & ſequent. videtur tenere contrarium, tamen ex conſuetudine veriorem eſſe dicit, & firmat Iſern. in cap.1.n.4. quid ſit inueſtitit, quem ſequitur Afflict.nu. 12. & omnes feudiſtæ, ibi Borcolt. de feud. cap.7.num.11. fol.103. ex alijs, & latius in ſequenti Dilucidatione.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXXI.

THEMA.

Vaxallus poſt inueſtituram propria authoritate poſſeſſionem feudi capit, etiam per ingreſſam vnius corporis feudi, ſi plura ſunt eidē feudo ſubiecta. Communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus, etiam abuſiuè inueſtitus, authoritate propria capit poſſeſſionem feudi.*

2 *Vaxallus poſſeſſionem feudi, abſquè quod totum feudum circum ambulet, ſed per quamlibet partem feudi introyre ſufficit, dum mente totum intelligat.*

3 *Vaxallus poſſeſſionem omnium corporum feudi, ſi plura ſunt per ingreſſum vnius capit.*

4 *Poſſeſſio vnius corporis feudi intelligitur de alijs, ſi aliæ ſunt ipſius membra.*

5 *Caſtri poſſeſſio capta, & omnes eius appendices captæ intelliguntur.*

6 *Poſſeſſio non ſola traditione, ſed & fruitione acquiri debet, & traditio non ſufficit.*

1 VAxallus, † etiam abuſiuè ihueſtitus de feudo authoritate propria feudum ingredi poteſt, & poſſeſſionem apprehendere, vt communiter notant Doctores in cap. vnic. quid ſit inueſtit. Hartman Hartman in pract. obſeruat. tit. de feud. obſeruat. 7.
2 Nec neceſſe eſt, vt omnes † glebus circum ambulet, ſed ſufficit quamlibet partem feudi introijre, dum ea mente, & cogitatione ſit, vt totum feudum, vſquè ad terminum poſſideat l.1.☞.1. ff. de acquir. poſſeſſ. & ſi
3 plures † ſunt feudi corpora per vnius ingreſſum Vaxallus omnium poſſeſsionem ingreditur, Aluarot.d.cap.vnic.num.7.verſ. quæro ab extra, & Præpoſit. ibidem num.8. quid ſit inueſtir. Bart.in d.l.poſſideri num.1. de acquir.poſſeſſ. ſi modò reliqui feudi ſub illo, quem Vaxallus ingreſſus eſt, tanquam partes contineantur, argum.d.l.poſſideri, ☞. 1. alias ſecus eſt Miſyng.cent.3. obſeru.39. ex conſuetudane cōtrarietatem concordat Zaſ.conſ.10.lib.1. num.6. atquè ita diſcrepantes Doctores ſententiæ in concordiam rediguntur, Iſern. in d.cap.vnic.nu.4. quid ſit inueſtit. vbi Afflict.num.12. Zaſ.de feud. par.6. num.29. Fritia in alleg. per Regente Albertinū, n.66. in lib.2. de ſubfeud f.137. Tiraquell. de vtroq. retract.☞ 36.gl.3. nu. 2. Borcolt. de feud. cap. 7. in primo modo acquirendi feudum num. 11. quod latè etiā pro parte negatiua, & affirmatiua diſcutit conſ. de Georg. in repet. feudi cap. 36. per totum, qui tandem cum Iſern. num. 25. vt diximus firmat, & ex alijs Vvlteius de feu. cap.10. num.12. etſi Roſental. de feud.cap. 6.concl.14.num.2. dicat, quod res plures, & ſeparatæ, forte diuerſi fundi, Domus prędia, &c. per apprehenſionem vnius non intelliguntur omnia apprehenſa, per gl. in l. 3. verſ. quemlibet ff. de acquir.poſſeſſ. quā docto ibi communiter ſequuntur, & approbant Bart num.4. Alex.num.15. Iaſ. nu.30. Zaſ.d.conſ.10.num.6.lib.1. Gail. obſeruat. 129.n.6.& 7.lib.2.qui in eo male dicit, quod ſit diuerſum in rebus hæreditarijs, & pluribus emptis, ſed exempla bona apponit,
4 Prædij, † aut Caſtri empti poſſeſsione apprehenſa omnia, quæ ad prædium, aut Caſtrum pertinent, apprehenſa cenſentur, id enim tum verum eſt, cum ſint ipſius integri membra, & ſub illo continentur, & hoc iudicando in Camera Imperiali, in cauſa Poem contra Martian. obtinuit Tiraquell. vbi ſup. Menoch.remed.adipiſcend.3. num.

281. &

281.& ſeq. vbi alios citat Viu. in commun.
opin.229.num.2. lib.2. Vvſembech. conſ.1.
num.51.part.1. quod idem eſt, vt prædixi-
mus ſententias diſcordantium concordan-
da, & per alios adductos, & ex alijs multis
Roſental. d.concl.24. in gloſ. lit. G. firmat
5 quod † caſtro apprehenſo omnes eius ap-
pendices, & pertinentiæ, etiam ſi membra,
vel partes ingnoratès non ſint accepta cen-
ſeantur per præcitatos Doctores in allega-
tis locis, & alios, & ex his etiam firmatur
poſſeſsionem eſſe veram feudi acquiſitionē,
cum inueſtitura ſine poſſeſsione, nihil pro-
deſt, & poſſeſsio non ſola traditione, ſed
fruitione acquiri debet, cum non ſufficit
traditio, niſi ſeruatur fruitio, l. rerum mi-
ſtura, ff. de vſucap. l. qui vniuerſa, ff. de ac-
quir. poſſeſſ. conſ. de Georg. in d.c.36.n.27.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXXXII.

THEMA.

Quibus modis feuda acquiruntur
eiſdem ferè alienantur, & diſtra-
huntur, cum conſenſu Domini
directi communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudi alienatio, cum directi Domini con-
ſenſu permiſſa eſt.*
2 *Feudi alienatio, cum Domini conſenſu, etiā
ſine Agnatorum conſenſu ualet.*
3 *Feudum in praiuditium Agnatorum alie-
natur, ſi bareditarium eſt.*

ALienatio, & deſtractio feudi in alterum,
& ſi omni iure prohibita ſit, vt dixi-
mus, hoc eadem parte. Dilucidat. 3. Tamen
cum Domini conſenſu, valida eſt, atquè
permiſſa, per tex. in cap. 1. de alien. feud. §.
etſi clientulus ibi (ſi vero cum voluntate
Domini alienabit) cap. 1. §. ſimiliter, nec
Vaxallus ſine voluntate Domini feudum
alienabit de lege Corradi, facit capit. 1.
ibi (nemini licere ſine ipſorum permiſ-
ſu detrahere de prohib. feud. alien. per Lo-
tar. cap. 1. ibi ſine permiſſione illius Domi-
ni) de paohib feud. alien. per Federic. cap.
1. §. fin. quæ fuit prima cauſ. benef. amiſ. &
iſtis locis communiter Doctores, vt teſtatur
Curt. par. 4. num. 136. poſt Blanc. lib. 2. cap.
1. numer. 73. & Ardizon. in ſua ſumma tit.
ex quib. cauſ. feud. amiſt. ſub rub. vtrum
Vaxallus, qui alienauit amittat feudū cap.
101. verſ. ſine conſenſu, autem Iacob. verſ.
& cum pacto de non alienando in princip.
Capyc. in inueſtit. feud. cap. feudalis aſſenſus
effectuſ, Zaſ. part. 9. num. 30. Schench. part.
12. num. 73. & 90. Borco. 1. cap. 8. num. 34.
Vvſembec. cap. 1. num. 12. Hannett. lib. 3.
cap. 4. Mozz. in tit. fin. nu. 124. Scrader. par.
8. de alien. feud. cap. 4. num. 1. verſ. diximus
actenus Scheneid. de feud. part. 7. cap. 1. in
fine num. 45. Vvlteius cap. 10. num. 59. &
ſeq. lib. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.
gl. 9. num. 138. Caſſan. in conſuet. Burg. rub.
3. §. 8. in verſ. Sans conſen. timent, Clarus
in §. feudum quæſt. 40. in fine arg. l. 2. cap. ſi
quis in fraudem, & l. patroni, & l. non vi-
detur, ſi quid in fraudem patroni, l. qui au-
rem, §. præterea, ff. de fraud. tradit Scruff.
conſ. 88. Caſus qui proponitur nu. 4. & ſeq.
2 cent. 2. Et talis † cum Domini conſenſu alie
natio eſt valida, etiam ſine Agnatorum cō-
ſenſu, vt per prædictos tex. dum ſolum alie-
nationem ſine conſenſu Domini in licitam
dicunt, & tradit Beluiſ. in cap. 1. §. etſi clien-
tulus de alien. feud. Iſern. in cap. 1. num. 2.
de alien. feud. patern. poſt gl. ibi, nec in filiā
ibidem Bald. Scheneid. num. 1. & 2. & alij in
dictis locis Raynaud. in §. habito num. 28.
& alij, ibi de prohib. feud. alien. per Feder.
et ſi Cæphalus in conſ. 133. multa ſunt, quæ
aduerſus num. 59. & ſeq. teneat contrarium
maximè ſi concedens, appoſuit pactum de
non alienando, allucinatur, nam & in ſpe-
tie tale pactum de non alienando, ſi adeſt
contrarium firmat Bald. in §. hoc quoquè
num. 9. Laudenſ. numer. 36. de ſucceſſ. feud.
Zaſ. d. part. 9. num. 30. Afflict. in. cap. Titius
num. 22. ſi de feud. defuncti controu. fuer.
& Doctores in d. cap. Imperialem de prohi.
feud. alien. per Federic. Thom. de Marin. dè
gener. & qualit. feud. tit. 2. part. 1. num. 76. &
77. Scrader. part. 8. cap 6. nu. 17. Brun. conſ.
80. num. 9. Alex. conſ. 15. viſis narratis nu.
13. lib. 5. Gozad. conſ. 4. num. 27. Roland. à
Valle conſ. 57. quoniam præſens conſulta-
tio num. 62. liq. 3. poſt Ruin. conſ. 37. nu. 18.
& conſ. 203. num. 21. lib. 2. Piſtor. lib. 2. part.
1. quęſt. 6. num. 22. & 58. vbi plurimos alle-
gat, Vvlteius lib. 1. cap. 10. num. 71. Scruff.
d. conſ. 58. viſis, & diligenter inſpectis num.
14. centur. 2. Pariſ. conſ. 16. num. 40. & conſ.
17. num. 16. lib. 1. quem refert, & ſequitur
Gabr. in comm. opin. tit. 1. de emphyt. con-
cluſ. 2. num. 28. Elbret. Leonin. conſ. 78 vt de
3 meritis num. 11. Immò, † & in præiuditium
Agnatorum, alienari poſſit ſi hæreditarium
ſit,

ſit, tradit Det.conſ.606.num.56. Pariſ.conſ. 2. num.36. & ſeq. conſ.106. num.29. lib.1. quam communem pronuntiat Soares in Theſaur. recept. ſentẽt ſub litera F. nu. 61. atteſtatur Clarus in d. §. feudum quæſt. 41. num. 3. & qui contrarium dicere videntur non loquuntur in feudo hæreditario ſimpliciter ſed de alijs, de quibus ſupra hac parte Dilucidat.13. quæ in præiudicium filiorum, & Agnatorum alienari prohibentur, & de hæreditario, quod rectè, cum Domini aſſenſu alienari poſſit, & filius, vel Agnati non reuocant, vt diximus hac parte octaua. Dilucidatio 43.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXXIII.

THEMA.

Alienatio feudi hæreditarij valida eſt cum conſenſu Domini, etiam ſi alienationi ſubſequatur, communior cum ratihabitio Domini conſenſui præcedenti comparatur, & retrohatur, quòad ipſius Domini præiudicium, communis, & verior.

SVMMARIVM.

1 *ASſenſus Domini poteſt præcedere, & in ipſo contractu adeſſe, & ſubſequi.*

2 *Ceſſante cauſa impedimenti ceſſat effectus.*

3 *Aſſenſus hodie poſt contractum impetratur, & validè.*

1 ASſenſus † Domini in alienatione feudi poteſt præcedere contractum in ipſo adeſſe, ipſumquè ſubſequi actum firmat, Iſern. in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic.num.14. per l.lutius ff.de re iudic. l.fin.ff.commun.præd. quia ceſſante cauſa impediente ceſſat effectus, l.vbi lex ff. de vſucap. cap. eum ceſſante de appellat. etiam quia ſolum de præiuditio conſentientis agitur, ſi præcedat, vel ſubſequatur, nihil refert, quòad Domini præiuditium, & Iſer. ſequuntur, ibi Aluarot.num.15. Præpoſit. n. 5. latè Afflict.num.3. & ſeq. Laudenſ. num. 25. Rauenn. & Schench. num.3. & dicit cõmunem Camer. ibidem fol.28.lit.C.eleganter Balzeran. ibidem in princ. num. 44. Aluarot. in cap.1.num.4. de alien.feud.patern. Ar lizo in ſumm. in rub. vtrum conſenſus operetur in d.cap.102. Blanc.lib.2. capit.1. num.73. Iacobin. de S. Georg. in verſ. & cum pacto de non alienando num.19. Curt. part.4.nu.138. Capyc. in inueſtit. feud. cap. feudalis aſſenſus in prin. fol.77. & ſeq. verſ. defectus fol. 83. vbi dubium cogitandum reliquit, ſubijcit, tamen † hodie nihilominus
3 paſsim aſſenſus poſt contractum impetrari, & validè Zaſ. part.9. num. 31. Vvſembech. cap. 11. num. 15. vbi hanc communem opinionem eſſe dicit de conſuetudine obtinere, Hannetton. lib.2.cap.7. Mozz. tit.fin. n.150. Caſſan. in Conſuet. Burgund.rub.3, deſſieſ. §.8. verſ. ſans conſentiẽnt num. 6. Scrader. part.7.cap.2.num 49. de feud. Vulteius ex communiori d.cap.10.num.65. verſ. cœterum quocumquè, &c. fol.619. Surd. de aliment.tit.1.quæſt.6.numer.19. Afflict. deciſ. 286.col.1. facit tex. fin. cap. ad Macedon.& cap. ratihabitioni de regul. iur. in 6. l. ſemper, qui non prohibet, & ibi DD. ff.de reg. iur. l. in concedendo, ff. de aqua pluu. arc. argum. eorum, quæ tradit Bart. in l. 2. §. ſi filius, ff. de leg.3.num 3. Roman. conſ. 54. Det. ex communi conſ.144.num.1.Marian. Soce.conſ.97.num.16. & 17. conſ.101.n.2. lib.2. Pariſ.conſ.14.num.4.lib.1.Natta cõſ. 475.num.13. Menoch. conſ.38. veriorem num.32.crebioremquè conſ.1.nu.405. lib.1. Roland. à Valle conſ. 2. in cauſa præſentis petitorij num.37. & rurſus nu.146. ac conſ. 97. prima facie in præſenti nu. 33. vbi magis commurem aſſerit, & multorum Doctorum authoritatibus concludit num. 14. & ſeq. lib.1. item conſ.22. viſo teſtamento n. 44. & ſeq. lib. 3. Graueit. in reſponſo pro genero num.397. Gozad.conſ.26. numer.4. Vveſembech.conſ.24. in hac difficili, & momenti num.74 Burlat. ex communi conſil. 76 num.49.conſ.172.num.8. & 10. conſ.49. num.25.conſ.32 num.12. & conſ. 30. nu.28. ex magis communis, & conſ.257.nu.6.lib.3. Claud.Cantiuncul. conſ.1. num. 88. Detian. conſ.117. num.6. lib.3. qui tamen conſ. 37. ab hac ſententia diſcedere videtur, Miſyng. cent.4.obſeruat.87.num.6. inquit hoc extra pugnam eſſe, Kircou. in comm. opin. cent. 3.concluſ.5. Roſental. d. cap.9. concluſ. 28. lit. D. vbi de communi, & ex aljs multis, etiam communibus opinionibus concluſ.77. in gloſ. lit. B.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXXXIV.

THEMA.

Feuda alienari permiſſum, & prohibitum fuit in totum, vel in partem diuerſimodè, & diuerſis temporibus de iure communi feudorum, cum Regio aſſenſu à pro Regibus, certis caſibus exceptis, communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum totum in hæredis præiuditium & non directi Domini alienari poterat.*
2 *Feuda hæreditaria alienari permiſſum fuit.*
3 *Feudatario primo mortuo omnis alienatio irrita erat.*
4 *Feudatarius ſecundus, ſi ſeruire volebat Dominus, inueſtire debebat.*
5 *Feudorum contractus ſublati fuerunt, & ſola ſubinfeudatio permiſſa, ita & hodie.*
6 *Feudi medietas in libellum ſine aſſenſu Domini dari permiſſum fuit.*
7 *Feuda pignorari indultum fuit, vſquè ad tempora Lotarij Imperatoris.*
8 *Feudorum omne commertium, & contractatio ſublata fuit per Lotarium Imperatorem.*
9 *Feudorum omnis alienatio, & contractatio ſine directi Domini aſſenſu prohibita fuit in totum, & in partem.*
10 *Leges futuris dant formam.*

1 PRimo totum † feudum in hæredis præiuditium, & non Domini directi alienari licitum fuit, ita vt feudo deinde aperto ad Dominum reuerteretur, per cap. 1. apud quem. vel quos, & ibidem gloſ. in verſ. ſiue totum, & per tex. in cap. 1. in tit. quid iuris ſit poſt alien. Vaxall. feud. recuper. &c.

2 Secundò feuda † hæreditaria alienari permiſſum fuit, ita quod non in Agnatorum præiuditium, ſed tantum pro parte neceſſitate ſuadente, per d. cap. quid iuris ſit, cap. 1. apud quem, vel quos, & cap. 1. in princ. & in §. 1. qualit. olim feud. alien. pot. habita diſtinctione, ſi feudum erat in curti, vel in diſtrictu nec nè, vt ibidem glo. quod etiam in præiuditium Domini procedere, ſed pri-
3 mo feudatario † mortuo omnis alienatio irrita fuerat, vt in cap. 1. §. 1. apud quem, vel
4 quos, & ſi ſecundus feudatarius † volebat ſeruire Domino, & feudum ab eo recognoſcere: Dominus eum inueſtire debet cap. 1. §. 1. in fin. qualit. feud. alien. pot.

5 Tertio, omnes † contractus feudorum ſublati fuerant, & ſola ſubinfeudatio permiſſa per cap. 1. qual. olim feud. alien. poter. §. ſi vero, & §. ſi autem, qui tex. ita intelligi debet, dum dicit, quod hodie licet, & hoc ex cap. 1. de prohib. alienan. per Lotar. & tex. cap. 1. §. callidis de prohib. feud. alien. per Federic. vbi habetur Vaxallos contendiſſe eiſdem feuda ſubinfeudare licere, quod quidem, dum ipſæ non improbat, ita antea permiſſum atteſtatur, vt patet in d. cap. 1. §. donare qual. feud. alien. pot. ibi donare autem, &c.

6 Quarto ad contractum † libellarium feudũ produxerunt, vt pro medietate liceret ſine aſſenſu Domini in libellum dare cap. 1. de alien. feud. iũcto, cap. aut ſi libellario, quibus mod. feud. amict. & videntes, quod ſola ſubinfeudatio remanſerat ad dictum libellarium contractum extenderunt, cuius contractus ſpetiem habes in l. 1. C. de iur. emphyt. & per gloſ. & ſcrib. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus, ff. de damn. infect.

7 Quinto indultum fuit, vt † feuda pignorari liceret, per cap. rurſus, quib. mod. feud. amict qui tex. ita intelligi debet, quia ſi quando permictebatur contractus libellarius omnes alienandi ſpeties erant prohibitæ, vt in cap. 1. de alien. feud. Contractus pignoratitius, qui permiſſus fuit, vſquè ad tempora Lotarij, & Federici. fuit poſt contractum libelli, & non antea, ſed parum refert, ſi præceſſerit, vel ſubſecutus fuerit.

8 Seſtò omne † commertium, & contractatio feudi fuit per Lotarium ſublata, vt in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lotar. & hoc quia videns tot varias conſuetudines, talem legem, omnem feudi commertium prohibẽdo promulgarunt, vt ex ipſa lege, & capit. Lotarij patet.

9 Septimò omnis † alienatio feudi ſine Domini directi aſſenſu, ſiuè permiſſione fuit ſublata per cap. Imperialem de prohib. feu. alien. per Feder. vbi communiter Doctores per verba, vt ibi v3. vt nulli liceret feudũ totum, vel partem aliquam vendere, vel quocumquè modo diſtrahere, ſeu alienare, vel pro anima iudicare ſine permiſſione illius Domini, ad quem feudum ſpectare dignoſcitur, vnde Imperator Lotarius præcauit, ne fieret, & legẽ promulgauit. Nos autem ad pleniorem Regni validitatem

pro-

prouidentes, non ſolum in poſterum, ſed etiam huiuſmodi alienationes illicitas actenus præparatus, hac præſenti ſanctione caſſamus, & irritatum declaramus nullius tēporis præſcriptione, impediente, quia ad quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis conualeſcere non debet) per quæ verba, ne dum omnis alienatio, & diſtractio feudi in futurum, ſed & pro præterito ſine Domini permiſſa ſublata, & etiam ſubinfeudatio ficta pretio recepta per Clara verba in §. callidis, ibidem habetur, & hoc quia dubium erat, an lex Lotarij extenderetur ad contractum pignoratiuum, ad libellarium, & ad ſubinfeudatiuum, quæ iam
10 erant permiſſa per conſuetudines, † quas vt diximus, & in Dilucidatione IV. hac parte, vt de prohibita feudi alienatione omni iure, item quia leges, futuris dant formam negotij, l. leges, C. de legibus, & nihil de alienationibus præteritis in ea dicebatur, & ratio legis, vtrumquè complectebatur, an præterita complecteretur. Præterea nihil dicebat de pretio ſoluto, quiduè de rebus præſcriptis dicendum eſſet, an ſub lege illa comprehenderentur, & poſtremo, quia dubitabatur, ſi lex illa Lotarij erat generalis, eo quod non erat Imperator, ſed tantum Alemanæ Rex, vt teſtatur Oldrad. conſil. 259. cum hæc dubia eſſent, volens Imperio Romano conſultare omnia dilucidauit, & omne commercium feudi ſine Domini conſenſu vetauit, vt præd ctum eſt exprexius Camer. in d. cap. Imperialem fol. 4. & ſeq.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXXV.

THEMA.

Feuda in totum etia partem ſine Domini conſenſu vigore Conſtitutionum Capitulorum, & Pragmaticarum Regni alienari prohibentur.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Regni, Diua memoria corrigit ius commune feudorum de alienandis feudis.*

2 *Feudorum alienationes declarantur nullæ, ſine ſpetiali Regia licentia facta.*

3 *Feudum alienans iure proprio reuocare poteſt alienationē factam.*

4 *Compromiſſa de feudis fieri prohibentur.*

5 *Ex cadentia locari permittitur ſub annuo ſeruitio, & reddditu antiquo, abſquè diminutione.*

6 *Feuda de iure communi feudorum ſubinfeudari poſſunt per relatam Conſtitutionem, non niſi ex cadentia.*

7 *Feudum alienans, & Notarij punitio per cap. Imperialem conſtitutionē, ipſamet alienans, reuocat.*

8 *Conſtitutio diua memoria loquitur de feudis quaternatis, quæ ſunt de Regalibus.*

9 *Feuda, & quæcumquè de Regalibus, ſiue magna, ſiuè parua alienari probibentur per conſtitutionem ſcire volemus.*

10 *Feuda plana alienari prohibentis ſine aſſenſu Regi per conſtit, hac adiſtali.*

1 PEr conſtitutionem Regni † incip. conſtitutionem diuæ memoriæ, quæ in hoc Regno corrigit, dictam Imperatoris Federici legem dicens. (Conſtitutionem diuæ memoriæ Regis Rogerij Aui noſtri ſuper prohibita diminutione feudorum, & rerum feudalium ampliantes decernimus,
2 omnes † alienationes ſeu quoſcumquè contractus, ſuper feudis, & rebus feudalibus minuendis, aut commutandis nullam omnino firmitatem habere, niſi de ſpetiali noſtræ celſitudinis licentia confirmetur: trāſactionem etiam ſi quæ ſuper eis ſine mandato noſtræ Curiæ factæ fuerint, iuſiurandum interpoſitum, ſeu ſtipulationem penalem, nullius decernimus eſſe momenti, eiſdemq;
3 contrahentibus, & alienantibus conccedimus poteſtatem iure proprio prædicta omnia
4 reuocare, arbitria etiam ex compromiſſo ſuper præmiſſis facta, nulla eſſe cenſemus, cum de eis conſtitutione noſtra certis perſonis magiſtro iuſtitiaro tantum cognitio ſit delata. Excadentias autem Baronibus, & militibus locare permictimus, dummodo ſub eo annuo ſeruitio, & reditu locentur ſub quo antiqui locare conſueuerunt, ita quod in nullo debitum ſeruitium, vel redditus minuatur, ex quibus conſtitutionis
6 verbo d. l. † Imperialem corrihitur, quæ ſubinfeudationem permictit conſtitutio relata, verò illam vetat, præterquam in excadentialibus, in cap. Imperialem, puniun-
7 tur ementes, † & vendentes, ac Notarius, & in d. conſtitutione ipſe, idem qui alienat reuocat, ibi feuda non dantur in dotem, ſed in Regnō ſic, vt in cap. planitiæ ſancti Martini, de quo latiſſimè Camerar. in dict. cap.

Imperialem fol. 81. & ſeq. & d. Conſtit. diuę memoriæ loquitur de feudis quaternatis, quæ de regalibus ſunt, quæ alienari prohibita ſunt ſine Domini conſenſu per conſtitutionem Regni ſcire volumus, vbi legitur (quicumquè de regalibus noſtris magnum, vel paruum, quid tenet, nullo modo, nullo ingenio ad noſtra Regalia pertinens, alienare, donare, vel vendere in totum, vel in partem minuere.) & quæcumq; alia feuda, etiam plana ſine aſſenſu alienari prohibentur quocumquè alienationis titulo inter viuos, vel in vltima voluntate in totum, vel in partem dicunt verba Conſtitut. Regni hac ædictali, quæ loquitur de feudis planis, & per columnas diſcutit Camer. in d. cap. Imperialem de prohib. alien. per Federic. fol. 40. lit. A. & ſeq.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXXVI.

THEMA.

Aſſenſus alienandi, & diſponendi de feudis Regi reſeruatus, ordinatur, vt per pro Reges Regni, & Collaterale Conſilium concedatur, præterquam in nouem caſibus hic inſertis, cum reformatione tertij, quinti, & noni capitis.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus ad vendendum, donandum, obligandum, & aliter quomodolibet diſponendum de feudis in hoc Regno fuit à Rege reuocatus die 15. Martij 1531.*

2 *Aſſenſuum præſtatio in feudis diſponendis fuit elargita poteſtas pro Rege, eiuſque Collat. Conſ. die 17. Octobris 1531.*

3 *Aſſenſus, vbi bona feudalia ad Eccleſiam, vel Monaſteria venire poſſunt pro Reges, non præſtant.*

4 *Aſſenſum carenti legitimo ſucceſſore pro Rex non præſtat.*

5 *Aſſenſum feudi alienati in parum fidelem, aut à non fidelibus diſcendentem pro Rex non præſtat, fuit reformatum, quod iſta verba non ponantur, num. 14.*

6 *Aſſenſum, vbi natura feudi mutatur pro Rex, non præſtat.*

7 *Aſſenſum feudi vnius, vt in plures veniat pro Rex, non præſtat.*

8 *Aſſenſum in ſubſtitutione feudi pro Rex non dat.*

9 *Aſſenſus, vbi maxima pars feudi, ſiuè medietas, aut tertia, vel quarta pars alienatur pro Rex. non præſtat.*

10 *Aſſenſum in feudo tenenti ad beneplacitũ Regis, vt ad alium transferat pro Rex, non præſtat.*

11 *Aſſenſum in diſpoſitionibus feudalium pro Regê præſtare poſſunt exceptis prædictis capitibus.*

12 *Aſſenſus, vt bona feudalia in defectum allodialium præſtentur, reformatur, vt infra.*

13 *Aſſenſibus verba ponenda.*

14 *Verba in eo, qui parum fidelis, &c. non ponantur.*

15 *Aſſenſus in donatione patris filijs contêplatione matrimonij.*

16 *Aſſenſibus non dicatur in defectum bonorum allodialium.*

17 *Aſſenſus feudorum exterorum in Regno nõ expediantur à pro Rege, ſed à Rege.*

18 *Aſſenſus feudorum titulatorum obligandorum expediri poſſit, qui per Reges.*

19 *Feuda titulata non poſſint vendi ſine Regis licentia.*

20 *Feuda ſine aſſenſu omni iure alienari prohibentur.*

1 PEr Regias literas † in oppido Bruxellarum expeditas ſub die 15. menſis Martij Anni 1531. fuit ordinatum conceſsiones & aſſenſum ad vendẽdum, donandum, obligandum, ſeu aliter quomodolibet diſponẽdum de, & ſuper bonis feudalibus in Regno Siciliæ Citerioris fuerunt ipſi Regi, & ſucceſſoribus ſuis reſeruati, tamen per Regiam
2 ſantionem † ſub die 17. Octobris eiuſdem Anni 1531. fuit elargita poteſtas pro Regibus, & Collaterali Conſilio aſſentiendi, & diſpenſandi in feudis alienandis, præterquã in ſubſcriptis capitibus, videlicet.

3 Primò, vbi bona † feudalia ad Eccleſiam, Monaſteria, vel ad Vniuerſitates venire poſſent.

4 Secundò, vbi is, qui † de bonis ſuis feudalibus diſponit, aut tractat certo, ac legitimo ſucceſſore careat, quia Rex per conſtitutionem Regni in feudo ſuccedere deberet.

5 Tertiò, vbi † feudi alienatio fit in eum, qui aut ipſe parum fidelis fuerit, aut à non fidelibus originem habet.

6 Quartò, vbi natura † feudi mutatur ſucceſſorem citra terminos conſtitutionum Regni inſtituendo.

7 Quin-

7 Quinto, vbi † feudum quod ab vno tenetur, in duos, tres, vel plures inſolidum, aut pro parte, vel reſeruato vſufructu, vel dominiũ transferatur.

8 Seſto, vbi † in teſtamento, vel contractu adeſt ſubſtitutio.

9 Settimo, vbi † maxima pars feudi, vt puta medietas, aut tertia, vel quarta pars alienatur.

10 Octauo, vbi † qui feudum poſſidet ad beneplacitum noſtrum, id ad alium, ſeu alios, transferre vult, vt mutata perſona beneplacitum ſublatum eſſe videatur.

11 Nono, vbi Principatus, † Ducatus, Marchionatus, Comitatus, aut Baronia, vel quod vis aliud magni momenti feudum alienatur conſentire. & aſſenſum noſtrum Regium præſtare poſſint, & valeant ſeruatis ſupradictis conditionibus, & dummodò in literis deſuper expediendis hæc verba apponantur, videlicet.

12 Volumus tamen, quod † dicta bona feudalia obligata eſſe cenſeantur, tantum in defectum bonorum allodialium burgenſaticorum ſupplicantis, ſeu ſupplicantium, vel illius partis, ad eius ſatisfactionem bona ipſa allodialia, ſeu burgenſatica non ſufficerent, & non alterius, quod bonis ipſis allodialibus, vel burgenſaticis exiſtentibus pro ea quantitate, ad quam aſcendent bona feudalia, nullatenus obligata eſſe, nec præſens aſſenſus deſuper præſtitus cenſeatur,

13 & † quatenus ritè rectoquè proceſſerit partes, quæ tanguntur naturaq. feudi in aliquo non mutata fidelitate Regia feudali, quoquè ſeruitio, & Adohis, Regijſquè alijs, & alterius, quibuſcumquè iuribus ſemper ſaluis. Decernentes irritum, atquè inanè quicquid ſecus non ſeruatis conditionibus quomodocumquè in omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis factum fuerit mandantes, &c. vt in Prãmatica 4. de feudis, quæ Prammatica inter Capitula gratiarum huic Ciuitati, & Regno à C. M. Caroli Quinti Imperatoris, & iſtius Regni Regis de Anno 1535. per particulare Capitulum conceſſum fol. 97. poſtea tranſlatum in Prammatica 17. de feu. Prammatica ipſa fuit moderata in 3. cap. 13. Ann. 1550. ſiuè Prammat. 13. fol. 248. benè verũ eſt, quod per gratias, & Capitula Regno, & huic Ciuitati, & Baronibus conceſſa Sua Maieſtas confirmat aſſenſus, & diſpoſitiones à pro Regibus factas contra formam prammaticam cum capitum, & ordinariorũ vt ex Pragm. 28. Anni 1591. in Pragm. forma 29. Anni 1593. & Pragm. 30. Anni 1595. Prammat. 31. 32. & 33. de feud. fol. 558. in

14 eo † qui apud ipſum parum fidelis fuit, aut à non fidelibus originem trahit, item in quinto cap. quod vice Reges poſſint inter-

15 ponere aſſenſus in caſu † contractationis matrimonij, cum vbi donatio ſi erit per parentes filijs non obſtante dicta Prammatica quemadmodum ante elus publicationem

16 fieri ſolebat, & in 9. cap. quod † in aſſenſibus expediendis non ponatur clauſula, quæ per d. Prammaticam ponebatur, quod bona feudalia non intelligantur obligata, niſi in defectum bonorum allodialiũ, ſiuè burgenſaticorũ, & ipſis nõ ſufficientibus ad ſatisfactionẽ partis, cuius intereſt, & deinceps dicti aſſenſus expediantur ſine prædicta clauſula eo modo, & forma quo ante eius publicationem expediri conſuetum fuit, vt in d. Prammat. 7. de feud. & per aliam Prammaticam, & alia Capitula Anni 1536. eidem Ciuitati, & Regno per eamdem Cæſa-

17 ream Maieſtatem conceſſa. † Aſſenſus in alienationibus feudorum faciendis per exteros illa in Regno poſſidentes expediantur à Regia Maieſtate, & non à pro Regibus, eiuſquè Collaterali Conſilio, vt in Pramm. Regis Philippi Secundi 17. de feudis ſub die 26. Ianuarij 1561. huic Regno publicata.

18 Item quod aſſenſus † ſuper obligatione bonorum feudalum titulatorũ poſſint expediri per pro Reges, ea tamen conditione & pacto adiecto, quod virtute eius aſſenſus per Vice Regem præſtiti obligationis & hypothecis feudorum titulatorum non poſſit

19 vllo † modo deueniri ad venditionem dictorum feudorum titulatorum, iam obligatorum, & hypothecatorum, niſi obtempta, prius licẽtia à præfata Cap. Maieſt. ad dictam venditionem de dictis feudis titulatis, vt ex Prammat. 25. de feudis, & ex his de iure communi feudorum conſtitutionũ capitulorũ, & Regiarũ Prãm. Regni habetur

20 † feuda in totum, nec in partem ſine Regio aſſenſu alienari non poſſe, vt diximus.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXXVII.

THEMA.

Aſſenſus pro Regis, eiuſquè Collateralis Conſilij requiritur in alienatione, & obligatione Vniuerſitatum, eorumquè bonorum, & omnes aſſenſus expediantur for-

X 3 miter

miter cum ſigillo infra quatuor menſes, & literæ, & aliæ Regiæ prouiſiones à Regiæ Maieſtate obtemptæ præſentantur infra Annum in Regia Cancellaria, alias ſint nullius roboris, & momenti.

Et dicta deſeruiunt pro Summario.

ASſenſus Regis, ne dum interuenire debet in alienationibus, & contractationibus, ac diſpoſitionibus, quibuſcumq; ſuper feudis, ſed etiam in obligationibus, quibuſcũq. Vniuerſitatum in eorum cõtractibus de rebus bonis, vel iuribus ad Vniuerſitatẽ ſpectantibus, & ꝙ creditores procurent aſſenſũ ipſum, aliàs eis non ſatisfiat, vt ex Pragm. 8. de cõmiſſ. & exec. verſ. *Et perche è venuto à noſtra notitia*, & verſ. ꝙ ſoluãtur pro prete rito, vſquè ad Annum 1613. ſed non in futurum, niſi obtempto Regio aſſenſu, vt prædiximus, & ibidem verſ. ſeq. incip. *Però finito queſt' Anno, &c.* Et aſſenſus Regius, ſimiliter neceſſe eſt, vt interueniat, etiam in adiudicationibus feudorum faciendis creditoribus, ſicut in venditionibus ad inſtantiam creditorum, vt in Pragmat. 23. de feudis, ſub die 12. Iulij Anni 1585.

Item priuilegia, & aſſenſus præſtiti, ſiuè præſtãdi ſuper feudis nullius ſint roboris ſi ſine ſigillo, & in forma Regię Cancellarię non expediantur, vt ex Pragm. 1. de fide memorialiũ ſub die 9. Februarij Anni 1510.

Item memorialibus obtemptis infra quatuor menſes expediantur priuilegia cum ſigillo prædicti taxatoris alias nulla ſint, vt eodem tit. Pragm. 2. die 15. Martij 1529. & adidẽ idem præcederet Pragmat. 9. de feudis die 1. Aprilis 1542.

Item infra menſes tres celebrentur contractus, de quibus fuit expeditus aſſenſus, alias pro nullis habeantur, vt ex Pragmat. 10. de feudis, ſub die 28. Iunij 1544.

Item priuilegia, & cõceſſiones omnes corã pro Regibus, ſuoq. Collat. Conſ. in Regia Cancellaria præſentari debent, & literas executoriales expediri, alias nulllus roboris, & momenti ſint, vt Regia Pragmatica Imperatoris Caroli Quinti huius Regni Regis Anni 1518. quæ eſt prima in tit. de Priuileg. infra Annum præſentãdis.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXXXVIII.

THEMA.

Aſſenſus duplex legis, & hominis, qui triplex ſcilicet Vaxalli tenentis feudum, alterius non tenentis, & directi Domini, qui ſubijcitur, vt infra, & Dominus directus, & vtilis, vnus ſine alterius voluntate alienare non valet communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *ASſenſus duæ ſunt ſpeties legis, & hominis.*

2 *Aſſenſus triplicis ipſius etiam eſt directi Domini, ſecũdò vtilis Domini, tertiò illius qui non tenet, ſed habere ſperat.*

3 *Aſſenſus directi Domini eſt triplex, primò de nouo Vaxallum inueſtiendo, ſecundò, quando aliorum inueſtituram renouat, tertiò, quando directus, & vtilis inſimul totum alienant.*

4 *Dominus directus ſine voluntate Vaxalli ſuum, ius non alienat.*

5 *Donationem Conſtantini Pontifici Romano factã, cum conſenſu Populi Romani.*

6 *Ius Domini, & Vaxalli à pari procedunt.*

7 *Vaxallus non poteſt feudum alienare ſine voluntate Domini.*

1 ASſenſus duas eſſe ſpeties †, vnam, quæ dicitur legis, vt in §. callidis, vbi datur licentia feudatario, vt poſſit ſubinfeudare, & in cap. 1. §. etſi libellum de alien. feud patern. vbi Vaxallus ſine aſſenſu Domini feudum refutare poteſt, alteram, & ſecundam ſpetiem aſſenſus, quæ aſſenſus ho-

2 minis dicitur triplicem † eſſe dignoſcitur, primò ipſius tenentis feudum, vt Dominus directus, qui de vtili dominio Vaxalli tenentis feudum diſponere non poteſt, nec ipſos Vaxallos inuitos alienare, & alienans contractus, eſt nullus, & habetur pro non facto, dicit tex. in cap. 1. quo. temp. mil. & ibi ſcribentes omnes, & in cap. moribus ſi de feudo fuer. controuerſ. cap. 1. de Cler. qui inueſtit. fecit, & in cap. 1. qui ſucc. ten & latè dixi in meo Conſ. 86. num. 35. & ſeq.

ſecun-

ſecundò aſſenſus illius, qui non tenet feudũ
nunc ſed aliquãdo ſucceſſurus eſt in feudo,
& eſt aſſenſus filij in feudo patris, vel Agna-
ti in feudo Agnati, vt in cap. 1. An Agnat.
cap. 1. de ſucc. feud. cap. Titius ſi de feud.
fuer.controuerſ. & cap. 1. de alien.feud.pa-
3 tern. tertiò aſſenſus † Domini directi, qui
triplex dici poteſt, primò in quantum feu-
datarius de nouo inueſtitur à Domino de
aliquo feudo, vt in cap. 1. de his, qui feud.
dar.poſſ.cap.1.Epiſcop.vel Abb. & cap.1.de
feud.Guard.cap.1. qui ſucceſſ.ten. d. c.mo-
ribus ſi de feud.fuer. controu. & cap. 1. de
Cler. qui inueſtit. faciet cum ſimilibus, 2.
in quantum veterem inueſtituram facit, ideſt
Vaxallo moriante, filijs confirmat, vt in c.
1. per quos fiat inueſtit. & Vaxallus ſol-
uat releuium, vt in cap.1. §. ſimiliter de
cap. qui cur.vend. tertiò conſideratur qua-
tenus Dominus directus, & Vaxallus ſimul
directum, & vtilem dominium alienare vo-
lunt, vt, & Dominus directus ſuum directũ
inuito Vaxallo alienare non valet, cap.1.§.
ex eadem lege, de lege Conradi, vbi (Do-
4 minus † ſine voluntate Vaxalli feudũ alie-
nare non poteſt) & in cap.1. §.præterea
Ducatus de prohib.feud.alien. per Federic.
legitur (nec Dominus ſine voluntate Va-
xalli ad alium transfert) vt ex alijs, & plu-
ribus communibus firmo in dict.meo conſ.
86. numer. 1. & plur. ſequen. & adden-
dentes ad deciſ.Guid.Pap.239. dicunt, quod
Dominus ius ſuum ſine volũtate Vaxalli in
5 alium non transfert adducentes † donatio-
nem Conſtantini Imperatoris fuiſſe factam
Papæ Silueſtro cum conſenſu Populi Ro-
6 mani, quia ius † Domini, & Vaxalli à pari
iudicantur d.cap.1. §.ex eadem lege, de le-
7 ge Corradi, & Vaxallus † non poteſt feudũ
alienare, nec ſeipſum in alium transferre
ſine Domini conſenſu d.c.1.de prohib.feud.
alien. per Lotar. capit. ſi Vaxallus contra
conſtit. Lotar.d.cap.Imperialem §. præte-
rea Ducatus de prohib. feud. alien. per Fe-
der. & in Conſtit. Regni, diuæ memoriæ, &
ex alijs in præcedenti Dilucidatione 45.In-
nocent. in cap.olim il ſecõdo de reſtit.ſpo-
liat. Abb. in cap. cum dilectus de relig.do-
mib cum ſimilibus notatis per Soc. conſ.
39.col.2.lib.3. & in d. meo conſ. 86. num.
29. & ſeq.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXXXIX.

THEMA.

Alienans feudum in Dominum,
vel cum filio Domini alio aſ-
ſenſu opus non habet. Cum filius
Regis patre viuente dicitur Rex
Dominus, & Vicarius Patris; ſe-
cus ſi retrocedatur alteri, tunc
non obſtante aſſenſu Baronis Re
gis requiritur, communis, & de-
ciſum.

SVMMARIVM.

1 *Filius Regis viuo patre dicitur Rex, & Vicarius patris.*

2 *Filius Regis viuente patre filiationem, & Dominium habet in Regno, & eum pa-tre adminiſtrationem.*

3 *Filius primogenitus Regis appellatur Rex iuuenis.*

4 *Filij Imperatoris vocantur Imperatores patre viuente.*

5 *Filius Marchionis, vel Comitiſs vocatur Marchio, vel Comes.*

8 *Feudum quaternaium conceſſum cum Re-gio aſſenſu in retroceſſione Regius requi-ritur aſſenſus.*

DIximus feuda, & res feudales ſine Re-
gis, vel directi Domini aſſenſu aliena-
ri noc poſſe: hęc regula fallit, quando alie-
natio, ſeu retroceſſio fit in directo Domino,
à quo feudum fuit datum Fritia in 3. limit.
num.92.fol.198. ſequitur conſ. Fab.de An-
na in conſ.51.num.15. ſubdens, immò Affli.
in cap.Imperialem quæſt.20. num. 17. dicit
quod ſi quis contraxerit cum primogenito
Regis non requiritur aſſenſus, vbi ſequitur
Capyc.col.102. in princ. idem Fritia in 23.
1 limit.num.71. & 72. quia † filius Regis pa-
tre viuente dicitur Rex, ſecundum gloſ. in
cap.2.4.q.1. quia tunc non poteſt reuocare
quia filius Regis dicitur, etiam Vicarius pa-
tris, & huic contractui adeſt aſſenſus præ-
ſumptus ipſius patris, vt concludit Afflict.
in cap.Imperialem quæſt.20. nu.17. & ſeq.
licet contrarium teneat Loffred.in conſ.17.
vbi reſpondit rationibus Afflict.ſed Capyc.
ſequitur Afflict. quem non allegat in d.cap.
Impe-

Imperialem conſ. 102. ſed allegat ſolum
2 Felin.in cap.quem Eccleſiarum conſ.32. & ✝
filius Regis primogenitus, tàm ad cauſā fi-
liationis, quàm ad dominium habet Regni ,
adminiſtrationem cum Rege : & ei cor-
3 regnat , & ideo viuo ✝ pat e filius primo
genitus Rex iuuenis appellatur , prout ibi
cū nuncupat Beatus Gregorius in lib. mo-
ralium, & habetur in Decr.24. quæſt.1. vbi
tex. & gloſ. & etiam viuo patre Dominus
poteſt appellari,ſicut & puer Abrahæ,Iſac
genitore viuo meum appellauit Dominum,
& Gen.22. cap.Iſtorialiter reſeruatur. item
4 & ✝ filij Imperatoris vocantur Auguſti,
vt in cap.Adrianus 63.diſtint.ibi ad Baſilium
Imperatorem, & ad filios eius Leonem , &
Conſtantinum Auguſtum Luc. de Penn. in
rub. de aur. coro. col.1. & in rub.de Comit.
5 Conciſt.& ſic de✝ filio Comitis,& Marchio-
nis , ex Iſern. Bald . & alijs firmat Io: de
Terra rub. in tract. contra Rebell.tract.3.
artic.2.conluſ.6. & 7. in tex. & gloſ. in verſ.
Rex iuuenis concluſ.8. etiam quare,ita ap-
pellatur , & alia multa ad hanc materiam :
6 aduertè, quod ſi ✝ per aliquem fuerit con-
ceſſum feudum quaternatum, cum Regio
aſſenſu in retroceſſione eidem concedenti
facienda Regius requiritur aſſenſus non
obſtante aſſenſu Baronis deciſum fuit per
Franc.deciſ.48.num.2. & ſeq.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXXXX.

THEMA.

In prima conceſſione feudi data poteſtate alienandi in dotem dandi , & diſponendi ad arbitrium , & voluntatem ſuam,& cui dederit, abſquè alio aſſenſu alienari poteſt, ſed ſi dixit in feudum , & ex verbis patet eſt ſecus, & nouus requiritur Regius aſſenſus. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Licentia ſiue poteſtas data alienandi feudum nulla alia licentia requiſita poteſt ſine alio aſſenſu alienari.*

2 *Mandatum generale ad ea, quæ ſpetialem requirunt, non ſufficit.*

3 *Licentia ex verbis , ſi apparet voluiſſe , vt detur in feudum , tunc nouus requiritur aſſenſus, & num 5. & 6.*

4 *Emphyteutica re data, cum generali poteſtate alienandi requiritur aſſenſus, ſi alienatur, & ratio.*

5 *Licentia ſimpliciter, cum facultate vendendi, & tunc nouus requiritur aſſenſus.*

6 *Licentia alienandi certæ perſonæ nominatæ alium aſſenſum non requirit.*

7 *Licentia alienandi feudum data in prima conceſſione, intelligitur ſeruata forma iuris, & ſecundum naturam rei .*

8 *Licentia à Rege data alienandi feudum intelligitur , ſi tempore alienationis fuerit requiſitus.*

9 *Licentia generali alienandi feudum non obſtante nouus requiritur aſſenſus,quia à principio erectionis feudi, ita inter contrahentes fuit actum.*

10 *Dominij ſupremi , & fidelitas retempta facit, quod alienatio ſine aſſenſu non valeat .*

IN hoc eſt diſtinguendum,& primo ſi po-
teſtas data ad alienādum in dotem dandi,
& alia generaliter, & cui dederit, tunc nul-
la alia requiritur licentia,nequè aſſenſus in
alienationibus ſequentibus , & procedit
determinatio, cap.1. de feu. non hab. prop.
nat.feud. vbi gloſ. & Doctores omnes , ibi
ſcribentes, & in his terminis voluiſſe,& in-
telligi debent ea,quæ adducit Foller. in ſuo
Commento Pragm. de cenſib.n.16.quamuis
ipſæ valde liberè videtur dicere,quod non,
& idem videtur ſentire Iſern in cap.Impe-
rialem de prohib.feud.alien.per Federic.nu.
5. vt licentia alienandi feudum conceſſa ſa-
tis ſit, quod etiam ſentit Salic. in l. fin. C. de
iure emphyt. Imol. in cap. potuit ex locati
Iaſon. in d.l fin. Alex.conſ.173.lib.2 Iacob
de feud verſ.Item etiam quod dicti Vaxalli
in allegat. cap.Imperialem fol. 45. concl.3.
conuenit cum Iſern. in illa clauſula , cum
poteſtate alienandi inter viuos,& in vltima
voluntate, ac in dotem dandi referens quā-
plures Authores contrarium dicentes, &
aduerſantes , niſi alia clauſula reſtringens
ſequatur , ſoluitquè argumentum à ſimili ,
2 nempè de mandato ✝ generali ad ea , quæ
ſpetialem requirunt non ſufficere, l.ſi quis
mihi bona, ff.de acquir.hæred. quod tribuit
Vacon. ſecundò reſpondet argumèto, quod
in noſtro Regno ex Conſtit. diuæ memoriæ
de ſucceſſ. &c. ibi de ſpetiali licentia noſtra
intelligendo de ſpetiali gratia, non autem
de ſpetiali licentia , & ſic gratia ſpetialis in
gene-

generale conceſſione eſſet comprehenſa,
3 tertiò, quando † ex licentiæ verbis appa-
ret, quod Dominus voluerit, vt detur in
feudum, quod nouus requiratur aſſenſus,
habetur ex eodem cap. 1. de feud. non hab.
prop. feud. natur. ibi (vbi ergo eſt datum in
feudum, & cui in feudum dederit, aliud eſt,
& feudi propriam naturam habet in omni
diſpoſitione Regius requiritur aſſenſus) idē
Camer. in d. cap. Imperialem fol. 29. litt. P.
ibi quia quando dixit in feudum non poteſt
alienari, & lit. S. ibi, vt aſſenſus requiratur,
vt prædixerat Speculator ante Foller. &
alios in tit. de locato §. nunc videndum
verſ. 94. & ibi Io. And. dicit in alienatione
4 rei † emphytheuticæ licentiam generalem
Domini in prima conceſſione non ſufficere;
ſed nouum requiri aſſenſum; quoniam ipſa
licentia data eſſe videtur ſecundum ipſius
actus naturam, & firmat Alex. in conſ. 104.
nu. 4. Afflict. in deciſ. 307. num. 27. in fine,
& refert Speculat. doctrinam ſeruari, Ray-
naud. in eodem cap. Imperialem verſ. &
ſic habet, aliam adhibet diſtinctionem, vz.
5 aut in † inueſtitura ſimpliciter dixerit, cum
facultate vendendi intelligendū eſt ciuili
modo id eſt, cum aſſenſu, & locus eſſet Spe-
culatoris ſententiæ, aut vlterius proceſſe-
rit, (& cui dederit) & tunc licentiam gene-
ralem iux. cap. 1. de feudo non habente pro-
priam feud. naturam habere locum, & ita
intellexit Iſern. Capyc. in inueſtit. verſic.
feudorum clauſulæ, in clauſula ad venden-
dum Raynaud. diſtinctionem referens, ad-
6 dit, † quando eſſet certa perſona nominata
alioquin ſecus Cannet. in cap. volētes §. ſuc-
ceſſiue fol. 164. Foller. & Blaſc. Lanc. ſecum
conuenientes opinionem reprobat, & quod
7 etiam † licentia alienandi data in conceſſio-
ne feudi nouus requirantur aſſenſus ſuade-
tur ratione, quia in eligitur ſeruata forma
iuris, & ſecundum naturam rei, l. ſi quando
C. de inoffic. teſtamen. & ſecundum natu-
ram actus, ſcilicet impetrato Regio aſſen-
ſu Speculat. dict. quæſtio. 94. numer. 117.
vbi Io. And. Alex. conſ. 104. numer. 3. lib. 6.
Iſern. in d. cap. 1. de feud. non hab. prop. na-
tur. feud. num. 4. Afflict. deciſ. 307. num. 21.
Fritia de ſubfeud. cap. de orig. Baron. n. 46.
qui alios adducunt ex alijs Camill. de Curt.
in ſuo diuerſ. iuris feud. cap. 5. num. 6. par. 2.
Fritia, vbi ſupra in quæſt. 54. dicit, quod ſi
8 Rex dat † licentiā alienandi feudum intel-
ligitur, ſi tempore alienationis fuerit re-
quiſitus, quibus refragatur, quod dicit Ar-
chiad. in cap. licet 8. quæſt. 1. quod priuile-
gium datum Epiſcopo ſuper collatione be-
neficij præbendæ intelligitur accedente cō-
ſenſu Canonicorum, & non aliter, & aſſen-
9 ſus † in alienatione, & diſpoſitione feuda-
liū requiritur, quia ita in principio ab ere-
ctione feudi inter contrahentes actum fuit,
maximè ratione fidelitatis Camill. de Curt.
vbi ſupra num. 28. ex multis nulli dubium
eſſe debet, quin in alienatione nouus requi-
ratur aſſenſus, & alias non ſeruaretur fide-
litas Domino, dum aſſenſus fit de com-
prehenſis in fidelitate dicit Camer. in d. cap.
Imperialem de prohib. feud. alien. per Fe-
deric. fol. 37. lit. B. & C. & ex quo directus
Dominus, cuicumquè alienationi feudalis,
vel emphytheuticæ aſſentiēs ſemper domi-
nium, ſibi retinet reſeruatum, & requiritur
aſſenſus, vt ſciat, cui datur, ſit de fidelibus, vt
10 dixi, & ex ipſa † retentione Dominij
in eodem contractu videtur prohibita alie-
natio, & præſumitur fidelitate retēpta, quæ
eſt cauſa cur rei feudalis, & emphytheuticæ
alienatio ſine aſſenſu non valeat, Bart. de
emphytheota in l. nemo ff. de pact. & l. fi-
liusfamilias §. diuus ff. de leg. 1. Bal. in l. ea
C. de condit. ob cauſ. & nouus requiritur
aſſenſus, etiam ſi fuerit conceſſum francū, &
Dominus nil retinuit, ſibi niſi fidelitatem,
& dominij ſuperioritatem, at nunquam cē-
ſetur immutata natura alienādi, & in qualibet
ipſius diſpoſitione Domini directi requiri
aſſenſus, vt ex alijs firmat Franc. de Are-
tio in conſ. ſuo 14. & ex prædictis clarè pa-
tet, quod amplius non inſiſto.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXXXXI.

THEMA.

Licentia alienandi feudum, ſi eſt poſt conceſſionem, & inueſtituram in executiuis nihil operatur, & nouus requiritur aſſenſus communis.

SVMMARIVM.

1 *Licentia alienandi verba, vt plurimum*
ponuntur pro executione conceſſionis,
& dum in executiuis, nihil operantur.
2 *Licentia clauſula, ſiuè verba non operan-*
tur, quando non diſponunt alias ſecus.
3 *Licentia verba tanquam clauſula ſolita, ni-*
bil operantur, nit de nono inducunt.
4 *Licentia verba, ſiuè clauſula tanto minus*
opera-

operatur, quando aliquid exorbitans in-ducceretur.

5 *Clauſulæ executiuè ponuntur in Cancellaria, præter intentionem Papæ, qui non exprimit, niſi diſpoſitiua.*

6 *Clauſulæ conſuetæ apponi à notarijs, ſiuè à Cancellarijs, nihil operantur.*

7 *Clauſulæ de ſtilu poſitæ non præſumuntur de voluntate partium.*

8 *Clauſula, vt res feudales ſine aſſenſu ſuperioris alienentur, ſunt exorbitantes, & requirunt ſpetialem prouiſionē, & proinde non comprehenduntur in generalibus clauſulis.*

9 *Clauſulæ ſolitæ, nihil operantur, nec de nouo inducunt.*

1 ADuertendum eſt, quod verba † huiuſmodi licentiæ alienandi feuda, vt plurimum ponuntur pro exequutione conceſſionis, & dici ſolet ad habendum, alienandū, vendendum in dotem dandi, &c. quæ clauſulæ, & verba quando ponūtur poſt conceſſionem facta inueſtitura, intelliguntur, & ſunt pro executione conceſſionis, & dum in executiuis nihil operantur, Molin. de primogen. Hyſpan. lib. 4. cap. 2. num. 42. per tex. in Clement. 1. de præbend. Abb. in cap. cum noſtris in fine de conceſſ. præbendæ, Card. conſ. 25. in fine, Alex. in l. quæ dotis col. 4. ff. ſolut. matrim. Dec. conſ. 2. num. 9. & conſ. 205. nu. 18. Couarr. in rub. de teſtam. 2. par. num. 12. verſ. tertia concluſio, quod intel-
2 lige, † quando clauſulæ prædictæ non principaliter diſponunt, idem Molin. ibidem num. 48. Ruin. conſ. 151. num. 9. in fine, lib. 3. Dec. cap. Prudentia §. ſi verò nu. 2. de offic. delegat. Ant. Gabr. lib. 6. commun. concluſ. tit. de clauſulis concl. 104. num. 7. ex quo vera natura feudi non alteratur, Clement. 1. de probat. Octau. Caccheran. deciſ. Pedem. 164. Corbul. in tract. de iure emphytheut. de cauſ. priuat. ob alien. &c. limit. 3. num. 8. & alij allegati per Franch. in deciſ. 6. num. 6. & deciſ. 213. num. 55. Regens Io: Franch. de
3 Ponte conſ. 57. num. 49. Et † tanquam clauſulæ ſolitæ, nihil ponuntur, nec de nouo inducunt, latè idem Regens d. conſ. 57. num. 51. & ante eum latiſſimè Fœlin. in cap. licet col. 3. numer. 11. de offic. ordin. ſed neceſſaria appoſita cenſetur appoſita ius in l. vt li-
4 beris col. 3. & 4. C. de collat. & ſolitę † minus, nihil inducunt, quanto ex eis induceretur aliquid exorbitans non adeſſe rei diſpoſitæ, & contra naturam ipſius per tex. in d. Clement. 1. de præbend. vbi eſt caſus, & ibi
5 Imola tradit, per illum tex. quod † clauſulæ executiuæ ponuntur in Cancellaria, præter intentionem Papæ, qui non exprimit, niſi diſpoſitiua fundantia gratiam, ſic in cō-
6 ceſſionibus Regijs, & clauſulæ † conſuetæ apponi à Notarijs, ſiuè à Cancellarijs, nihil operantur Molin. d. loco lib. 4. cap. 2. nu. 43. Bart. in l. 1. ff. de iure Codicill. Bal. in l. quoties n. 1. ff. de hæred. inſt. Ant. de Butr. in c. cū contigat col. 7. verſ. 4. caſus in fine de iure iurand. vbi Abb. n. 23. & idem Abb. in c. qui Vaſallis eodem tit. num. 32. in fine, Alex. conſ. 141. num. 2. lib. 1. Socc. iun. conſ. 250. ante finem lib. 2. Gozzad. conſ. 89. num. 15. qui loquitur in clauſula, de non contrauenniendo, Curt. iun. conſil. 101. numer. 13. Couarr. in dict. rub. de teſtam. part. 2. num.
7 14. & alibi ſæpè ſcribentes, & † clauſulæ de ſtilu notariorum non præſumuntur de voluntatiū, Bart. in l. 1. col. 4. in princ. de iur. Codicill. Dec. in l. liberorum in fine, ff. de reg. iur. & clauſulæ prædictæ ad alienandū,
8 &c. Cum † ſint contra, & præter naturam rei feudalis, vt ſine permiſſu Regis, vel directi Domini nō alienentur, ſunt exorbitantes, & requirunt ſpetialem prouiſionem, nō includuntur ſub verbis, & clauſulis generalibus, vt in propoſito tradit Bart. in l. 1. col. fin. ff. de offic. procur. Cæſar. & eſt regula
9 ſatis indubitata, quod † clauſulæ ſolitæ nihil operentur, nec de nouo inducant, de quo latiſſimè per Fælin. in dicto loco, & ſic etiam clauſula in executiuis, nihil operare, ipſiſquè non obſtantibus nouus requiſitur aſſenſus, vt prædictum, & fundatum eſt.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio XXXXXII.

THEMA.

Si feudum alienatur, cum Regio aſſenſu ſine alio Regio aſſenſu feudatarius non alienat, nec diſponit, quia eius natura ſine alio aſſenſu in alienabilis erat communis.

SVMMARIVM.

1 *RES omnes à principio liberè erant, & deinde introductum fuit, quod cum aſſenſu feuda darentur.*

2 Feu-

2 *Feudi natura in alienabilis mutari non potest.*

3 *Solemnitates, quæ interuenerunt in contractu debent adhiberi in contractu.*

4 *Actus intelligitur factus, prout de iure iure permittitur.*

5 *Actum, qui facit aſtringitur legi de illo facto loquenti.*

6 *Aſſenſus intelligitur, prout ius intelligit, & interpetrationem recipit de iure communi.*

7 *Feuda de iure communi feudorum conſtit. & capitulorum Regni ſine aſſenſu alienari probibentur.*

8 *Feudis alienandis in Regno ſpetialis requiritur aſſenſus ſine licentia, & non ſufficit generalis.*

9 *Vinculo eodem, quo quid legatum eſt eodem diſſolui debet.*

10 *Feudatarius alia lege, quam ipſa feudum tenet deponere non poteſt.*

11 *Feudum alienans ſine aſſenſu contradicit fidelitati.*

1 OMnes † ab initio mundi liberè erãt, &
deinde introducta conſuetudine infeudandi, vt diximus in hac part. 1. Dilucid.
1. & ſeq. & cum Regio aſſenſu debere tradi, vt ſimiliter dicimus hac parte Dilucidati
41. & feudum cum Regio aſſenſu alienatum
quia in alienabile erat ſine alio aſſenſu rea-
2 lienari non poteſt, eiuſquè † primæua natura mutari non poteſt, vt ex multis reiectis
contrarijs firmat Camer. in §. Imperialem
de prohib. feud alien. per Feder. fol. 76. lit. D.
3 etiã quia ſolemnitates, † quæ interueniũt in
cõtractu, & in diſtractu adeſſe debẽt, ex latè
adductis per Tiraq. in tract. de leg. b. cõnub.
gloſ. 5. in princ. & plur. ſeq. Afflict. ex multis in deciſ. 252. num. 4. ex alijs conſ. Georg.
in alleg. 2. num. 21. & in repet. feud. in capit.
44. verſ. rei immobilis in tex. in cap. de Camera, ſeu Gauena num. 42. fol. 304. maximè
4 quia qui † facit actũ videtur facere, vt de iure permittitur, l. quæro §. inter curatorem
ff. locati, l. quidam cum filij ff. dè verb. oblig.
Ripa in l. hæredes mei, ff. ad Trebell. Bal. in
l. ſi duo num. 2. per illum tex. ff. de acquir.
5 hæredit. dicit, quod qui † facit actum videtur aſtringere legi de illo actu loquenti, Regens de Ponte conſ. 57. num. 71. & propterea
Iſern. in cap. 1. qui ſucceſſ. teneam, num. 8.
6 circa mediũ dicit † aſſenſum intelligi, prout
ius intelligit, ad tex. in l. ſi cui ff. de ſeruit.
& recipit interpetrationem de iure communi, ad tex. in l. ex facto, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit Fritia de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 30.
circa medium, Regens de Ponte conſ. 3. nu.
7 60. de iure communi † feudorum conſtitutionum. & pragmaticarum Regni feuda ſine
Regio aſſenſu alienari, & de eis in totum,
vel in partem diſponi non poſſe, & in quouis
actu diſpoſitiuo Regius requiritur aſſenſus,
8 vt ex prædictis ſatis, maximè in † Regno,
vbi ſpecialis eſſe debet licentia diſponendi
de feudo, vt in conſtit. diuæ memoriæ, & nõ
ſufficit generalis, vt prædiximus in Dilucidatione 41. hac eodem parte, & ſi cum
Regio aſſenſu peruenit dubitandum, non
9 eſt, vltra prædicta, quia † vnumquodquè
vinculum, per quod ligatum eſt eodem vinculo diſſolui debet, iuxta tex. in l. nihil, tã
naturale, ff. de reg. iur. & feudatarius feu-
10 dalia bona alia lege, † quàm ipſæ habet dare non poteſt, tex. eſt in cap. 1. §. præterea,
vbi Iſern. & ſcrib. de lege Corradi Petr. de
Gregor. de conceſſione feudi par. 3. quæſt. 2.
num. 10. Curt. in tract. feud. 2. part. 2. part.
num. 42. 42. & ſeq. vbi plura ad hunc caſum
Afflict. pulchrè in conſtit. poſt mortem nu.
5. quibus refragatur, quod Camer. in d. cap.
11 Imperialem fol. 30. dicit † alienare ſine aſſenſu contradicitur fidelitati, quæ omninò
eſt ſeruanda, & ſic de feudis nullo modo ſine Regio aſſenſu diſponi poteſt.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXXXXIII.

THEMA.

In conceſſione, ſiuè in aſſenſu Rex dixerit, quatenus ritè, & rectè proceſſerint feudi natura nõ muta adohis ſeruitijs debitis, & fidelitates reſeruatis ſine Regio aſſenſus feudatarius de ſeudo diſponere non poteſt, communis.

SVMMARIVM.

1 *CLauſula quatenus ritè, & rectè praceſſerint, facit intelligere conceſſionem & aſſenſum prout ſonat tempore actus geſti non futuri.*

2 *Clauſula feudi natura non mutata ſaluis adohis fidelitate, & iuribus Regijs operatur, vt Regi feudatarius ſeruiet.*

3 *Clauſula ablatiui abſoluti, & ſunt reſeruationes reſoluuntur in conditionem.*

4 *Clau-*

4 *Clauſulæ in diſpoſitiuis ſunt ſeruandæ, & in*
eis eſt reſtricta principalis diſpoſitio.
5 *Clauſula feudi natura non mutata denotat*
originalem ſtatum non alterari, & cum
eſſent, dari poſſit, & non aliter.
6 *Clauſula feudi natura non mutata opera-*
tur, quod Rex debet certiorari de natura
feudi, & conceſſio, ſiuè aſſenſus reſtrin-
gitur ſeruata forma prædeceſſorum pri-
uilegiorum.
7 *Clauſula feudi natura non mutata, ſi intel-*
ligitur, præterquam in expreſſis non
operatur, ſi expreſſè noc dicitur, quod ſi-
ne alio aſſenſu alienatur.
8 *Aſſenſus & conceſſionis materia ſtrictiſſi-*
mè eſt interpetranda.
9 *Principis mens in conceſſionibus, vt cogno-*
ſcatur, attenditur ſtilus, & curſus alia-
rum conceſſionum, & aſſenſuum.
10 *Feudi, quod nouandum eſt contra ſuam na-*
turam debet exprimi.

QVando feudum alienatur cum Regio
aſſenſu, vel Rex concedit aut conſen-
1 tit, cum clauſula † quatenus ritè, &
rectè proceſſerint, talis clauſula facit i itel-
ligere conceſſionem, & aſſenſum, prout ſo-
nat, † tempore actus geſti non futuri, Bart.
in l. hoc colore, ff. de inoffic. teſtam. Vit. in
tract. clauſ. verſ. quatenus ritè, &c. conſ. de
Georg. in alleg. 5. num. 68. item ſi in conceſ-
ſione, ſiuè aſſenſu Regio dicitur, vti ſemper
2 ſolet feudi † natura non mutata, ſaluis ado-
his fidelitate, & iuribus Regijs, huiuſmodi
reſeruatio operatur, vt ſibi Regi feudata-
rius ſeruire debet, Franch. deciſ. 154. ſupra
num. 6. & ſic eſt feudum, quod ſine eius aſ-
3 ſenſu alienari non poteſt, & dictæ † reſer-
uationes ſunt ablatiui abſoluti, qui reſoluū-
tur in conditionem, l. à teſtatore, C. de cū-
condit. & demonſtrat. & item tradita per
ſcrib. in rub. ff. ſolut. matrim. & conditio eſt
adimplenda in forma ſpecifica, l. qui meuiū,
& l. qui hæredi eodem, & quando prædictæ
reſeruationes, & clauſulæ non ſunt in ver-
4 bis executiuis, ſed † in diſpoſitiuis, & in
principali Regis diſpoſitione in eadem ſub-
ſtantia, & oratione, ſecundum quam princi-
palis diſpoſitio videtur reſtricta, & regula-
ta, vt notanter firmat Dec. in conſ. 304. &
5 par. 5. & ſeq. Quando ergo ſuum † præſtat
aſſenſum, vel concedit, aut alienat, & donat
feudi natura nō mutata, denotat originalem
naturā feudi non alterari, Capyc. in inueſt.
feud. verſ. natura feudi facit tex. per eum
allegatus in l. ſi vnus, §. quoties ff. de pact.
& intelligitur, quod cum aſſenſu dari poſſit,
& non aliter decidit, Bal. in cap. 1. §. item ſi
fuerit, quib. mod. feud. amitt. & ſic non ſu-
mus in interpetratione iuris, ſi Rex voluit,
ſibi præiudicare, ſed in verbis expreſſis, vn-
de ſequitur, quod talis caſus eſt extra om-
nem dubitationem, pro quo quæro videa-
tur Fritia de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 1. num. 10.
6 vbi tradit, quod per hanc † clauſulam feudi
natura non mutatā, Rex debet de natura
feudi certiorari, vt ſua gratia perficiatur,
& quilibet aſſenſus eſt reſtringendus ſerua-
ta forma priuilegiorum prædeceſſorum,
prout pluries, ita obtinuiſſe dicit, vt ibi per
7 eum, & ſi dicatur clauſula † feudi natura
non mutata intelligitur, præterquam in ex-
preſſis non operatur, & ſine alio aſſenſu a-
lienari poſſe. Aduertè quia nos loquimur,
quando non eſt dictum expreſsè, quòd alie-
net, nullo alio aſſenſu requiritur, & ſi Rex
voluiſſet, quod nullus alius requireretur
aſſenſus in ſequentibus diſpoſitionibus di-
xiſſet, quemadmodum expreſſit in alijs cō-
ceſſionibus, & aſſenſibus, vt teſtatur Fritia
de ſubfeud. quæſt. 17. in princip. vbi refert
quandam conceſſionem Regiam cum am-
pliſſima alienandi poteſtate, vbi in fine di-
cit nulla alia noſtra licentia, vel aſſenſu re-
quiſitis, quando ita non expremit, non vult
argum. l. ſi vnus ex familia, §. quod dixit
prætor, ff. de acquir. hæred. ex multis, Ca-
mill. de Curt. in ſuo diuerſ. iur. feud. cap. 5.
8 num. 43. part. 2. & quando ſumus in † mate-
ria conceſſionis, ſiuè aſſenſus ſtrictiſſimè eſt
interpetranda, vbi tātum admittitur, quan-
tum oculo corporis videtur, Frit. vbi ſupra
quæſt. 20. num. 8. Ad hoc facit, quod dicit
Felin. in cap. ex literis de reſcript. numer. 8.
9 verſ. ad cognoſcendum † Principis mentem
in conceſſionibus, & aſſenſibus debet atten-
di ipſius, & Curiæ ſtilus, & curſus aliarum
conceſſionum, & aſſenſuum Lap. allegat. 61.
num. 4. & cum Doctores ratione implicatio-
nis, & contradictionis tradunt, quod clau-
ſula prædicta non debet operare contradi-
ctionem incontinenti, per antea expreſſorū,
& conceſſorum ob id dicitur, præterquam in
expreſſis, merito, quando nihil exprimitur,
non habet locum correctio, vel implicatio
10 oportet, enim quod † exprimatur, quid in-
nouari vult contra naturam feudi, Regens
de Ponte conſ. 3. num. 83. quando nihil eſt
expreſſum, & conceſſio, ſiue aſſenſus eſt præ-
fixus, & reſtrictus, dummodo natura feudi
non alteretur, ſiuè non mutetur in qualibet
alienatione, & diſpoſitione nouus requiritur
aſſenſus, alias natura conturbatur, quod fie-
ri nequit.

PARTIS

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LIV.

THEMA.

Feudum emere volens à Regia Curia, cum pacto dandi ſecundo genito emptio, ſi ſtipulatur, etiam cum pro Rege valet tale pactum non maximè ſi pro Rex prædixerat oblationem reformari ſecundum formam iuris, communis verior, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *FEudis iuris francorũ, vt in Regno viuitur, primogeniti vocantur, ipſiquè ſoli ſuccedunt.*

2 *Feuda, in quibus primogeniti ſuccedunt eorum, legitima ſunt.*

3 *Feudi conceſſionem à duobus iudicari, ſcilicet à voluntate, & poteſtate concedentis quæ regulant actum.*

4 *Voluntas, & poteſtas actus, in quo deficit, eſt inualidus, & in quo adeſt, ſit validus in feudis, in quibus vtile per inutile non vitiatur.*

5 *Contractus iuxta ſtilum Cancellariæ eſt validus, pactũ, ſi quod adeſt contra ſtilum, & ſolitum per Principem concedi in eo eſt ſubrectio.*

6 *Secundogenitus, vt feuda iuris francorum dentur, Reges huius Regni, nunquam aſſentire ſolitos fuiſſe, & conceſſa reuocata per eoſdem Reges fuere.*

7 *Feuda iuris francorum dandi ſecundogenitis, dum Rex non eſt ſolitus talis poteſtas, nec eius Vicario, aut Tribunalibus tranſit, & ſic nec ipſi facere poſſunt.*

8 *Generali poteſt uti data Vicario non adeſt, vt tertio præiudicetur.*

9 *Pactum inſolitum concedi eſt nullum emptio ſolita eſt valida, ſicut refutatio valet cætera pacta non.*

10 *Venditio præcedens pactum ſtatim perficitur ex ordine ſcriptura, & pactum inſolidum corruit, maximè cum ſit ſeparabile.*

11 *Vtile per inutila in ſeparabilibus non vitiatur, & vt in ſeq. Dilucidat. num. 2.*

1 AD † feuda iuris francorum primoge-
nitos vocari, ipſoſquè ſolos ſuccede-
re iuxta Conſtitutionem Regni, vt de ſuc-
ceſſionibus, & cap. conſiderantes, in quibus
2 Doctores omnes, & † feuda talia primoge-
niti legitimam eſſe, dixit Io: And. poſt Ho-
ſtienſ. in cap. licet de voto Iſern. in Conſt.
Regni dignum col. 2. verſ. nec pater. Camer.
in cap. Imperialem, ꝟ. præterea Ducatus,
latè hoc diſcutit fol. 101. lit. V. & ſeq. de
prohib. feu. alien. per Feder. hoc igitur præ-
3 ſuppoſito arguo † conceſſionem Principis,
ſeu Vicarij à duobus iudicari à voluntate,
ſcilicet concedentis, eiuſquè poteſtate, quia
in omnibus diſpoſitionibus voluntas, & po-
teſtas regulant actum, dicit tex. in cap. cum
ſuper extra de offic. delegati, l. cum te, vbi
Bal. hoc notat, de donat. ante nupt. & in l.
omne verbum col. 2. C. communia de legat.
Barbat. inter conſ. Curt. Sen. conſ. 66. nu. 14.
Dec in l. non omnis, prima col. ff. ſi cert.
pet. & conſ. 198. Protenui col. 1. verſ. præ-
dictis, tamen non obſtantibus cum vulgatis,
4 igitur ſi quis in caſu, de quo agitur, & † vo-
luntatem reſpectu Regis, & pro Regis, &
poteſtatem reſpectu Regiæ Cameræ, & etiã
pro Regis tale pactum concedentium non
adeſt contractum valere, & pactum eſſe in-
ualidum, cum in feudis vtile per inutile nõ
vitiatur, vt in c. 2. ꝟ. profectò de lege Cor-
radi, & in cap. 1. de allodijs, & ibi Iſern. qui
legit illum tex. in tit. de pac. iuram. firm. nu.
48. & in cap. Imperialem, ꝟ. præterea Du-
catus, num. 36. de prohib. feud. alien. per
Federic. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt 16.
num. 3. ex alijs, & quæſt. 34. num. 5. & hanc
opinionem tenuiſſe aliquos Auocatos anti-
quos, cum quibus ipſæ non diſſentit, retulit
Io: Vinc. de Anna allegat. 35. in princ. vol.
1. & conſ. Fab. de Ann. conſ. 46. num. 2. &
5 ſic † contractum emptionis eſt validus, &
tale pactum inualidum, quia pactum contra
ſtilum Cancellariæ, & contra ſtilum Regis,
& pro Regis eſt, cum contra eorum ſolitum
ſit conſentire, quod feuda dentur ſecundo
genitis, & ſic in tali pacto eſt ſubreptio, vt
per Fœlin. in cap. ſuper literis. verſ. expri-
mendo verbo primo regula 4. de reſcript.
Loffred. conſ. 14. num. 67. Capyc. deciſ. 32. n.
13. Afflict. deciſ. 253. duo Regij Conſiliarij,
ibi ſexto ſtilus, facit tex. in l. vniuerſorum,
ff. de pignorat. actio. l. ſeruus plurium †. fin.
6 ff. de leg. 3. idem † Afflict. in Conſtit. ſtatui-
mus dicit, nunquam ſolitum fuiſſe Sereniſ-
ſimos huius Regni Reges, in hoc caſu aſſen-
ſum dare, quando feudum datur ſecundo-
genito, & refert aliquas reuocatorias lite-
ras Regis Roberti, qui aſſenſum dederat

donationibus factis per patres ſecundogeni-
tis, quando in eis iure francorum viueba-
tur, & ſic etiam Regina Ioanna Prima ali-
quas,& alias refert Capyc. in inueſtit. feud.
verſ. feudorum genera, Frecc.latè in tribus
caſibus refert Regem noluiſſe aſſentire illis
de ſenerchia, de Geſualdo, & alijs Camer.
7 idem refert,& ✝ Rex in his aſſentire nequit;
nec Regia Camera Summariæ,nec pro Rex
Regis nomine tale contractum, cum dicto
pacto facere poterat, cum Princeps facere
non conſueuit in Viceregem,ſiuè Vicarium
hoc non tranſit, l. nam ad ea, ff. de legib.
l. fin. ff. de Senat. per quæ iura, ita dixit
Iſern. in d.cap.Imperialem col. 2. vbi Aff.
& Capyc. col.137. ergo ſi noſtri Reges ea
non concederent, non concedunt, nec ſoliti
ſunt talis poteſtas in eius Vicarios, nec in
eorum Tribunali, vt in Regia Camera
tranſire non poterit Barbatia in capit. quo
ad tranſlationem infra 8. col. fin. extra de
8 offic. delegat. & per ✝ generalem poteſta-
tem datam Vicario, nunquam tranſit, vt
tertio præiuditium inferatur, & conſiderat
in poteſtate data legitimādi per Principem
Comiti Palatino, vt non poſſit ſtantibus le-
gitimis naturales legitimare,vt per multa
firmat Alex.conſ.62. conſideratis col.5.nu.
6.lib.1. vbi dicit tranſire poteſtatem legiti-
mandi, prout Princeps de ordinaria pote-
ſtate legitimaturus fuiſſet, non prout ex ſu-
prema, ita etiam tenet Franc.de Aret.conſ.
64.col.fin.& per multa etiam more ſuo te-
net Pariſ. conſil. 9. olim dominus Camillus
num.34.lib.2.& ſic in caſu noſtro,dum Rex
non eſt ſolitus cōcedere,vt ſecundogenitus,
primogenito præferatur,ſi Regia Camera,
& pro Rex concederet, non tenet per prę-
dictas authoritates, & quaſi in proprijs ter-
9 minis, & ſic ✝ pactum tale nullum, & con-
tractus in beneficium emptoris fieri ſolitus
firmus remanet, per tex. in l.quoties, C.de
donat. quæ ſub mod. Frecc. plura ad hoc
cumulat in rub. 26. different, cum perfectæ
donationi, ſiuè acquiſitioni conditio adijci
non poteſt, prout in refutatione feudi lo-
quuntur Doctores,quod refutatio remanet,
& conſtitutio iuris extra refutationem vi-
tiatur; ita ſentit Loffred.conſ.3. vbi mate-
ria refutationis pactionatæ, ſatis benè ex-
plicat num.20. verſ.non etiam obſtat, & id
propriè conſiderauit Bal. in l.1.in fine,ff.de
10 reb. eorum quare, quando ✝ Regia Curia
vendit feuda, & cōſtituit ſe poſſidere,ſtatim
emptor efficitur Dominus, dum poſtea ſe-
quitur pactum nominandi, vel dandi feudū
ſecundogenito non tenet, & pactum tale
vitiatur, non autem venditio,iam perfecta,
cum & ordo ſcripturæ, & regula l. contra-
ctus, C. de fide inſtrum.denotat acquiſitio-
nem perfectam fuiſſe tempore impoſitionis
pacti, & ſic eam valere,& tale pactum non,
& etiam quia contra ſtilum Principis eſt
nullum, maximè cum ſit ſeparabile à con-
tractu emptionis feudi, emptio remanet fir-
ma, & tale pactum corruit, etiam quia eſt
contra illud, quod permiſſum eſt, dum Prin.
ceps concedere feuda, vt ſecundogenitus
habeat ſolitus, non eſt, nec minus Vicerex,
vel eius Tribunal Regiæ Cameræ tale pa-
ctum concedere poteſt, ex quo eſt nullum,
& eſt verior, & communior opinio, quod
11 in tali ✝ caſu ſeparabili vtile per inutile
non vitiatur, ita Bal. in Auth, quas Ruinas
C. de Sacroſanct.Eccleſ. Paul. de Caſtr. in
Auth. qui rem in fin. Roman. in l.fin.§.ſti-
pulante num.38. ff. de verb. oblig. & ſic iu-
dicatum eſt in Eccleſia Sancti Martini fir-
mat Lanar.conſ.47.num.5.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LV.

THEMA.

Superior dicens venditionem feudi reduci ad formam iuris intelligitur, abſquè aliquo pacto inſolito, & ſi cum eo ſtipulatur, etiā cum Principe in pacto non adeſt voluntas, & ſic nulla, & inualida, & in ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur, Communis.

SVMMARIVM.

1 *Forma iuris eſt facere contractum, abſquè vllo pacto inſolito.*

2 *Pactum dandi feudum ſecundogenito eſt ſeparabile à venditione, & quilibet de per ſe ſtare poteſt.*

3 *Vtile per inutile in ſeparabilibus non vitiatur, ſi vtrumquè de per ſe ſtare pōt.*

4 *Nullitas vnius pacti non redit contractū in vtile, ſi in vtroquè eadem cauſa impeditiua non militet.*

5 *Inueſtitura abuſiua facta, ſi ſequatur propria, & realis iſta valet, illa non.*

6 *Pactum dandi feudum ſecundogenito eſt in fraudem ſecundogeniti, & ſic ceſſare debet,*

Digitized by Google

debet, ſed venditio non eamquè valere.

7 *Voluntas declarata reſeruat eam, & tollit animum, & voluntatem in ſequentibus actis.*

8 *Rex, Princeps, pro Rex, & alij, multis occupatis negotijs recordari non poſſunt.*

9 *Obliuio præteritorum in Rege pro Rege, vel miniſtro negotiorum occupatis præſumitur.*

10 *Memoria modi temporis, maximè alicuius inſoliti negotij occupata negotijs nulla eſſe poteſt.*

11 *Pactum appoſitū contra ſolitum, maximè de facto non recens ex errore, & non ex certa ſcientia præſumitur.*

12 *Aſſenſus pro Regis firmat, quod facere poteſt, & debet, & non quod eſt inualidū.*

1 EMptor ✝ feudi, qui ſuam facit oblationem velle, cum pacto dando ſecundogenito, & pro Rex dicat oblationem reduci ad formam iuris intelligitur, quod abſquè tali pacto fiat, ſi Regia Camera, deinde alienationem, & cōtractū cum tali pacto faciat,
2 ✝ talis appoſitio pacti fuit cōtra expreſſam voluntatem Principis, & ſic nulla per dictā Conſtitutionem diuæ memoriæ, vbi Iſern. & Doctores, Minad. conſ. 26. num. 31. & cum tale pactum dandi feudum ſecūdogenito ſit ſeparabile à contractu venditionis feudorum, vt patet ad ſenſum, quia venditio poteſt ſtare de per ſe, abſquè dicto pacto, & ſic
3 ſeparatè, & in ✝ ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur per regulam in cap. vtile per inutile de reg. iuris, capit. confirmationem 39. de electiōn. vbi electio valida non vitiatur, etiam ſi inutilis acceſſerit confirmatio, validè, & vtiliter repetenda eſt, vti Io: And. & alij dicunt ibidem, Dyn. d. cap. vtile per inutile, numer. 12. l. ſancimus ff. ſi cert. petat. l. certi conditio, §. quoniam, ff. de vſuris, l. pecuniæ extra de arbit. cap. cum tempore extra de præbend. cap. cum dilectus, & cap. niſi, & ex alijs, latè Roman. conſ. 66. num. 2. Tiraquell. de retract. ad finem tituli num. 146. Afflict. deciſ. 107. vbi plures enumerat caſus, Vrſill. ad Afflict. deciſ. 118. Gamin. deciſ. Luſitan. 387. Menoch. de præſumpt. præſumpt. 78. num. 54. Franc. Milanenſ. in deciſ. 2. num. 58. lib. 2. Melius Surd. deciſ. Mantuan. 248. Maſull. addens ad Capyc. deciſ. 49. ſup. num. 2. Couarr. var. reſolut. lib. 2. cap. 19. Capyc. dict. deciſ. 49. num. 3. vbi addens Petra lit. B. & ex alijs, & hoc verum dicunt omnes nemine diſcrepante, ſi vtramquè de per ſe ſtare poteſt, quoad ſuos effectus, vt emptio prædicta, & ✝ pactum vnius nullitas non redit
4
alterum inutile, per ea quæ dicit Bart. in l. non dubium num. 28. C. de legib. Alexand. eleganter conſ. 4. n. 19. lib. 1. ſi ſcilicet vtrobiquè non militās eadem cauſa impeditiua, vt in propoſito caſu emptio non impedit tale pactum, nec è contra, & poſſunt de per ſe ſeparatè ſtare puta, ſi impropria præceſſit inueſtitura, cum parium ſolemnitate, & propria ſine his ſecuta fuerit de ea controuerſia in effectu moueri nō poſſet à Domino, nec ab hærede, cum eam adhuc vtiliter impetrare tenebatur, licet aliquando quoad alios effectus fortaſsè hoc nocere poſſet, ſed
5 ſi ✝ abuſiua inueſtitura exiſtente nulla, aut ſine parium præſentia, & ob id nulliter facta ſequatur propria, & realis coram paribus inductio in poſſeſſionem, ſiuè eius traditio, an feudi conſtitutio valeat, & teneo volere authoritate, Iacob. de Bellouiſu, & Laudenſ. in cap. 1. qui teſtes ſint neceſſarij ad inueſtituram probandam, vbi Laudenſ. addit hanc rationem, quia ſic ratio huius diſpoſitionis, etiam ſuſpenſionem fraudis ceſſare facit, ſic in caſu noſtro, quia tale
5 pactum eſt ✝ in fraudem primogeniti ceſſare debet per Ladigare, §. quamuis ff. de iure patronat. & capit. eum refert, & ſequitur Curt. iun. 1. part. 2. memb. 2. quæſt. numer. 30. Roſental. de feud. cap. 12 concl. 16. num. 8. & in gloſ. lit. G. ex quibus; & alijs prædictis emptio firma remanet: nec opitulatur, ſi pro Rex, cum dicta clauſula ſtipulaſſet, quia vltra quod nō poſſet, vt quicq; contra ſolitum fieret, & ipſæ talem poteſtatem non habet, vt prædiximus, nec velle videtur, cū tali pacto ſtipulare, ſi à principio dixiſſet oblationem ad forma iuris reduceretur quod fuiſſet ſine dicto pacto, ſi poſtea apponeretur, eſſet contra pro Regis voluntatem, & ſic tale pactum non ſolum ex defectu poteſtatis, ſed etiam, & voluntatis, ſi
7 eam prius declarauerat, ✝ quæ omninò erit ſeruanda, per cap. ſuſceptum de reſcript. in 6. vbi Doctores omnes, cum talis declaratio præſeruauit ſuam voluntatem non aſſentire, niſi oblatione, & venditione redacta ad terminos iuris, ideſt ſine dicto pacto ad inſtar proteſtationis, quæ tollit voluntatem, & animum in ſequentibus actibus, iux. notata in l. pacta nouiſſima C. de pact.
8 & vltra quod ✝ vice Rex eſt, & tantis negotijs occupatus, quando ſtipulat, quod prædixerat recordari non poteſt. Cum in
9 Rege ✝ pro Rege, vel Miniſtro infinitorū negotiorum occupatiſſimis obliuio præteritorum, & etiam proprij facti dixit Bart. in l. quod iuxit, col. fin. ff. de rei vendic. & ibidem Alex. quod etiam cōſuluit conſ. 245.

num.5.lib.2 & eſt optima gloſ.in l.quoties,
§.fin. verſ. hæredem ff.de probat. Immò in
quolibet homine præſumitur obliuio facti
proprij, quamuis recentis ſit, ita poſt Bart.
in l. ſi res num.2. ff. de leg. 1. firmat Guid.
10 Pap.quæſt.127.num.4. Et quæ † memoria
eſſe poteſt in pro Rege de alienatione ſeu-
dorum cum pacto, quod poſſit dari ſecundo
genito, & maximè ſi dixerat reduci ad ter-
minos iuris, quod modicum apud ipſum
fuit, iuxta gloſ. in l. ſi ſuſceperit, verſ.mo-
dicum, ff. de iudic. facit l. filiusfam. ff. de
11 donat. præſumendum eſt, igitur † tale pa-
ctum non ex certa ſcientia, ſed errore Re-
giæ Cameræ, ſiuè Miniſtrorum proceſſiſſe,
& maximè quando factum non eſt recens
conſuluit Roman.conſ.298. tex.in cap.cum
olim verſ.circūductus de re iudic. Bald.po-
nit exemplum in Rege francorum, & con-
ſuluit Alex. conſ.9 col.2. in fine lib.5. ſti-
pulans eius aſſenſus præſtatur, abſquè illo
pacto, maximè quando eſt contra ſolitum,
& ſtilum Regis, & pro Rex contrauenire,
12 nec poterat, & ſic per pro Regis † aſſenſū
emptio firma remanet pactum verò contra
ſtilum Regis, & abſquè pro Regis poteſta-
te, & voluntate eſt nullum, & vt prædictum
eſt, reſolutum cenſetur.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LVI.

THEMA.

Feudi iuris frācorum natura à Principe mutari non poteſt, nec à ſuis Miniſtris, vt ſecundogenitus ſuccedat, & nouam formam feudo dare ſpectat ad Regem.

SVMMARIVM.

1 *Natura feudi per pro Regem, vel Miniſtros non mutatur, vt ſecundogenitus ſuccedat, quia ſpectat ad Regem.*

2 *Feudo nouam formam dare, vt ſecundogenitus ſuccedat, & ſi Rex conſentijſſet, non valeret, quia contra eius ſtilum, & mentem.*

3 *Mens Principis ex ſtilo conceſſionum cognoſcitur.*

4 *Feuda ſecundogenitis, nec à Rege dantur, immò data reuocantur cum exemplis.*

5 *Actum, qui facit, videtur facere, prout de iure permictitur.*

6 *Stilus Principis, dum eſt primogenitis tantum feuda dari eſt actendendus, & contrahentes ſtilo ſe ſubmictāt.*

7 *Feudi emptor ſtipulans, cum aliquo pacto inſolito ipſi ſoli nocet, & non primogenito, cui ius quæſitum fuerat, ſtatim facta emptione, quæ fuit valida pactum verò non.*

8 *Naturæ primeuæ feudi Princeps, nunquam præſumitur velle derogare.*

9 *Pactum contra poteſtatem, & voluntatem Principis eſt nullum, ex quo pacto nullo dominium non transfertur.*

10 *Filius perſonam patris repræſentat.*

11 *Feudi poſſeſſore mortuo dominium feudi ſuſpenſo, ſed ſtatim Nepoti, vel alio proximo ſucceſſori.*

1 NAtura † & conſuetudo feudorum in
hoc Regno eſt, vt in eis primogenitus
ſuccedat francorum iure, dare ſecundoge-
nito eſt mutare naturam, & formam, quam
habet vice Rex, & Miniſtri Regiæ Cameræ
mutare non poſſunt, quia dare nouam for-
mam feudo, eiuſquè naturam mutare ſpe-
ctat ad Regem, qui beneficium tribuit, ex l.
in commodato, §. ſicut, ff.commodati, gloſ.
in conſtit. vt de ſucceſſionibus gloſ.2. Iſern.
in capit. 1. col.2. verſic. hoc eſſet verum,
ſi conſtaret de eo, qui ſibi, & hæred. Maſcul.
& Fœmin. in cap.1.nu.3. de nat.ſucceſſ.feud.
ergo pro Rex Miniſtri, & emptor contra-
2 hentes noluerunt, nec potuerunt † dare
nouam formam, & naturam feudo, vt in eo
ſecūdogenitus ſuccedatur, vel ſucedat, quod
etiam ſi ipſæ Rex aſſenſiſſet, non valeret,
quia contra eius mentem, & ſolitum ſtilum
eſt ſubrectio, vt per Capyc.deciſ.22. nu.13.
Afflict. deciſ. 253. ibi ſexto ſtilus, &c. & ex
alijs, vt diximus, ad quod facit, quod dicit
Fœlin. in cap. ex literis de reſcript. num. 8.
3 verſ.ad † cognoſcendam Principis mentem
in conceſſionibus, debet actendi Principis
ſtilus, & curſus aliarum conceſſionum Lap.
4 allegat.65.num.4. Si ex præcedentibus con-
ceſſionibus, etiam à Rege factis feuda non
dantur ſecundogenitis, immò aliquæ datæ
tempore Regis Roberti, & Ioannæ Primæ
fuerunt reuocatę, vt prædiximus, & tempo-
re Ceſareæ Maieſtatis Caroli Quinti fœli-
ciſſimæ recordationis Maieſtatem ipſam,
nunquam voluiſſe dare aſſenſum donationi
de feudis nouis, quam volebat facere Co-
mes Biccari in ſecundogenitum non obſtā-
te, quod Comes allegaſſet primogeniti inha-
bilitatem, ſed fuit ex ordine Cæſareæ Maie-
ſtatis

ſtatis commiſſa cauſa hic Neapoli, & capta
informatio de inhabilitate feuda noua tan-
tum relaxari fecit ſecundogenito, & tamen
licita erat cauſa diſponendi in ſecundoge-
nitum, iuxta notata per Ripam in l. nemo
poteſt, num. 11. de locar. & in cauſa Illuſt.
Fauſtinæ Columnæ, nunquam idem poten-
tiſſimus Imperator voluit aſſenſum præbe-
re, & poſtea ex voluntate Dominæ Fauſtinę
fuit facta concordia, & caſtra ex eius volũ-
tate ſecundogenito data, ergo ſine tali pa-
cto Miniſtris pro Regem, & emptorem
contraxiſſe cenſetur, & contractum vendi-
tionis feudorom firmum remanſiſſe, vt prę-
5 diximus, maximè quia, † qui facit actum,
videtur facere, prout de iure permictitur,
l.quæro, §. inter Curatorem, ff.locar., l.quę-
dam cum filijs, ff. de verb. oblig. Ripa in l.
hæredes mei, ff. ad Trebell. nec dicat em-
ptor, quod alias non contraxiſſet, quia Bal.
in l. ſi duo num. 2. per illum tex. ff. de ac-
quiren.hæred.dicit, quod qui facit actum,
videtur aſtringi ſe legi de illo actu loquen-
ti, Regens de Ponte conſ.57.num.75. & pro-
pterea Iſern. in cap.1. qui ſucceſſ.ten.circa
medium dicit, aſſenſum intelligi, prout ius
intelligit, ad tex. in l.ſi cui, ff.de pupill.ſub-
ſtit. Frecc. de ſubfeud. lib.2.quæſt.3.num.2.
circa medium Regens de Ponte conſ. 3. nu.
6 60. & conſ.64.num.30. dum † ſtilus Prin-
cipis eſt, non concedere feuda, niſi primo-
genitis, qui ſtilus eſt attendendus, & em-
ptor emendo ſtilo ſe ſubmictit contra-
ctus, abſquè tali pacto cenſetur, & ſe infor-
mare debebat, quod nullus Tribunal, nec
Miniſtri, & pro Rex contra ſtilum contra-
trahere, & aſſentire non poſſunt, nec volũt,
ſi pro Rex dixiſſet oblationem cum ta.i pa-
cto reduci ad formam iuris, ideſt abſq; di-
7 cto pacto † feuda dari ſecundogenito, ſi cũ
tal clauſula ſtipulatur, ipſæmet emptor eſt
in culpa, quæ ipſi ſoli nocere debet, & non
primogenito, cui ſtatim ſtipulato contra-
cto valido, quòad venditionem ex natura
feudi ei quæſitum fuit, & defertur primoge-
8 nito, iuxta † primordialem naturam feudi,
præſertim quòad ſucceſſionem deſcenden-
tium, quam nullatenus præſumitur Princi-
pem derogare voluiſſe, maximè ſtante clau-
ſula feudi natura non mutata, vt in omnibus
aſſenſibus, & contractibus feudalibus adeſ-
ſe ſolet, & de iure francorum viuitur, vt
prædiximus, & ex multis firmat Loffred.
conſ.11.num.27. & pluribus ſequentibus, &
9 ex his † pactum prædictum, quia adeſſet cō-
tra poteſtatem, & voluntatem pro Regis
eſt nullum, & fumus in ſeparabilibus em-
ptio firma, & valida remaneret, & ex pa-
cto, vt ſecundogenitus ſuccederet, nullus
poſſet transferri dominium in ſecundogeni-
tum, ita Iſern. in cap.1. §. illud col.5. ibi,
item in contractibus veteris de prohib.
feud.alien. per Federic. ſed mortuo empto-
re feudi momento non ſtetit in ſuſpenſo, ſed
ſtatim tranſiuit in filium primogenitum,
ſucceſſorem legitimum, & ſi præmortuus
reperitur in eius filio primogenito, ideſt in
Nepote decedentis, probat idem Iſern. in
cap. ſancimus col.2. ibi item Vaxallus, quo
tempore nil, & in cap.1. §. donare col.4. in
princip. ſed ſtatim eo mortuo qualit. olim
pot. feudi alienari.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LVII.

THEMA.

Aſſenſus Regis eſt neceſſarius, etiam in ceſſione actionis ad feudum, & in adiudicatione communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Actio ad feudum eandem naturam feudi habet, & ideo in actione acquirenda requiritur Regius aſſenſus.*

2. *Aſſenſus Regius requiritur in adiudicatione feudi.*

3 *Aſſenſus requiritur in adiudicatione, vel alienatione feudi capti ex primo Decreto.*

4 *Aſſenſus Regius requiritur in compromiſſo de re feudali non in laudo, inde proferendo.*

5. *Laudum ante promulgationem debet oſtendi vni ex Regentibus Regiæ Cancellariæ, & ita practicatum.*

6. *Aſſenſus ſuper laudo eſt nullus, niſi præceſſerit in compromiſſo.*

1 Alienare † feudum idem eſt, quod diſponere, vt quis ad feudum actionem habeat ratione dominij, ſiuè hypothecæ, & actio ipſa eandem habet naturam, quam feudum habet, ſuper quo conſtituta eſt actio ipſa, & ideo in tali actione transferenda Regius requiritur aſſenſus Camer. in cap. Imperialem fol.15. & 16. de prohib. feu.alien. per Federic. Franch. in deciſ. 41. quo fit, vt limitatur, tex. in l.1. C. de his, qui in priori credit. loco, &c. per quæ actionis ceſſio, vt

Digitized by Google

operetur in feudis Regius requiritur aſſenſus, ex prædictis firmat conſ.Georg. in rep. feud.cap.43. ſuper tex. de feudo de Camera ſeu de Cauena, vel Caneua in verſ. rei immobilis de nominibus debitorum num.43. fol.27.

2 Item ſi aliquis ✝ ceſsionarius petit aſsiſtentiam ſuper aliquo feudo cum poteſtate capiendi,&c. in eius adiudicatione Regius requiritur aſſenſus deciſum per Sacrum Conſilium teſtatur Diomedes Mariconda in cōſtit. diuæ memoriæ, & in ea Grammat.n.29. & refert Thorus in Compend.deciſ. verſ. aſſenſus Regius nouus,an requiratur, &c. fol. 52.col.2.

3 Item ſi ✝ feudum ex primo Decreto capiatur per Decretum in viā executionis ſententiæ,vult procédere ad ſecundum Decretum, vel ad adiudicationem,aut venditionem Regius requiritur aſſenſus, & Dominus tenetur aſſentire,prout ita per Regem fuit præſtitus aſſenſus in fauorem creditoris, nec debitum erat ob onus feudi Capyc. in inueſtit. rub. feudorum alienationes, limita 29. fol.40. & verſ. feudalis aſſenſus limit.3.fol.77.dum eſſet actum actione perſonali, & in contumacia deuentum ad primum Decretum fuit conceſſus non obſtante reuocatione obligationis, vel æquipollenti pro Franciſco Surrentino, eum citat Liparolus ad Iſern. in cap.1.ꝟ.quid ergo ſub nu.6. lit. C. incip. niſi eſſet de inueſtit. de re alien. fact. Thor. in Compend.deciſ.verſ.aſſenſus, an requiratur, &c. fol.54. col.2.

4 Item Regius ✝ requiritur aſſenſus in com-
promiſſo de re feudali, non autem in laudo,
inde proferendo tenet Afflict. in deciſ. 285.
Practicam tamen tradit Loffred. in cap. Im-
perialem col.3. verſ.compromiſſum de pro-
5 hib.alien.per Feder.vt ante ✝ promulgatio-
nem laudi oſtēdatur vni ex Regentibus Re-
giam Cancellariam, & ita pluries practicatū,
& concluſum vidiſſe tradit Octau. Bambac.
in cap. ſi Vaxallus de benef. num. 16. ſi de
6 feud. defuncti controu.fuer. Aſſenſus ✝ ſuper
laudo eſt nullus, niſi præceſſerit ſuper com-
promiſſo, & ita deciſum in Collaterali Con-
ſilio refert Regens de Ponte conſ.52.Regius
Fiſcus, Thorus, vbi ſupra verſ.aſſenſus Re-
gius interuenire debet, & in verſic. aſſenſus
ſuper laudo fol.56.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LVIII.

THEMA.

Aſſenſus obtemptus ſuper obligatione crediti principalis non extenditur ad intereſſe, & ad pænam, de quibus non fuit locutum, & ſi in donatione, vel alienatione feudi, cum pacto de retrouendendo, vel retrodonando aſſenſus ob tale pactum corruit. Deciſum.

Quia breuis non opus alio Summario.

SI impetratur aſſenſus ſuper obligatione bonorum feudalium pro debito principali & nihil eſt dictum de pæna, & intereſſe ad pænam, & intereſſe aſſenſus non extendi iudicatum fuit per Sacrum Conſilium, ex quo aſſenſus eſt ſtricti iuris Afflict.in cap.1.not.12 quæſt.8. & quæſt. 10. de prohib. alien. per Federic. ſed contrariam Cannet. in extrau. Sicil. cap.volentes fol.194. nu. 19. comprobat hanc deciſionem, & impugnat contrariam in Regno Siciliæ, & Fritia de ſubfeud. lib.2. quæſt.20. non nominato intereſſe in aſſenſu ſuper capitule tātū valere pluries deciſum teſtatur, ſed nominato valere, etiam quòad intereſſe deciſū ex alijs firmat Thor. in verſ. aſſenſus ſuper obligatione f.52. col. 2.in verſ. aſſenſus ſuper capitale fol.54.col. 2. Moaz. de feud. in rub. ex quib cauſ.feud. amict. num. 168. in fine.

Item ſi aſſenſus fuerit impetratus ſuper donatione feudi, in qua erat appoſitum pactum de reuocando facta retrouēditione donatio, ſiuè venditio corruit, & aſſenſus impetratus non prodeſt deciſum per Regiam Cameram talem donationem corruere ex defectu aſſenſus in pacto de retrouendendo, ſiuè reuocando Io: Antonius Lanarius conſ. 73. num. 5. faciunt tradita per Regentem de Ponte in repet. cap.1. de his, qui feud.dat.poſſ.lect.6. num.26. Thor. in Compend.deciſ. verſ. aſſenſus impetratur, & aſſenſus præſtitus ſuper alienatione non extendi ad pactum de retrouendendo deciſum in Sac. Conſ. teſte Grammat. deciſ.77. poſt num.22. & 30. Thor. vbi ſup. verſ. aſſenſus in venditione fol.50.

PAR-

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio XXXXXIX.

THEMA.

Aſſenſus præſtitus ſuper executione facienda non extenditur ſuper facta, quod eſt ſecus ſi impetratur ſuper obligatione faciende, & reperitur facta, & aſſenſus ad relationem inſtrumenti non expreſſo tenore, non vitiare omnia decisa.

Et non opus alio Summario.

SI pro executione alicuius Decreti vel alias reperitur facta executio per annos duos ante aſſenſus impetrationem aſſenſus, ipſæ non retrotrahitur ad dictam executionem, & executio retractari debet, prout fuit deciſum, quia illæ aſſenſus Domini fuit præſtitus ſuper executione facienda, & non prodeſt executioni, prius factæ Afflict. in deciſ. 355. Franch. deciſ. 105. in princ. Ann. ſing. 40. Aſſenſus refert, idem fuiſſe deciſum, & Fritia de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 11. Regens de Ponte conſ. 36. num. 8. Ricc. in Collect. deciſ. 50. & in deciſ. 28. in princ. Alphan. Peruſin. Collect. 288. quod eſt, ſecus ſi aſſenſus ſit præſtitus ſuper alienatione, & venditione feudi facienda, & fuerit facta: nam ex hoc aſſenſu reconualidatur alienatio, & confirmatur, deciſum fuit, quia in Regno per alienationem factam ſine aſſenſu non ammictitur feudum, vt refert Ant. de Alexandro in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic. quem citat Fritia in d. quæſt. 11. in princ. licet idem Fritia in fine in alio ſimili caſu refert fuiſſe deciſum, Pet. Garſ. dec. 37. Thor. in Compend. deciſ. verſ. aſſenſus præſtitus.

Item Regius aſſenſus præſtitus ad relationem ad inſtrumetũ, & contractum teenre deciſũ per Sacrum Conſilium non valere contractum, niſi totus tenor, inſeratur Fritia de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 15. in fine refert alias per Saerum Conſilium fuiſſe contrarium pluries deciſum, & etiam in Collater. Conſil. Thor. d. loco verſ. aſſeuſus Regius, an valeat per relationem, &c.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio L X.

THEMA.

Aſſenſus præſtitus ſuper Capitulis matrimonialibus, in quibus fit mentio de contractu mortui extenditur ad contractum mortui, & creditores cum aſſenſu præferuntur anterioribus ſine aſſenſus deciſum, cum nunquam aſſenſus retrotrahitur in p̃iuditium tertij.

Et ſufficit pro Summario, quia breuis.

IN contractibus, & capitulis matrimonialibus ſœpe ſœpius pro dotibus ſatisfaciendis fieri ſolet receptio, & contractus mutui, ſi in capitulis matrimonialibus fit mentio de tali contractu mutui, poſtea celebrato: Aſſenſus impetratus ſuper capitulis matrimonialibus, in quibus fit mentio de tali contractu mutui, in eo extenditur, deciſum fuit per Sacrum Conſilium, quia dum erat expreſſus contractus mutui in capitulis, & erat quædã ſequela capitulorum, vnde trahi poterat ad illum ſine alio aſſenſu, Camer. in cap. Imperialem fol. 51. at lit. M. de prohib. alien. per Federic.

Item. quamuis aſſenſus non retrotrahatur ad diem contractus, vt fuit deciſum per Sacrũ Conſilinm teſtè Afflict. in dec. ſua 286. quẽ citat Fritia de ſubfeu. lib. 2. quæſt. 30. Tamen dum eſſet quæſtio in eodem Saé. Conſ. inter creditores prætendentes anterioritatem tẽporis ſuper ſeudo, fuit deciſum pro hac parte, & excluſi creditores anteriores tempore poſteriores vero in aſſenſu, de quo non fuit habita ratio, idem refert in alia cauſſa fuiſſe iudicatum, & idem refert Ann. in repet. rub. de Vaxall. decrep. erat, num. 222. fuiſſe deciſum in graduatione creditorum, vt is, qui primo loco aſſenſum obtinuit, præferatur, vt latè Franch. deciſ. 87 num. 4. vbi fatetur, quod etiam ſuis diebus non habuit difficultatem, quia ſemper Prælatus fuit in aſſenſu anterior, ex quo aſſenſus nunquam retrotrahitur in præiuditium tertij Petr. de Greg. deciſ. 92. Thor. vbi ſup. verſ. aſſenſus quamuis, &c. & talis aſſenſus nedum procedit in beneficium mulierum legitimarum, & naturalium.

turalium, ſed etiam legitimarum latum, & ita deciſum refert conſ. Rouit. in Pragm. 3. de feud. vbi allegat Annã in cõſtit. diuæ memoriæ num. 204. Thor. vbi ſup. verſ. aſſenſus fol. 50.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXI.

THEMA.

Alienato feudo pupilli per tutorem, cum Regio aſſenſu, & promiſſa ratificatione, cum fuerit maior, quãdo poſt maior ratificauit alius nouus aſſenſus non requiritur, deciſum.

SVMMARIVM.

1 *FEudo pupilli per tutorem alienato promiſſa ratificatione pupilli cum Regio aſſenſu in ratificatione alius aſſenſus nõ requiritur.*
4 *Aſſenſus præſtitus ſupereſt reuocabili, non fuit actum inreuocabili.*
3 *Feudi ſimulatè alienari non tenet alienatio, & poteſt recuperare.*
4 *Aſſenſus datus ad emendum, vel vendẽdũ per procuratorẽ, ſi venditio ſit per principalem valit, aſſenſus.*

1 TVtor, † qui feudum ſui pupilli cum Regio aſſenſu deſuper impetrato alienat, & promictit ratificationem pupilli facti maioris, & effectus maior ratificat in ipſa ratificatione alius Regius aſſenſus non requiritur, deciſum fuit, quia Rex videtur aſſentire contractui alienationis feudi, cum dicta promiſſione ratificandi per pupillum, & ſic certioratus videtur etiam de ratificatione, quæ ratificatio eſt executio dictæ Promiſſionis, Afflict. deciſ. 285. num. 14. Amod. de Ponte in tractat. de Laud. q. 37. num. 17.
2 Item aſſenſus † præſtitus ſuper actu reuocabili, non facit actum inreuocabili, refert Franc. de Amic. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. §. & veniendo ad primam ſub nu. 29 verſ. & per iſtos terminos fol. 191. defendiſ-
3 diſſe quendam venditorem feudi † cum aſſenſu ſimulatè, vt potuiſſet recta via feudũ recuperare, & reiuendicare non obſtante ſimulata venditione, quia in ipſa ſimulatione, etiam participaret emptor, & tunc quando vterquè participat ſemper auditur, qui certat de damno vitando, & propterea cum aſſenſus Regius interpetratur ad tollendũ obſtaculum, non ad ſubſtetandum actum, ſed ad tollendum obſtantium de medio, & refert Thorus in Compend. deciſio. verſ. aſſenſus p̃ſtitus ſuper actu, &c. fol. 53.
4 Item aſſenſus † datus ad emendum, vel vẽdendum per procuratorem, ſi contractus poſtea fiat per principalem, eſt validus, & ita per Sac. Conſ. deciſum fuit, Capyc. in inueſtit. feud. verſ. feudorum aſſenſus, verſ. etſi datus eſt fol. 78. in verſ. neceſſitas, verſ. aſſenſus Domini fol. 80. quem citat Liparol. ad Iſern. in cap. Imperialem in add. lit. M. incip. ſi debetur de prohib. feud. alien. per Federic.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXII.

THEMA.

Aſſẽſus Regius vigore capitulorum in beneficium mulierum cenſetur datus pro omni contractu reſtitutionis dotium, & aſſenſus impetratus ſuper capitale extendiditur ad intereſſe, & præſtitus ſuper donatione ex nunc, pro tunc valet, deciſum.

Non opus alio Summario, quia breuis.

REgius aſſenſus vigore Capituli huic Ciuitati in beneficium mulierum conceſſi pro reſtitutione dotium cenſetur conceſſus in omni contractu fauore mulierum pro reſtitutione dotium deciſum fuit per Sacrũ Conſilium refert Minad. in conſ. 3. in fine, & talis aſſenſus præſtitus ſuper capitale extenditur, & ad intereſſe fauore dotium, & iurium dotalium mulierum Regens de Ponte conſ. 65. ex nota facti, num. 19 lib 2. deciſum, vbi num. 31. limitat id procedere in contractibus bonæ fidei, ſecus in contractibus ſtricti iuris, in quibus non venit intereſſe, nec ex mota, nec ex natura contractus, ſed à tempore litis conteſtatæ, & idẽ tradit Marta in tract. claus. part. 2. clauſ. 39. in cauſa Marchionis Lauri, cum Comite

S. Se-

Digitized by Google

S. Seuerinæ deciſum fuit, & donatio rei feudalis ex nunc per tunc, an valeat, vti ſi fuiſſet donatio retempto vſufructu, & licet iſtæ donationes videntur titubare, tamen inter ſe differunt ſecundum Doctores in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic. per Regiam Cameram Summariæ, in Collaterali Conſilio fuit deciſum aſſenſum in donatione, ex nũc pro tunc contemptione matrimonij valere, & hoc in ſecunda inſtantia contra ſententiam latam in prima inſtantia, quæ talem aſſenſum nullum declarauerat in cauſa inter Federicum Thomaeellum, & Regium Fiſcum circa nullitatem aſſenſus præſtiti ſuper donatione Terræ Montis Fuſculæ per dictum Federicum, ex nunc pro tunc ſecuta eius morte conſ. Rouit. in Pragmat. 4. de feudis num. 16. refert Thorus vbi ſupra in verſ. aſſenſus præſtitus quod intellige de iure, & capitulis particularibus Regni pro mulieribus cõceſſis, quia de iure communi feudorum non eſt, ita cum Authres, quæ C. commun. de legat. non habet locum in feudis, nam dixit Bal. in cap. 1. ſſ. donare, qualiter olim feud. alien. poſ. per rationem, quia hoc alio iure prohibetur, & eum Bal. in d. auth. verſ. quinto nota num. 24. & 30. verſ. & limita, Camer. in d. cap. Imperialem fol. 48. lit. O. Tiraquell. de retract. lignag. ſſ. 1. gl. 3. num. 5. in fine, & ex alijs multis, Roſental. de feud. capit. 9. concl. 8. & concl. 13. in gloſa lit. S.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXIII.

THEMA.

Exteri in alienatione feudorum, quę in hoc Regno habent, debent obtinere aſſenſum à Regia Maieſtate, & non à pro Rege, vt ex Regia Pragmatica, etiam ſi in Regno per decennium deciſum fuit, quod ſecus in obligatione iurium deciſum.

Quia breuis alio Summario non opus.

PEr Regiam Pragmaticã huius Regni in tit. de feudis 17. eſt prouiſũ, exteros in alienatione feudorum debere impetrare aſſenſum à Regia Maieſtate, & non à pro Rege huius Regni, quid ſi exterus habitauerit in Regno per annos decem continuos, ex qua habitatione acquiratur domicilium, & ciuilitatem, ex qua hoc gaudent multis, an poſſint tale aſſenſum eorum feuda alienandi à ꝓprio Rege impetrare in cauſa creditorum Marchionis Mariliani Ianuenſis referente conſil. Fabio Riccardo per Conſiliarios duarum aularum Sac. Conſ. fuit deciſum, quod comprehendatur in Pragmatica ipſa, & ſic contra creditores non habentes aſſenſum à ſua Maieſtate refert, Ricc. in collect. deciſ. 2052. in verſ. aſſenſus ſed ſecus in ceſſione iurium per exteros facta, ſiuè facienda, quia ſufficit aſſenſus pro Regis tantum, & ita deciſum per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio die 13. Aprilis Anni 1602 inter Regium Fiſcum, & creditores Marchionis Padulæ ſuper pretio Roccæ Imperialis dicit idem Ricc. in dict. collectan. 1052. in verſ. aſſenſus, & refert Thorus in d. Compend. deciſ. verſ. aſſenſus impetrandus fol. 57. & idem in extero habente feudum obligatum iure hypothecæ, & vellet ſuum ius alteri cedere ſuper tali ceſſione aſſenſus Regius, ſiuè pro Regis denegari non poteſt, & ita iudicatum in cauſa Blaſij Spinulæ, cum Ioanne Alyſio de Sangro dicit Regens de Ponte in tract. de poteſtate pro Regis tit. 7. de Reg. aſſenſ. ſuper alien. feud. ſſ. quitum. 6.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXIV.

THEMA.

Aſſenſus Regius per capitulum gratiarum, huic Ciuitati mulierinus conceſſus valet, & habet locum, etiam ſi mariti, vel alias obligati careant ſucceſſore, & ſic etiam in caſibus, Regibus aſſentire prohibitum deciſum,

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus per capitula huic Ciuitati conceſſa mulieribus eſt gratia per ſeruitijs.*

2 Aſſen-

2 Aſſenſus, pro dotibus mulierum vigore Capituli, huic Ciuitati conceſſi valere etiam, ſi obligans, careat ſucceſſore.

3 Aſſenſus per tale Capitulū gratiarum mulieribus habetur, vti conceſſus à ſua Maieſtate non à pro Rege, etiam in illis caſibus probibitis.

1 MVlieres † Neapolitanæ ex Capitulis gratiarum habens aſſenſum Regium in eorum contractibus matrimonialibus ſuper feudis contrahentium, & obligantium pro dotibus, & iuribus dotalibus ipſarum, & ſi videtur eſſe exorbitans, tamen quia 2 talis † gratia eſt ex cauſa ſeruitiorum, & donorum per Ciuitatem, & Regnum, ſuæ Maieſtati factorum, & ab ipſa Maieſtate gratia eſt elargita, fuit decitum aſſenſum ipſorum vigore Capitulorum ipſorum valere, & vigorem habere, etiam ſi Maritus, vel alius dotans, aut obligatus pro dotibus ſucceſſore careat, Regens de Ponte in tract. de poteſt. pro Regis, tit. de aſſenſu Regio ſuper dotibus in princip. num. 34. ſequitur Ricc. collect. deciſ. 743. & refert Thorus in ſuo Compen. deciſ. in verſ. aſſenſus Capituli fol. 3 57. Et talis † aſſenſus præſtitus mulieribus Neapolitanis pro dotibus, & Anteſato, iux. Capitulū ſuę Maieſtatis intelligitur, vti pręſtitus non à Regni pro Rege, ſed vti immediatè ab ipſo Rege, & ſucceſſiuè ſuum effectum operetur, etiam in illis caſibus, in quibus huius Regni pro Reges aſſētire prohibentur, & ita iunctis Conſiliarijs duarum Aularum in Sac. Conſ. pro Madalena Montenigro, cum creditoribus Marchionis Mariliani conſ. Rouit. in Pragm. 2. de feud. n. 4. erectum Thor. vbi ſup. verſ. aſſenſus præſtitus mulieribus, &c.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXV.

THEMA.

Aſſenſus his, qui ſucceſſorē habent ſenem, vel valde in habilem non cōceditur per pro Regem, & vbi adeſt facultas alienādi eſt gratia deciſum.

SVMMARIVM.

3 ASſenſus habenti ſucceſſorem ſenem, vel valdè inhabilem non præſtatur à pro Rege, ſed à ſua Maieſtate.

2 Aſſenſus Regius, ſi præſtatur cum facultate alienandi ſaluo Regio aſſenſu talis aſſenſus eſt gratia.

PRo Reges, & Collat. Conſil. huius Regni continuò aſſentiunt alienationibus feudorum, habentibus ſucceſſorem, præter in caſibus ſuæ Maieſtati reſeruatis, vt per relatas Pragmaticas diximus, ſed ſi quis 1 habet † ſucceſſorem, valdè ſenem, & inhabilem ad procreandum aſſenſus à pro Rege eſt ei denegandus, & ita deciſum per Regiā Cameram facta relatione in Coll. Conſ. in cauſa Fabritij Stendardi Baronis S. Antami cum Regio Fiſco Regens de Ponte in tract. de poteſt. pro Regis tit. 7. de aſſenſu Regio 2 ſuper alien. feud. §. 3. nu. 11. Aſſenſus † Regius, ſi in alienatione præſtatur, cum facultate vēdendi Regio reſeruato aſſenſu, quod in Regno hoc iure vtimur talis aſſenſus reputatur, & eſt iudicandus gratia, prout ita iudicatum fuit in cauſa Marchionis Meſuracæ, cū Octauiano Piſcicello dicit Io: Ant. Lanar. in conſ. 15. in hac cauſa inter Excellentem nu. 16. Thorus, vbi ſup. verſ. aſſenſus Regis, an ſit iudicandus, &c. fol. 54.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXVI.

THEMA.

Carens filijs habens aſſenſum ī vt vendat feudum, ſi vendit habenti filios non valet, & ſic pluries deciſum, & per non expreſſionē alienante carere ſucceſſore aſſenſum non corrui, deciſum.

SVMMARIVM.

ASſenſus conceſſus filios non habenti, vendenti feudum habenti filios non valet.

2 Feudum vendens, ſi caret ſucceſſore, & non exprimit, aſſenſus non eſt ſubreptitius.

3 Deciſio, quod conſuletur ſua Maieſtas, quādo tractatur de interpetratione aſſenſus Regis viuentis fuit optima deciſio.

1 REx ſi † concedit aſſenſum alicui non habenti filios, nec ſucceſſores, vt feudum

dam alienet in habentem filios, quamuis
Iſern. in cap.1.col.4.num.6. qui ſucc. tene.
dicat talem alienationem ſubſiſtere, cum
etiam aſſenſus operetur, etiam quod vendẽs
filijs careret, & in primo actu aſſenſus ope-
rare debet. Tamen contrarium fuit deciſum
vz. non valere in cauſa Baronis Latronici,
& S. Laurentianæ dicię conſ. Fab. de Anna
conſ.129.num.81. & ſeq. per multas ratio-
nes determinationem Iſern. confutans, ſub-
dens contra opinionem Iſern. ſemper fuiſſe
deciſum, & ſignanter in dicta cauſa Hiero-
nymi de Sangro, Alexandri Conradi, &
2 aliorum per † feudatarium contrahentem
vendentem, vel donantem in aſſenſus peti-
tione, & in ipſo aſſenſu non fuerit expreſ-
ſum carere legitimo ſucceſſore, quamuis ex-
preſsè dictum pro emptore, eiuſquè hære-
dibus, & deſcendentibus aſſenſum non eſſe
ſubreptitium per Regiam Cameram, & Col
laterale Conſilium iudicatum fuit fore ex-
pediendam executoriam in forma Cancel-
lariæ, & ita paſſim iudicatum fuit, Regens
de Ponte conſ.2. num.61. lib. 1. & licet in
3 alio caſu fuiſſet deciſum, † quod conſulatur
Regia Maieſtas, vt idem Regens ibidem nu.
61. fatetur, tamen declarat ipſam deciſionẽ
fuiſſe, ſatis optimam in caſu ſuo: nam tra-
ctabatur de interpetrãdo aſſenſũ Regis vi-
uentis, vnde merito, vt res eſſet in tuto sãta
fuit determinatio caſum non decidens, ſed
declarationem expectans ab eodem, qui le-
gem condiderat, vnde ex hoc colligi nequid
determinationem, & iterum in anno 1593.
referente Domino Moles in cauſa Regij Fi-
ſci, cum dominis Franciſco, & Ferdinando
de Haro ſuper introhitibus Terræ Paglieræ
fuit iudicatum aſſenſum non eſſe ſubrepti-
tium, etiam ſi in aſſenſu non ſit dictum alie-
nãtem carere ſucceſſore Thor. in ſuo Com-
pend.deciſ. in verſ. aſſenſus an valeat, f. 54.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXVII.

THEMA.

Aſſenſus præſtitus poſt reuocationẽ alienationis feudi vigore conſtit. diuæ memoriæ eſt nullus, deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Feudum alienans non amittit, ſed ipſe, & emptor reuocare poteſt.*
2 *Reuocatione facta per aliquem ex contrahẽtibus, ſi impetratur aſſenſus eſt nullus.*
3 *Aſſenſus ſuper contractu reuocato, minimè præſtari poteſt, & ratio.*
4 *Aſſenſus poſt reuocationem non valet, etiam ſi reuocatio fuerit reuocata.*
5 *Aſſenſus ſuper contractu reuocato non valet.*

1 IN hoc Regno, qui alienat † feudum,
abſquè Regio aſſenſu ipſum non amictit,
ſed ipſemet alienans vigore conſtitutionis,
conſtitutionem diuæ memoriæ reuocat, &
hoc ius reuocandi, tàm reſpectu venditoris,
quàm emptoris eſt in viridi obſeruantia, vt
eſt notum, & ex ipſa conſtitut. per Iſern. &
Doctores omnes ibidem ſcribentes, & ſi aſ-
2 ſenſus poſt † factum reuocationem contra-
ctus per aliquem ex contrahentibus fuerit
impetratus, erit nullus, & amplius affectũ
non habere, & ſucceſſiuè obligationẽ, quoàd
feudum alienatum eſſe ſine Regio aſſenſu,
& ſic votatum, & deciſum fuit, dicit Afflict.
in deciſ.333. à num. 11. vſquè ad num. 17.
Lanar.conſ.14. num.25. & conſ.73. num. 2.
Regens de Ponte deciſ.7.num.2. refert, ita
3 paſſim † fuiſſe iudicatum, minimè poſſe
præſtari aſſenſum ſuper contractu reuocato
licet fuerit facta reuocatio reuocationis
poſt aſſenſus impetrationem, cum aſſenſus
non ſit actus de per ſe ſtans, ſed requirit
confirmabile, quo non exiſtente nihil ope-
retur, ita Iſern. in cap.Imperialem, cuius
concluſionem reaſſumit, ibi Capyc. fol.37.
verſ.4.noto Immò volunt DD. quod ſi fue-
4 rit reuocata † reuocatio aſſenſus præſtitus,
minimè iuuat, & ita deciſum contra Afflict.
vt per Fritiam lib.2. de ſubſeud.limit.28.ad
limitationẽ dictæ Conſtit. diuæ memoriæ,
5 & ſi contractus † eſt reuocatus aſſenſus ſine
contractu, nihil operatur, idem Iſern. vbi
ſupra nu.15. col.4. in fine, idem Regens de
Ponte in ſuo conſ.150 nu.18. lib.2.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXVIII.

THEMA.

Habens feudum obligatum, cum aſſenſu, & cedit alteri, ſibi ſol-

uenti

uenti ceſſionarius ſine Regio aſſenſu in ſuum locum non ſubingredir, & eſt opinio verior.

SVMMARIVM.

1 Feuda actiones, & iura ad feuda cum Regio aſſenſu acquiſita ſine alio Regio aſſenſu alteri cedi non poſſunt.
2 Ius, vel formatum, vel ius reale ſuper feudo ſine Regio aſſenſu cedi non poteſt.
3 Ceſſionarius poſſeſſor habet ius retinendi, donec ſuum creditum ſoluatur.
4 Feudo iura valida, quis nunquam ſine aſſenſu prætendere poteſt.

1 Feuda, & † actiones, & iura ad feuda cum Regio aſſenſu quæſita ſine alio Regio aſſenſu in alium nonnullo modo cedi poſſunt, vt prædictum eſt, & fundauimus, etiam in conceſſione, & Regio aſſenſu acquiſitionis fuerit data poteſtas alienandi, &c. vt in hac eadem parte in Dilucidationibus 43. 44. 45. & ſeq. & ſi hoc contra dicunt aliqui Doctores, vt Parif. de Put. in tract. reintegrat. quem Afflict. ſequi videtur in cap. Imperialem de prohib. feu. alien. per Feder. per tradita in l. 1. de his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt, tamen & contraria opinio verior eſt, prout optimè animaduertit Fritia in ſuo lib. de ſubfeud. quæſt. 32. & faciunt, quæ dicuntur de muliere, quæ reſtrinſerat iura ſua in beneficiū alterius mulieris habentis aſſenſum, quod
2 talis reſtrictio non valeat † ius vel ius reale ſuper feudo cedi, non poteſt in alium ſine Regio aſſenſu, fateri tamen poteſt, quod
3 ſi iſtæ ceſſionarius † reperitur in poſſeſſione feudi haberet retentionem, donec ſibi perſoluitur ſuum creditum, de quo per Afflict. in rub. de Vaxall. qui contra Conſtit.
4 Lotar. Nunquam † tamen poterit prætendere iura valida habere ſuper feudo, niſi mediante aſſenſu Camill. de Curt. in ſuo diuerſ. iur. feud. cap. 5. num. 128. part. 2.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXIX.

THEMA.

Fructuum feudi perceptio ſimplex, abſquè Regio aſſenſu fit; ſed ſi cōſtituatur vſusfructus formatus in feudo requiritur aſſenſus, aliàs ipſæmet conſtituens, poteſt reuocare.

SVMMARIVM.

1 Fructuum perceptio, ſimplex in feudo ſine aſſenſu, concedi poteſt.
2 Vſusfructus formatus in feudo ſine aſſenſu concedi non valet, & reſpondetur contrarijs.
3 Vſusfructus conſtitutio tangit feudum, & quia pars dominij eſt, ſine aſſenſu conſtituto reuocatur vigore conſtit. diuæ memoriæ.

Circa alienationem fructuum feudi, cum aſſenſu, vel ſine diſtinguè, aut conce-
1 ditur, † ſimplex perceptio fructuum feudi, & tunc non requiritur aſſenſus, aut conſti-
2 tuitur † formata perceptio fructuum in feudo, vel ius aliquod ſuper feudo ſine aſſenſu, & non tenet, quia talis conſtitutio tangit feudum, & qui habet vſumfructum formatum ſuper feudo dicitur habere ius in feudo, cuius contrarium eſt, ſi quis ſimplicem illam perceptionem, & commoditatem percipiendi fructus habeat, & quod conſtitutio iuris vſusfructus in feudo ſine aſſenſu non teneat, tradit Afflict. in Conſtit. Regni diuæ memoriæ, alios cumulat Tiraquell. in tract. conſanguin. §. 1. gloſ. 7. Nenizan. conſ. 9. qui licet intelligant hanc concluſionem, quod vſusfructus ſuper feudo non poſſit conſtitui in præiuditium domini, benè tamē in præiuditium proprium ipſius feudatarij, & ſuorum hæredum; nam in hoc ſalua pa-
3 ce decipiuntur; Nec enim † conſtitutio vſusfructus, quia tangit feudum, & quia vſusfructus pars dominij ſit taliter actus factus, reditur, adeo nullus, quod ipſæmet qui vſumfructum conſtituit reuocare poteſt, Camill. de Curt. in ſuo diuerſ. iuris feud. c. 5. num. 99. part. 2.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXX.

THEMA.

Fructus feudi ſine aſſenſu concedi permictitur, etiam per decennium,

nium, quod eſt modicum tem-
pus deciſum, & ad tempus deter-
minatum puta ad vitam.

SVMMARIVM.

1 *Fructus feudi per decennium, & ad indeterminatum tempus puta ad vitam concedi poſſunt.*

2 *Fructuum tres ſunt ſpeties, videlicet percepti pendentes, & naſcituri.*

3 *Fructuum perceptorum diſponendi per feudatarium, abſquè aſſenſu nulla adeſt dubitatio.*

4 *Fructuum pendentiũ valet diſpoſitio, quòad præiuditium alienantis, non Domini.*

5 *Feudi corpus, ſi aliqui tenent, quod poſſit alienari ad præiuditium alienantis, non procedit in Regno, quia alienans, reuocare poteſt.*

6 *Fructus pendentes ſpectat ad feudatarium, ideo diſponit de eis.*

7 *Fructus feudi alienantur ſine aſſenſu, quia non ſunt feudales.*

8 *Tempus modicum aliqui dicunt, vſquè ad quinquennium alij, vſquè ad ſeptennium & alij, vſquè ad decennium, ad quod tẽpus valet alienatio.*

9 *Feudatarius feudi ex pacto de fructus, nec ſui, nec Domini præiuditium diſponit, ſed in feudò hæreditario ſic.*

1 QVod fructus † feudi ad modicum tem-
pus ſecundum communem, quod de-
cenniũ non excedit, ſine aſſenſu permicti
conceditur, & ſimiliter pro tempore inde-
terminato puta ad vitam alicuius, quia licet
poſſit excedere decem annos, poteſt etiam
eſſe, quod ſtatim ſequatur mors alienantis,
& ſic ratione incertitudinis hoc permicti-
tur, vt latè Camer. hoc examinat in capit.
Imperialem de prohib.feud.alien.per Feder.
ſol.18. lit. A. verſ. quid dicemus, & ante
ipſum Iſern. de pace tenend. col.23. ibidem
Affl.Borcolt.c.8.n.64. & ſeq. Capyc. in ſua
inueſt. ſol.37. Ann. in conſtit. diuæ memo-
riæ, ſed melius omnium Menoch. in vltima
ſua centur. de arbitr.iudic.tit.2.cent.6. caſu
560. & ante eum Camer.d.loco ſol.18. verſ.
18. verb.19. quid ergo, qui optimè diſtin-
2 guendum aſſerunt inter † fructus perceptos,
& pendentes, & naſcituros, vt in prima ſpe-
3 tie fructuũ, iam perceptorũ † nulla prorſus
poſſit cadere dubitatio probabilis, quin de
illis liberã poteſtatẽ habeat feudatarius di-
ſponendi ad libitum, abſquè aſſenſu, quia à
ſolo ſeparati non amplius feudales iudican-
tur per multos Doctores, quos in propoſi-
4 to allegat, in fructibus, † verò pendentibus,
idem per omnia aſſerit, quod valeat, quòad
præiuditium alienantis, non autem quòad
præiuditium Domini arguendo ipſæ, quod
fructus pendentes dicantur pars rei, & pro
5 abſoluto ipſæ tenet, quod † feudi corpus,
quoad præiuditium alienantis alienari poſ-
ſit hoc in Regno non procedere, quia per
dictam conſtitutionem diuæ memoriæ, idẽ
alienans, reuocare poteſt, & etiam de iure
communi negari non poteſt, quod ſint actus
contra iuris diſpoſitionem, quæ huiuſmodi
alienationem inhibet, etiam cum clauſula
annullatiua actus, non poterit iſta alienatio
conſiderari valida reſpectu vnius, ſcilicet
alienantis, ſed inualida reſpectu Domini, &
6 melius diſtingui poſſit inter illos; † fructus
pendentes, qui ſeruata diſpoſitione, tex.in
cap.1.§.his conſequẽter hic finitur lex ſpe-
ctant ad feudatarium, & de illis, vti burgẽ-
ſatici dicantur, vt per Camer. Iſern.& alios
citatos per eũ, quia ad hæredem in allodia-
libus ſpectant, teneat diſpoſitio ſine aſſen-
ſu, & quia omnes pendentes fructus maturi
cadunt ſub iſta regula, quod ſunt feudatarij
hac de cauſa dicimus, & verè quod liberam
habeat, teſtator facultatem diſponendi de
eis, non ex ratione conſiderata per Me-
noch quia illa abſenta ſequeretur, quod et ã
corpus feudi alienari poſſit, puto omni iure
prohibitum ſine aſſenſu, & ratio quod fru-
7 ctus † feudi ſine aſſenſu alienantur pro tem-
pore Vaxallus poſſidet feudum eſt, quia
fructus feudi non ſunt feudales, neque feu-
dum, iuxta tradita per Pariſ.de Put. in tra-
ctatu de reintegr.feud. rub.de finibus feud.
num.20. tradit Loffred.conſ.46. nu 17. Ca-
8 mer.d.fol.17. lit. L. & ſeq. Et † modicum
tempus aliqui arbitrantur, vſquè ad quin-
quennium, vti Azo. in ſumma inſtit. de vſu-
fructu alij, vſquè ad ſeptennium, vti Camer.
vbi ſupra ex cap. Regis Caroli incip. item
ſtatuimus, vſquè ad ſeptenniũ, &c. alij vſq.
ad decennium, vt per Fritia de ſubfeud. nu.
43. ad Conſtit. diuæ memoriæ limit.16. fol.
159.& ſecundum hanc opinionem, ſœpè iu-
dicauimus, dicit Camill. de Curt. in ſuo di-
uerſ. iuris feud. cap.5.num.103. part.2. &
quod ad modicum tempus fructuum feuda-
lium alienatio ſine Regio aſſenſu valeat te-
nuerunt Doctores 21. enumerati per Me-
noch. vbi ſupra, & Camill. de Curt. addit
Pariſ. de Put. de reinteg. feud. fol.14. nu.3.
rub. de conceſſ. rerum particularium feudi
ad reditum, vel eorum, quod intellige in
9 præiuditium feudatarij † in feudo ex pacto,

& prouidentia, nec in præiuditium Domini: ſed in feudo hæreditario poſſet grauare de eis hæredem, & dependentibus fuit deciſum in Regia Camera Summariæ in cauſa Vniuerſitatis Seminariæ, cum eius Duce Regens de Ponte in repct. cap. de ſucceſſ. feud. lectura 14. num. 33.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXI.

THEMA.

Fructus feudi, vti burgenſatici ad inſtantiam creditorum feudatarij, contra eius hæredes, exequi poſſunt, deciſum.

Quia breuis non opus alio Summario.

ADeo verum eſt, quod fructus feudi ſeparati à ſolo ſunt burgenſatici, quod ad inſtantiam creditorum feudatarij contra hæredes exequi poſſunt in feudo hæreditario, deciſum fuit, quod eſt, ſecus in feudo ex pacto Afflict. deciſ. 26. Regens de Ponte cõſ. 34. num. 10. lib. 1. Minad. latè deciſ. 20. fuit actum, licet non decidat Io: Thom. de Marin. in tract. de gener. feud. hæred. antiqui, ſiuè paterni num. 37. Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuileg. 54. Riec. in collect. decif. 386. Maurus iun. alleg. 46. num. 5. Duen. reg. 276. num. 12. & quamuis Camer. in cap. Imperialem dicat inuentarium iuuare hæredi, ita & taliter, quod ſint ipſius hæredis, contra Iſern. ibi, qui generaliter loquitur in feudo hæreditario non prodeſſe inuentarium, ſecundum quam opinionem fuit iudicatum in cauſa Baldaxaris Milani, vbi fuit dictum, quod inuentario non obſtante ſatisfiat creditoribus, non ſolum pro valore feudi, ſed etiam pro fructibus recollectis ex feudo: nam hæres, nihil debet habere præcipuum in concurſu creditorum ſuper feudo hæreditario, vt refert Franc. de Amicis in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. §. & veniendo ad primam ſub numer. 12. colum. 26. verſic. & pro iſta opinione fol. 183. Thor. vbi ſup. verſ. aſſenſus fructus feudi hæreditarij fol. 245.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXII.

THEMA.

Fructus feudi, & ſi ſint burgenſatici in vno remanent feudales, quod de eis non ſoluuntur collectæ, ſeu gabellæ de obſeruantia in Regia Camera, & deciſum.

Et quia breuis non opus alio Summario.

ETſi veriſſimum ſit, quod fructus feudi, maximè à feudo ſeparati non dicãtur feudales, nec ſunt feudum, tamen in vno caſu iudicantur, vt feudum, & eſt, quod licet de fructibus aliorum bonorum ſoluantur collectæ de fructibus, tamen à feudo peruenientibus non ſoluuntur collectæ, tradit Parif. de Put. de reintegrat. feud. in tit. de actenaſijs, & tenimentis nu. 4 fol. mihi 13. Iſern. & poſt eum omnes ſcribentes in tit. quæ ſint Regal. verſ. & plauſtrorum, & eſt determinatum per Capitulum Regni incipente porrecta, quæ diſpoſitio fundata eſt in illa ratione, quia cum fructus feudi ſint obnoxij ad præſtationem militatis ſeruitij, iuſtum non reputatur, vt vna eademquè res duplici onere grauetur contra regulam deſumptam in l. nauis oneſtæ, §. 1. ad l. Rod. de iact. Camill. de Curt. in d. ſuo diuerſo iuris feud. cap. 5. num. 105. fol. 228. par. 2. & ita ſeruari in Regia Camera Summariæ Anna in ſingul. 93. collect. Rice. in collectan. deciſ. 1950. Thor. in Compend deciſ. in verſ. col. lecta fol. 99.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXIII.

THEMA.

Aſſenſus in contractu, ſi impetratur in eius ratificatione alius aſſenſus non requiratur, deciſum.

Et quia breuis non opus alio Summario.

Si ali-

SI aliquis ce'ebratur cõtractus, in quo promittitur ratificatio aliqua, & impetratur Regius aſſenſus, & dinde ſequatur ratificatio promiſſa in contractu in ipſa ratificatione nouus aſſenſus, non hæreditarius, & ita per Afflict. deciſum in deciſ. 285. in ſecundo dubio per rationem, quia hæc ratificatio eſt executio primi contractus, & aſſenſus præſtitus in aliquo contractu cenſetur præſtitus in executione ipſius, Camill. de Curt. in d.ſuo diuerſ.iur.feud.cap.5.num. 129.part.2.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXIV.

THEMA.

Aſſenſus poteſt præcedere ineſſe, & ſubſequi actum, ſiuè cõtractum, ſed ſi ſubſequatur, non afficit illum, qui medio tempore contraxit, ſed erit ſolum in damnum Domini aſſentientis.

SVMMARIVM.

1 *ASſenſus poteſt præcedere ineſſe, & ſubſequi contractum,*

2 *Aſſenſus ſi agitur de intereſſe Domini retrotrahitur, ſed non in præiuditium tertij.*

3 *Aſſenſus non retrotrahitur, quia quando præſtatur res non eſt integra.*

4 *Feudo ante impetrationem aſſenſus nulla acquiritur actio creditori.*

5 *Aſſenſus, ſi primus contrahens non obtinuit & ſecundus contraxit, cum aſſenſu, ſi primus, poſtea obtinet aſſenſum, nihil facit.*

6 *Aſſenſum anteriorem, qui habet in feudalibus, eſt prior.*

1 ETſi † aſſenſus impetrandus à Rege, vel ab alio poteſt præcedere ineſſe in ipſo actu, & ipſum ſubſequi, ſi tamen ſubſequa-
2 tur diſtinguè, nam † ſi agitur tantum de intereſſe Regis conſentientis, abſquè dubio retrotrahitur: ſi verò ageretur de præiuditio tertij, & alius medio tempore contraxit cum feudatario, & Regium impetrauit aſſenſum, primi contrahentis aſſenſus non retrotrahitur, ita quod potior iudicari debet ſecundo, ita determinat Iſern. in cap. Imperialem de prohib. feud.alien. per Federic. in illa quæſtione, ſi aſſenſus præcedere poſſit, vel ſubſequi, ibiquè Camer. & Afflict. ita deciſum in Sac. Conſ. firmat in deciſ.286. ſequitur Fritia lib.2. de ſubfeud. quæſt. 30. per rationem, quia Princeps non intelligitur conceſſiſſe aſſenſum in præiuditium tertij, per l. nec Auus, C. de emancip.
3 liber. eo † tempore, quo aſſenſus impetratur, res non eſt integra non poteſt ad illud tempus retrotrahi, notat Bal. in l.nec quicquam, ꝟ. poſt hæc. 7.quæſt. & de offic. pro conſ. Luc. de Penn. in l. nulli, C. de fund. patrim.lib.11. & ſi idem Afflict. in Conſtit. diuæ memoriæ 3.quæſt. num.51. dicat contrarium, & quod retrotrahatur, & attendi anteriorem contractum per l. 1. l.qui prior, & l.qui Balneum, qui potior in pign.habeãt; quem ſequi, videtur Capyc. in ſuæ deciſ. 182. Tamen prima opinio eſt verior per prædictam rationem, & alias per Fritiam in d.quæſt.reſpondendo Afflict.dictis eaque reijciendo, & quia extrema non ſunt habi-
4 lia, dum ante impetrationem aſſenſus ſuper feudo nullum ſit creditori, vel emptoris ius quæſitum, per tex. in d.cap. Imperialem, & d.conſtit.diuæ memoriæ, ſi interim aliquis contrahit cum aſſenſu, hic debet haberi potior in feudo, quia habet ſuper eo ius formatum de licentia Domini cum voluntate debitoris, vel venditoris, qui eo tempore habebat feudum liberum, & ſine
5 aliquo nexu, dum primus † contrahens aſſenſum non impetrauerat, & interim formatum ius cum aſſenſu tertio fuit quæſitũ, per tex. in l. bonorum, ff. rem rat. haberi, l.neceſſario ꝟ. ſi pendente, ff. de peric. & commod. rei vend.& aſſenſus ſecundo loco impetratus, licet ſuper anteriori contractu dominio validè, cum aſſenſu in alio tranſlato, nihil operatur, cum non ſit illius alienantis, ſed alterius per l. ſi ego, ꝟ. ſi res de iure dotium, & ex alijs Fritia de ſubfeud. quæſt.30. & hanc opinionem, quod non retrotrahatur, amplexus fuit, idem Afflict. & Sacrum Conſilium, ita decidendo in d.deciſ. 286. & alij prædicti, ac Camill. de Curt. in ſuo diuerſ.iur.feud. cap.5.num.126.part.2. maximè per clauſulam in aſſenſibus poni ſolitam noſtris, & alterius, quibuſcumquè
6 iuribus ſemper ſaluis, dum † per anteriorem aſſenſum ius erat quæſitum, cum voluntate venditoris alteri, licet poſterior in contractu, cum ſit anterior in aſſenſu in feudalibus, ipſæ eſt potior.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXV.

THEMA.

Confeſſio ex aliquo contractu ſuper re feudali ſine aſſenſu non valet, tanquam ex contractu nullo.

SVMMARIVM.

1 *Contractus omnis ſuper re, vel de re feudali ſine directi Domini aſſenſu eſt nullus.*

2 *Confirmatione ſuperioris, quod indiget, nũquam habet firmitatem, niſi facta confirmatione.*

3 *Camilli de Curte repellitur opinio, quod confeſſio in inſtrumento feudali non valeat.*

4 *Bart. & alij allegari per Camill. de Curt. aut non dicunt, aut pro nobis faciunt, & num. 6.*

5 *Contractus mutui, etiam per teſtes probari poteſt.*

7 *Iſtrumentum factum per Notarium falſũ de voluntate partium, vt conficiat, ſubſtinetur eius confeſſio.*

8 *Contractus rei feudalis, nunquam perficitur niſi ſuperioris interueniat aſſenſus.*

9 *Confeſſio in inſtrumento nullo, quia falſũ continet, non valet.*

10 *Promiſſio reſpectu inſtrumenti intelligitur de valido, & non de nullo inſtrumento.*

11 *Confeſſio in actu nullo, non probat.*

12 *Producens teſtamentum in iuditio validum confitendo, ſi poſtea declaratur nullum, poteſt ab inteſtato agere.*

14 *Contractus de re feudali ſine aſſenſu Regio eſt adeo nullus, quod eius dictis nõ ſtatur, & non probant.*

1 DIximus omnes † contractus, & diſpo-
ſitiones de re feudali ſine Regio aſ-
ſenſu eſſe nullas per capit. Imperator Lota-
rius, cap. 1. §. præterea Ducatus de prohib.
feudali. n. per Feder. & per Lotar. & nullã
habent firmitatem per Conſtit. diuæ me mo-
riæ, in tex. ibi (nullam omninò firmitatem,
nec quòad partes, nec quòad tertium, nec
ex eo inducitur aliqua confeſſio, per quam
inducatur aliqua certitudo, vel firmamen-
2 tum, quia † factum, quod indiget confirma-
tione ſuperioris, non trahit ſecum ſuum ef-
fectum, donec confirmetur, verba ſunt
Bal. in l. ſi intereſt. §. deportatis ff. de leg.
tertio firmat Afflict. in d. Conſtit. nu. 4. n. 22.
Regens de Ponte con. 36. num. 3. lib. 3. Et
3 ſi † Camill. de Curt. in ſuo diuerſ. iur. feud.
cap. 5. num. 130. allegando Iſern. in cap. 1.
de ſucceſſ. feud. & Loffred. conſ. 44. dicat
4 confeſſionem † in tali inſtrumento valere,
aduertatur, quod Iſern & Loffred. allegati
per eum hoc non dicunt, nec facit doctrina
Bart. ab eo ſimiliter allegata, in l. certi cõ-
ditio, §. ſi nummos, qui loquitur in con-
feſſione mutui, & Hypol. in ſing. 593. qui lo-
quitur in confeſſione facta per Notarium
falſum commictere ſolitum, ſatis diuersè à
caſu propoſito, q̃a tales cõtractus non con-
tinent factum. & contractum nullum, nam
5 Bart. ibi licet loquatur in † confeſſione in
contractu mutui, quæ inter partes contra-
hentes, etiam per teſtes probari poteſt, Bar.
ipſe ibidem num. 12. dum dicit, aut ſtipu-
latur ei, cui non poſſam, & ſtipulatio eſt
inutilis, & oritur actio tantum ex declara-
tione, dum clarum eſt, quod ſtipulatio rei
feudalis ſine Regio aſſenſu eſt inutilis inua-
6 lida, & nulla, vt prædiximus, Bart. † pro
nobis concludit confeſſionem ex eo non
valere, & idem Camill. de Curt. vbi ſup. al-
legat, etiam Hypol. in d. ſingul. 593. incipiẽ-
te tuſcis, quod Notarius, &c. Nec contra
nos eſt, quia loquitur de confeſſione in in-
ſtrumento per Notarium facto, ſolitus fal-
7 ſum commictere dicens, quod ſi partes † re-
quirunt Notarium falſarium ſuper conte-
ctione inſtrumenti, quod ſi non valebit in-
ſtrumentum, valebit tamen, vt confeſſio,
licet hoc ſit diuerſum à caſu propoſito, &
dependet ex partium conſenſu: dum partes
ſunt cõcordes, quod inſtrumentum fiat per
Notarium falſarium, poſſet ſubſiſti, vt co-
rum confeſſio ſubſtineatur, & admictatur,
8 ſed ſecus eſt in contractu † rei feudalis, de-
pendentis ex alterius, & ſuperioris volun-
tate, quia nunquam perficitur, niſi ex con-
ſenſu Regis adhibito, & ad hoc pro Afflict.
Bald. Regente de Ponte, & mea opinione
faciunt, quæ dicit Innoc. in cap. cum vene-
rabilis de except. ſcilicet quod aut inſtru-
9 mentum. † ad quod ſe refert confeſſio nul-
lum eſt, quia falſum in ſe contiñet: & tunc
etiam confeſſio ineſficax, quod refert Bart.
in l. poſt legatum, & Bal. in l. alia cum quæ-
dam, ff. de his quib. vt indign. ratio eſt, quia
cum ratione falſitatis vires ipſius inſtru-
menti ſublatæ ſint, quod ſcilicet inſtrumen-
tum eſt confeſſionis fundamentum, igitur
ſublata cenſetur, & confeſſio, 1. quæſt. t. e.
Principatus, & cap. cum Paulus, idem fir-
mat

Digitized by Google

mat Roman.conſ.294. qui num,3. dicit ſta-
tutum permiƈtens capturam, quæ eſt odioſa
permiƈtit illam reſpeƈtu inſtrumenti, intel-
ligo validi, vt in §. condennatum l. 4. ff. de
re iudic. l. cum nulla ff. contra tabul. l.non
putaui, §. quæ vis, ff. quemadmod. teſtam.
aper.l.2.§.teſtium, cum ſimilibus, Maſcard.
de probat. volum.1. in concluſ.357. num.6.
10 ait, †quod confesſio in aƈtu nullo non pro-
bat, ex Bal. in l. alia col.2. C. de his, quib.
11 vt indign. dicens, quod ſi pars † confitetur
teſtamentum nullum,& producat in iuditio,
& ſic confitetur illud validum, tamen ſi de-
claratur nullum,non ex hoc cauſat confeſ-
ſionis validitatem, & ei non obſtabit, quo
minus posſit agere ab inteſtato, & idem
Maſcard. in ſeq.concluſ.358.num.6. & ſeq.
prædiƈtam Innoc. Bald. Dominici, & alio-
rum prædiƈtorum opinionem,ex alijs com-
13 probat; Et dum † inſtrumentum de re feu-
dali ſine Regio aſſenſu eſt nullum confesſio
in eo exiſtens, eſt nulla, & non probat, nec
ſubſtinetur, ex prædiƈtis, ſatis probatum
eſt,& talis contraƈtus aſſertionibus,& diƈtis
non ſtatur, Oƈtauian. Caccheran. in deciſ.
Pedemont. 172. num.5. & 6. Bolognin. in
commun.opin.concluſ.14. verſ. infertur 18.
& ſeq. & ex alijs patet ex contraƈtu nullo,
nec confesſionem oriri contraria opinione,
ex ipſiſmet Authoribus reprobata, vt dixi.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXVI.

THEMA.

**Aſſenſus impetratus, etiam poſt de-
coƈtionem in creditorum bene-
ficium admiƈtitur, deciſum.**

SVMMARIVM.

1 *DEcoƈtus habetur pro mortuo, & poſt mortem tenentis feudum aſſenſus nõ conceditur.*

2 *Dominium rerum feudalium viuente debitore decoƈto, nulli quæritur, & aſſenſus operatur.*

3 *Dominium rerum feudalium mortuo debitore, ſtatim tranſit ad eius hæredes, & ſine hæredis conſenſu non conceditur aſſenſus.*

4 *Creditores negligentis creditoris poſſe aſſenſum pro eorum intereſſe poſt decoƈtionẽ impetrare.*

SI aliquis feudalia posſidens contraxit
debita ſaluo Regio aſſenſu, quatenus o-
pus eſt,& ante ipſius aſſenſus expeditionem
decoxit, & poſtea creditor aſſenſum impe-
trauit, tale aſſenſum non iuuari videtur.
1 quia †decoƈtus tanquam mortuus reputa-
tur, & poſt mortem tenentis feudum aſſen-
ſus non conceditur, nec prodeſt, ſed con-
trarium eſt verius,& ita iudicatum per Re
gẽtem Lanarium in decoƈtione Banci Ra-
2 uaſcherij per rationem, quia † dominium
bonorum feudalium, adhuc viuo exiſtente
debitore, quamuis decoƈto nulli erat quæ-
ſitum, & propterea poteſt aſſenſum opera-
3 re, cuius contrarium † erat mortuo debi-
tore, quia ſtatim dominium rerum feuda-
lium hæredi quæſitum fuerat, in cuius præ-
iuditium Rex aſſensũ præſtare non poterat
ſine nouo ipſius conſenſu, vt ſæpè diƈtum
eſt, & ex Iſern. Camill. de Curt. in ſuo di-
uerſ.iur.feud.cap.5.num.131. part.2. prædi-
ƈta referens, qui num.ſeq. fundans credito-
4 res,† creditoris negligentis poſſe aſſenſum
pro eorum intereſſe quandocumquè,& etiã
poſt debitoris decoƈtionem impetrare, &
ita iudicauimus,dicit ipſe in cauſa Sebaſtia-
ni, cum Comite Montellæ, & Regio Fiſco,
& fuit allegatus tex. in l.ſi cui, C.de nonnu-
mer.pecun. Alex. Socc. & alij in l. 1. ff. ſo-
lut.matrim.in illa quæſtione, an creditores
Mariti poſt biennium posſint opponere
exceptionem nonnumer. pecun.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXVII.

THEMA.

**Vaxallus feudum ſine Domini con-
ſenſu alienare non poteſt, quod
verbum comprehendit omnem
aƈtum, per quem ius aliquod
reale in feudo conſtituitur, com-
munis.**

SVMMARIVM.

1 *ALienationes verbo comprehẽditur omnis aƈtus, per quem ius in re feudali conſtituitur.*

2 *Alienatio intelligitur aƈtus omnis, per quẽ dominium transfertur.*

3 *Feudum per contraƈtum vllum, nec per vnius voluntate inſtituendo aliquem,*

vel legando feudum omnis diſpoſitio ſine
aſſenſu, non valet.
4 *Vaxalli duo de feudo inueſtiti, nec inter*
eos poßunt feudum permutare.

1 DIximus feudum ſine Domini † conſen-
ſu alienari non poſſe, ſub quo verba
alienationis, & venditionis comprehendi-
tur omnis actus, & contractus, per quem
ius aliquod reale conſtitui ſolet, tex. in cap.
1. §. donare qualit. olim feud. alien. pot. c. 1.
§. ſimiliter, nec Vaxallus feudum ſine vo-
luntate Domini alienabit de l. Conradi cap.
1. de cap. Conrad. ibi omnes alienationes,
cap. 1. in verſ. diſtrahere, ſeu alienare, vel
pro anima iudicare ſine permisſione Domi-
ni, &c. & capit. Imperialem, §. habito de
prohib. feud. alien. per tex. iuncta, l. alıena-
tione 28. ff. de verb. ſignific. l. fin. C. de reb.
alien. non alien. vbi gloſ. & DD. cap. nulli
liceat de reb. Eccleſ. alien. vel non Bald. in
cap. 1. num. 12. de alien. feud. vbi diſtinguit,
Aluarot. in cap. 1. §. præterea num. 2. Affl.
num. 1. Ardizz. tit. ex quib. cauſ. feud. amict.
2 ſub rub. † alienatio intelligitur, per quam
dominium transfertur 99. Blanc. cap. 1. nu.
71. & 78. lib. 2. Eguinar. Baro lib. 3. de ab
alienan. benefic. cap. 1. circa med. Iacob. de
S. Georg. in verſ. & cum pacto de nō alien.
num. 1. Borcolt. cap. 8. num 5. Vūſembech.
cap. 11. num. 3. Fœlin. in cap. quæ in Eccle-
ſiarum num. 84. vbi contra declarationes
huius regulæ ſubiungit de conſtit. Ferrar. in
form. libell. qua agitur ad reuocationem
feud. §. nec ſuperſtitibus nu. 17. in fine Pet.
Iacob. in pract. libell. rub. 56. de conſtit. ex
cap. Imperialem, &c. num. 5. Capyc. in in-
ueſtit. feud. cap. feudorum alienationes col. 3.
§. amplia quinto, & ſeq. Balzeran. in d. cap.
Imperialem in princ. num. 24. & 29. de pro-
hib. feud. alien. per Feder. Miſyng. obſeru.
cent. 6. obſeruat. 30 num. 1. 2. & 3. Mattheus
Colerus de proceſſ. executiuis par. 1. cap. 10.
num. 154. & ſeq. Bart. Socc. conſ. 19. pro
deciſione præſentis, &c. num. 10. lib. 1. Vul-
teius lib. 1. de feud. cap. 10. num. 44. argum.
legis primæ C. de fund. dotal. Cuiacius ele-
ganter paratit. C. tit. de alien. iudic. mutand.
cauſ. fact. in fine Roſental. de feud. capit. 5.
concl. 6. in tex. & in gloſ. lit. A. feudatario
3 enim inter viuos † de feudo ſine Regis aſ-
ſenſu diſponere non poteſt, vt communiter
firmāt præcitati Doctores in dictis §. §. do-
nare. & habito, Capyc. in inueſtitura, verſ.
feudi alienationes ampliat 6. Menocch. cōſ.
33. num. 15. & ſeq. Roland. à Valle conſ.
32. & conſ. 50 num. 5. lib. 3. Sed contrarium
de æquitate Canonica, poſt Roman. conſil.
199. num. 12. licere exiſtimat Burſat. conſil.
127. num. 44. lib. 2. eamquè communem pro-
nunciat, ſed malè, & maximè quia loquun-
tur in legato pio in Eccleſia de æquitate Ca
nonica valere, quia nec ſi licentia detur
indefinitè dandi teſtandi. vel de feudo di-
ſponendi, non poteſt in Eceleſia diſponi,
cum ſpes recaditionis Domino nulla eſſet
cum Eccleſia, nunquam moritur, argumen-
to eorum, quæ dicunt Beluiſ. & DD. omnes
in cap. 1. de feud. alien. Aluarot. nu. 2. Præ-
poſit. num. 2. vnde notat aliquid, transferri
poſſe in priuatum, quod tamen in Eccleſia
transferri non poſſit per dictam rationem.
aliamquè adducunt, Bal. ibidem nu. 6. Affl.
col. 5. num. 6. quia 53. in potentiorem alie-
nare non licet, ratio tex. ibidem, & aliorſū
ne ſit diminutio Imperij, & interſit Do-
mini habere militem electum Afflict. d. §.
donare num. 5. & quia feudum perueniret
ad manus mortuas ſiue perpetuas, & in
Gallia prohibetur feuda ad manus mortuas
peruenire, Rayn. in cap. Imperialem nu. 8.
Præpoſit. in d. §. donare num. 4. Camer. in d.
cap. Imperialem fol. 281. Vulteius capit. 9.
num. 80 & ex alijs Roſental. cap. 7. concl. 2.
in gloſ. lit. O. Item feudatarius, nec in te-
ſtamento hæredem inſtituendo, vel legan-
do, nec pro anima quidem, aut in cauſam
piam feudum relinquere poteſt, vt latè di-
cimus in partis nonæ, Dilucidat. 1. & Ro-
ſental. vbi ſup. Ardizzon in ſumma rub. 124.
Blanc. lib. 2. cap. 1. num. 91. Ferrar. vbi ſup.
§. nec ſuperſtitibus num. 17. in fine Capyc.
in inueſtit. cap. feudorum ſucceſſiones col. 3.
verſ. amplia ſexto, Scheneid. part. 7. cap. 11
num. 43. vbi tamen hoc limitat Pet. Iacob.
in ſua pract. rub. 57. num. 5.

Nec mortis cauſa dare poteſt, ad quod
facit cap. 1. de ſucc. feud. Iſern. in cap. 1. §.
præterea, num. 35. quib. mod. feud. amict. d.
cap. 1. §. donare, d. cap. Imperialem, §. ha-
bito, vbi Afflict. num. 30. 31 & 32. Borcolt.
cap. 8. num. 42. & ex alijs multis, Roſent. d.
cap. 9. memb. 1. cōcl. 6. in gloſ. lit. B. & præ-
citati Doctores omnes in prædictis locis, &
infra noſtra parte nona, Dilucidat. 1. Nec
4 duo † Vaxalli ab eodem Domino feuda te-
nētes inter eos, ſine Domini conſenſu per-
mutare poſſunt, dicit Aluarot. in d. §. habi-
to num. 16. Rauenn. & Raynaud. num. 25.
dicentes ſit omnes tenere, Balzeran. nu. 29.
Capyc. vbi ſup. ampliat 5. & in d. cap. feu-
dorum alienationes, & ex alijs multis Ro-
ſental. d. cap. 9. concl. 6. in gloſ. lit. D. firmat,
nec inter viuos.

PAR-

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXVIII.

THEMA.

Feudum, nec in vtilitatem directi ſine eius aſſenſu alienari poteſt, communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudi alienationem in augmentum feudi valere.*

2 *Feudi alienatio in vtilitatem Domini directi valere videtur, quia videtur ceſſare intereſſe Domini contrarium eſt verius, num. 4.*

3 *Aſſenſus praciſè requiritur in alienatione feudi.*

4 *Feudi alienatio ſine aſſenſu directi Domini etiam in vtilitatem Domini, non valet.*

5 *Damnum patitur, qui ſui voti compos non ſit, & qui ſuam non explet voluntatem, in iacture eſt.*

6 *Minoris rei, etiam in ſui vtilitatem ſine vtilitatibus alienari non poteſt.*

7 *Eccleſia rei, etiam in eius vtilitatem, abſq; ſolitis ſolemnitatibus alienatio nō valet.*

8 *Vſufructuarius, cum feudatario multum confertur, & vſufructuarius in re, quam tenet, ſine permiſſu proprietarÿ, nihil agit.*

IN hac quæſtione primò videtur dicendum Vaxallum feudum in vtilitatem
Domini, & eius rem facere meliorem ſine
1 aſſenſu poſſe, quemadmodum † dicimus valere
diſpoſitionem feudi ſine Domini conſenſu
factam, prout pluribus in locis teſtatur
Iſern. in cap. Imperialem in princip. in
addit. 1. num. 13. de prohib. feud. alien. per
Feder. & in cap. 1, num 6. an illæ, qui interfec.
fratri. Domini ſui ex alijs Afflict. in cap.
9. è contrario, num. 4. & in deciſ. 111. nu. 5.
& deciſ. 232. num. 5. Camill. de Curt. in diuerſ.
iur. feud. cap. 5. num. 134. Pariſ. de Put.
de reintegr. feud. cap 149. num. 5. & ſeq. &
cap. 130. num. 7. Petr. Duen. in reg. iur. 40.
lim. 8. & ſic valeret, ſi interueniſſet vtilitas
Domini, quia videtur ceſſare intereſſe Domini,
& adeſſe eius vtilitatem, arg. à contrario
ſenſu in cap. 1. ibi (per quod Imperij,
vel Dominorum minuatur vtilitas) de
prohib. feud. alien. per Feder. Mozz. de feu.
in tit. fin. in quib. cauſ. feud. amict. num. 144.
Capyc. deciſ. 100. num. 3. qui num. 7. reprobat
Grammat. in conſ. ciuil. 10. num. 67. &
8. & conſ. 149. num. 3. & 4. Pariſ. conſ. 2. nu.
10. lib. 1. Menoch. conſ. 1. n. 135. conſ. Fab. de
3 Ann. conſ. 55. num. 19. Sed † in contrarium
eſt verius, quia per d. cap. 1. de prohib feud.
alien. per Feder. præciſè conſenſus, & voluntas
Domini in quauis diſpoſitione feudi
requiritur, & idem in Regno per conſtit.
diuæ memoriæ, ibi ſine ſpeciali licētia Iſer.
in cap. 1. nu. 7. circa finem de capit. Conrad.
ibi, ſed dicta conſtitutio, ſicut poſterior
generaliter loquitur, vt prohibita ſit omnis
alienatio, quia quantum ad Dominum feudi
intelligitur diminui, quod eſt etiam in
melius contra ſuam voluntatem commutatur,
argum. l. fin. ff. de vſu, & habit. licet poſtea
videtur dicete contrarium, tamen pro
4 iſta opinione, † quod feudi alienatio in augmentum,
& vtilitatem Domini ſine eius aſſenſu
fieri non poſſit per dictam rationem
Camer. in d. cap. Imperialem fol. 4. lit. R. &
ſeq. ſatis benè hoc firmat, quem ex alijs ſequitur,
Borcolt. de feud. cap. 8. concl. 78. &
5 ſeq. 14. ampliat, quod † etiam damnum patitur,
etiam qui voti ſui compos non ſit, &
qui ſuam non explet voluntatem in iactura
eſſe dicitur gloſ. in l. cum ſeruus in fine, ff.
de conſtit. cauſ. dat. Afflict. de iure protomiſ.
in rub. num. 5. Proſper Petra addens ad deciſ.
Capyc. 100. lit. D. & per alias rationes
dictam vltimam opinionem firmant Camer.
& Borcolt. vbi ſup. Bart. in l. 2. ff. ſolut. matrim.
& l. Titius, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit
Scrader. part. 8. ampliat. 18. latè, & ex
multis hanc ſententiam contrarijs reiectis
6 confirmat, & per rationem, quia † res minoris,
etiam in ſui vtilitatem ſine ſolemnitatibus
alienari non valet, per text. in l. ſi
prædium, C. de præd. minor. & per Doctores,
& præcipuè Bart. in cū his eam, ff de
tranſact. Bald. in cap. 1. de tranſact. Item
7 quia † res Eccleſ. etiam in Eccleſiæ vtilitatem
ſine ſolemnitatibus ſolitis alienari non
poſſunt, cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in
6. Abb. in cap. tua de his, quæ fiunt à prælat.
abſquè conſenſu cap. Fœlin. in cap. cauſam
de iudic. item quia vſufructuarius cum
8 feudatario multum facit, & † vſufructuarius
nihil de re, in qua vſumfructum habet ſine
Domini volontate agere poteſt, per tex. in
l. 3. §. ædium, & l. vſufructuarius, ff. de vſufructu
per doctrinam Bal. num. 11. vbi Iaſ.
num. 44. in l. fin. C. de iur. emphyt. & quod
res feudalis, nec in ipſius rèi, & Domini augmentum,
& vtilitatem ſine aſſenſu directi
Domini dari poſſit certiſſimam, & veriſſimam
concluſionem ſtatuit, & eſſe dicit Ca-

mill.

Digitized by Google

mill. de Curt. d. num. 34. poſt contrarios relatos ex prædictis, & alijs rationibus comprobat, & ſi Vaxallus poteſt feudum meliorare ſine Domini conſenſu, vt in cap. vnico ꝟ. è contrario, vbi Doctores de inueſtit. de re alien. fact. intellige ſi feudum, aut perſona Vaxalli non mutetur hanc ſententiam, ſequitur Thom. de Marin. de gen. feud. ex pact. & prouid. antiquo num. 28. noſtramq. opinionem ſequitur Thom. Grammat. in conſ. ciuil. 10. num. 6. & ſeq. Capyc. d. deciſ. 10. num. 7. vbi addentes Camill. de Curt. d. loco num. 134. & ſeq. hanc ſimiliter in emphyth uſi concludit Corbulus de iure emphyteut. cauſ. amiſſ. feud. 14. ampliat. 15. Duen. in reg. 40. lim. 8. Roſental. cap. 9. concluſ. 6. in gloſ. lit. F.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXIX.

THEMA.

Feudum licitè ſine aſſenſu per refutationem acquiritur proximiori, ſed vlteriori in gradu, non ſine aſſenſu communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Feudum per poſſeſſorem poteſt ſuo proximiori in gradu ſine aſſenſu directi Domini refutare.*

2 *Refutatio ſincerè, & ſine fraude fieri debet, ac ſpetiali titulo.*

3 *Refutatio feudi in proximum ſucceſſurum fit, etiam ſi ſtatuto prohibetur re feudali ſine aſſenſu alienari non poſſe.*

4 *Refutatio fit ſine aſſenſu in immediatum ſucceſſorem, aliàs ſine aſſenſu fieri non poteſt.*

5 *Refutatio ſine Domini conſenſu valet cætera pacta non, quia ſi conſentitur in vno in alijs non.*

VAxallus ✝ deſcendentibus, & alijs in inueſtitura comprehenſis ſine conſenſu Domini refutare poteſt, & ei cui fit refutatio, licitè acquiritur, maximè ſi proximior eſt, per tex. in cap. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. cap. 1. & ibi Beluiſ. Iſern. in cap. 1. ꝟ. & ſi libellum num. 4. Aluarot. in princ. Præpoſit. num. 2. Rauenn. Matth. de Afflict. nu. 17. & ſeq. Schench. in princ. de alien. feud. pat. ſub eadem rub. Iacob. Cuiacius, quam ponit lib. 4. tit. 44. in fine cap. 1. ꝟ. ſed etiam res, vbi Schench. num. 2. & alij, per quos fiat inueſtit. probatur quoquè per cap. 1. de Vaxallo decrep. erat cap. 1. ꝟ. hoc quoquè de ſucceſſ. feud. & his locis interpretes Camer. in cap. Imperialem fol. 90. lit. N. de prohib. feud. alien. per Feder. Sonsbech. par. 12. num. 118. & ſeq. Boreolt. cap. 8. nu. 55. & 56 Vvlembec. cap. 11. num. 11. eleganter in diſput. cap. 38. præclarè, & latiſſimè Fritz. de ſubfeud lib. 3. different. 25. Dummodò ✝
2 ſincerè, & ſiuè fraude facta ſit, & ſub different. 26. quod ſpetiali titulo refutari oporteat Mozz. tit. fin. n. 1. verſ. itaquè &c. quod negat Thom. de Marin. tit. 2. part. 2. nu. 124. poſt Iſern. in d. cap. 1. ꝟ. & ſi libellum de alien. feud. patern. num 8. Thom. de Marin. d. tit. 2. num. 122. & tit. 3 num. 31. Scrader.
3 part. 8. cap. 2. limit. 15. nu. 62. (& ✝ etiam ſi ſtatuto omnis contractus non conſentiente Domino ſit prohibitus) poſt Afflict. vbi ſup. d. num. 17. Nec enim cadit in nomen proprium contractus, nequè lex generalis tollit ſpetialem hanc refutationem permictentem, &c. Hannetton. lib. 1. c. 5. in fine Vvlteius de feud. lib. 1. cap. 10. num. 77. Roſent. cap. 9. concl. 52. in gloſ. lit. E. & refutatio
4 fit ✝ ſine aſſenſu directi Domini, quando in immediato ſucceſſuro feudum refutatur, aliàs ſine aſſenſu Domini fieri non poſſet, vt in d. c. 1. in princ. ꝟ. & ſi libellum de alien. feud. patern. facit, cap. 1. de eo, qui fin. fec. agnatio Camer. in d. cap. Imperialem fol. 25. lit. B. & tunc refutationem fieri poſſe, quãdo ſecundum rei naturam ſit, non alterando ipſam, ſecundum Iſern. in d. conſtit. diuę memoriæ, & in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Feder. aliàs ſtatim actus eſſet nullus, ſecundum eundem Iſern. in cap. 1. verſ. & olim de ſucceſſ. feud. in princ. vt reiectis contrarijs firmat Camer. in d. cap. Imperialem fol. 25. lit. E & F. & proindè di-
5 citur ✝ refutationem ſine Domini conſenſu valere, cœtera pacta non valere ſine aſſenſu Domini, vel legis, quia ſi lex conſentit in vno, vel duobus caſibus non extenditur ad alium, l. ſi ve. ò, ꝟ. de viro, ſ. ſolut. matrim. Camer. in d. c. Imperialem f 33. prope lit. I. & ſi per d. l. Imperialem, & aliàs per conſtit. diuæ memoriæ alienationes omnes, & omne commertium in feudis, & rebus feudalibus ſine Domini conſenſu prohibitum eſt, non tamen quæ per refutationem fiunt in immediatum ſucceſſorem, vt dicit Camer. in d. cap. Imperialem fol. 25. lit. L.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXX.

THEMA.

Alienatio, ſiuè refutatio, ſine Regio aſſenſu in vlteriorem agnatum, in antiqua inueſtitura comprehenſum fieri non poteſt, nec valet. Communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *REfutatio in vlteriorem agnatum, etiã comprehenſum in prima inueſtitura, ſine Domini conſenſu fieri non poteſt.*

2 *Refutatio facta vlteriori in gradu proximior poteſt reuocare.*

3 *Refutatio in vlteriorem in gradu, nec cum aſſenſu proximioris fieri poteſt.*

4 *Refutatio in remotiorem agnatum, ſine conſenſu Domini, & proximioris ſubſiſtit reuocabiliter, donec proximior ſuo tempore reuocat.*

5 *Refutatio feudi, benè ſit Domino directo, niſi intuitu, & contemplatione filiorum feudum ſit conceſſum.*

6 *Contractus cum Domino alio aſſenſu non opus.*

1 IN immediatè ſucceſſuro, & † ſi refutatio
ſine Domini aſſenſu permiſſa eſt, vt prędiximus in præcedenti Dilucidatione, ſed
in vlteriorem agnatum fieri nequit, etiam
quia ſit de comprehenſis in prima inueſtitura quia eſſet contra ordinem datum, vel
ab ipſa conceſſione, vel à conſuetudine puta vt ſolus primogenitus francorum iure
ſuccedat, vel longobardorum iure omnes
filij, non niſi cum aſſenſu Domini directi
voluiſſe, videtur Iacob de Bellouiſu in cap.
Imperialem de prohib. ſeud. alien. per Feder. ait (numquid Vaxallus poterit hodie
alienare agnatis, reſpondet, quod ſic proximiori, qui ſucceſſurus eſt in feudo, per
tex. in cap. 1. §. ſi verò de alien. feud. &
c. 1. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit.)
ſed vt vides non dicit expreſsè, quod remotiori non queat reuocabiliter refutari,
2 Hern. in cap. 1. num. 4. ait † remotiori factã
non valere, immò proximior ſtatim reuocaret, vt in cap. 1. de ſucceſſ. in fin. gl. mag.
&c. credo illum intellexiſſe gloſæ in verſ.
partem ſuam, quæ dicit, quod ob illicitam
alienationem agnatus reuocat hanc ſententiam ſequitur Camer. in d. cap. Imperialem
fol. 5. lit. B. & fol. 33. lit. L. qui lit. P. & Q.
3 dicit, quod nec † cum conſenſu citerioris
agnati in vlteriorem fieri poſſit, eiuſdem
opinionis eſt Eguinar. Baro in d. §. ſi verò
verſ. ſed vtrum ſoli proximiores, &c. ac ait
Thom. de Marin tit. 2. num. 122. & tit. 3. nu.
33. ſi fieret vlteriori ſine conſenſu Domini
non valeret, Iacob. Cuiac. lib. 4. tit. 43. &
videtur velle, etiam Iul. Clar. in §. feudum
quæſt. 92. num. 6. iuncto num. 3. & ex multis
hoc defendere conatur Io: Ant. Cannet. in
extrauag. volentes, §. ſed opere pretium eſt
tractare ſtatim 53. num. 4. & ſeq. argum. l.
cum Pater, §. à filia, ff. de leg. 2. Miſynger.
obſeruat. 23. cent. 6. per eadem ferè verba
Iacob. de Bellouiſ. d. loco, & ſimiliter in hoc
4 omiſſo multi loquio dico, † ꝙ refutatio in
agnatum remotiorem, ſine conſenſu Domini, & agnati proximioris ſubſiſtat, reuocabiliter hoc eſt, vt agnatus proximior, quando feudi ſucceſſio, & delata, vel alias feudum ipſi apertum eſt, & reuocare iure ſuo
poſſit Bal. in d. cap. Imperialem, in cap. 1. §.
e ſi clientulus, multa pro vtraquè parte
dicens, tandem ſub hac diſtinctione determinat, ſequitur eum Iacob. de Aluarot. ibidem num. 4. Præpoſit. num. 3. Rauenn. de
alien. feud. Afflict. num. 22. vbi diuerſum
ſtatuit in emphytheuta num. ſeq. tex. eſt in
cap. Titius filio, gloſ. ibidem in verſ. annum
& Bal. num. 2. Laudenſ. num. 10. Aluarot. n.
2. Præpoſit. num. 4. & ſeq. latè Rauenna,
Afflict. num. 18. Schench. num. 4. ſi de feud.
defuncti, Io: de Anan. de reuocat. feud. q. 1.
Iacob. de Ardizz. in tit. ex quib. cauſ. feud.
amict. rub. vtrum Vaxallus poſſit transferre feudum in agnatum, cap. 109 ſimpliciter
in agnato alienari poſſe affirmat, Blanc. lib.
2. cap. 1. num. 77. latè Curt. part. 4. ſui tract.
feud. num. 146. in vtramquè partem multa
demum hanc, quam cõmunem eſſe ſe ſubſcribit hoc etiam tenet Iacob. de S. Georg.
in verſ. & cum pacto de non alienando nu.
32. dum dicit valere reuocabiliter, quem
ſequitur Laudenſ. Zaſ. part. 9. num. 25. & expreſsè Iacobin. ſequitur Octoman. in diſp.
feud. cap. 38. plura pro hoc congerit Tiraquell. in tract. conſaguin. § 11. gloſ. 6. & 7.
ſequitur Hartman Piſtor. lib. 2. quæſt. 6. nu.
19. & 20. ex communi num. 28. & ſeq. vbi
contrariam communiter reprobatam dicit
& ex multis confirmat par. 1. Scrader. part.
8. cap. 2. num. 62. limit. 15. verſ. 3. hæc concluſio extendenda eſt. Menoch. de recuper.
poſſeſſ. remed. 9. num. 258. & ſeq. Siluan. q.
90. num. 1.

90.num.1. Carol. Ruin.conſ.8. lib.1. Vul-
teius cap.10. nu.77. hanc nocturnam conſ.
31. Cæphal. latiſſimè conſ.27. quamuis pri-
ma inueſtitura, &c. nu.9. & ſeq. 84. & ſeq.
lib.1.conſ.29.nu.21. Cuman.conſ.167.Brun.
conſ.44.num.13. Roman.conſ.367.num.13.
Alex.conſ.19.lib.7. Caſtrenſ.conſ.432.cum
ſtatutum num.3.lib.1.Grauett.conſ.303.nu.
4. & in reſponſo pro genero n 488. & conſ.
804.num.2. & in Camera Imperiali, ſæpè
multoties iudicauit, refert, & ex multis cō-
probat Roſental.cap.9.concl.12.num.14. &
5 in gl. lit. H. Domino verò, quod † refutatio
feudi valida ſit non dubitādum, & in termi-
nis decidit Iſern. in cap.1. de alien.feud.pa-
tern. vbi ſequitur Iacob. Aluarot.num.8. niſi
contemplatione filiorum deſcendentium
confeſſio facta ſit, ſequitur ibi Afflict. nu.9.
communem dicit, nu.12. & nu.23. Sonsb.
in terminis part. 12. num. 21. ex communi
ſententia feudiſtarum Arius Pinell.in cap.1.
part.3.nu.97. Paulo ante finem de bon.ma-
tern. Borcolt.cap.8.num 54. Thom.de Ma-
rin. de gen.feud.tit.3.num.30. omnes ſic cō-
cordi ſententia tenere ait, Miſyng.obſeruat.
85.num.12.cent.4. Loftred.conſ.52. omnes
conſentire, & neminem diſcordare Afflict.
deciſ.112.num.6. & ex alijs Roſental. cap.9.
6 concl.52. in gloſ. lit. A. & ratio eſt † quia
contrahens cum Domino alio conſenſu nō
indiget, vt ex multis, idem Roſental. d cap.
9.concl.20. in gloſ. lit. C. citati omnes hoc
ſentiunt in ſpecie, Capyc.deciſ.156. num.12.
& 31. & Lanar.conſ.8. n.5. & ſeq. vbi quod nec
ſi Vaxallus obligat feudum Domino, vel ei
refutat, aut feudum planum refutatur Baro-
ni, vel res allodialis confitetur feudalis, ex
Iſern. Bald. & alijs comprobat.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXXI.

THEMA.

Aſſenſus, ſiuè conſenſus tacitus Domini in alienatione, ſiuè diſtractione feudi in Regno non ſufficit, ſed exprexus requiritur, & idem extra Regnum de Authoris opinione cōtra communem, & hoc eſt verior, & teſtualis.

SVMMARIVM.

1 *Feuda in hoc Regno ſunt alienanda, cum expreſſo inſcriptis aſſenſu, & num.4.*

2 *Præſcriptio tricennalis contra Regem, & Fiſcum non ſufficit.*

3 *Feudis extra Regnum, ſi tacitus ſufficiat, Doctores in hoc variant.*

5 *Domini præſentia pro aſſenſu non ſufficere.*

6 *Præſens, & tacens habetur pro conſentiente, quando ad illum actum ex propoſito fuit vocatus.*

7 *Permiſſio, ideſt licentia, quæ expreſſum conſenſum denotat.*

8 *Aſſenſum expreſſum de iure feudorum requiri, ex multis probatur.*

9 *Dominum feudi tacita diſpoſitioni conſentire poteſt.*

10 *Dominus præſens contractui, & tacens, videtur tacitè conſentire.*

11 *Tacitus conſenſus rei feudalis alienandæ, etiam extra Regnum non ſufficit, ſecundū Authoris opinionem reiectis cōtrarijs.*

12 *Scientia Domini erronea non videtur conſenſum rei feudalis alienationi.*

13 *Aſſenſus non habetur ex non præſentia contractus, quia Vaxallus debet denuntiare Domino, & petere conſenſum.*

14 *Scientia ſola, & pacientia non habetur pro conſenſu.*

15 *Certus, qui eſt amplius non certiorandus.*

16 *Alienationis feudi prohibitio eſt inducta ad fauorem Dominorum, & rei publicæ.*

17 *Fritiæ, & Camilli de Curte, quod præſētia Domini pro conſenſu habebatur, refutacitur opinio, & nu.20.*

18 *Aſſenſus expreſſu de iure communi feudorum in alienatione feudi requiritur, & numeris ſequentibus.*

19 *Licentia ſuperioris vbi requiritur conſenſus tacitus, non ſufficit.*

20 *Expreſſus actus, quando requiritur ex lege verus, & nō fictus interuenire debet.*

1 Feuda † in hoc Regno ſine expreſſa, &
in ſcriptis Domini directi licentia alie-
nari nō poſſe per Conſtitutionem diuæ me-
moriæ, & ita obſeruatum, & deciſum, ita
2 quod nec præſcriptio, † & poſſeſſio tricen-
nalis contra Regem, vel Fiſcum non ſuffi-
cit, vt ex multis, & deciſum firmat Io. Vinc.
de Ann. in repet capit.1. verſ. inueſtientur
num. 462. de Vaxallo decrep. etat. & ex
alijs multis adductis hac partæ, Dilucidat.
3 18. ſed in † feudis extra Regnum alienan-
dis tacitus conſenſus, an ſufficiat Doctores
varia dixerunt, & Camer. noſter in cap. Im-
perialem de prohib.feud.alien. per Federic.
fol.65. lit. L. & ſeq. pro parte affirmatiua
quindecim rationes adducit, & fol.66. lit. D.
& ſeq. alias quindecim rationes, & per di-
uerſa

Google

uerſa iura, & authoritates fundat aſſenſum
4 expræſſum requiri, & in † Regno abſquè dubio aſſenſum expreſsè debere eſſe, vt in d.Conſtit.Conſtitutionem diuæ memoriæ,& tacitum conſenſum non ſufficere,& per extra Regnum reiectis contrarijs argumentis multis rationibus comprobat d. loco lit. P. & ſeq. alludendo Doctoribus tenentibus tacitum conſenſum ſufficere argui ex præ-
5 ſentia Domini, dicit non † ſufficere ſolam præſentiam Domini, niſi aliquid fiat, ita vt aſſenſus non ſit nudus, & id quod venit vltra nudum conſenſum appellari poſſit per, miſſio per notata, & in cap. 1. de ætate, & qualit. & ibi Archidiacon. & Aegid.Bellan, & amplius Camer. dicit, vt etiam in caſu,
6 in quo eſt præſens, † & tacens, habetur pro conſentiente, debet probari, quod ad illum actum ex propoſito ſit vocatus,& nõ ex accidenti interuenire,gl.eſt notabilis in Clemen.5. in verſ. per gl. in cap.1. §.præterea quib.mod.feud.amiſt. argum. l.a. cap. de remiſſ.pignor.dum ex certa ſcientia conſentire debet. & ſequitur ibidem, Iacob.de Bellouiſ. & Rauenn. qui tamen requirit, & aliquo actu puta ſubſcriptione, vel ſigilli appoſitione declaret conſenſum, & dum Imperator in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic. in principio vtitur
7 verbo permiſſione,† ideſt licentie,vt interpretatur Borcolt. de feud.in cap.8.num.72. ac Vulteius cap. 10.num.64. quod vocabulum expræſſum conſenſum denotat, vt dicit gl. in Clemen.1. in verſ.obtempta de teſtam. Bal. in l. obſeruare, §. proficiſci ff.de offic.proconſ. Alex.& Roman. in l.2.§.voluntate, ff.ſolut.matrim. Roland. à Valle conſ.67.num.66. lib.3. Tiraquell.de legib. connub.gl.7. ſup. verſ. expræſsè num. 8. & expræſsè Bertrand. Capriol. in cap.1. de prohib.feud.alien. per Lotar. & in cap.Imperialem in princ. de prohib.feud.alien.per
8 Feder. ex multis † expræſſum conſenſum requiri firmat,præſertim vbi talis loci conſuetudo,vel etiam in confirmatione Affliſt. in cap. 1.num.13. de prohib. feud.alien. per Lotar. poſt Iſern.num.3.& 4. & magis huic ſententiæ accedit Raynaud. in d.cap.Imperialem, §. habito num.21. vbi ait (nec præſentem, & conſcium pro conſentiente haberi,cum agatur ſimul de præiuditio Domini, & reipublicæ) Iacobin. in verſ. & cum pacto de non alienando num.20. in fin.hanc rigoroſam ſententiam ſtricta diſputatione veriorem exiſtimat opinionem eſſe. Alij di-
9 cunt † Dominum feudi, etiam tacitè Vaxallo feudum alienanti conſentire poſſe, gloſ. in cap. vni. ſuper verbo ipſorum permiſſu de prohib.feud.alien. per Lotar. & ibi Iacob. de Bellouiſ. Bal. & Laudenſ. Aluarot. in cap. vnico, §. præterea quib. mod. feud.amiſt. Gaſſan. in conſuet. Burgund. in rub.3. desfieds, §.8. ſuper verſ. conſenta. num.8. vbi alios, ita ſentientes refert Pariſ. de Pet. de reinteg.feud.cap.187.n.4. Scruff. conſ.41.num.3. in 1.cent. & conſ.88. nu.4. in 2 cent. Vueſembech.conſ.4.num.74.Capyc.decіſ.100.num.5. vbi alios citat, Affli. in d.cap.Imperialem,num.17.Iacob.nu.20. communem dicit,& in iudicando ſequendã, Curt.part.4. num.137. communem eſt Zaſ. part.9.num.31.& ſeq. Borcolt.cap.8. num. 72.& 73. vbi communem dicit,Vveſembec. cap. 11. num. 13. dicit communem, & in practica ſeruari Vvleius cap.10.num.64.Intrigliol.in ſuo tract.feud.q.45. num.172. & ſeq. Miſyng cent.4.obſeruat.87. Tiraquell. vtroquè retract.§.1.gloſ.9. num. 117. & ex alijs Roſental. de feud.cap.9.concluſ.28.in gloſ. lit. F. & alibi, Mozz.ex quib.cauſ.feu. amiſt.num.163. verſ. pro concordia in fine
10 dicit, erit tenendum, etſi Dominus † eſt præſens contractui, & tacuit, videtur tacitè conſentire, & habet locum, d.gloſ. in verſ. permiſſu, & ſequentium opiniones, ſed parcant mihi tot inſignes Doctores de tacito
11 conſenſu Domini loquentes, quia † ſecundum mei ingenij tenuitatem primæ opinioni, quod aſſenſus tacitus Domini in alienatione feudi, etiam extra Regnum non ſufficiat,ſed expræſſus eſſe debet,nam etſi cum vbi ſup. quindecim rõnes pro tacito cõſenſu adducit, eas reijcit, & vltra quindecim pro expræſſo rationes adductas,& ex requiſitis, & adductis per eum expræſſum conſenſum requirit, Moz.vbi ſup.ex Rayn. in cap.Imperialem, §. hoc quoquè nu.14. de prohib. feud.alien. per Feder. verſ. quæro dicit,hoc prohibere alienationem ſine permiſſu Domini reſtringendo breuiter deſtinguendum
12 eſt, aut Dominus † habet certam ſcientiam ſed erroneam, & tunc non videtur conſentire alienationi feudi, per l. 2. ff. de iudic. cum nihil ſit magis contrarium conſenſui, quam error, l. ſi per errorem, ff.de iuriſd. omn.iudic.l.qui cum Tutoribus,ff.de tranſ-
13 act. Aut † habet certam ſcientiam,etſi non fuit, præſens, non habetur pro conſenſu, quia Vaxallus debebat denuntiare Domino & petere conſenſum, & licentiam ab eo,cũ denunciatio non ſit ad certiorandũ dominũ ſed ad obtinendum ab ipſo conſenſum, ſo-
14 la † ſcientia, & patientia non habetur pro conſentiente, caſus eſt in l. denuntiaſſe §.1. ff. de adulter. & ibi Bart. ſecus ſi denuntiatio requireretur ſolum ad certiorandum,

quia

Digitized by Google

quia tunc haberet locum illa regula, qui
15 certus † eſt amplius certiorari non debet,
l.1. in fin. de action.empt.ſi verò Dominus
ſciuit alienationem, & fuit præſens contra-
ctui, & tacuit, adhuc non haberi pro con-
ſenſu, l.1. in fine, & l. 2. & 3. ff. de author.
16 Tutor. iſta † prohibitio alienationis feudi,
nedum eſt inducta ad fauorẽ Dominorũ, ſed
reipublicæ, cap.1. de prohib.feud.alien. per
Lotar. & quia fit ſpecialis prohibitio alie-
nationis ſine permiſſu fieri non poteſt, per
quod non obſtat rõ quæ fit, per l rem alienã
ff.de contrah empt.& per notata in l.Gaius
ff. de pignor.action. quia rei alienæ nõ pro-
hibetur venditio, immò tex. d. l.rem alienã
dicit poſſe diſtrahi intelligendo de re, cuius
commercium habetur, per quod non obſtat
l. ſed celſus eod. tit. ſed quia hic eſt prohi-
bitio rei feudalis, nedum in fauorem Domi-
ni, ſed & reipublicæ, vt ſine aſſenſu non
alienetur, vt dictum eſt reiectis alijs con-
trarijs opinionem præcedentem, ſcilicet ex-
præſſum conſenſum requiri vetiorum fir-
mat Raynaud.per totam dictam quæſtionẽ,
vbi ſup. & Tiraquell. de leg.connub.gloſ.7.
in verſ. ex præſsè num. 11. & 12. & in tract.
retract.tit.1.gl.9. in verſ. oulignag. nu.115.
17 Etſi de † iure communi feudorum tacitus
cõſenſus Domini alienationem perficiebat,
vt quando contractus fiebat in præſentia
Domini, ex dictis per Fritiam lib.2.de ſub.
feud. Aluaro1.31. & refert Camill. de Curt.
in ſuo diuerſ.iurfeud.part.2. cap.5. nu.155.
parcat mihi authoritas tantorum virorum,
18 qui non ponderarunt, quod de † iure com-
muni feudorum expræſsè habetur feuda
ſine expræſſa licentia Domini alienari non
poſſe, nedum in d.cap.1. §.hac ædictali de
prohib.feud.alien.per Lotar.vbi Imperator
dixit feuda ſine permiſſu Domini non alie-
nari, ſed & in capit. Imperialem de prohib.
feud.alien. per Feder.dixit, quod feuda non
habẽtur ſine licentia Domini alienari pro-
hibuit expræſsè feuda ſine permiſſu domi-
norum nõ alienari, & cum Imperator æqui-
parauit licentiam, & permiſſionem feudis,
ea ſine licetia Domini alienari non poſſunt,
19 quia † vbi requiritur licentia ſuperioris
conſenſus tacitus non ſufficit, dixit Afflict.
in cap. 1. de controu.inueſtit. nu.48. allegat
Lap.alleg.86.num.3. hoc expræſsè dicentẽ
Io: And. in nouell. de election.cap.ſi Abba-
20 tem in princ. lib. 6. Nam † quando lex a-
ctum requirit expræſſum verum, & non fi-
ctum interuenire debet, eum ex diuerſis nõ
fit illatio, l.Papinianus exuli, ff.de minor. &
præſumptio, quæ per actum fictum induci-
tur ceſſat, Iſern. in cap. 1. de prohib. feud.
alien.per Lotar.col.3. Fritia de ſubfeud.lib.
2. quæſt.28. Ann. in rrepet.Conſt.tut. diuæ
memoriæ n.50. & pluribus ſeq.conſ.Georg.
alleg.3.num.1. verſ. nec ex temporis, &c.
dixi in meo conſ.83.num.15. & ſi ex verbis
in d.Conſtit.Regni diuæ memoriæ, ibi ſine
ſpeciali noſtræ celſitudinis licentia præcita-
ti Doctores pro ſecunda opinione, & ſignã-
ter Regnicoli firmant in Regno eſſe abſo-
lutum feuda ſine expræſſo conſenſu Domi-
ni non poſſe alienari, & tacitum conſenſum
non ſufficere, vti Camill. de Curt. d.n.155.
& alij ſic ex verbis ſine permiſſione Domi-
ni in d.cap.Imperialem per extra Regnum
aſſenſum Domini in alienatione feudorum,
non tacitum ſed expræſſum, etiam eſſe de-
bet, maximè quod non adſit diuerſitatis ra-
tio, & hæc opinio verior mihi videtur, &
ex ſuperius dictis patet.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXXII.

THEMA.

Aſſenſus tacitus per extra Regnum, quatenus ſufficeret, intelligitur præſtitus, quando is qui conſentire debet actum ſuaſerit, & cum ſigillo, vel ſubſcriptione, vel alio actu, ex quo comprobabiliter intelligitur conſentire communis, & recepta.

Quia breuis non opus alio Summario.

QVatenus opinio, quod per extra Regnum aſsẽſus tacitus in alienatione feudorum ſufficeret, intelligi debet, quando conſentire habens, actum ſuaſerit, vel cum ſigillo, aut ſubſcripſerit, vel alio actu, ex quo aſſenſus tacitus præſtitus vereſimiliter, vel probabiliter videtur, ita Vult.Bald.in cap. 1. §.præterea, quib.mod.feud.amict. dum in tacito conſenſu videtur requiri ſigilli appoſitionem, Præterea in cap.1.num.4. & 5. de prohib. alien. per Lotar. & intelligitur, ſi Dominus, vel alius, qui ſuum præſtare debet conſenſum aliquem actum, ex quo comprobatio intelligitur, agat, ſic loquuntur iura, in quibus hanc doctrinam ſcribentes fundant, tex. eſt in l.ſi filiusfam.ff.de tutelis

in l. ſi

in l. ſi filius, ff. ad Senat.Conſult.Maced.in cap. ex ore de his, quę fiunt à maiori parte cap.Clement.1. de Procurat. Iaſon.in l.quę dotis n.90.ff.ſolut.matrim. & hæc eſt communis, Pariſ.conſ.76.num. 15.lib.4. Bened. ſupra in regul.iur.56. num.25. & ſeq.Bald. Aluarot. Præpoſit. & alij in d.§.præterea quib.mod.feud.amiſſ. & receptam ſententiam eſſe teſtatur Maſcard.concl.1218.nu. 51.volum.3.& ex alijs communibus opinionibus, & authoritatibus multis comprobat Roſental.de feud.cap.9.memb.2 concl.77. num.17.& in gloſ. lit. K.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXXIII.

THEMA.

Præſentia Domini actus, & quid agatur intelligentis, & non contradicentis, etiam ſi ad alios extraneos actus non progreſſus fuerit conſentire dicitur, communis, & recepta ſententia.

SVMMARIVM.

1 *PRæſentia Domini, cum taciturnitate pro conſenſu habetur.*

2 *Præſentia, & intelligentia Domini, quid agatur cum pro conſenſu, habetur.*

3 *Præſentia, & taciturnitas in rebus magni præiuditij non inducit conſenſum.*

4 *Præſentia, & taciturnitas inter coniunctos ſanguine conſenſum inducere aliqui dicunt, alij quod non ſi res, ſit alterius de cuius conſenſu quæritur.*

1 PRæſentia Domini, † cum taciturnitate pro conſenſu habetur, decidit gl. in cap. 1. verſ. permiſſione de prohib. feud. alien. per Lotar.q̃ ibi ſequuntur ſcribẽtes ait Caſſan. in conſuet. Burg.rub.3. §.8. verſ. Sans conſan.timent, num.9. Iacobin. in verſ. & cum pacto de non alienando num.20.teſtatur. & hoc ipſum Curt. de feud.par.4. num. 136. Capyc. etiam communiorem affirmat in inueſtit.feud. verſ. feudaler aſſenſus col. 5. §. præſentia Domini fol.79. Bald.in dict. cap.1.nu.4. & 5.gloſ.quidem hoc affirmare refert ipſe, autem nihil certi concludit Affl. eam apertè reprobat num. 13. & quod in licentia, & diſtractione feudi expræſſus cõſenſus requiratur in Regno nõ eſt dubium; ſed etiam extra Regnum ex multis ſupra adductis in Dilucidat. 78. fundatum eſt dentibus, & vult etiam Camer. in d.cap. Imperialem de prohib.feud.alien, per Lotar, lit. M. & pluribus ſequentibus in reiectione contrariorum, & qui contrarium tamen loquuntur per extra Regnum, noſtramquè Dilucidationem comprobant Beluiſ. Iſern. num.2. Præpſit.num.1. Laudenſ.num.5.Rauenn. & Schench.num.2. in d.cap.1.de prohib.feud.alien.per Lotar. comprobat, dum-
2 modo † Dominus intelligat, quid agatur, & contradicere, qui vel, & impedire poterat: hanc ſententiam, ſequitur Corbolus in tract. de iure emphyt.cauſ.14.limit.17.nu.1. verſ.fin.diuerſũ verò tradit in emphytheuſi num.2. & ſeq. & eius rationem nu.4. (quod ipſi incommendo) Vvſembech.cap.1.num. 13.Zaſ.part.9.num.31. Hanc quoquè communem, & in practica ſeruandàm, poſt Aluarot. in §. præterea num.4.quib.mod.feu. amiſſ. Mozz.tit.fin.de feud.num.151.Scrader. de feud.part.8. cap.4. quæſt.1. & nu.2. hanc veriorem,& receptam ſententiam eſſe poſt multos teſtatur Scheneid.par.7. cap.1. num.48. & tanquam communiorem approbat Vulteius de feud. lib.1.cap.10. num.64. verſ. conſenſum tamen, &c. Capyc. deciſ. 100.num.6. Pariſ. de Put. cap.87. num. 31. Clar. §. feudum quæſt.31. communi calculo approbatam, & ex alijs authoritatibus & communibus opinion bus probat Roſental.d.c.9.concl.29. in gl. lit. B. ſed in rebus
3 magni præiudicij † conſenſum, & taciturnitatem non inducere conſenſum, dicit Bar. in l. quæ dotis nu.22. ibiquè Iaſ. poſt alios num.97. & 184. ff. ſolut.matrim. Vult dict. loco, cap.11.num.103. & cap.10 num.72. in fine, & hanc frequenter eſſe receptam tradiderunt Benedict. Capr. reg.56. & Clarius Maſcard.concl.1218.num.11.12. & 24.vol. 3. nam & donationis præſumptio, nec inter ſanguine coniunctos cadit, vt ex multis, & communiter placuiſſe affirmant, Iaſ.in d.l. quæ dotis num.18. Alciat.reg.1.præſumpt. 32.num.2. Tiraquell. de retract. lignagier. §.1.gloſ.9.num.150. & 184. Menoch.de arbit.iudic.caſ.88.num.20. l.cum de indebito,
4 ff. de probat. & † inter perſonas coniunctas ſanguine præſentiam, & taciturnitatem ſimiliter conſenſũ inducere aliqui volunt, & alij limitant nõ præſumi, ſi res iam ſit ipſius de cuius conſenſu quæritur, & ſuaſiſſet, ita reprobant gloſ. contrariam in l. cum perſonas filios, C. de pact. Bart. ibidem nu. 11. Alex.num.1.aſſerens hanc communem eſſe,

ſicut, & Iaſ.num.10.& 11. Det.num.4. Alciat. num.9. Caſtrenſ. Salic. & alij, Fab. de Monte in tract. de emphyt. & vendit.3.par. princ. quæſt. 34. hoc etiam communiter teneri ſcribunt Tiraqu. de retract.lignag.§.1. gloſ.9.num.156. Hartman Piſtor. lib.2.qq. part.1.quæſt.7.num.1. in fin. Graſſ. lib.recept.ſentent.§.fideicommiſſum quæſt.62.n.5. ſed cauè à Menoch.præſumpt.116.nu.1. lib.1.qui incautus ſequitur gloſam damnatam, & alios omnes Perperan. pro ea allegat, & quamuis velit reconciliare Roſent. de feud. cap.9. concl.77. num.2. excuſare non poteſt, vt ibi per eum.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXXIV.

THEMA.

Scientia, & taciturnitas, abſq; præſentia conſenſum non inducunt, immò nec præſentiam cum taciturnitate ſufficere multi volunt, tamen communis.

SVMMARIVM.

1 *PRæſentia, & taciturnitas non ſufficiunt, nec tacitum conſenſum important.*
2 *Præſens, & tacens alicui actui non eſt, vt conſenſum verbis, vel facto declarauerit.*
3 *Scientia mulieris virum recepiſſe dotem ipſi non præiudicat.*
4 *Scientia, & taciturnitas non nocet, quando tractatur de aliquo obligando,*
5 *Scientia, & taciturnitas non præiudicat, quia ſunt ius ſuum durare, niſi ſubſcribat & actum extrinſecum faciat,*
6 *Conſentire debens, ſi contradicat, & poteſt ſua iura inleſa remanent.*
7 *Proteſtatio, ſiuè cōtradictio ſeruat ius proteſtanti.*
8 *Proteſtationis, & contradictionis virtus tollit animum in ſequentibus actis.*

ETſi ex multis, & communibus opinionibus in præcedenti Dilucidatione probauimus præſentiam, & conſenſum, tamen in ſciente, abſquè præſentia, & non contra-
1 dicente non eſt ita, immò † præſentiam cū
taciturnitate non ſufficere, nec tacitum conſenſum importare voluerunt Iſern. reprehendens gloſ. in cap.1.§.præterea, num.31.verſ.& nō videtur, quib.mod.feud. amict. quod benè dicit, & quem ibi ſecuti ſunt Bal. Afflict.num.8.& 9. Aluarot.nu.4. Præpoſit. num. 1. Sehench. num. 5. Pet. de Rauenn. Zaſ.part.8. num. 21. Tiraquell. de retract. §.1.gloſ.9.nu.149. 150. 155. Sbnsbec.part. 13.num.139.hanc receptam Doctorum ſententiam eſſe teſtatur, & ſequitur, Scraderpart.8.cap.5.num.6. verſ. iuxta hoc primo quæro, & paulo poſt cap.6.num.1.ibi quod vſquè adeo, Scheneid.part.7. cap.3. nu.89. dicens hoc certi, & indubitati iuris eſſe Thom. de Marin. de gener. & qualit. feud. tit. de feudo ex pacto, & prouiden.ſecunda parte, ſiuè ſectione 1. num.81. (hanc veriorem dicunt, niſi fortaſsè, iam plenè fuerit præſenti ſucceſſione delatum) Vulteius de feud.cap.10.nu.72. in fine, dicens ad hoc autem, vt agnatus, vel alius conſenſiſſe
2 cenſeatur alienationi, non ſufficit † ipſum
alienationis actui fuiſſe præſentem, & tacuiſſe, vt conſenſum ſuum verbis, vel facto aliquo declarauerit, quam vt communem Doctorum ſententiam ex pluribus confirmat Hartman Piſtoris quæſt.7.num.1. eaq. eſt veriſſima, & Iſern. in cap.1. de nat.ſucc. feudi num.24. verſ.verius videtur, dicit, vt
3 etiam † ſcienti mulieri non præiudicat, quia
non potuit vetare, virum quo minus recipiat promiſſionem dotis, vel ſolutionem, l. ſæpè §.ſcientibus, ff.de re iudic.& hoc ſecūdum vtramquè ſolutionem illius generalis, qui non affirmat, quod eſt regulare, & contraria ſunt ſpetialia, & hoc communiter approbatur, alia ſolutio eſt, quod cum agitur
4 de † aliquo obligando, vt in propoſito non
nocet præſentia ſcientia, & taciturnitas per l. filius, §. inuitus, ff. de Procur. Innocent. dixit, quod in re oneroſa, non oneratur, tacens, & ſciens extra de election. in geneſi, ſi ſcit aliquid fieri in præiuditium ſuum de-
5 re, vel ſuo † iure ſcientia ſola, & patientia
non præiudicat, quia ſcit ius ſuum, vbiquè durare, & ſic præſumitur in dubio, niſi aliquem actum extrinſecum vltra ſcientiam interpoſitum faciat ſubſcribendo, vt notatur, ff.quib.mod.pign. vel Hypol. ſoluat. l. ſicut, §. non videtur. Hæc Iſern. dicta corroborantur, tot authoritatibus, & communibus opinionibus, & ſententijs prædictis, & in præcedentibus Dilucidationib. & ex alijs ad materiam Roſental. de feud. cap.9.concl.77.num.8. in gloſ. lit.I. verum
6 ſi † Dominus, vel alius, conſentire tene-
tur contradicit actui, & animum ſuum declarat, maximè proteſtando de ſuis juribus, quę habet actum nullum redere, & impedire,

re, abſquè dubio poteſt, & contradictio, ſiuè
7 † proteſtatio ſeruat ius proteſtantis, l. ſi
quis, §. plerique, ff. de Relig. & ſumpt.
fun. l. ſi fideiuſſor, §. fin. qui ſatiſdar. cogãt
Iſern. in Conſtit. Regni contigit interdum,
verſ. poterat referuare latè Boer. deciſ. 110.
& Doctor. in l. 1. §. ſi morte de noui opea.
runciat. & latè Alexan. conſ. 130. in cauſa
ſtrazzarolorũ pen. col. vſq. in fin. lib. 4. & vir-
8 tus proteſtationis, † & contradictionis tol-
lit animum in ſequentibus actibus. iux. no-
tata in l. pacta nouiſſima, C. de pact. & dixi
in conſ. meo 77. num. 35. & conſ. 78. nu. 29.
& ſic ſua iura in tacta, & inlæſa remanent,
quod intellige, ſi in tali actu eius conſenſus
omninò requiratur, & formatum, & vtile
intereſſe habet.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXXV.

THEMA.

Domini directi, ſi plures ſint ab omnibus aſſenſus in alienationibus, & contractibus feudalibus eſt impetrandus, ſi verò vnus ab vno.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ſi à pluribus tenetur ab omnibus impetrandus eſt aſſenſus in contractatione eius alias pro parte non obtempta committitur.*
2 *Feudi alienatio, vel pignoratio tenet pro portione Dominorum conſentientium.*

1 FEudum, † quod à pluribus tenetur, ſi de
eo contrahi oporteat ab omnibus aſſen-
ſus impetrandus eſt, aliàs ſi aliquarum eſt
omiſſus, & quorumdam impetratus pro illo
rum portione feudum committitur, & pro
iſtorum diſpoſitio valet, arg. cap. vnius de
Vaxallo, qui contra conſtit. Lotar. & quæ
ibi traduntur Bal. in cap. Imperialem n. 5.
in fine de prohib. alien. per Federic. & ibi
Aluarot. num. 12. per tex. in l. cum filius, ff.
de leg. 2. & in l. pater, §. quindecim, ff. de
leg. 3. qui tamen diſtinguendo hoc in feudo
indiuiduo, ſaltim videntur valere indiuiduo
ſimpliciter ſine pena obligationem Domini
admictunt, vti eos etiam ſequitur Præpoſit.
ibib. num. 4. & Rauenn. de Curt. par. 4. n. 95.
verſ. quid autem, ita quoque ſentit Negu-
ſant. de pignor. par. 2. memb. 2. num. 45. Pa-
riſ. de Put. de feud. reintegr. c. 253. num. 14.
per d. l. cum pater, §. libertis & §. quinde-
cim, ff. de leg. 2. Caſſan. in Conſuet. Burg.
rub. 3. Deſtirs nu. 48. en alienation. & tranſ-
portation. ad eundem tex. num. 20 quorum
dicta in feudo diuiduo omninò intelligenda
2 ſunt, quod intelligatur ſolum † pro por-
tione Domini conſentientis obligatio, pi-
gnoratio, vel alienatio tenet, pro alijs non
cõſentientibus ſecus: hãc ſententiã expreſ-
sè ſequitur Capyc. in inueſtitura feud. cap.
feudales aſſenſus col. pen. §. ſi Vaxallus plu-
rium fol. 79. citat Gulielm. de Cun. in l. cõ-
munis libertas, quem ſequitur ibidẽ Ang.
num. 1. & Bal. ff. de in ius vocan. Petr. de
Bellaper. in l. ſi duo patroni, ff. de iure iu-
rand. Vulteius de feud. lib. 1. cap. 1 . num. 62.
& cap. 11. num. 47. Roland. à Vall. de com-
muni conſ. 17. nu. 5. lib. 2. (de emphytheuta
loquens) quo facit Iaſ. in l. fin. in 15. quæſt.
num. 12. C. de iure emphyt. ſequitur Cor-
bul. in cap. 14. num. 25. de iure emphyt. ci-
tat Tiraquell. poſt alios de retract. conſan-
guin. §. 23. gloſ. 2. num. 5. & in terminis ex
communi Burſat. conſ. 40. num. 1. Roſental.
de feud. cap. 9. memb 1. concl. 30. in gloſ. lit.
A. & alibi.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXXVI.

THEMA.

Feudũ a Rege, qui tenet cum Regio aſſenſu ſubinfeudat, in ſubfeudatarij alienatione, cuius requiratur aſſenſus tres ſunt opiniones, prima Regis, & eſt communis, ſecunda ſubinfeudãtis, etiam cõmunis, tertia vtriuſquè, & hęc vltima eſt tutior, & communior.

SVMMARIVM.

1 *ASſenſus Regius requiritur, quia apud eum directum dominium remanſit.*
2 *Vaxallus alienans inrequiſito Rege primo Domino amictit feudum.*
3 *Rex conſentiens videtur donare.*

4 *Feudi primus Dominus eſt Princeps ſupremus.*

5 *Vaxallo primo poſt factam ſubinfeudationẽ non remanet. nequè directum, nequè vtile Dominium, ſed quædam reliquiæ vtilis dominij modici momenti.*

6 *Vaxallus primus, qui à Rege feudum tenet ſine eius aſſenſu alteri non dat.*

7 *Feudum ſi inſcio primo Domino alienaretur vtilitas ipſius Domini minueretur.*

8 *Feudum cum aſſenſu ſubinfeudãtis poſſe alienari, & hæc & ſecunda opinio.*

9 *Sub Vaxalli alienatione Domino non incommodatur.*

10 *Feudum ſi ad manus mortuas alienatur omnium conſenſus requiritur.*

11 *Subfeudi alienationi aſſenſum Regis, & ſubinfeudantis requiri, & hæc eſt tertia opinio.*

12 *Subfeudi alienationi vtriuſquè requiritur aſſenſus, quia de vtriuſquè intereſſe agitur.*

13 *Subfeudi ius principale eſt penes Regem primum Dominum, & ſit eius aſſenſus requiritur.*

DOctores ob difficultatem huius Dilucidationis in ea variant, & tres opiniones adducunt primam opinionem eſſe, quod Regis primi, & directi Domini in alienatione ſubfeudi requiratur, ſecundã opinionẽ eſſe, quod Domini immediati ſubinfeudantis ſufficiat aſſenſus, tertiam verò, vt vtriuſquè, & Regis, & ſubinfeudantis requiratur aſſenſus pro prima opinione rationem
1 adduuunt, quod † apud Regem primum Dominum directum dominiũ remanſit conſenſum ipſius Domini ſuperioris, à quo feudum ſuum habet originem neceſſarium eſſe, dicit gloſ. in cap. Imperialem, §. illud quoquè, niſi de prohib. feud. alien. per Federic.
2 dum dicit, quod † ſi Vaxallus alienat inrequiſito primo Domino amittit feudum propter ea, ibi per eam allegata, ibiquè firmat Bal. num. 405. per text. §. illud quoquè ibi ſine permiſſu Domini, id eſt maioris, ad quẽ directè res feudales pertinere dignoſcũtur, arg. l. quos autem ſeruos, ff. de leg. 3. & l. 2. §. 1. ff. de Relig. & ſumpt. funer. & quod notatur in l. 2. ff. ſi ager vectigal, vel emphyt.
3 Quoniam † eo conſentiente ipſum alienare videtur, l. in ædibus, §. quod ſi filius, & C. de inoffic. donat. l. pen. vlt. in fine, & Regis, ſiuè primi Domini aſſenſus requiri tn. d. §. illud quoquè debetur, Aluarot. num. 4. & 5. Præpoſit. num. 2. Rauenn. & Schench. num. 1. ibiquè communiter Doctores Beluil. Iaſ. in cap. 1. in priuc. col. fin de his, qui feud. dare poſſ. Blanc. in ſua ſumma lib. 2. cap. 1. num. 74. Atquè hanc ſententiam magis communem, & tutiorem eſſe ſequutã, & ita ſæpe conſuluiſſe, nec in iudicando ab ea recedere tutum ait Iacobin. de S. Georg. in verſ. cum pacto de non alienando num. 21. & ſeq ſequitur Capyc. in inueſtit. feud. in cap feudalis aſſenſus col. 3. verſ. aſſenſus cuius Domini, &c. fol. 78. communem atte-
4 ſtans generaliter, id limitans in † omni feudo, cuius primus Dominus eſt Princeps ſupremus Zaſ. par. 9. num. 33. communem dicit (licet ipſe ita obſcurus, vt vix ſciatur, cui acquieſcat) magis communem teſtatur Scheneid. par. 12. num. 91. (quamuis vterq; ab ea recedãt) Borcolt. cap. 8. num. 52. & hanc vti magis communem ſequitur Mozz. de feud. tit. fin. num. 152. & crebiori calculo approbatam dicit, & ſequitur Hannett. in comment. ſuis lib. 3. cap. 10. verſ. ſed feudo ſecundum &c. fol. 328. Hartman Hartm. in pract. obſeruat. tit. de feud. obſeru. 38. & 39. lib. 2. Miſyng. centur. 5. obſeru. 66. nu. 3. & ſeq. hanc rationibus munit, & ita hinc communiorem dicit, Iaſ. conſ. 176. num. 1. lib. 2. communem, etiam ſequitur Burſat. conſ. 91. num. 1. & ſeq. lib. 1. & conſ. 137. num. 57. lib. 2. Clar. in §. feudum, verſic. in propoſito, vſquè ad finem ex alijs hanc magis communem opinionem eſſe firmat, di-
5 cens, nam apud primum † Vaxallum poſt factam infeudationem non remanet, nequè directum, nequè vtile dominium, ſed ſolummodo quædam reliquiæ vtilis dominij, quæ tanquam modici momenti non attenduntur, ſed attenditur prima, & potior cã, quæ eſt dominium directum remanens apud primum Dominum, Matthæus Gribald. receptiorem quoquè teſtatur in comm. opin. lit. F. verſ. in alienatione feudi, & cum
6 verum ſit † primum Vaxallum feudum, quod à Rege tenet, ſine Regis aſſenſu alteri dare poſſe: abſurdum eſſet, ſi poſſet alteri permittere, quod in ſua perſona pro-
7 hibitum eſt, & ſi aliter † dixeris per indirectum feuda ſine conſenſu primi Domini alienarentur vtilitas Domini ipſo inuito minueretur, & euerteretur contra diſpoſitionem d. cap Imperialem de prohib. feud. alien. per Feder. & cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lotar. cum ſimil. dixi in conſ. meo
8 3. num. 2. & ſeq. Secundam opinionem † in alienatione ſubfeudi ſufficere aſſenſum Domini immediati ſubinfeudãtis comprobant, Bertrand. Capriol. in d. §. illud, per tex. ibi quem allegat Raynaud. ibid. num. 8. ita ſe conſuluiſſe refert, & Pronior in hac parte opinio videtur dubitari, ſe tamen fatetur

Affict.

Afflict. in cap.6. verſ. decimo nono nu. 16. in fine, & 18. verſ. ex quibus omnibus redèo, Eguinar. Baro in verſ. & ad illud Dominum ſuum in d.cap.Imperialem, ſ.illud, Camer.fol.71.lit.V. ibi ſecunda concluſio, eum ſeq. Zaſ.d.par.9. num.34. qui hanc re-
9 cipiendam eſſe putat, quia per † ſubuaxalli alienationem Dominus nõ incommodatur, cum primi Vaxalli morte, ſicuti ſubinfeutio, ſic & alienatio concedatur, vel alienatur, videtur ſentire Io: Faber.in ſ.adeo inſtit. de locat. tenet ex multis Hartman Piſtor.lib 2.qq.iur.part.2.quæſt.45.nu.13. 15. & ſeq. per totam. quem ſequitur Menoch. præſumpt.102.lib.3.num.10. & ſeq. & ita de conſuetudine obſeruari in Francia, teſtatur Caſſan. in conſ.66.n.11. Bertrand.Capriol.in cap.Imperialẽ, ſ.illud, vb. et Raynaud.de prohib.feud.alien.per Feder. niſi in manus mortuas, aut potentiorem alienaret hoc caſu omnium conſenſum requiri, & etiã ex rationibus comprobat Roſental.de feud. cap.9.concl.32.num.6.

10 Tertiam opinionem, vt aſſenſus † vtriuſquè ſcilicèt mediati, & immediati Domini requiratur, firmat Iſern. in d.cap.Imperialem verſ. verius putarem de prohib.feud. alien. per Feder.ibiq; Aluarot.n.14.& Præpoſ.n.4. iſtamq; ſententiam, tenet Ardizon. in ſua ſumma tit.quib.mod. feud. amiſſ. ſub rub. nunquid aſſenſus maioris, capit. 103. Sonsbech. part.12. num.92. in fine, & ſeq. Pariſ.de Put.de reintegrat.feud.cap.261.n.8. hoc dicit, ſed ſtatim Bald. opinionem ſubijcit in eandam ſententiam reſidet, & veriorem dicit Serader. de feud.part.8.cap.2 ſub limit.5 num.26. & hanc iure rectius defendi poſſe dicit Vvlteius de feud.lib.1. cap.10. num.63. ex multis Menoch.conſ.226. num. 158. & ſeq. vſquè ad num.186. rationes, & argumenta contraria refutans, latè Fritia de ſubfeud.in different.feud.quatern.& feu. plani, & de tabula num.6. Camill. de Curt. in diuerſ. iur.feud. cap.5. numer.115. dicit
11 communem eſſe opinionem: quia † agitur de intereſſe vtriuſq. argum. l. fin. C.de Author. præſtan. cap. ad hæc in fine de offic. Archidiacon. cum alijs ibidem per gloſ. lit. C. alias ſolus Baro concedendo poſſet facilius Baroniam diminuere in præiudicium Regis, & iterum Bald. in l. ſi permiſſere, C. ad Macedon. dicit, quod feudatarius feu-
12 datarij debet requirere aſſenſum † Regis primi Domini, quia pænes eum eſt ius principale, ſecundum Gulielm. de Cun. & pro hoc facit cap. Papæ Honorij incip. ſi contigat, ex quo à Papa determinatur aſſenſum vtriuſque requiri, & quidem tutiſſimum nõ neceſſarium eſſe puto dicit Roſent.de feud. cap.9.concl.32.num.7. in fine, & gloſ. lit.D. allegando Laudenſ. in d. cap.Imperialem n. 21. & Caſſan. vbi ſup. Vvlteius cap.10.n.63. verſ. ſanè, & hoc poſtremum, &c. Tutius hoc eſſe, & ſic Vaxallo alienare volenti ſuadere ait, & in opinione, quod vtriuſquè requiratur aſſenſus, cum cauſam habeat à Domino proximo, cauſam illam antecedat rei origo, quæ eſt à Domino ſuperiore, nihil cauſæ eſt, cur non æque Domino ſuperiori, atquè inferiori reuerentiam, atquè fidelitatem debeat, & Camill. de Curte in dict. ſuo diuerſ.iur.feud.part.2.cap.5. nu. 106. vſquè ad num. 115. poſt multa in hanc eandem opinionem, vt vtriuſquè requiratur aſſenſus, reſidet Camer. in d. cap. Imperialem fol.73. lit. C. & dixi in d. meo conſ.3.nu.3.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXXVII.

THEMA.

Feudum quaternatum ſimpliciter cum aſſenſu ſolius Regis alienari, & de eo tractari poteſt, quaternatum ſecundum quid, cum aſſenſu vtriuſquè, ſcilicet Regis, & Baronis, planum & de tabula ſolius Baronis. Aſſenſus cõmunis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quaternatum ſimpliciter ſolius*
2 *Regis requiritur in diſpoſitione aſſenſus.*
3 *Feudum quaternatum ſecundum quid, eſt quando tenetur à Rege ſub Barone vtriuſquè requirit aſſenſum.*
3 *Feudum planum, & de tabula, vt quando à ſuo feudo principali dependet, & Baro ſubinfeudare ſolet aſſenſus Baronis, ſufficit.*
4 *Rex concedendo, Baroniam alicui ponit eum in ſuum locum, & reſpectu ſubuaxallorum directum ius habent.*
5 *Barones reſpectu Vniuerſitatis Regni ſunt vtiles Domini reſpectu rerum, & feudorum particularium ſub illo feudo ſunt directi Domini.*
6 *Barones reſpectu ſubfeudorum directi Domini ſunt.*

INter alias feudorum ſpecies tres ſunt,
vz. feudum quaternatum ſimpliciter eſt
quod in capite à Rege tenitur aliud feudũ,
quod quaternatum ſecundum quid dicitur,
eſt quãdo à Rege ſub Barone, vel alio tene-
tur, aliud verò feudum, quod planum & ſe-
cundum tabulam, ſiuè ruſticum nuncupa-
tur, quod à ſolo Barone tenetur de ſin u-
1 lis differendo in feudo, † quod ſolum à Re-
ge tenetur, & ſimpliciter quaternato, aſſen-
ſus ſolius Regis requiritur, & de hoc non
eſt dubium, vt ex Iſernia, & alijs firmat Ca-
mer. in cap. Imperialem de prohib. alien. per
2 Feder. fol. 72. lit. M. in feudo † quaternato
ſecũdum quid, quod à Rege ſub Barone te-
netur de ipſo in diſponendo aſſenſus vtri-
uſquè requiritur Regis, ſcilicet & Baronis,
ex adductis per eumdem Camer. d. fol. 73.
lit. C. & ex alijs dictis in præcedenti Dilu-
3 cidatione in tertia opinione, feudum † verò
planum & de tabula, ſiuè ruſticum, quod à
ſuo principali feudo dependet, & ſubinfeu-
dari à ſolo Barone ſolitum eſt, ſicut in feu-
dis Vniuerſitatis, Regni Ducatus, Marchio-
natus, Baroniæ, &c. non dubito quin in il-
lorum alienatione ſolius proximi Domini
conſenſus requirendus ſit, & ſufficit hac ra-
4 tione, quia † Papa, Imperator, ſiuè Rex,
Vaxallum Ducem, Comitem, vel Baronem
in ſuum locum ſuffeciſſe, & poſuiſſe, & re-
ſpectu iſtorum ſub Vaxallorum directum
ius tribuiſſe videtur, & iſti Duces, vel alij,
qui Regem Ducatus, & alia à Dominis ſu-
5 premis accipiunt reſpectu vniuerſi Regni,
ſiuè Ducatus, vel alterius ſunt Domini ſal-
tim vtiles, ac vtile conſequuntur dominiũ,
& reſpectu rerum, & feudorum particula-
rium, & ſingularium ſub illo Regno Duca-
tu, vel feudo contentarum, & contentorum,
etiam directi Domini dicuntur, & habentur,
vt per Iſern. in d. cap. Imperialem num. 9.
vbi Aluarot. num. 14. in princ. Præpoſit. nu.
4. de prohib. feud. alien. per Feder. Lauden.
in c. 1 §. fi. ſi vaxall. feud. priuat. cui applice-
tur Bal. in l. 1. cap. vnde cognati, latiſſimè
diſputat de hoc præpoſit. in cap. 1. num. 3.
in princ. de inueſtit. de re alien. fact. vbi in
fine diſtinguit, (vt ſi prior non tantum Re-
gni, ſed & rerum particularium Ciuitatum,
&c. fuerit earum rerum particularium Do-
minus ſit, secus eſſet) ſequitur Iacobin. de
S. Georgio in §. dictiquè Vaxalli num. fin.
& Curt. iun. part. 1. quæſt. 6. num. 9. ſubdens
(tñ per ea, quæ Alex. poſt Roman. in l. 1. c.
vnde legit. vel cognati) Capyc. in inueſtit.
feud. cap. feudorum dominia col. 4. verſ. li-
mitatur quarto fol. 78. & verſ. limitantur
prænarrata, &c. fol. 168. & ſeq. Laurent. Sil-
uan. in tract. de feud. recognit. quæſt. 101.
nu. 2. Vvſembech. cap. 94. allegat Euerard.
in loc. legal. loc. de tanquam, ſeu reſpectu
in 29. ampliat. Hartman Piſtor. lib. 2. qq. iur.
part. 2. quæſt. 45. nu. 13. Scrader. par. 8. cap.
2. num. 26. verſ. vel niſi primus Intrigliol.
in ſuo tract. de feud. quæſt. 1. num. 14. Mi-
nad. in Conſtit. in aliquibus not. 4. numer.
30. Præſ. de Franch. deciſ. 131. num. 5. Pan-
cirol. conſ. 185. n. 10. Hartman tit. de feud. 54.
obſeru. 39. lib. 2. Iaſ. in l. ſi ſeruus hæredis
num. 9. ff. de leg. 1. & in l. 2. §. contrario n.
79. & ſeq. ff. de acquir. poſſeſſ. arg. l. 1. §. pro
hanc l. 2. ff. de rei vendic. Cæphal. conſ. 307.
6 nu. 67. Natt. conſ. 159. nu. 29. lib. 1. Ita † de
feudo plano, & de tabula Baronis Regni
Camerar. Iſern. imitatus in d. cap. Impe-
rialem fol. 71. lit. Y. verſ. ſecunda concluſio,
& ſeq. & cum hac opinione tranſit Afflict.
in deciſ. 343. num. 1. Alex. conſ. 2. num. 9. lib.
1. conſ. 1. num. 40. lib. 5. Petr. conſ. 514. num.
30. Gozad. conſ. 10. prima, &c. num. 7. Paul.
de Caſtr. conſ. 34. ſuper primo p. 2. Iaſ. conſil.
70. col. pen. circa princ. verſ. confirmo etiã
lib. 3. & conſ. 8. inter conſ. Bruni, num. 53.
Curt. Sen. conſ. 73. ſuper memorata in quin-
to dubio Natta conſ. 159 num. 29. lib. 1. Cæ-
phal. conſ. 307. num. 67. lib. 3. Roland. à Vall.
conſ. 1. in præſenti cauſa num. 48. 50. & ſeq.
lib. 3. vbi multos citat, communem teſtatur
Emanuel Soares in Theſaur. recept. ſentẽt.
lit. F. num. 86. Roſental. de feud. cap. 9. cõcl.
32. in gl. lit E. Fritia lib. 2. de ſubfeud. de au-
thorit. Baron. num. 4. Pariſ. de Put. capit. 90.
num. 7. Cumia in cap. ſi aliquem, verſ. ſub-
feudatarium num. 10. & ſeq. ſicut de hoc
Regno, quod à Romano Pontefice cogno-
ſcuntur, vt in fine teſtatur Iſern. in dicti
cap. Imperialem num. 8. Præpoſit. in cap. 1.
in princ. num. 3. de inueſtit. de re alien. fact.
Bal. in d. l. 1. num. 1. verſ. & eſt argumentũ
& ibidem Decius; l. vnde legit. vel cognati,
Laudenſ. in cap. vnico In fine ſi Vaxall. feud.
priuet, &c. Iacobin. d. verb. dictiquè Va-
xalli promiſerunt recognoſcere in fine, Ca-
pyc. d. loco, vbi ad contraria Romani, &
aliorum reſpondet, & Iaſ. in dict. l. 3. §. ex
contrario num. 78. ff. de acquir poſſeſſ. Fœ-
lin. in cap. quæ in Eccleſiarum nu. 69. verſ.
ſexta declaratio de Conſtit. Hoſtienſ. in
ſumma de feud. §. quod ius acquiritur, gloſ.
in d. loc. num. 6. Camer in d. cap. Imperialẽ
fol. 542. & 577. Alex. d. conſ. 1. num. 40. lib. 5.
Emanuel Soares in Theſ. recept. ſententia
in verſ. feudum num. 86. Parif. conſ. 1. num.
99. lib. 1. Roſental. d. cap. 9. concl. 32. in glo.
lit. F. Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. cap.
pen. num. 17. & ſeq. & diximus ſup. part. 1.
concl. 20.

concl.20. & de alijs dominijs Germaniæ, & aliorum locorum Duces ipſorum recognoſcunt ab Imperatore, vt teſtatur Hartman Piſtor. part.2.lib.2. queſt.45. num.15. Borcolt.in reper. cap.vnic. quæ ſint Regal. & præcir. Doctores, & alij per Roſentalem d.cap.9.concl.32. in gloſ. lit. G.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXXVIII.

THEMA.

Prælatus feuda ſeparata, & adminiſtrationem à Capitulo habens, Vaxallo alienanti conſentire poteſt, dummodò ius Eccleſiæ in nullo, vel in modico lædatur, ſed ſi cum conſenſu Capituli cõtrahit ſucceſſor ratum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi, & Prælati poſſunt feuda conſtituere, & dare.*
2 *Epiſcopus feuda ſolita ſine conſenſu Capituli concedi, concedere poteſt, dummodò Eccleſia non lædatur.*
3 *Epiſcopus, ſi cum Capitulo concedit alienationem, & emptorem tutiſſimum facit.*
4 *Prælatus, cum conſenſu Capituli contrahẽs ſucceſſor ratum habere tenetur.*
5 *Capitulum, & Eccleſia non moriuntur, ſic qui ab eis habent cauſam.*
6 *Prælatus, ſi ipſe ſolus habet adminiſtrationem, poteſt abſquè Capitulo concedere.*

1 ARchiepiſcopos, † Epiſcopos, & Prælatos poſſe feuda conſtituere, & dare
tam diximus, & fundauimus ſupra hac par.
quartæ Dilucidat.6. & proinde in alienatione
feudorum ab ipſis, vel à ſuis prædeceſſoribus
facta, ſi ſine Capituli conſenſu ab
ipſis, vel ab eorum predeceſſoribus ſolita
fuerint, vel ipſi ſoli adminiſtrationem ſine
2 Capituli cõſenſu habent † ipſi ſoli, & emptorem,
vel Vaxallum recipere poſſunt, abſquè
Capituli conſenſu, cum hæc ſint de concedi
ſolitis, per tex. in cap. 1. & ibi Nicol. de
Neap. & Iſern num.1. Bal.num.3. Aluarotus
num.16. Laudenſ.num.67. Iaſ. num.19.
& alij cap.1. Epiſc. vel Abbatem Blanc.cap.
8.num.10.lib.1. Panormit. Fœlin. poſt alios
Canoniſtas communiter in cap. ex parte,
vbi tex. eſt de feud. cogn. eamquè teſtatur
communem Curt. de feud.part.1.membr.2.
quæſt.1. per totam, & quæſt.2. in principio
Zaſ.part.5.num.47. Duaren. cap.5. num.4.
& cap.6. num. 4. & ſeq. Claud. Seyſell. in
rub.qui feuda dare poſſunt, Hannetton cap.
5. num.1. Sonbec. part. 6. in princ. Scheneid.part.3.num.26.
Vvlembec.cap.7.nu.5.
Bened. cap.6. num.19. communem, & veriorem
tenent Mozz. tit. de his, qui feud.
dar.poſſ.num.4. & 5. Scrader. part.4. cap.2.
num.16.concl.9.lib.1. de feud.cap.5. nu.24.
Bart. in Auth. qui rem num.4. cap.de Sac.
ſanct.Eccleſ. Panorm. in cap.1.num.11. de
reb.Eccles. non alien. Turzan.Reg.80.Dec.
conſ.329.num.15. Graſſ. conſ.142. num.22.
lib.2. eamquè teſtatur communem Michael
Graſſ.commun.opin.cap.2.quæſt.5.lib.2.Iul.
Clar. in §. feudum quæſt.13. num.6. Viu. in
verſ.emphytheuta priuat.num.3. ibi res ſolita,
&c. dicens hoc in practica ſeruari, ſicut
& Zaſ. vbi ſup. Gail.lib.2. obſeru. 161.
num.1. Bart.Socc.conſ.56.num.3.lib.2.Roland.
à Vall.conſ.1.num.83.lib.1.ac notoria
conſuetudine Germaniæ firmari dicit Gail.in
d.obſeru.161.num.4. Roſental. de feud.cap.
9.concl.31. num.2. Capyc. in inueſtit. feud.
cap. feuda dant, col. 6. §. ſexta concluſio
3 ſol. 141. Sed † & ſi Capitulum conſenſerit
puto emptorem eſſe tutiſſimum, quoniam
& hac ratione conceſſio feudi Eccleſiaſtici,
Eccleſiæ non dùm aperiri valet, præſertim ſi
poſſeſſor eius, id eſt Vaxallus ad hoc viuens
conſentiat, & tunc ſucceſſor Prælati ratum
habere tenetur Afflict. in cap.1. num. 6. qui
ſucc.dar.ten.tit.3. & deciſ.101. circa medium
citat ea, quæ ſcribunt Cardin. in conſil. 15.
verſ. ſed etiam alio capite, Io: de Anan. in
cap.fin. ne Prælat. Vic ſuas, &c. vbi tradit
4 quod ſi † Prælatus de reb.Eccleſ.cum conſenſu
Capituli contraxit ſucceſſor huic contractui
ſtare debet, refert, & ſequitur Io:
Borcolt. de feud. part. 7. in princ. num. 25.
Vvlteius cap.10. num.16. verſ. quod ſi vero
inueſtitus, &c. & ita reſpondit facultas
iuridica Lypſenſis conſ.apud Hartman Piſtor.q.iur.lib.2.part.2.
poſt quæſt.27. nu.15.
extante vbi num.24. idem ait eſſe, ſi Capitulum,
& Prælatus præfecturam ante euentum
conditionis alienaſſet, quod amplectitur
in eodem caſu Accademia Francofurtẽſis
in d.conſ.num.11. & ſeq. & idem Piſtor.
examinat d.quæſt.27.num.16. & ſeq. vbi &
5 num.25. ad contraria reſpondet † Capitula,
& Eccleſia non moriuntur, & Prælatus
fue-

ſucceſſor ab illo cauſam accipit, & putat Hartman Piſtor. d. loco nũ.36. & ſeq. idem eſſe, ſi ex poſt facto conſenſus Capituli, accedat. Vvlteius d.loco ſequitur, ex quibus comprobat Roſental. de feud.cap.6. concl.
6 16. in gl. lit. F. ſed quando ✝ Prælatus ipſe ſolus habet adminiſtrationem, quod agere poſſit, abſquè conſenſu Capituli, vt prædiximus, receptior eſt opinio Beluiſ.in d.cap. 1. Aluarot.ibid.num.16. Præpoſit. num.13. & 14. Bal.num.3. Affliċt.nũ.18. & 34. Iaſ. num.19. latè Picus num.16. & 17. & alij de his qui feud.dar.poſſ. Laudenſ. cap.1.num. 12. qui ſucceſſ.ten. tit.3. lib. 1. latiſſimè diſcutit Curt.d.quæſt.2.memb.2. per totam, per tex. in d.cap.ex parte, ibi (liberè, &c.) & ibi Andr.Barbat. ext.de feud.allegant, & conſ.vlt.Calderin. (licet ipſe Curt. num.8. cap.9.putat contrarium, etiam defendi poſſe) Claud.Seyſell.d.rub. qui feud. dar. poſſ. hanc eſſe communem, & approbatam Hãnetton. Vvſembech. Duaren. Mozz. Scrader.num.17. & Vvlteius dictis locis Zaſ. d. par.5 num.47. conſuetudine ſic communiter teneri aſſirmat, quod ſequitur Scheneid d.part.3. num 27. Sonsbec.d.part.6. num.4. Borcolt. d. cap.6. & Iaſ. communem dixit d.num.19. & Socc. conſ. 20. num.23. lib.3, hanc etiam ſequitur, & Gail.d.loco ſentit, & ſeruari teſtatur.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXXIX.

THEMA.

Feudum tenens à ſolo Prælato, ſi ei refutetur, poteſt Prælatus ipſe illud alteri conferre, etiam ſi iuraſſet inconſulto Pontifice non alienare communis, ſi vero tenet à Prælato, & Capitulo conſenſus, vtriuſquè requiritur communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quod à ſolo Prælato tenetur, ſi ei refutetur, vel aperitur, ipſe ſolus concedere poteſt.*

2 *Prælatus, ſi ſimpliciter iurauit bona Eccleſiæ non alienare, vel vltra formam ſolitam non alienat ſine alio conſenſu.*

3 *Prælatus iurans de nouo ſine ſuperioris conſenſu, ſolita tamen alienat, abſquè conſenſu.*

1 VAxallus, ✝ qui feudum tenet à Prælato Eccleſiæ, abſquè Capitulo adminiſtrante illud Prælato, reſtitutũ poteſt, & ipſe alteri infeudare, abſquè Capituli conſenſu per eaſdem rationes ſuperius dictas, & quod res ſint ſolitæ concedi, & Eccleſiæ apertæ reinfeudare poteſt, etiam ſi Prælatus iuraſſet inconſulto Pontifice non alienare, tex. eſt in cap. ex parte, & ibi communiter Canoniſtæ Abb. num.3. extra de feud. idem Abb. in cap. vt ſuper num.10. de reb.Eccleſ. non alien. Præpoſit. in d.cap.1. num. 13. & 20. & Vvlt. Bal. præſertim nu. 15. Iaſ.nu.11. verſ. redenndo, &c. qui feud. dar.poſſ. Duaren.cap.6. Borcolt.cap.6. nu. 19. Scruff. conſ.45. num.16. cent.1. Calder. conſ.11. tit. de feud. Roland. à Vall.conſil. 1.num.83. & ſeq. lib.1. Mozz. tit. vlt. de his, qui feud.dar.poſſ. Capye. in inueſtit.feu. cap.feuda dant col.5. §. Prælati Eccleſiarũ, & col. 2. §.ſexta concluſio fol.143. vbi plura ad hanc materiam adducit, dicit tamen Claud.Seyſell. in rub. de his, qui feud. dar. poſſ.part.2.reg.1.ampliat.2. diſtinguendum
2 eſt, vt hæc cõcluſio hinc procedat, ✝ ſi Prælatus ſimpliciter iurauit bona Eccleſiæ non alienare, vel non alienare vltra formam iuris, ſine ſuperioris conſenſu, in caſibus tamen alienare permiſſis, non eſt opus ſuperiorem conſulere, eiuſquè conſenſum habere, ſed ſi iuraſſet bona Eccleſię non alienare inconſulto ſuperiore, vel ſine eius licentia, quod tunc etiam in caſibus licitis ſine ſuperioris conſenſu alienare non poterit, quia hæc verba (ſine ſuperioris conſenſu) aliquid operari debent: addens ſic communiter concludere Doctores in cap. vt ſuper Panorm. Imol. & alios de reb. Eccleſ. non alien. certè Panorm. in d. cap. ex parte, num.5. Roland. à Vall. d. numer. 83. Scruff. & alij fere omnes, ea formula vtuntur, qua ego in Dilucidatione vſus ſum, nec reperiumquam alium, ita diſtinguentem aduertè, tex. in d.cap.ex part.2.de feud. in quo omnes fundamentum ponunt, omnes
3 loquuntur, vbi ✝ Prælatus iurauerat de nouo inconſulto Pontifice non infeudare, & eo non obſtante Pontifex reſpondit ſolitũ, liberè ſi videret expedire concedat, &c. & ſic propriè loquuntur, gloſ. & Canoniſtæ, & ſic explicat Dec. conſil.80. numer.1. & 2. maximè reinfeudare, quia reinfeudatio non eſt alienatio, ſed caueat tamen

auctis

auctis periurium Roſental.cap.4. concl.22. num.2. & in gl. lit. A. & c.9. concl.31.n.4.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXXX.

THEMA.

Feudum ſi in communi tenetur à Prælato, & à Capitulo in eius alienatione, & in reinfeudatione aſſenſus vtriuſq; requiritur communis.

Et quia breuis non opus illo Summario.

FEudum, quod à Prælato, & à Capitulo tenetur in alienatione aſſenſus, vtriuſq; requiritur, ſcilicet Prelati, & Capituli, Bald. in cap.1. num. 3. & vlt. Præpoſit. num. 14. Iaſ. in princ. de his, qui feud. dar.poſſ. Laudenſ. in d.cap.1 num.71. Curt. de feud. par. 2.memb.2.quæſt.2.n.1. & ſeq. Claud.Scyſel. in d.rub. de his, qui feud. dar.poſſ. & eſt de mente cæterorum Scrade.. d. part.4 cap. 2. num. 17. niſi conſuetudo contraria aliud permittat, & ex adductis ſupra in Dilucid. 47. vbi de feudo quaternato ſecundu quid quod aſſenſus vtriuſquè requiratur, & eſt communis Doctorum ſententia, & ibi diximus, & Roſental.d.cap.9. concl.31.num.5.

PARTIS OCTAVAE,

Dilucidatio LXXXXI.

THEMA.

Prælati eccleſiaſticas res, neceſſitate vrgente, vel vtilitate Eccleſiæ cum ſolemnitatibus, quæ ratione temporis requiruntur, & ſine infeudare poteſt. Communis.

SVMMVRIVM.

1 *ECcleſiaſtica res alienari, & infeudari prohibentur.*

2 *Eccleſiaſtica res neceſſitate vrgente de nouo infeudari poſſunt in commodum Eccleſiæ, etiam ſine ſolemnitatibus, etiam in potentiorem.*

3 *Infeudatio in fauorē Eccleſiæ ſemper valet.*

4 *Neceſſitas nō habet legem, & tanta occurrere poteſt, quod Prælatus poſſeſſiones magnas ſine ſolemnitatibus infeudare poteſt.*

1 REs Eccleſiæ † alienari prohibentur, & etiam infeudari tolo titu'o de reb. Eccleſ. non alienandis, & eſt pro regula, tamē neceſſitate vrgente de nouo infeudare poteſt, etiam omiſſis, aut adhibitis his ſaltim quæ ratione temporis adhiberi poſſunt ſolemnitatibus, & magna vrgente neceſſitate Eccleſiæ Prælatus, vt omninò, & celeriter Eccleſiæ neceſſitati cōſulatur infeudationes in potentiorem, etiam facere poteſt 2 omiſſis etiam ſolitis ſolemnitatibus ipſis ſolum adhibitis, quæ ratione temporis, & celeritatis adhiberi poſſunt, Iacob. de Beluiſ. in c.1. de his, qui feud.dar. poſſ. Præpoſit.num.13. Laudenſ. ibidem, & alijs Curt. d.part.2.quæſt.2.num.3. Claud.Seyſell. latè Doctores in rub.qui feud. dar. poſſ.fol.269. vbi plures allegat, Zaſ.part.5.num 57.Scheneid.part.3.num.48. facit tex. in cap.ad noſtram, & ibi Doctores de reb. Eccleſ. alien. vel non. Scrader.part.4.cap.2.num.14. & ſeq. Roſental. de feud.cap.4.concl.20. & in
3 gloſ. lit. C. Et † infeudatio in fauorem Eccleſiæ ſemper valet, vt infeudatus contrauenire non poſſit, maximè quando ſit ex
4 neceſſitate, quia † neceſſitas non habet legem, cap. breuitati de iure iuran. Afflict. in d.cap.1. in princ. num.20. de his, qui feud. dar. poſſ. vbi poſt Archidiacon. in capit. liberati eius initij ſeruando 12. quæſt. 2. ait tamen incidere poſſe neceſſitatem, vt Prælato ſine conſenſu Capituli liceat magnas poſſeſſiones Eccleſiæ infeudare, quo caſu dicit ibidem ſecundum Bald. num.13. ratificatio ſubſequi debet, & hoc ſequitur Curt. in part 2.memb.2.quæſt.2. nu.3. Zaſ. part.5. num.57. Claud. Seyſell. d. loco fol. 269. Scheneid.part.3 num. 48. in fine, Roſental. vbi ſupra in gloſ. lit. D. & latiùs ex multis cap.4.concl.18.num.2. in gloſ. lit. B.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXXXII.

THEMA.

Prælatus ſine ſolēnitatibus ſuo Capitulo infeudare poteſt, cum legitima

gitima cauſa, quod ſublimitatur ſi ante iuditium, Vaxallus defectum ſolemnitatum oppoſuerit communis.

Et deſeruit pro Summario.

IAſ. in capit. 1. num. 15. de his, qui feud. dar. poſſ. arguit Prælatum, etiam ſine ſolemnitatibus Capitulo ſuo infeudare poſſe, ſed Claud. Seyſell. in d. rub. qui feud. dar. poſſ. fol. 269. ait, ſi cauſa legitima adſit alias conſenſum ſuperioris requiri Præpoſit in d. cap. 1. qui feud. dar. poſſ. col. 7. quod ſublimitandum videtur, ſi Vaxallus ante iuditiũ, vel conſumatum defectum ſolemnitatibus opponat, vt poſt multos in alienatione rei Eccleſiæ minorum, &c, receptum eſſe tradit Pinellus in l. 1. part. 3. num. 33. verſic. & tamen intellige, C. de bon. matern. & Maſcard. de probation. concl. 75. num. 11. verſ. hoc tamen intellige, &c. lib. 1. tunc etiam non eſt e ectio perſonæ priuilegiatæ volentis actum ſubſtinere in vtilitatẽ, vt pulchrè voluit Bal. in cap. 1. col. 3. verſ. capio primã gloſam de præſcript. ſequitur Io: Lup. in repet. rub. de donat inter vir. & vxor. §. 68. col. 1. verſ. ex iſtis infertur, Pœlin. in cap. cauſam num. 9. de iudic. etſi eſſet feudum, quod finiretur morte indiſtinctè Prælatus poteſt reinfeudare ſine ſolemnitatibus, vt probatur in cap. 1. de controu. inter Vaxal. & Epiſcop. & ibi notat gloſ. fin. & Doctores, ac ponit Odofred. in ſumma tituli, qui feud. dar. poſſ. in reb. limit. 8. fol. 183. firmat Claud. Seyſell. ac Roſental. de feud. cap. 4. concl. 2. num. 7.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXXXIII.

THEMA.

Prælatus ſanguine coniunctis equæ idoneis, ſolita concedi infeudare poteſt, etiam ſine ſolemnitatibus communis.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus res ſolitas concedi ſine ſolemnitatibus ſanguine coniunctis infeudare poteſt.*

2 *Prælatus poteſt ſuis coniunctis ſanguine, & amicitia res Eccleſiæ reinfeudare, ſi non ſunt ſuſpecti.*

3 *Pontifex Summus, quod vni dari ſolitum eſt, poteſt dare duobus.*

4 *Prælatus dans, ſicut in prima conceſſione, & eiſdem qualitatibus & dat coniunctis, non intelligitur Eccleſiam lædere.*

1 PRælatus,† de rebus reinfeudari ſolitis, etiam ſolemnitatibus cognatos, ſibi cõiunctos ſanguine inueſtire poteſt, & ſi in hoc variæ ſunt opiniones, quas latè proſequitur Curt. in cap. 1. vol. 6. qui feud. dar. poſſ. & ibi Iaſ. col. 5. in 5. limit. regulæ affirmatiuæ gloſ. in cap. 1. verſ. Archiepiſcopos in tit. qui ſucceſſ. ten. & in cap. 1. §. 1. verſ. hæc omnia in tit. ſi de inueſtit. inter Dom. & Vaxall. lis oriat, tenent, quod non, per tex. vbi videtur caſus expreſſus in Authen. quibuſcunquè modis, C. de Sacroſan. Eccleſ. facit bonus, tex. in cap. peruenit, cum glo. 1. quæſt. 3. vbi inueit contra Prælatos cecos, qui eos quærunt ditari de bonis Eccleſiæ facit etiam quod vult Archidiacon. in cap. 1. non liceat Papæ 12. quæſt. 2. quam opinionẽ ſequitur Capriol. in d. cap. 1. in fine col. 1. qui ſucceſſ. ten. ibiquè Laudenſ. cum aliquibus, tamen limitationibus, eamquè opinionem videtur tenere Bart. in d. Auth. tamen opinionem ex d. Auth. quibuſcumquè modis, debet procedere in economis, vt litera cantat & contrariam opinionem, &
2 quod † Prælatus poſſit ſuis ſanguine, & amicitia coniunctis ſubinfeudare, dummodò non ſint ſuſpecti, ſed equæ idonei honeſti, & Eccleſiæ non magis, quam alijs onerofis, firmauerunt Iacob. de Bellouiſ. in d. cap. 1. qui feud. dar. poſſ. quem ibi ſequitur Bald. circa med. num 6. ibiquè Præpoſit. num. 15. & num. 20. latè Iaſ. num. 19. vbi hoc aſſerit magis commune dogma, vt etiam Imol. in cap. vt ſuper de non alien. reb. Eccleſ. Bal. & Aluarot. in cap. 1. num. 7. ſi de inueſtit. inter Vaxll. & Domin &c. Curt. iun. par. 2. memb. 1. quæſt 7. per totam num. 1. & magis communem aſſerens, Claud. Seyſell. in d. rubr. qui feud. dar. poſſ. part. 2. reg. 1. ampliat. 5. §. quinto, amplia regulam 9. fol. 194. vbi multa de hoc communem affirmat Paulus Picus in d. cap. 1. num. 3. de his, qui feud. dar. poſſ. Hannetton. cap. 5. lib. 1. Duaren. cap. 6. num. 5. Ripa in tract. de Peſte cap. 2. de 5c. med.

Digitized by Google

med. pe rſeruat, num.170. vt allegat Clarus
hanc doctrinam communi voto receptam,
aieus in §.feudum quæſt.13. Zaſ.part.5. nu.
51. & hoc probat Scheneid.part.3. num. 40.
& ſeq.Michael Graſſus lib.2.cap.2.quæſt.5.
ex magis recept. Feder.à Senſ.conſ.52.qui-
dam Prælatus,&c. Bal. in l.1.quæſt.25.nu.20
ff. de rer. diuiſ. Mozz. tit. de his; qui feud.
dar.poſſ.num.4. Scrader part.4.cap.2. num.
18. Vulteius cap.5. num. 14. Hartman. Pi-
ſtor.lib.2.quæſt.27.num.29. Soares in The-
ſaur.recept.ſentent. lit. F. num.85. Zabarel.
conſ.34. circa primum in fin.num.3. Signo-
rol.conſ.214. Ioan.Iacob.de Leonard. inter
conſ.Brun.conſ.114.num.423. vbi nu. 419.
3 admittit, (quod † Pontifex, etiam vni dare
poſſit, quod caſu ſolitum dare duobus)Ro-
land. à Vall.conſ.1. num.84. lib.1. Bercolt.
cap.6.num.31. Miſyng.obſeruat.47. centur.
5. Conſuetudine Germaniæ, quod cognatis,
& affinibus debet ſuffragari communi huic
opinioni, & hanc conſuetudinem inoluiſſe
concedit Afflict. in cap.1. num.41. qui ſucc.
ten.tit.3. lib.1. hanc veriorem, & magis re-
cepta teſtatur Menoch.conſ.39.nu.19.lib.1.
Alciat. reg. 1. præſumpt 29. adducitur pro
hac parte, tex. in cap.dilecti de præben. in
6.à ſimili in d.Auth.quibuſcumq.Claud.Zaſ.
Scheneid.& alij in illa ſolutione, quod ſolũ
in œconomo procedat, vt eius litera docet.
5 aliud ſit in Prælato reſidens,† & cum recipit
cognatus ijſdem qualitatibus,& conditiona-
libus, quibus facta erat prima, tunc non di-
citur Eccleſia lædi, Aluarot. in cap.1.de in-
ueſtit.num.7.& ibi Rauenn. Iaſ. in d.cap.1.
num.17. Fic. nu.43. de his; qui feud.dat.poſſ.
Curt.Claud.Scheneid. Graſſ. & Mozz. dictis
locis, & Roſental. dict.cap.4. concluſ.23. in
gloſ. lit. A.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXXXIV.

THEMA.

Prælatus ob exceſſum à prælatura remouendus, & feudum tempore prædeceſſoris apertum reinfeudare poteſt, ante tamen accuſationem ſuam. Communis.

Quia breuis non opus alio Summario.

BAl. in titulo hic poteſt eſſe titulus, qui ſucceſſ.Sen. hanc quæſtionem tangendo quærit, quid de Prælato, qui eſt dignus depoſitione, & tamen non dum eſt accuſatus, vel inquiſitus, an valeat conceſſio per eum facta, & determinat, quod ſic, allegans Io: And. in cap.qua propter col.7. de alien. in nouell. & ſequitur, vbi Bal.num.8.Laudenſ. per cap. in noſtris de conceſſ. præbend. eodemquè tit. qui ſucc. teneantur, ſequitur Aluarot.circa finem num. 6. & Dom. Card. ibi in penult.quæſt. num.3. allegat notata in cap. inter dilectos de exceſſ. Prælat. & in c. nonne, 8. quæſt.4. & per Archidiac. in cap. Sacerdotes,2.quæſt.8.& Doctores omnes in cap.cum non liceat de præſcript. Curt.iun. part.2.memb.1.quæſt.25. Zaſ.part.5. nu.45. Iaſ. in l. ſi Vrbana num.9. ff. de condit. in deb. Scrader.d.part.4.cap.2. num.18. verſic. tertio hoc ampliatur Claud. Seyſell. in dict. rub. qui feud.dar.poſſ.part.2.reg.1.limit.12. verſ. hanc quæſtionem fol.259.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXXXV.

THEMA.

Prælatus quilibet, cum ſolemnitatibus in alienatione neceſſarijs, feuda conferre, & infeudare poteſt. Communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *PRælatus quilibet res Eccleſiæ cum ſolemnitatibus alienare, & infeudare poteſt.*
2 *Abbatiſſa res Eccleſiæ infeudare poteſt.*
4 *Prælatus in rebus Eccleſiæ alienandis vltra ſolemnitates probare debet neceſſitatem, & vtilitatem Eccleſiæ.*

ETſi res Eccleſiæ alienari prohibentur,
1 tamen † adhibitis ſolemnitatibus, vt
ſit vtile expediens, & neceſſarium Eccleſiæ,
& alijs requiſitis omnes Prælati Eccleſiaſti-
2 cas res infeudare poſſunt, etiam † Abbatiſ-
ſa, quæ in adminiſtratione ſæcularium Ab-
bati æquiparatur, iuxta tex. in capit. 1. vbi

Alua-

Aluarot.num.9. Iaſ.num.6. de his,qui feud. dar.poſſ. Zaſ.par.1.num.49. cap.nona quadam de pen. & remiſſ. exiſtente Eccleſiæ vtilitate, & neceſſitate res infeudare, & ſic præter ſolemnitates requiritur neceſſitas, vel vtilitas in alienatione, probat text. in Clemen. 1. iuncta gloſ. de reb. Eccleſ. non alien. vbi omnes Canoniſtæ, Laudenſ. in cap. 1. nu.57. & 84. ac Petr. de Rauenn. ibidem de his,qui feud.dar.poſſ.facit, l. iubemus nulli cum aliquibus qualit.ſequẽt.C.de Sac.Sãt. Eccleſ. gloſ. in cap. 12. quæſt.3. Canoniſtæ in cap.1. & 2. de non alien.reb.Eccleſ.lib.6. Ioan. Blanc. in cap. 6. num. 9. & 10. lib. 1. Det.conſ.142.num.2 & 4. Miſynger.reſpõſ. 30.decad.3. Euerard.conſ.74. Curt. iun.cõſ. 39.num.2. qui addit ad hoc duos alios caſus & eam communem ſimiliter probat Villalopſ. iun commun.opin.lit.A.num.81.eamq. in iudicando ſœpius ſecutam eſſe, & ſeruatã in Conſ.refert, ipſamquè magis communem ac veriorem per plura probat Maſcard. cõcluſ.75.num.6.10. & 11. lib.1. de probat. & ante eum teſtatur Pinell. in l.1.part.3.num. 31. C. de bon.matern. & eſſe veram opinionem teſtis eſt Abb. in cap.1. num.17. de reſtit. in integr. Roland.à Vall.conſ.15.num. 16.lib.1. & conſ.33.num.12. eodem lib. vbi teſtatur, quod tractatus, cap.deſuper procedere debeat, ſicut & d.conſ.15.num.10.vnũ tamen ex communi ſufficere poteſt, Soccin. conſ.29. verſic.3. principaliter libr. 3. licet multi per Det. conceſti, in cap.quæ in Eccleſiarum num. 28. de Conſtitut. opinentur contrarium Rebuff. in tract. de decim. ſiue rerum Eccleſiaſt.alienand.num.34.verſ.nouus caſus eſt Pinell. vbi ſup.num.30.& Maſcard. in d.concl.75.num.7.8.& 9. tamen ex prædictis tot communibus opinionibus, & etiam decurſum prior opinio prçualere debet, ſcilicet puod Prælatus, cum ſolemnitatibus in rebus Eccleſiæ alienandis feuda cõferre, & infeudare poſſit à Dilucidatione 85. huc vſquè dicta procedunt de iure communis, Sed ſeruanda eſt paulina.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXXXVI.

THEMA.

Prælatus res Parui momenti, & modicas, vt prædium, aut veniolam, & infeudare ſolitas ſine ſolemnitatibus infeudare poteſt. Communis.

Quia breuis non opus alio Summario.

QVod Prælatus res modicas, vt prædium, & veniola, vel ſteriles, abſquè ſolemnitatibus infeudare poſſit Iaſ.in cap.1.nu. 23. & ſeq. de his, qui feud. dar.poſſ. Afflict. num.22. Curr. iun. part.2.princ. membr. 1. quæſt.21. Scrader.part.3.cap.2.num.5.verſ. ſimiliter Prçlatus, &c. non obſtante iuramẽto, quod inconſulto Summo Pontifice nõ infeudet Panorm. & alij in c. vt ſup. de reb. Eccleſ.non alien. per tex. in cap.terulas.12. quæſt.2. pro quo citat Feder. de Sen. conſ. 130. & ex alijs Roſental.cap.4.concl.20. in gloſ. lit. D, & quod res infeudare ſolitas, ſine ſolemnitatibus infeudare poſſit, eſt text. in capit. 1. & ibi Beluiſ. Nicol. de Neapol. Iſern.num.1. Bal.num.3. Aluarot. num.16. Laudenſ. num.67. & alij Epiſc. vel Abbatẽ Blanc.cap.6.num.10.lib.1. Panorm. Fœlin. poſt alios Canoniſtas communiter in capit. ex parte, vbi tex. eſt extra de feud.eamquè teſtatur communem opinionem, Curt. part. 2.memb.2.quæſt.1. per totam, & quæſt. 2. in princ. Zaſ.part.5.num.47. Duaren.cap.5. num.4. & d.cap.6.num.4.& ſeq. Claud.dict. rub. qui feud.dar.poſſ. Hannetton. capit. 5. lib.1. Sonsbech. part. 6. in princ. Scheneid. part.3. num.26. Vvſembech. cap.7. num.1. Borcolt.cap.6.num.19. communem, & veriorem teſtatur Mozz. tit. de his, qui feud. dar.poſſ.num.4.& 5. Scrader.part.4. cap.2. num.16.concl.9.cap.5.n.14. Bart. in Auth. qui rem num.4. cap.de Sacroſan.Eccleſ. Panormit. in cap.vt ſuper,num.11. de reb.Eccleſ.non alien. Turzan.reg.80. Det. conſil. 329.num.5. Grat.conſ.142.numer.22. lib.2. eamquè teſtatur cõmunem Michael.Graſſ. commun.opin.1.2.quæſt.5.lib.2. Iul. Clar. quæſt.13.nu.6. Viuius in verſ.emphytheota priuata num.2. ibi res ſolita dicens hoc in practica ſeruari, ſicut & Zaſ. vbi ſup.& poſt in d.cap.1.nu.19. Gail.obſeruat.161. num.1. lib.2.Bart.Socc.conſ.56.num.5.lib.2.Rolan. à Vall.conſ.1.num.82.& 83. lib.1. ac notoria Germaniæ Conſuetudinæ confirmari affirmat Gail.d.obſeruat.161. nu.4. lib.2.practicar.obſeruat.Roſental.d.cap.4. concl.25. in gloſ. lit.A.

PARTIS OCTAVAE.

Dilucidatio LXXXXVII.

THEMA.

Feudum ex Conſuetudine ſine aſſenſu alienari poteſt. Communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ex Conſuetudine ſine aſſenſu alienatur.*
2 *Feudum in quibuſdam locis ſine conſenſu Domini alienatur, quando laudemium, vel tertiaria ſoluitur.*
3 *Feudum ex pacto, & prouidentia cum aſſenſu Domini in præiudicium agnatorum alienari de Conſuetudine poteſt.*
4 *Conſuetudo pro lege habetur, & vim iuſſionis habet.*
5 *Conſuetudo alienandi feuda ſine aſſenſu in populo ſupremo, vel ſciente Imperatore inducta valet.*

1 Conſuetudine alicuius Prouinciæ, vel loci alicuius feuda ſine aſſenſu alienari dixerunt Beluiſ. Laudenſ. num. 3. Scheneh. num. 7. & Balzeran. num. 23. & ſeq. in prin. cap. 1. idem etiam Beluiſ. in §. Porrò, ac ibidem Petr. Corn. Nicol. de Neap. Rauenn. Scheneh. num. 4. & communiter Doctores acteſtante Aluarot. ibid. nu. 5. eod. tit. quali. olim feud. alien. pot. Rayner. in cap. Imperialem, §. habito num. 38. verſic. quæro, numquid per hoc, & ſeq. Afflict. ibid. nu. 6.
2 in quibuſdam † locis ait conſuetudinem eſſe, quod alienare ſine aſſenſu liceat, quãdo laudemiũ, vel tertiaria ſoluitur Schẽch. num. 2. de Conſuetudine Galliæ acteſtans de prohib. feud. alien. per Federic. Iacobin. de S. Georg. in verſ. & cum pacto de non alienando num. 17. verſ. hic pulchra cadit dubitatio Curt. iun. part. 4. nu. 110. Capyc. in inueſt. feud. verſ. feudorum diuiſiones, num. 29. limit. 2. Borcolt. cap. 8. numer. 75. recepriorem ſententiam dicit Hannetton. lib. 2. cap. 8. in fine fol. 314. & ſeq. Mozz. tit. fin. ex quib. cauſ. feud. amict. num. 146. & 159. Zaſ. part. 9. nu. 22. ex Petro Rebuff. in tract. circa Arbor. feud. col. 5. verſic. 5. (feudum Franciæ Conſuetudinem eſſe ait, & in Germania quoquè obtinere quamuis non laudet) Schench. part. 11. num. 94. & ſeq. Scrader. part. 8. de feud. alien. cap. 2. n. 54. limit. 12. num. 94. & ſeq. verſ. duodecimo feudum, &c. Caſſan. in Conſuet. Burgund. tit. desfiefs. §. 8. in princ. Vulteius de feud. lib. 1. cap. 10. num. 92. Intrigliol. in tract. feud. quæſt. 50. num. 77. & ſeq. & paſſim, poſt Guid. Pap. 297. Boer. deciſ. 204. num. 7. Petr. Iacob. in pract. rub. 59. num. 36. in additi, Hartman. in pract obſeruat. lib. 2. tit. de feud. 54. obſeruat. 37. in fine Maria. Fritia lib. 2. de ſubſeud. author. 1. ſection. 2. limit. 27. 29. & ſeq. Harem. Piſtor. lib. 2. par. poſter. quæſt. 41. nu. 32. & ſeq. ſic Gulielm. Rodean. in tract. de reb. Eccleſ. non alien. de caducitate ob rei alienationem nu. 13. fol. 513. & ſic de mente Speculat. tit. de locat. §. nunc aliqua quæſt. 125. verſic. de Conſuetudine, tamen quorum Curt. in cap. fin. ſect. 6. num. 2. de Conſuet. Faber. in §. item ſeruiana, verſ. quid de feud. inſtit. de action. ita reſpondit Bal. conſ. 19. incip. factum tale eſt. num. 6. verſ. ſurgit hic lib. 1. & Clarius cõſ. 38. incip. quidam nobilis per totum lib. 2. Dec. conſ. 208. num. 9. conſ. 445. num. 24. conſ. 686. nu. 4. & 6. conſ. 588. nu. 16. conſ. 605. 614. in cauſa feud. num. 4. & conſ. 680. Ruin. conſ. 82. num. 7. lib. 7. Pariſ. conſ. 13. actingendo, &c. num. 25. & multis ſeq. per duas integras colum. & conſ. 106. num. 29. lib. 1. Curt. iun. conſ. 157. num. 8. & conſ. 126. num. 7. & magis communis, neſcio tamen cur magis communis dicatur vbi, nulla communis eſt in contrarium, immò vix vllum oppoſitum teneat, ſed notandũ hoc aliquando, ita loqui ſolet Grauett. conſ. 241. num. 5. & conſ. 303. num. 5. Rolãd. à Vall. conſ. 2. num. 18. & conſ. 42. num. 21. lib. 1. & conſ. 55. ſiuè feudum, &c. num. 16. lib. 3. Io. Campeg. conſ. 2. inter conſ. Bruni num. 9. Decian. conſ. 34. num. 4. lib. 3. Seruff. conſ. 41. num. 11. cent. 1. conſ. 88. caſus, qui proponitur, nu. 10. cent. 2. & conſ. 74. quod prædictus, &c. num. 7. & 8. cent. 3. Burſat.
3 conſ. 49. num. 62. & num. 22. 23. 24. vbi † de Conſuetudine Mantuana feudum, cum aſſenſu Domini in præiudicium agnatorum alienari permictitur, idquè in feudo etiam ex pacto, & prouident. conſ. 3. nu. 47. lib. 1. Clarus, §. feudũ quæſt. 31. num. 21. communem eſſe tradit, poſt Curt. iun. d. loco Ant. Gabr. d. tit. de Conſuet. lib. 6. concl. 1. nu 8. & 10. idem in emphyt. Corbul. in ſuo tract. de emphyt. omnia, & cap. 14. ampliat. 35. num. 10. & limit. 32. & ampliat. 48. num. 2. & 3. & ſic Mediolani obſeruatur Roſent. in cap. 9. concl. 7. num. 5. & concl. 58. in gloſ. lit. A. quod verum eſt, cum conſuetudo pro lege habetur, dicit tex. in l. hoc iure, §. du-

Camilli de Laratha.

ctus aquæ, dum dicit ductus aquæ, cuius origo memoria exceperit iure conſtituti habetur, dum dicit vetuſtas, quæ pro lege habetur, & antiqua Cõſuetudo habet vim iuſſionis Imperialis,& tantum poteſt quãtum Imperator,cum cauſa,Iſern.in tit.quæ ſint Regal. in verſ. flumina nauigabilia col.2. verſ. item ducere aquam de flumine, & ex alijs Scruff.conſ.72.num.28. cent.
5 1. & talis † Conſuetudo feuda ſine aſſenſu Domini alienandi à Populo ſupremo, vel ſciente, & patiente Imperatore inducta valet per ea, quæ tradit Bart. in l. cunctos Populos,num.22. C. de ſumm. trin. & fide capt. notant communiter Doctores in l. de quibus, ff. de legib. Sonsbech.part.12.n.96. per cap.damnum, cap.ſcienti, & cap.qui tacet, de reg.iur.in 6. Caſſan.in conſuet.Burg. in concl. & approbat,Conſuet.Burg.in verſ. auctos pot. num.5. Roſental.d.cap.9.concl. 58. in gloſ. lit. D.

PARTIS OCTAVÆ.

Dilucidatio LXXXXVIII.

THEMA.

Ad Conſuetudinem contra legem inducendum decem, vel viginti anni requiruntur alij immemorabile tempus, ſi iura Imperij lederet, & induci poteſt, etiã quod feuda adiudicentur creditoribus, &c. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo annis decem, vel viginti inducitur.*

2 *Conſuetudo, vt inducatur tempus immemorabile eiſdem certũ dummodo bis incõtradictorio iuditio obtinuerint.*

3 *Conſuetudo actis continuis non inducitur, niſi ad notitiam Populi venerint.*

4 *Conſuetudo contra iura Imperij tempus immemorabile requirit.*

5 *Conſuetudinis tribuenda,nihil diſpoſitum eſt de iure feudorum,proindè diſpoſitis de iure communi ſtandum eſt.*

9 *Conſuetudo, vt feuda creditoribus, & alijs adiudicentur, induci poteſt.*

1 *FEudorum ſucceſſio in deſcendentes eſt in infinitum, etiam in fœminis non exiſtentibus Maſculis.*
2 *Feudorum iure communi Maſculi, & Fœminæ ſuccedunt, ſed Fœminæ Maſculis non exiſtentibus.*
3 *Feudorum ſucceſſio in Regno datur deſcendentibus, & Collateralibus ſi Patres ex vtroquè parte, ſiuè ab vno, cum prælatione*

tione ſexus, & ætatis in viuentibus ſpetialiter francorum iure.

4 *Fæmina, licet ſit poſita in Copula cum Maſculo non ſuccedit ſimul cum eo, ſed Maſculo deficiente.*

5 *Fæmina non eſt hæres, niſi in ſubſidium, ſiuè inueſtitura ſit facta pro vtroq; ſexu, vel pro Maſculis, & Fæminis, etiam ſi ſit pactum, quod fæmina ſuccedat, intelligitur ordine ſucceſſiuo.*

1 FEudorum ſucceſſiones † inter deſcenden-
tes in infinitum, per cap. 1. §. & quia
vidimus de his, qui feud. dar. poſſ. vtrobiquè
ſcrib. omnes Scrader. de feud. part. 7. cap. 5.
num. 1. & ſuccedunt Maſculi excluſis fœ-
minis, vltra dicta duo cap. habetur, etiam
in cap. 1. quemadmod. feud. ad fil. pertin. in
capit. an mutus, vel imperfectus, Iſern. in
cap. 1. verſ. ſed & Capitanei num. 5. de feu.
March. vbi etiam de feudo Auiæ paternæ,
maternequè, & in capit. s. cap. an Maritus
ſuccedat vxori in beneficio in cap. 1. num. 2.
de grad. ſucceſſ. infeud. & ex alijs, ac iuris
feudalis aſſioma eſſe, dicit Vulteius de feud.
cap. 9. num. 21. fol. 358. & de natura feud. eſſe
ſecundum Mozz. de accidental. feud. num. 6.
lib. 3. Menoch. conſ. 148. num. 2. & ex alijs
multis Roſental. cap. 7. concl. 15. in gloſ. lit.
A. & in tex. num. 2. quod intellige exiſtenti-
bus maſculis fœminæ non ſuccedunt in feu
2 dis, cum eodem communi iure † feudorum
maſculi, & fœminæ ad feudorum ſucceſſio-
nem vocantur, per cap. 1. §. filia vero de
ſucceſſ. feud. in d. cap. 1. §. quia etiam Epiſc.
vel Abb. & ita declarat Iſern. in d. cap. 1. de
his, qui feud. dar. poſſ. num. 15. verſ. vt in
Regno Siciliæ ſequitur Loffred. conſ. 1. num.
85. & de iure Regni per Conſtit. incip. in
aliquibus de ſucceſſ. fil. Comit. & Baron. ibi
(Patre mortuo tàm filios, quàm filias, pu-
beres, aut maiores, minores ad parentum
ſucceſſionem, abſquè ſexus diſcreptione vo-
cati, & præferri volumus Maſculos Fœmi-
nis,) & in Conſtit. vt de ſucceſſionibus legi-
tur (feuda à nobis in capite tenenti, vel ab
alijs filios, & Nepotes ex eis Pronepotes,
Trinepotes, & vſquè ad infinitum ex de-
ſcendenti linea, deſcendentes cuiuſcumquè
ſexus, ſiuè liberè, & abſolutè poſſe ſucce-
3 dere, ſeruata tamen prærogatiua, vt † Mu-
lieri Maſculus præferatur, nec non maioris
ætatis inter eos, qui viuunt in Regno ſpe-
cialiter francorum iure, ex Collaterali linea
venientes, vt Pater, ſiuè ex vtroquè paren-
te, ſiuè ex altero tantum,) vnde de iure cō-
muni feudorum, & Regni lege, ſiuè Con-
ſtitutione habemus feudorum ſucceſſionem
in deſcendentibus tàm Maſculis, quàm Fœ-
minis in infinitum eſſe, cum prælatione ſe-
xus, quod in Regno eſt clarum per dictas
Conſtitutiones, & per cap. conſiderantes, &
idem de communi iure feudorum, vt per
Iſern. & Loffred. vbi ſup Bald. in d. §. quia
4 etiam dicentem, licet † Fœmina ſit poſita
in Copula cum Maſculo, non tamen ſucce-
dit ſimul cum eo, ſed ita demum, ſi Maſcu-
lus non extat, & ſubdit, quod ibi copula, &
ponitur tàm in vim ordinis, quàm in vim
Copulæ, ſequitur ibidem Laudenſ. & Iacob.
in ſua inueſtitura, verſ. & Fœminis num. 50.
inde dicit Calderin. conſ. 4. tit. de feu. quod
quando feudum eſt conceſſum Maſculo, &
eius deſcendentibus Maſculis, & Fœminis,
Maſculis exiſtentibus Fœminæ non ſucce-
5 dunt, & quod † Fœmina non eſt hæres, niſi
in ſubſidium, dicit idem Bal. in cap. ſignifi-
cauit de reſcript. & nè dum quando eſt fa-
cta inueſtitura pro Maſculis, & Fœminis,
ſed etiam quādo eſt pro hæredibus, vtriuſq;
ſexus, ex eo deſcendentibus, tunc Maſculis
non exiſtentibus Fœminæ ſuccedunt, ita
Alex. conſ. 9. lib. 5. ſatis bene loquitur, &
probat, quod illa inueſtitura intelligitur fa-
cta ordine ſucceſſiuo, vt primo Maſculi,
deinde Fœminæ admittantur propter natu-
ram feudi, item ſi ex pacto conuentum ſit,
vt Fœmina ſuccedat, vt in eodem, §. filia
vero, vel ſi conſuetudo eam ad feudi ſuc-
ceſſionem admitteret, Roſental. de feud. c.
7. concl. 31. & ſeq. ex innumeris authorita-
tibus ſucceſſionem Fœminarū in feudis am-
pliat, & limitat, & non amplius inſiſto, quia
ex inueſtituris ſunt omnia reſoluta, dum
feuda conceduntur filijs, ſeu liberis vtriuſq;
ſexus, hæredibus ex corpore legitimæ de-
ſcendentibus, quod Maſculis non exiſtenti-
bus Fœminæ, eiuſquè deſcendentes Maſcu-
& Fœminę ſuccedunt cum prælatione ſexus
de iure communi feudorum, vt diximus, &
de iure Regni pro abſoluto teneo per dictā
Conſtitutionē in aliquibus, & vt de ſucceſ-
ſionibus, & eſt de mente, Iſern. in capit. 1.
col. 1. verſ. videtur aliud dici, de eo, qui ſibi
& hæredibus ſuis, Thom. de Marin. de ge-
ner. feud. cap. de feud. Fœmin. num. 27. vbi
concordatis opinionibus; & vtraquè prædi-
ctarum conſtitutionum Fœminas ad feudi
ſucceſſionem vocatas fuiſſe ex Iſern. & alijs
firmat, quod intellige ordine ſucceſſiuo, vt
diximus.

PARTIS

Digitized by Google

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XIV.

THEMA.

Filij naturales per reſcriptum Principis in ſpetie ad feuda ſuccedũt in feudis, ſed legitimati per ſubſequens matrimunium, etiam ſimpliciter ſuccedunt in feudis communis verior, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Filij naturales non ſuccedunt in feudo, etiam ſi ſint legitimati.*

2 *Filij naturales legitimati à Principe in ſpetie ad feuda ſuccedunt, idem & per ſubſequens matrimonium, vti ſi in matrimonio nati fuiſſent.*

3 *Filij legitimati per ſubſequentẽ matrimoniũ ſuccedunt, etiam ſi matrimonium fuerit putatiuum.*

4 *Filij legitimati per ſubſequentẽ matrimoniũ per omnia legitima natis comparantur.*

5 *Filij legitimati per ſubſequentẽ matrimoniũ aliqui reſtringunt ad natos ex Concubina in domo retempta, tamen tenent indiſtinctè, quod ſuccedant in feudis.*

1 Filij † naturales in feudis non ſuccedunt, etiam ſi ſint legitimati tex. eſt expreſſus in c. 1. §. naturales, ſi de feud. defunct. fuer.
2 controu. niſi ſint à † Principe expreſſe legitimati ad feuda, vt inquit gloſ. in d. §. naturales in verb. legitimi, & niſi per ſubſequentiam matrimonij ſint legitimati, ita quod illi non minus, quàm legitimè nati ad feuda admictantur, firmat Iacob. de Belloviſ. in d. §. naturales, Iſern. ibid. num. 7. & 8. Bal. num. 5. Aluarot. num. 8. copioſè Præpoſit. num. 4. quem ſequitur, ibi Petr. de Rauenn. Laudenſ. num. 4 Afflict. in 5. notab. num. 1. communem dicit concluſionem crebiorẽmquè teſtatur, & ſequitur Federic. Schench. num. 9. Balzaran, num. 9. in fine, & num. 13. Petr. Loriot. in verſ. feudum tit. de ſucceſſ. feud. num. 57. Curt. iun par. 3. memb. 2. num. 41. ex communi Zaſ. part. 8. num. 76. (etiam ſi matrimonium fuerit putatiuum num. 77. & ita omnes ſentire teſtatur Franc. Soneſech. part. 1. num. 72. etiam ſi ipſe diſſentiat) Hinnecton. lib. 2. cap. 2. in fine fol. 143. Borcolt. cap. 7. quemadm. feud. acquir. part. 2, num. 19. & latius num 38. & ſeq. vbi num. 50. contrarijs reſpondet, Pariſ. de Put. de feud. reinteg. cap. 130. per totum, & in Compend. ſuo ad Iſern. §. an naturalis legitimati per ſubſequentẽ matrimonium tit. 45. communem dicit Cannet. in extrauag. volentes §. ſed opere pretium eſt, ſect. 61. in princ. Duaren. in Comment. feud. cap. 11. num. 7. in fine Vvſembech. cap 6. num. 9. vbi ita quotidiè practicari, & ſententijs confirmari teſtatur poſt Scruff. in conſ. 1. nu. 17. centur. 1. Capyc. in inueſtit. feud. cap. ad feuda legitimationes col. 1. §. legitimatus per ſubſequentẽ, &c. cum ſeq. Hartman. Piſtor. lib. 2. q. iur. part. 2. quęſt. 41. num. 1. & per totam, vberrimè Caſſan. in Conſuet. Burgund. rub. 8. §. le Baſtard. 3. verſ. ab inteſtato nu. 2. & 5. Scrader. d. part. 7. cap. 5. de ſucceſſ. deſcendentium Maſculorum, lin. 2. num. 25. verſic. hoc tamen non procedit, Thom. de Marin. in tit. de feud. ex pacto, & prouidẽnouo num. 48. ita omnes ſentire, multos, ex communi, Mozz. in tit. de natural. feud. nu. 93. Scheneid. in epit feud. part. 6. cap. 3. de ſucceſſ. deſcendentium Maſculorum nu. 11. ita Iſern. originaliter decidiſſe, vt in dict. §. naturales, quem ibi communiter ſequũtur Doctores, & num. 14. ad contraria reſpondens. Plurimos quoquè in hanc ſententiam citat Vvlteius de feud. cap. 9. num. 93. verſi. etſi vero legitimatum, & in Camera Imperiali, & in Conſiſtorijs Ducum Saxoniæ deciſum, & ex alijs cõmunibus teſtatur, à qua in iudicando, & cõſulendo nõ putat eſſe reuocandum in fine d. num. 93. (licet num. 94. addit ſibi videri veritati Theoricæ magis conſentaneum, & quocumquè modò legitimati à feudorum ſucceſſione arceantur.) Intrigliol. in ſua centur. feud. quæſt. 9. nu. 261. & ſeq. facit, cap tanta, vbi Panorm. num. 7. & ibi addentes in lit. G. ac alij, qui filij ſint leg. t. facit, §. fin. inſtit. de nupt. cap. cum inuntis de election. & ibi Dec. num. 26. & alij Alex. in l. quod dicitur num. 24. ff. de verb. obligat. in l. ex facto, §. ſi quis Rogatus eius initij, num. 18. etiam communem dicit, vbi, Ripa num. 84. & 88. ff. ad Trebell. Iaſ. in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. Io. Rubeus in l. Titia ſeio, §. Imperator num. 46. ff. de leg. 1. Corrad. in l. pro parte nu. 14. ff. de ſeruit. Gulielm. de Cun. in l. quoties num. 14. ff. de reg. iur. Alciat. in l. ex pacto num. 7. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. & alios citat, & ſequitur, valens Foreſter. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtato lib. 1. cap. 29. num. 11. (vbi idem ſtatuit in emphytheuſi Eccleſiaſtica nu. 13. per prædict.)

Didac.

Digitized by Google

Didac. Couarru. in epit. 4. lib. decretal. rub.
de matrim. §. 2. tit. de illegit. & legit. nu. 33.
& 38. ex communi, latiſſimè Tiraquell. de
primogen. quæſt. 34. num. 54. vbi communē
aſtruit Duen. reg. 350. vbi pluribus modis
ampliat, & limitat communem dicit Nicol.
de Vbaldis in tract. de ſucceſſ. ab inteſtato
part. 1, num, 65. & ſeq. Boer. deciſ. 123. nu. 4.
Det. conſ. 155. num. 4. Iaſ. conſ. 168. nume. 6.
lib. 4. ex communi Bartholom. Socc. conſil.
5. in cauſ. Domini nu. 16. lib. 3. vbi ho ccom-
muniter dicit ſcribere Doctores, in cap. 1.
qui fil. ſint legit. Curt. iun. conſ. 136. num. 1.
& conſ. 52. num. 2. & conſ. 14. num. 11. Gu-
lielm. de Pern. conſ. 10. num. 15. & 17. Syl-
uan. conſ. 3. num. 49. Ruin. conſ. 92. de duob.
numer. 4. lib. 3. Pariſ. conſ. 13. de pluribus in
præſenti num. 44. ex communi, & conſ. 47.
circa dubia num. 5. lib. 3. Scruſt. d. conſ. 1. n.
17. centur. 1. inquiens ſecundum hanc ſen-
tentiam quotidiè conſuli, & ſententiari. Bal.
conſ. 129. ad euidentiam num. 1. lib. 3 Rom.
ſing. 542. tex. &c. vbi alios eleganter Rolād.
à Vall. conſ. 100. lib. 2. ita quoquè reſpon-
det Collegium iuridicum Ingolſtadiente in
conſ. quod Hartman. Piſtor. ſubijcit d. quæſt.
41. num. 25. affirmat ita crebrius receptum
Burſat. conſ. 10. num. 26. & ſeq. ex commu-
ni conſ. 17. num. 3. ex communi, & veriori
conſ. 18. num. 14. lib. 1. Menoch. conſ. 16. hāc
num. 4. receptam fatetur, quamuis in ſuo
caſu ab ea recedat, & conſ. 174. num. 13. lib.
2. Miſynger. centur. 5. obſeruat. 42. num. 2.
ita in Camera per Dominos aſſeſſores deci-
ſum, & magis communem eſſe acteſtans, &
4 quod † per omnia legitimè natis comparan-
tur iudicaſſe eandem Cameram, vt teſtatur
idem Gaill. num. 2. & 8. per totam obſer-
uat. 141. lib. 2. fatetur Ant. Gabr. lib. 6. com-
mun. opin. tit. de legitimat. concl. 1. num. 22
aſſerit veriorem, & communiorem nu. 13.
Iul. Clar. in §. feudum quæſt. 83. num. 4. Mi-
chael. Graſſ. lib. recept. ſent. §. ſucceſſio ab
inteſtato, quæſt. 19. num. 7. & lib. 2. commu.
opin. cap. 5. concl. 10. Emanuel Soares libr.
receptarum ſententiarum inteſtatus verſic.
legitimatus nu. 125. Bapt. Villalop. in cōm.
opin. verſ. legitimatus, num. 73. & ait Sche-
neid. d. loc. num. 13. in fine in Iudicio Ducum
Saxoniæ, ſecundum hanc ſententiam pro-
nuntiari, quod etiam teſtatur Piſto. d. quæſt.
41. num. 35. & hoc ſcio in cauſa ardua ob-
5 ſeruatum fuiſſe, & † quamuis quidam hoc
reſtringant cum Concubina, quæ affectione
maritali in domo retempta fuit contractum
vt per Bart. doctrinam in l. fin. ff. de arbitr.
tenet Ang. in §. illud in Auth. quib. mod.
natural. efficiatur legit. Bal. in conſ. 206. nu.
1. & 6. lib. 3. Curt. iun. communem aſſerit
conſ. 136. num. 9. Præpoſit Alex. in cap. tan-
ta num. 16. qui filij ſint legitimi, Socc. Ne-
pos conſ. 52. lib. 1. vbi etiam hanc commu-
nem eſſe teſtatur, & dicit, quod in ſpecie
contradictorem non habet, & alij quos re-
cenſet Cannet. d. loco num. 20. & ſeq. Tamē
alij contrariū indiſtinctè tenent, & expreſsè
diſtintione illa retempta, idem Cannet. dict.
loco in extrauag. volentes, §. ſed operæ pre-
tium ſect. 61. num. 22. & ſequenti, vſquè ad
finem, latè propugnans (poſt Nicol. de
Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtato nu.
61. Iaſ. conſ. 234. Io: Lup. in repetition. cap.
per veſtras, §. 1. de donat. inter vir. & vxo-
rem Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 10.
num. 23. Syluan. d. conſ. 3. num. 43. tanquam
veriorem tenendam eſſe dicit, num. 28 &
contrarijs reſpondet numeris ſequentibus,
& hæc approbata eſt, dicit Roſental. cap. 7.
concl. 18. in gloſ. litera A. vnde ex his ha-
bemus filium naturalem, ſiuè natum ex Cō-
cubina in domo retempta, ſiuè non per ſub-
ſequentem matrimonium legitimatum ad
feudi ſucceſſionem admictendum eſſe.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XV.

THEMA.

Filij, etiam ſi in articulo mortis, dū ſanæ mentis per ſubſequentem matrimonium legitimati feudorum ſunt capaces. Communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Filij omni tempore, etiam in mortis articulo, dummodo ſanæ mentis per ſubſequentem matrimonium legitimari poßint, & ad feuda ſuccedunt.*

2 *Filiorum legitimatio per ſubſequentem matrimonium debet eſſe ſine fraude.*

1 OMni tempore, † quo legitimatio per ſubſequentem matrimonium fit, etiā in mortis articulo, dummodo ſane ſint mentis filij taliter legitimati ad feuda admicti debent, firmat Sonsbech. de feud. part. 9. Vvlteius lib. 1. de feud. cap. 9. num. 93. verſ. vbi, & hanc vero fol. 502. ex multis comprobat

probat Bal. in d. §. naturales num. 10. & ibi-
dem Aluarot. num. 10. Rauenn. Præpoſit.
Affiict. num. 4. in princ. Balaaran. num. 13.
Affiict. num. 5. & 8. poſt Io. Andr. & Ant. de
Butr. in c. tanta, qui filij ſint legit. vbi Abb.
num. 3. Capyc. in inueſtit. cap. ad feud. legi-
timationes col. 2. §. & amplia etiam, &c. Bor-
colt. d. cap. 7. memb. 2. num. 48. in fine Sche-
neid. part. 6. de ſucceſſ. deſcend. ab inteſtato
n. 14. in fine, & ſeq. Tiraquell. in l. ſi vnquã
in verſ. ſuſceperit liberos num. 73. C. de re-
uoc. donat. Pariſ. conſ. 13. num. 68. vbi com-
munem, ac multis authoritatibus firmat, &
conſil. 13. numer. 35. & 44. & conſil. 15.
num. 3. lib. 2. quibus locis, etiam de commu-
ni teſtatur Scruff. d. conſ. 1. num. 22. centur. 1.
Burſat. de communi conſ. 10. num. 8. Intri-
2 gliol. vbi ſup. quæſt. 9. n. 263. dummodo † ſine
fraude fiat, poſt Cannett. in extrauag. volen-
tes, quæſt. 49. num. 56. & hoc multi in gene-
re, nulla feudorum mentione facta ſcribunt,
vt Abbas, & alij fere omnes in d. cap. tanta,
Iaſ. in l. ſed, & quæſitum num. 1. 5. & 10. te-
ſtatur communem, vt & Alex. in l. ſi quis
poſthumum. n. 4. ff. de lib. & poſthum. Ant.
Gabr. in tit. de legit. concl. 1. num. 18. lib. 6.
ex communi Graſſ. lib. 2. commun. opin. cap.
5. quæſt. 7. & Gaill. iudicatum refert, d. ob-
ſeruat. 141. num. 8. lib. 2. Couarru. contrarijs
reſpondens lib. 4. decretalium de nupt. rub.
matrimonium, §. 2. num. 10. licet aliqui con-
tra ſentiant, vt Cæphal. conſ. 276. num. 30. &
ſeq. & alij per ipſum citati, quod & Can-
nct. in extrauag. volentes ſectio. 62. ſed an
conſtitutus in mortis articulo num. 10. & 11.
& ſeq. deſenia prius contraria amplectentur
ſi in fraudem agnatorum, vel ex eo ipſo
præſumendam, vel probandam factam ap-
pareat Roſental. d. cap. 7. concl. 18. num. 3. &
in gloſ. litera D.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XVI.

THEMA.

Pater naturalis habens filios, duxe-
rit vxorem, ipſaquè mortua con-
trahens matrimonium, cũ Con-
cubina, filij antea ſuſcepti fiunt
legitimi, & feudorum capaces.
Communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 Filij nati ex Concubina mortua vxore, deindè capta, & Concubinam ducit in matrimonium filij, prius nati legitimãtur, & in feudis ſuccedunt.

2 Matrimonium ſoluti non impedit legitimationem prolis per ſubſequentem matrimonium.

3 Legitimatos in feudis non ſuccedente, ſi tex. & aliqui loquantur de naturalibus filijs qui poſt delatam ſucceſſionem fiunt legitimi.

4 Clerici, & Monaci non admictuntur in feudo delato ante dimiſſum habitum.

5 Legitimati per ſubſequentem matrimonium nõ dum Patri fiunt ſui, & legitimi, ſed & conſanguinei, & ius Agnationis, & Cognationis acquirunt.

6 Legitimati per ſubſequentem matrimonium ſuccedunt in feudo conceſſo pro filijs legitimis, ex legitimo matrimonio natis.

1 MAtrimonij vis † adeo eſt potens, quod
ſi quis ex Concubina liberos ſubſtu-
lerat, & poſtea aliam mulierem in vxorem
duxerit, eaquè mortua priorem Concubi-
nam in vxorem duxerit liberi ipſi per ſub-
ſequentem matrimonium legitimantur. &
in feudis ſuccedunt Zaſ. in epit. feud. part. 8.
nu. 10. Borcolt. part. 7. num. 49. dicens, quod
hæc eſt vera communis, & vſu recepta ſen-
tentia, & omnes ſcribentes, ita tenere
in l. Gallus, §. & quid ſi tãtum, ff. de liber.
& poſthum. Thom. de Marin. lib. 3. de feud.
ex pacto, & prouident, num. 48. Burſat conſ.
10. num. 9. lib. 1. & hoc generaliter de iure
communi tradunt Bart. in l. bonorum in
princ. num. 2. ff. rem ratam haberi de com-
muni teſtatur Ant. de Roſell. in tract. de le-
git. lib. tit. de cauſa matrimoniali n. 4. Duen.
reg. 350. num. 19. Couarr. ſup. 4. decret. rub.
de matrim. part. 2. §. 2. tit. de illegitimis, &
eorum legitimat. num. 18. Abb. in d. c. tanta
num. 3. Ang. in l. nuper num. 4. C. de natur.
liber. hoc præſupponit Bald. num. 6. & Iaſ.
num. 40. & 41. in l. quoties, C. de reiuendic.
Paul. de Caſtr. in l. Pomponius, §. quæſitum
ff. de acquir. poſſ. etiam communem dicit,
ibi Iaſ. num. 5. & in d. §. quid ſi tantum, nu.
93. 2. lect. Tiraquell. qui etiam hanc com-
munem pronuntiat in tract. de iur. primogen
quæſt. 35. num. 2. Ant. Gabr. d. tit. de legitim.
concl. 1. num. 14. de communi teſtatur, &
Michael Graſſ. lib. 2. comm. opi. cap. 5. quæſt.
2. ex communi Roſental. dict. cap. 7. concl.
2 18. num. 8. & in gloſ. litera L. † Matrimo-
niũ enim intermediũ non impedit legitima-
tionem

ſionem prolis per ſubſequentem matrimo-
nium, quod omnem maculam tollit, & hæc
eſt vera cōis, & recepta ſententia, Borc.c.7.
n.19. Vvlt.c.9.n.93. verſ. etſi vero ex multis
Roſental. d.concl.18.nu.8. Nec obſtat, quod
Sonsbech. de feud.part.9. num.72. & Hart.
3 in conſ.10.lib.1. per tex. in cap. vnic. ʃʃ. natu-
rales ſi de feud. defuncti, &c. tradunt per
ſubſequentem matrimonium legitimatos in
feudo non ſuccedere, nam tex. ille loquitur
de naturalibus filijs, qui poſt delatam ſuc-
ceſſionem fiunt legitimi illi in feudis non
4 ſuccedunt, ſic † etiam Clerici, & Monaci, li-
cet poſtea deſinant eſſe Clerici, & Monaci
in feudis non admictuntur, per tex. in cap.
vnic. ʃʃ. ex hoc illud deſcendit de feud. Fœ-
min. vbi ad literam dicit Clericum, nullo
modo in beneficium paternum debere, ſuc-
cedere, etiam ſi poſtea, quam habitum reli-
gionis aſſumpſerit, deſpoſuerit, & de Mo-
nacis, etiam ſi ad Monaſterium non tranſie-
rint ad feuda non admictuntur, eſt etiam
tex. in cap. vnic. de Vaxall. milite, qui arm.
bellie. depoſuer. quam vis allodialia tacito
iure Monaſterium ſequantur ex nouella de
Monacis, & ex alijs firmat Curt. in tractar.
feud. part. 3. in altero membro tertiæ part.
verſ. decimo. Principaliter quæro Duen. in
reg. 103. & quod illi, qui poſt delatam ſuc-
ceſſionem fiunt legitimi, in feudis non ſuc-
cedunt, dicit etiam Iacob. Cuiac. in d. ʃʃ. na-
turales filij, eaq; diſpoſitio magis mihi pla-
cet, quam aliorum, qui d. ʃʃ. naturales filij
accipi debere, tradunt de legitimatis per re-
ſcriptum Principis, cum tamen text. nihil
tale innuat, nec obſtat, quod legitimatione
integra ſuitas non opprimatur, ſed ex parte
Patris tantum, nouell. 89. nouella enim lo-
5 quitur de † legitimatis per ſubſequentē ma-
trimonium illi tantum Patri ſui, & legitimi
fiunt, ſed & conſanguinei fiunt liberis iuſtis.
& ius Agnationis acquirunt, nouell. 12. cir-
ca finem, vbi Iacob. Cuiacius notauit, vt di-
ctum eſt, & abſurdum non eſt hunc ſucce-
dere in feudo, ita nec illum: Deniquè nec
obſtat, quod ſimiliter abſurdum videatur ta-
citam legitimationem, quæ fit per matri-
monium plus operari, quam expreſſam, quæ
fit per reſcriptum Principis, nec enim legi-
timatio, quæ fit per ſubſequentem matri-
monium, tacita eſt legitimatio, ſed expreſſa,
6 adeò quod legitimati † per ſubſequentem
matrimonium tàm ex diſpoſitione legis,
quàm hominis in feudis ſuccedūt, & etiam
in feudo conceſſo pro filijs ex legitimo ma-
trimonio procreandis, ſiuè natis, volunt in
d. ʃʃ. naturales Ilern. num. 8. Laudenſ. nu. 9.
Afflict. in vltimo notab. num. 3. verſ. ego ve-
ro ſum. Vvſembech. cap. 6. num. 9. Clar. in
d. ʃʃ. feudum quæſt. 82. num. 4. & 5. de com-
muni Scrader. cap. 5. num. 21. Vvlteius cap. 9.
num. 93. verſ. ex eodem præſumpto verius
fol. 503. communem affert, & Borcolt. in d.
cap. 7. num. 51. & 52. reiectis contrarijs ex
multis firmat fol. 140. & ſeq.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XVII.

THEMA.

Filius legitimatus per ſubſequētem matrimonium, etſi ex priori matrimonio medio tempore natis multi dicunt, quod non procedat: Contraria opinio eſt magis verior, & magis communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per ſubſequentem matrimonium omni macula caret.*

2 *Matrimonium retrotrahitur ad tempus natiuitatis liberorum, & ante liberorum natiuitatem contractum cenſetur.*

3 *Legitimè natorum, quæcumquè dicuntur, eadem, & de legitimatis per ſubſequentem matrimonium dici debere.*

4 *Primogenituræ iure per ſubſequentem matrimonium legitimatus non ſuccedit in feudo, ſed primus in intermedio matrimonij.*

5 *Aſſtit. loquitur pro legitimato per reſcriptum Principis.*

6 *Legitimatus, non excludit ex priori matrimonio primogenitum, licet gloſa dubium faciat, & licet ei, non dum ius ſit quæſitum viuo Patre.*

7 *Legitimatio non trahitur retro in præiudicium alterius excepta legitimatione per ſubſequentem matrimonium.*

8 *Prædicta obtinere ſolum in legitimato, præterquam per ſubſequentem matrimoniū, & hæc eſt communior.*

9 *Legitimatus per ſubſequentem matrimoniū fit conſanguineus, & ius agnationis, & conſanguinitatis acquirit.*

10 *Legitimati per ſubſequentem matrimoniū nè dum pro legitimè natis habentur, ſed & om-*

quidquid de iure pro iſtis pro eis habentur.

11 *Contrahentes ad ius commune confirmaſſe cenſentur.*

12 *Legitimati per ſubſequentem matrimonium per omnia legitimè natis comparantur, & omnium beneficium legitimè natorum tales compares ſunt.*

13 *Legitimatio per ſubſequentem matrimoniũ tanta potentia eſt, quod operatur, etiam in praiudicium tertij.*

14 *Legitimatio per ſubſequentem matrimoniũ tollit ius quaſitum, quanto magis ius quarendum.*

15 *Alex. opinio contraria refellitur, & impoſita opinio eſt verior, & magis communis.*

16 *Opinioni ſecunda de rigore iuris inharendũ, ſed de aquitate, & conuenientia prima opinioni magis ſtandum puto.*

1 LEgitimatus † per ſubſequentem matrimonium omni macula caret, cum ſe-
quens matrimonium omnem abſtergit ma-
culam, cap. tanta, & ibi Canoniſtæ, qui filij
ſint legitimi Iaſ. in l. generaliter §. 1. num,
5 106, de inſtit. & ſubſtit. Iſern. in d. §. natu-
ralis num. 8. Præpoſit. num. 4. Afflict. in 5.
notab. num. 2. verſ. ſed contra iſtam, & pro
2 ſuis, & legitimis liberis habentur. † Matri-
monium enim retrotrahitur ad tempus na-
tiuitatis liberorum, ita quod matrimonium
contractum eſſe cenſeatur ante liberorum
natiuitatem, d. cap. tanta Roland. à Vall. cõſ.
100. num. 14. lib. 2. And. Gaill. lib. 2. pract.
3 obſeruation. obſeruat. 141. & ideo † quæ-
cumquè de ſuis, & legitimis liberis dicuntur
eadem de legitimatis per ſubſequentem ma-
trimonium dicenda, & intelligenda ſunt, l.
cum quis, C. de natural. liberis, nouell. 12.
§. fi.1. inſtit. de nupt. §. 1. inſtit. de hæred. quæ
ab inteſtato deferuntur, Gaill. d. obſeru. 141.
4 lib. 2. Boreoli. cap. 7. num. 19. ſed † de iure
primogenituræ (ſi forte primogenitus ſuc-
cederat) naturalis primogenitus per ſubſe-
quentem matrimonium legitimatus illo iu-
re non gaudebit, ſed primus ex intermedio
illo matrimonio generatus, Iacob. Aluarot.
in d. §. naturales num. 9. Præpoſit. num. 4. in
fine, verſ. pone quod quis, Rauenn. Afflict.
5 ibidem † notab. 2. num. 2. (qui tamen loqui-
tur de legitimatione per reſcriptum Princi-
pis) magis in terminis notab. 5. nu. 12. poſt
principium. & latè notab. 2. num. 21. ſi de
feud. defunct. &c. Zaſ. d. part. 8. num. 76. in
fin. Scrader. part. 7. cap. 5. de ſucceſſ. Maſcul.
&c. ab inteſtato ſucc. fallent 1. nu. 22. verſ. ſi
tamen pacto ſtatuto, vel conſuetudine (al-

legat Bal. in l. eam, quam num, 44. C. de fi-
deicommiſſ. Caſſan. in Conſuet. Burgund. 1.
§. 8. gloſ. 1. num. 35. & ſeq. latè & ex commu-
ni, maximè indignitatibus, num. 36. Iaſ. in d.
l. quoties num. 49. vbi Bald. num. 6. C. de
reiuendic. Ancaran. in d. cap. tanta num. 12.
qui filij ſint legit. additio ad Bart. in dict. l.
Gallus, §. & quid ſi tantum num. 14. in verſ.
trahatur retro, vbi poſt Paul. de Caſtren. &
6 Io: Andr. concludit (quod † legitimatus
non excludit ex priori matrimonio primo-
genitum mouet tamen dubium, per gloſ.
ibi, ex eo, quod primogenito ex intermedio
iſto matrimonio creato, non dum plenè ius
quęſitum ſit viuo Patre) ibidem Iaſ. nu. 80.
& ſeq. Tiraquell. in l. ſi vnquam verſ. ſu-
ſceperit liberos num. 64. C. de reuoc. donat.
& in tract. de iure primogeniturę quæſt. 34.
per totam communiori Doctorum calculo
hanc opinionem approbatam eſſe teſtatur,
licet re.edat Couarr. loco dicendo num. 34.
Alciat. lib. 3. de verb. ſignif. num. 12. in fine
communem dicit Boer. deciſ. 159. num. fin.
Alex. conſ. 25. num. 2. lib. 1. & conſ. 5. atten-
tis narratis num. 1. lib. 7. citans ferè omnes,
ſic Io: And. in cap. ſine culpa de reg. iur. in
6. Curt. Sen. conſ. 73. num. 29. Marian. Soce.
iun. conſ. 52. num. 7. lib. 1. Ant. Gabr. in com-
7 mun. opin. cap. 5. q. 2. (legitimatio † enim
inquit non trahitur retro in præiuditium al-
terius, adde nec aufert ius alteri quæſitum)
Gaill. d. obſeruat. 141. num. 3. communiter
approbatam tradit, citans, & Duen. reg. 350
8 limit. 14. † Contrarium tenet Couarru. de
matrim. part. 2. §. 2. tit. de legit. num. 35. aſ-
ſerens contrariam communem ſolum in le-
gitimato aliter, quam per ſubſequentem
matrimonium obtinere poſſe, Vaſquez de
ſucceſſ. progreſſu part. 2. lib. 1. §. 2. num. 89.
hanc partem dicit communiorem Fœlin. in
cap. Prudentiam, num. 9. de offic. de leg. Bur-
ſat. conſ. 19. num. 14. communem, ac veram
hanc eſſe dicens, citans, & Celſum Hugon.
conſ. 119. num. 5. & conſ. 29. num. 2. Aymon.
in Conſuet Auern. tit. 12. art. 51. nu. 17. Ti-
raquell. vbi ſup. plures allegat, Michael.
Graſſ. ſibi contrarius, lib. 2 recept. ſentent.
§. ſucceſſ. ab inteſtato, quæſt. 10. num. 8. pro
hac vltima opinione faciunt, quæ diximus
in princ. huius Dilucidationis, & vltra quod
9 non ſolum † legitimus, ſed & conſanguineus
liberis iuſtis, & ius Agnationis acquirit re-
ſpondens ad nouell. 89. quod loquatur de
legitimatis per oblationem Curiæ, ſiuè re-
ſcriptum Principis, ſecus eſt de legitimatis
per ſubſequentem matrimonium, qui non
tantum Patri ſui, & legitimi fiunt, ſed & cõ-
ſaguinei fiunt liberis iuſtis, & ius Agnatio-

nis acquirunt d.nouell.12. circa finem, &
ibi Iacob. Cuiacius notauit , & per Borcolt.
vbi ſup. num. 19. & 50. Caſſan. in Conſuet.
Burgund.rub.8.§.3. verſ. ab inteſtato nu. 6.
Tiraquell.de iure primogen quæſt.34.num.
54. Vvſembech. in §. quibus connumerari
art.3.num.8. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.
deſer. Scheneid.part 6.cap.3. num.14. Can-
net. in extrauag.volentes , §. ſed quid ſi di-
ctaret lect.63.num.4. hanc communiter aſ-
ſignare rationem Doctores, teſtis eſt Hart-
man.Piſtor.d.quæſt.41. numer.14.22.& 28.
Item pro vltima opinione facit , quod non
10 ſaltim pro † legitimè natis habeantur , ſed
& quidquid iure de legitimè natis diſponi-
tur id omne , etiam de hoc modo legitima-
tis intelligatur per cap.innotuit iuncto,cap.
cum cunctis, vbi gloſ. & Doct. Det. num.9.
de electiō. idquè etiam de iure communi
11 omnes vno ore admictere ait,† proindè cū
contrahentes ad ius commune ſe confor-
maſſe cenſeantur , l.2.ff.de pact.dotal.cum
ſimilibus differentia legis , & hominis pro
contraria ſententia allegata tollatur , Ang.
conſ.20.ſup.num.1. Hypol.ſingul.542. n.3.
ſic Pariſ.conſ.13.num.36.lib.2. Scruff. conſ.
1.num.14. poſt gloſ. in d.cap.tantum à Do-
ctoribus communiter approbatam, & num.
17.centur.1. Gulielm.de Pern.conſ.10.num.
18. Burſat.conſ.18. num.17. lib.1. & multas
rationes adducit Hartman.Piſtor. vbi ſupra
num. 22. & ſeq. vltimo contra dictam po-
12 ſteriorem opinionem, † quod filij per ſub-
ſequentem matrimoniū legitimati per om-
nia legitime natis comparantur , & ita Ca-
meram Imperialem iudicaſſe, dicit, & ex a-
lijs comprobat Miſynger. in centur. 5. ob-
ſeruat.42.num.2. & Gail.lib.2. obſeru.141.
num.2.& 8.& per totam, & omnium bene-
ficiorum legitimè natorum tales capaces re-
dit. vt ex communi ſcribentium, Didac.Co-
uarr.vbi ſup.cap.8.num.7. vbi multos con-
gerit,& conſtare ex adductis ab Ant.Gabr.
in commun.opin. de legit.concl.1. Suares in
verſ.legitimario nu.25. & multorum egre-
giorum authoritatibus, veriorem, & rece-
ptiorem comprobat , Burſat.conſ.17.nu.4.
5. & 6. lib.1. nec veriſimile,ſi contrahentes
os peiore conditione , quam verè legitimè
13 natos voluiſſe, niſi id apertè dixerint,† &
legitimatio per ſubſequētem matrimonium
eſt tantæ potentiæ, quod operatur,etiam in
præiuditium tertij dicit Bal. in l.1. C. de in-
offic.donat. vbi reuocatur donatio , per l. ſi
vnquam, C.de reuoc. donat. per filium legi-
timatum per ſubſequentem matrimonium;
licet ſecus ſit de legitimato per reſcriptum
Principis, vt per Afflict. in deciſ.128.nu.93.
verſ. de legitimatis per reſcriptum Det.idē
tenet in d.capit.innotuit, & tale dictum re-
uocationis donationis per filium legitima-
tum ex matrimonio ſubſecuto eſt commu-
niter approbatum, & ſequitur Iaſ.in rub.ff.
de liber. & poſthum, Io. de Monteſerra. in
repet. §.& quid ſi tantum in quæſtione Bar.
14 de legit. ſi ergo † talis legitimatio tollit ius
quæſitum, quia reuocat donationem,quan-
to magis debet auferre ius quærendum , vt
per Alciat.lib.9.reſponſ.52. hæc premiſſo ,
quid de iure canonico, &c. numer. 9. & ſeq.
contrariam adductā per Alex. in allegato
conſ.5.lib.7. eiquè puntualiter reſpondens
in fine Alciat. ipſe dicit, ſi ergo talis legiti-
matio tollit ius quæſitum,quanto magis de-
bet auferre ius quærendum, quamuis etiam
15 iſta reſponſio Alexndro † non placet alia
ratione , nam diſpoſitio d.cap.innotuit , eſt
fundata ſuper legis interpretatione,non au-
tem quod alicui non oriatur præiudicium,
& ex his concludo veriorem eſſe ſentēriam
contra Alex. & ſic contra primam opinio-
nem, & etiam magis communem dicit , Al-
ciat.conſ.52.li.9.& in conſ.6.n.4.&ſeq.lib.4.
dicit,quod legitimatus habet ſuccedere,tan-
quam proximior Patris, vel Patri, per tex.
in l.communium, C. de nat.liber. Io.Andr.
in ſpecul. tit. de ſucceſſ. ab inteſt.§.1. Alex.
conſ.2. & conſ.89.lib.1. Ang.conſ.17.incip.
Comes Brūduſinus,& cōſ.87. incip. ſpurius
naturalis, Iaſ. in l. pro emptore in tertia q.
principali, verſ.8.&c. ff.de vſucap.& ex his
de rigore iuris dictæ ſecundæ opinioni ad-
hæreo,ſed de æquitatæ, & conuenientia ma-
gis primæ ſtandum puto.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XVIII.

THEMA.

Filius ex mattimonio putatiuo vno,
vel vtroquè in bona fide exiſten-
te pro legitimo, etiam ad feuda
habetur , & ad alia paterna de-
ciſum .

SVMMARIVM.

1 *FIlij nati ex matrimonio putatiuo ſucce-
dunt in feudis altero coniugum in bona
fide exiſtente.*

2 Im-

Digitized by Google

2 *Impedimentum iuſtitiæ, & publica honeſtatis facit ſuccedere, ſecus ſi conſanguinitatis.*

3 *Matris error non facit, quod filij non ſint legitimi, & in patris bonis ſuccedant.*

4 *Error iuris tàm Canonici, quàm Ciuilis, & facti in matrimonio adeſſe non nocet, maximè ſi connubium publicè contraxerunt.*

5 *Ius Canonicum attendendum eſt tàm in eo, quàm in iure Cæſareo.*

6 *Filij alij legitimi poſt Patris mortem, contra in matrimonio putatiuo natos opponere non poſſunt.*

7 *Liberi nati ex putatiuo matrimonio nihil differunt, cum alijs legitimè natis in ſucceſſione feudorum fideicommiſſorum, alias, & in ordine dignitatum, & honorū.*

MAtrimonio ex cauſa couſanguinitatis,
vel alia exiſtente nullo, & contrahē-
tes, vel ambo, vel alteruter ſint in bonā
fide, hoc eſt, quod de facto impedimentum,
aut nullitatem illam matrimonij ignorauerint,
& ſic infacie Eccleſiæ matrimonium
1 contraxerunt † liberi, qui ex eis, & dicto
putatiuo matrimonio naſcentur, erunt legitimi,
& feudorum capaces Bal. in cap. 1. §.
2 naturales num. 11. exemplum ponit, † ſi impedimentum
ſit, iuſtitiæ publicæ honeſtatis
ſi de feudo defuncti fuer. controu. Aluarot.
ibidem num. 12. putans verum non eſſe, ſi
fuerit impedimentum conſanguinitatis. &
ſic Afflict. ibi etiam in ſectione, ſiuè not. 5.
num. 10. recitato Bal. & opponit tex. in cap.
cum inhibitio de clandeſt. diſpēſat. ex Scruff.
Schench. in d. §. naturales num. 11. poſt Bal.
in l. qui contra, C. de iniuſt. nupt. per cap. ex
tenore, qui filij ſint legit. Zaſ. par. 8. de ſucceſſ.
feud. num. 77. Thom. de Marin. tit. 3. de
feud. ex pacto, & prouidentia nouo num. 50.
(ſi ab omnibus tales reputari) Sonsbec. par.
9. num. 73. Scrader. part. 7. cap. 1. numer. 28.
eleganter Corraſ. ad not. 11. ad arreſtum
parlamenti Tholoſani, quod continet iſtoriam
in caſu matrimoniali memorabilem, &
prodigioſam, & magis in ſpetie ad not. 115.
3 (vbi de caſu tractat, quo propter † Matris
errorem ſaltim liberi legitimi iudicati, & ijs
Patris eorum omnia bona adiudicata ſunt)
Couarr. in epit. de ſponſal. part. 2. rubr. de
matrim. §. 2. num. 19. de legit. Iaſ. conſ. 156.
vol. 1. lib. 4. Curt. iun. conſ. 27. num. 6. & conſ.
52. num. 2. Det. conſ. 157. num. 2. plenè Ant.
Gabr. in tit. de legit. concl. 4. per eos lib. 3.
præſertim num. 14. item concl. 2. cap. referente,
cap. ex tenore, qui filij ſint legit. c. ſ.
de eo, qui duxit in vxorem, &c. & cap. cum
inhibitio. §. fin. de clandeſtin. diſpenſ. Bart.
4 in l. Paulus, ff. de ſtat. homin. & demum † in
matrimonio error iuris, & facti filijs non
nocet, ſed ipſos legitimos redit, quia parētum
bona fide filijs nocere non debet, ſi
connubiū publicè contraxerunt, dicit Gabr.
Paleott. in tract. de not. & ſpur. cap. 9. n. 1.
per cap. 1. vbi Abb. qui filij ſint legitimi, gl.
Bal. & Salic. in l. qui contra de inueſt. nupt.
Bart. in d. l. eum, qui de ſtatu homin. & error
in facto, ſi adeſt in matrimonio tàm in
iure Pontificio, quàm Ciuili remotis contrarijs
firmat, idem Gabr. Paleott. in d. cap. 9.
num. 6. in fine dicit, ſi etiam fateamur olim
ius Ciuile, cum Pontificio non conueniſſe,
hodie ſaltim minimè dubitandum eſt, quia
hoc in negotio, tum quo ad ſucceſſiones, tū
quo ad cœtera omnia iure Ciuili poſt habito
5 vnum † ius Canonicum ſit attendendum,
tàm in noſtro, quàm in cœteris quoquè foro
allegat Bart. in Auth. de inceſt. nupt. nu.
16. & Alberic. in d. l. qui contra, C. de inceſt.
nupt. & magis ad noſtrum propoſitum ac-
6 cedendo circa finem, etiam † quod poſt Patris
mortem per alios filios legitimos exiſtentes
illegitimitatē ex matrimonio putatiuo
opponi contra tales filios non poſſunt,
dicens. Porrò an poſt parentum mortem
obijci contra filios poſſit, illicitum fuiſſe
contra Patris coniugium, atque extantibus
filijs iuſtis ex alio matrimonio, illi qui ex
putatiuo naſcuntur legitimi cenſeri poſſint,
ſatis hæc copioſè ab alijs tradita reperiuntur,
& ſignanter per Ruyn. in conſ. 14. li. 3.
num. 123. conſ. 51. num. 15. lib. 5. Det. conſil.
113. Abb. & Præpoſit. in cap. fin. de clandeſt.
diſpenſat. Oldrad. conſ. 256. Socc. iun.
conſ. 86. lib. 2. Paul. Pariſ conſ. 11. lib. 2. nu.
13. Lup. in tractat. de matrimon. cap. vltim.
num. 18. & 20. Nos enim, & quædam conſulto,
quandoquè omictamus, nè nimia
eiuſdem rei ſatietate legentium animos afficiamus,
illud quidem non prætermictendam
vbicumquè liberi ex his coniunctionibus legitimi
habentur, eos nihil à cœteris iuſtis
filijs, quòad ſucceſſiones fideicommiſſa feuda
ordinationes dignitates, aliaſq; res prorſus
differre, Paleott. d. loc. ex Det. in d. conſ.
113. & 154. Bal. in d. §. naturales, num. 15.
ſi de feud. fuer. controu. & ex præd. filij ex
putatiuo matrimonio nati pro legitimis habentur,
quòad ſucceſſionem feudi, & ad alia
prædicta.

Dd 2 PAR-

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XIX.

THEMA.

Filij naturales de plenitudine poteſtatis per reſcriptum Principis ad feuda ſpetialiter legitimati in antiquis, & nouis feudis ſuccedũt communis.

SVMMARIVM.

1 *Legitimati à Principe per reſcriptum exqreſſè ad feuda, vel ad bona ad ea ſuccedunt excluſis Agnatis, & cognatis ab inteſtato.*

2 *Filij legitimantur per reſcriptum, abſquè Agnatorum, & cognatorum ſucceſſione.*

3 *Pater diſponere, & alienare feudum in quemcunquè poteſt, cum Domini conſenſu, & proximioribus præiudicare.*

4 *Legitimatio naturalis fieri poteſt per Regem, ſiuè Principem ſuperiorem non recognoſcentem, cum mentione præcedentium extantium, etiam ipſis non citatis.*

5 *Quod aliquo inuito fieri poteſt eo non vocato, etiam fit.*

6 *Legitimati vocati ex contractu, vel inueſtitura, ſuccedit, etiam legitimatus à Principe ex plenitudine poteſtatis.*

4 *Legitimati non ſolum in feudo nouo, ſed & in feudo antiquo ſuccedunt.*

8 *Principis plenitudini poteſtatis, nemo reſiſtit, & nulli neceſſarium ſubiecta eſt.*

9 *Princeps ius Agnatis, nè dum in ſpe, ſed & quæſitum tollere poteſt ex cauſa legitima.*

10 *Principis plenitudo poteſtatis, quando in malum agit, eſt plenitudo tempeſtatis.*

11 *Princeps, qui ſine iuxta cauſa alteri ius tollit, eſt Tirannus.*

12 *Princeps, etiam ſi ex iuxta cauſa rem alteri tollit, tenetur ad pretium.*

13 *Poteſtas alicui ſine prętio rem tollit poteſtas diabolica eſt.*

1 DE legitimatis † per reſcriptum Principis, ſi expreſſe fiat mentio, vt in feudis ſuccedat ad ipſa feuda admictuntur, nam Principis reſcripto naturales legitimari poſſe, & proximos cognatos, & Agnatos à ſucceſſione ab inteſtato includere, nemo negabit. per text. in l. communium rerum, §. & quoniam, & Auth. Præterea, C. de natur. liber. & mat. eorum Foreſter de ſucceſſ. lib. 6. cap. 37. num. 12. & ſuiòſſime hac de re is agit, ibid. cap. 31. cum multis ſeqen. quod oẽs
2 ſequuntur adeo, quod † nec Agnatorum citatione opus eſſe profitentur ex communi dogmata multorum authoritatibus, Boer. deciſ. 122. & circa iſtam numer. 2. & paſſim ſeq. Iaſ. conſ. 10. lib. 3. Tiraquell. in l. ſi vnquam in verſ. ſuſceperit liberos num. 53. C. de reuocãd. donat. quos ſequitur Emanuel Suares in Theſaur. recept. ſentent. in lit. L. num. 98. Foreſter. d. loc. cap. 37. & 57. quia per tria capita hoc pertractat, & hoc fieri facilius poſſe, quia ſpem ſuccedendi in conſideratione non venire, per l. fin. C. de pact. eoquè nec in rem, nec ad rem hoc caſu agnatis, vel filijs legitimis, & naturalibus quicquã auferre foreſter de ſucceſſ. lib. 6. cap. 30. nu. 11. Campeg. inter conſ. Brun. 11. num. 11. & dicit Couarru. eſſe commuuem omnium reſolutionem in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum de liber. & poſthum. var. reſolut. cap. 6. num. 9. verſ. nec principali, argum. l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. & ex alijs Roſental. cap. 7. concl. 19. in gloſ. litera X. & quia nullam
3 ſpem certam ſuccedendi habet, † cum Pater in legitimatione conſentiens in quemcunq; alienare, & diſponere poſſet, etiam de feudo cum Domini conſenſu, & proximioribus præiudicare, nam quamuis regulariter legitimatio naturalis hoc caſu fieri nequeat per tex. in nouell. ſi quis ergo cum ſeq. 74. quib. mod. natural. effic. ſui, &c. & per ea quæ tradit Ant. Gabr. tit. de legit. concl. 6. num. 1. Alex. conſ. 187. videtur prima conſideratio-
4 ne nu. 3. & ſeq. 24. & ſeq. lib. 5. tamen † ex plenitudine poteſtatis Princeps ſupecior, ſiuè Rex ſuperiorẽ non recognoſcens, facere poteſt, vt per Alex. in l. ex facto num. 23. & 24. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. Boer. dict. deciſ. 122. num. 4. & num. 8. teſtatur communem Ant. Gabr. d. concluſ. 6. num. 6. vbi communem eam aſſerit, (cum mentione, quod tales extent, vel ſperant, faciat,) idem Ant. Gabr. ibid. concl. 7. num. 1. & per totam lib. 6. Soares in d. lit. L. num. 113. communem dicit Alex. d. conſ. 187. num. 16. & 17. lib. 1. & vltra præd. firmat Bart. in d. l. Gallus, §. quid ſi tantum num. 14. & ibi latè Alban. in addit. in verſ. citandi Alex. conſ. 26. & ſeq. ff. de liber. & poſthum. Couarr. in epit. de ſponſal. par. 2. §. 9 cap. 8. num. vlt. & ex alijs communibus opinionibus, & authoritatibus firmat Roſental. cap. 7. concl. 19. num. 26. &
4 ſeq. & etiam quod † aliquo inuito fieri poteſt, etiam eo non vocato explicatur, argum. l. qui poteſt, & quæ ibi dantur, ff. de reg. iur. pleniſſimè Ant. Gabr. in tit. de citat. concl. 1. num. 348.

num.348. ex communi lib. 2. (vbi 130. ca-
ſus recenſet, quibus citatione non opus)
Afflict. in d. §. naturales, not. 2. num. 4. & ſeq.
ſi de feud. defunct. &c. notabilis tex. in l. er-
go. 4. §. illud vidimus 3. ff. de fideicommiſſ.
libertat. & in l. cum ſecutum §. fin. eod. tit.
Iaſ. in l. nec quicquam, §. vbi decretum nu.
7. ff. de offic. proconſ. & legati, & in l. re-
ſcriptum, num. 4. ff. de pact. Alex. conſ. 130
num. 1. & 2. lib. 1. Det. conſ. 274. numer. 7.
Curt. iun. conſ. 1. num. 27. Bart. & Alber. in
dictis locis Brun. conſ. 1. num. 70. Io: Cam-
peg. inter cõſ. feud. Brun. 2. nu. 28. ex com-
muni Bart. Socc. conſ. 10. inter Bruni conſil.
num. 39. Pariſ. conſ. 1. num. 72. lib. 2. & conſ.
2. lib. 1. num. 33. Io: de S. Iuliano inter conſ.
Brun. 3. num. 10. Gail. lib. 2. obſeruat. 142. n. 2.
6 communem ait, & quando ex † contractu,
vel inueſtitura naturales, etiam legitimati
particulariter non ſunt incluſi legitimati à
Principe de plenitudine poteſtatis ad feuda
ſuccedunt, ex iam dictis, & etiam admiſſi
Conſuetudine, & moribus feudorum ſucce-
ditur, & ſic iure poſitiuo, quod Princeps de
plenitudine poteſtatis, & ſimilibus clauſulis
tollere poteſt, vt per gloſ. communiter re-
ceptam, teſtè Couarr. lib. 3. var. reſol. cap. 6.
num. 1. verſ. ſecundo hoc probatur in l. fin.
C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. in l. precibus
C. de precib. Imperat. offerend. in cap. quæ
in Eccleſiarum de conſtit. Roland. à Valle
conſ. 3. num. 140. & ſeq. lib. 1. & ex alijs cõ-
munibus opin. relatis, per Roſental. d. cõcl.
29. in gloſ. lit. Bb. fol. 316. Mozz. cap. de
natural. feud. num. 93. ex alijs cumulatis, &
7 naturales legitimati nominatim † ad feuda,
non ſolum in feudo nouo ſuccedunt, vt per
Afflict. in d. §. naturales num. 9. 10. & 11. ve-
rum etiam in feudo antiquo, quod etſi durũ
eſt, communiter eſt receptum, dum Prin-
8 ceps † ex plenitudine poteſtatis, cui nihil
reſiſtit, & quæ nulli neceſſitati ſubiecta,
nulliſquè iuris publici regulis limitata eſt,
Capyc. decif. 156. num. 11. Roland. à Valle
conſ. 71. num. 32. lib. 1. & conſ. 100. num. 57.
9 & ſeq. lib. 4. & † ius agnatis, nè dum in ſpè,
ſed & quæſitum tollere ex cauſa legitima
poteſt, vltra per ſuperius relatos Tiraquel.
in tract. de pen. in præfat. num. 38. & in l. ſi
vnquam in verſ. donatione largitus nu. 43.
C. de reuoc. donat. & in tract. ceſſante cauſ.
part. 2. num. 20. Vaſq. lib. 1. controu. Ill. cap.
5. num. 1. & 15. & eruditè Gaill. lib. 2. obſer-
uat. 142. ſine cauſa legitima id facere non
10 debet, † plenitudo enim poteſtatis non ex-
tenditur ad malum, & iniuriam aliorum, a-
liàs illa non poteſtatis, ſed tempeſtatis ple-
nitudo eſſet Socc. conſ. 164. col. pen. lib. 2. &
conſ. 520. col. pen. ad finem lib. 3. Vaſq. con-
trouerſ. Illuſtr. d. cap. 5. num. 17. Grauet cõſ.
241. num. 20. Borcolt. cap. 7. nu. 55. Roſent.
concl. 19. in additione literi Ff. fol. 317. col.
11 1. & Princeps, † qui ſine iuſta cauſa alteri
ius ſuum aufert, Tirannus eſt, Bal. in capit.
vnic. de feud. March. & indignus nomine
Principis cap. fin. 2. quæſt. 1. & eſt vnum pe-
cus Laudenſ. in cap. pen. §. ſi facta, ſi de feu.
defunctis controu. ſit inter Dom. & Agnat.
Borcolt. dict. num. 55. immò etſi ex cauſa,
12 etiam † iuſta alteri rem aufert ad pretium
tenetur, vt per gloſ. in l. ſi locus in verſic.
præſtare, ff. quẽadmod. ſeruit. amict. Iſer. in
cap. 1. §. ſimiliter num. 27. in fine, de capit.
qui cur. vend. & ibidem Afflict. num. 7. & 8.
& in cap. 1. §. monetæ, quæ ſint Regal. Bart.
in l. fin. §. fin. num. 1. ff. de pignorat. actio. Iaſ.
in l. Barbarius num. 36. ff. de offic. Prætor.
& in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. public.
Det. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 26. &
29. verſ. & certè pretium num. 31. circa finẽ,
verſ. ſed optimè, &c. vbi Fœlin. num. 41. &
42. de conſtit. & in cap. inter quatuor nu. 6.
de maior. & obed. Vaſq. d. cap 5. num. 9. Co-
uarr. var. reſol. lib. 2. cap. 3. numer. 5. & lib. 3.
cap. 14. num. 3. Cagnol. in l. quod noſtrum,
num. 15. de reg. iur. Iaſ. conſ. 8. inter conſil.
feud. Bruni numer. 46. & ſeq. Neuizz. inter
conſ. Brun. 12. num. 67. Pariſ. conſ. 11. Ca-
ſtrum iſtud num. 7. Foreſter. de ſucceſſ. lib. 6.
cap. 36. num. 15. & hoc rectius ait Pruckmã
in tract. de Regal. §. ſoluta poteſtas, cap. 4.
13 membr. 1. effect. 5. num. 57. aſſerens † alicui
ſine pretio auferre rem ſuam eſſe poteſtatẽ
diabolicam num 58. poſt Bal. in l. ſicut nu.
1. C. de ſeruit. Rom. conſ. 310. num. 4. Gaill.
obſeruat. 56. num. 8. Ant. Gabr. lib. 4. comm.
opin. tit. de iure quæſito non tollendo, cõ-
cluſ. 2. num. 25. poſt multos tradit Scrader.
part. 9. part. 2. ſectio. 11. num. 27. in caſu lo-
quens, quo Vaxallus ex publica cauſa remi-
ctentis, commiſſum iam incurſum, vel in-
currendum in præiuditium Domini Roſen-
tal. d. concl. 19. in gloſ. lit. Gg. & idem eſſet
legitimando naturalem in præiuditium A-
gnatorum, de quo ex prædict. valdè dubito.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XX.

THEMA.

**Filij adoctiui, & ſi in allodijs de iu-
re Ciuili ſuccedũt in feudis verò**

non niſi in prima inueſtitura ex pacto appoſito, vel ex Conſuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Adoptiuus non eſt filius ſanguinis, & adoptio imitatrix naturæ tantum eſt.*
2 *Adoptiui filij, etſi in allodialibus admictantur, non tamen in feudalibus.*
3 *Adoptiui ſuccedunt in feudo, ſi in prima inueſtitura eſt prouiſum, quod adoptiuus ſicut legitimus ſuccedat, & ſi ex pacto nō ex natura contractus.*

1 QVi adoptiuus filiusſamilias, ✝ & ſi ſit, non tamen filius ſanguinis eſt: vox enim filij eſt naturæ, vox filijfamilias eſt iuris Ciuilis, in filio eſt verus ſanguis, in filiofamilias fictio ſanguinis adoptio erit imitatrix, tantum eſt naturæ, & non facit, quod omnia ſint naturalia, etſi feuda ſanguini dari ſolebant, non tamen extra ſanguinē,
2 quare, licet ✝ adoptiuus in bonis allodialibus admictatur, per tex. in l. 2. C. de adopt. & in l. ſi arrogator, ff. eodem à feudorum tamen ſucceſſione arceantur, vt eſt tex, in cap. 1. §. adoptiui, ſi de feud. defunct. &c. Scrader. cap. 5. num. 19. quod regulare eſſe dicit, Menoch. conſ. 503. nu. 21. lib. 2. & conſ. 625. num. 49. lib. 7. benè verum eſt, quod ſi ex Conſuetudine obſeruatur facilè ſuccederet, & inuito Domino alius de alia familia ad feuda admicterentur, vel ſi in prima inueſti-
3 tura eſſet expreſsè ✝ prouiſum, quod non minus adoptiui, quam filij ex iuſtis nuptijs procreati ſuccederent, & ſic quod ex natura contractus inueſtituræ fieri nequit, fiet ex pacto in inueſtitura prima appoſito, & ex Conſuetudine ſpetiali adoptiui ſuccederent Sonsbech. part. 9. num. 63. Vvſembech. cap. 6. num. 19. Scheneid. part. 6. de ſucceſſ. deſcendent. num. 22. verſ. 4. Vvlteius de feud. cap. 9. num. 90.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXI.

THEMA.

Feudis hæreditarijs ſuccedunt legitimati, ſimpliciter abſquè quod dicatur ad feuda in reſcripto Principis, qui ex iuſta cauſa, & ob publicam vtilitatem res alterius capit, & alteri dat, ſed tenetur ad pretium.

SVMMARIVM.

1 *Filij ſimpliciter legitimati, abſquè verbo ad feuda, in feudis merè hæreditarijs ſuccedunt.*
2 *Princeps ſuperiorem non recognoſcens ex cauſa iuſta in præiuditium Domini, & legitimatorum feudi ſucceſſorum legitimare poteſt.*
3 *Filij legitimati ſuccedunt in feudo mero hæreditario, ſi Pater conſentijt, & feudum in extraneum cum conſenſu Domini dare poteſt.*
4 *Princeps, ſi poteſt tollere rem alterius in totum ad reſtitutionem pretij tenetur.*
5 *Princeps poſſe non dicitur, quod cum peccato facit.*
6 *Princeps terminos iuſtitiæ excedere non præſumitur.*
7 *Principis iura de eius poteſtate loquentia intelligi debent, vt loquantur, vt ſemper cum cauſa ipſe faciat.*
8 *Princeps, licet non habet hominem, qui ſua peccata iudicat, tamen apud Deum peccat.*
9 *Princeps, vt tollat rem alteri quæſitam publica vtilitas non ſufficit, niſi alia publica vtilitas non ſequæretur.*

1 FEuda, ſi merè ✝ hæreditaria ſint, & ad inſtar patrimonialium habentur: filij ſimpliciter legitimati, etiam abſquè verbo ad feuda ſuccedunt, per ea quæ Guid. Pap. q. 59. n. 2. Boer. deciſ. 123. ita iudicatum refert Hartman. Piſtor. quæſt. 40. num. 48. Gail. lib. 2. obſeruat. 149. num. 9. & ex multis valens Foreſter. de ſucceſſ. lib. 6. cap. 39. num. 18. &
2 ſeq. & Princeps ✝ ſuperiorem non recognoſcens ex cauſa iuxta in præiuditium Domini aut legitimorum feudi ſucceſſorum legitimare poteſt, teſtatur Federic. Schench. in d. cap. 1. §. naturales, num. 7. in fine, ſi de feu. defunct. contr. fuer. Zaſ. par. 8. nu. 78. Hartm. Piſtor. qq. lib. 2. part. 2. quæſt. 40. numer. 47. Scrader. d. part. 7. de ſucceſſ. Maſcul. ab inteſtat. in 2. limit. verſ. niſi forſan hæc legitimatio fieret ex cauſa, Scheneid. part. 6. de ſucceſſ. deſcend. Maſcul. num. 10. in fine Vvlteius lib. 1. cap. 5. num. 93. verſ. ſed alterum, &c. in fin. Ancaran. conſ. 308. num. 5. incip.

prima

prima facie. Gaill. lib. 2. obſeruat. 152. nu. 11. nec reperitur ea in re contradicens aſſert. Roſental. cap. 7. concl. 19. in gloſ. literis Hh.
3 quod intellige, † ſi Pater Dominus feudi cõſenſijt de feudo, etiam in extraneum diſponere cum Domini conſenſu poterat, vt diximus in præcedenti Dilucidatione 20. num. 3.
4 & quamuis † Princeps ex plenitudine poteſtatis, ex cauſa tamen iuſta, vel publica probanda per allegantem, etiam res de iuregentium quæſitas priuatis adimere poteſt, per l. item ſi verberatum, ff. de rei vendic. l. Lutius, ff. de euictio. l. venditor, §. ſi conſtat, ff. commun. prædior. gloſ. & Doct. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam Canoniſtæ in cap. quę in Eccleſiarum de Conſtit. Iaſ. pleniſſimè in d. l. Barbarius num. 24. cum multis ſeq. de offic. Prætor. Afflict. in d. cap. 1. §. ſimiliter poteſt num. 16 de cap. qui cur. vend. & num. 11. vbi Iſern. num. 17. Panorm. in cap. in noſtra num. 5. de iniur. Curt. iun. conſ. 1. num. 19. in fine ex cõmuniter, latiſſimè Port. lib. 5. commu. opin. concl. 16. per totam Ant. Gabr. in tit. de iure quæſito non tollen. concl. 2. nu. 1. comm. concl. cumulatiſſimè, & latiſſimè Roſental. d. concl. nu. 36. verſ. ſecundo omnes, & in gloſ. literis I. & tenetur ad reſtitutionem pretij, vel eiuſdem rei Capyc. decil. 69. in princ. vt eſt gloſ. in d. l. ſi locus in verſ. præſtare, ff. quemadmod. ſeruit. amitt. & ex alijs
5 in d. præcedenti Dilucidatione eſt † dictum, & Princeps non dicitur poſſe, quod cum peccato poteſt, cap. faciat; 22. quæſt. & per Iſern. in cap. 1. in §. & bona commictentiũ. num. 88. & in cap. 1. §. licebit numer. 16. vbi Liparol. concord. allegat, quid ſit in inueſt. & pulchrũm, tex. in l. filius, ff. de condit. inſtit. & quod Princeps iuſtitiæ terminos non præſumitur velle excedare Cotta in Memorial. verſ. Princeps, Capyc. deciſ. 166. nu. 12. add. litera D. & non poteſt poteſtatis plenitudine, vti ſine cauſa, vt dicit Iſern. in cap. 1. §. fin. 11. col. de capit. qui cur. vend. allegat Innocent. in cap. innouamus de cenſibus & in cap. ſugeſtum, de decim. & dicit, idem Iſern. in tit. quæ ſint Regal. in verſ. flumina,
7 quod ſic debent † intelligi iura de poteſtate Principis loquentia, vt ſemper cum cauſa faciat, alias ſi ſine cauſa poteſtate abſoluta
8 non ordinata fuit. & licet † non habet hominem, qui ſua facta diiudicet, dicit gloſ. ſuper illud Pſalmi *Tibi ſoli peccaui*, certum eſt, quod peccat apud Deum, Capyc. in d.
9 deciſ. 166. num. 13. & 14. Nec † cauſa publicæ vtilitatis ſufficere, niſi publica vtilitas aliter ſequi non potuiſſet, quam ſi tertio iuregentium quæſitũ auferatur, ſic Iſer. in cap. 1. §. ſimiliter poteſt, num. 27. in fine de capit. qui cur. vend. Iaſ. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 96. ff. de liber. & poſthum. Grauett. conſ. 5. num. 4. & Ant. Gabr. de iure quæſito non tollendo d. concluſ. 2. num. 5. vbi alios recenſet Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 19. num. 39.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXII.

THEMA.

In feudo Regalis dignitatis Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & de iure francorum primogeniti ſuccedunt. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudis Regalium dignitatum Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & iuris francorum ſunt indiuidua, & primogeniti ſuccedunt.*
2 *Feudum conceſſum pro ſe liberis haredibus & ſucceſſoribus vtriuſquè ſexus legitimè deſcendentibus haredibus, iuxta ſtilum Cancellaria Neapolitana primogeniti in eo ſuccedunt,*
3 *Feudum conceſſum liberis haredibus, vtriuſquè ſexus legitimè deſcendentibus, iux. ſtilum Cancellaria Francorum iuris eſſe cenſetur, ſecundum Statutum Regni.*
4 *Capitulum conſiderantes debet pro lege ſeruari.*
5 *Primogenitus feudum cum fratribus communicare non poteſt, & habet intentionem fundatam, vt feuda Patris veniant ad eũ vigore d. cap. conſiderantes.*
6 *Feudorum indiuiduitas, & pralatio primogeniti fuit inducta per ius Regni in hoc Regno.*
7 *Primogenitus ſuccedit in feudis in Regno Francia.*
8 *Lombardia feudis de iure communi ſuccedit.*

VLtra dicta in hac part. 7. Dilucidat. 51. & 52. de feudo indiuiduo ſciendũ eſt,
1 quod † feuda Regalia, & dictarum dignitatum, & iuris francorum ad omnes filios hæredes non tranſeunt, ſed ad primogenitum tantum,

tantum, & ita quotidiè obſeruatur, teſtatur
Iacobin. de feud. verſ.Dux, verſ.quid nu.3.
Mozz. de ſubſtantial.feud.num.68. verſ. ſed
2 aduertendum eſt,fol.94. maximè ſi † feudũ
conceſſum eſt pro ſe liberis hæredibus, &
ſucceſſoribus vtriuſquè ſexus legitimè de-
ſcendentibus,iuxta ſtilum Cancellariç Nea-
politanæ, vt per Iſern. in cap.1. ſ. natura-
lis nu.18. ſi de feud.defunct.milit. controu.
fuer. & ex alijs Præſid. Camill. de Curte in
prima part.ſui diuerſ.feud. cap. nunc de al-
3 tera num.142.fol.66. at. & † feudum taliter
conceſſum francorum iure eſſe cenſetur,
Afflict. in cap.Imperialem de prohib. feud.
alien. per Federic. ſ. Præterea Ducatus nu.
13. quia ſecundum Statutum Regni, v3.cap.
conſiderantes, vbi legitur (primogenituræ
prærogatiua ſeruata.) & tenet Neapod.ibid.
num.7. dicens feuda non venire ad primo-
genitos ordinatione teſtatoris, ſed iure ſuc-
ceſſorio vigore dicti cap.vt ex alijs compro-
bat ibidem Io: Ant. de Nigr.num.30.quod
4 cap.† debet pro lege ſeruari, vt in ſpetie ad
ipſius, cap.intellectum dixit, Iſern.in con-
ſtit. vt de ſucceſſionibus penul.col. verſ.ſi-
mile quærunt Fiſcales fol.268. Capyc.in in-
ueſtit. ſ.feudorum diuiſio, verſ.limita quin-
5 to, vbi † quod primogenitus cum fratribus
feudum communicare non poteſt, quin imò
primogenitus habet intentionem fundatam,
vt omnia feuda, quæ fuerunt Patris, veniant
ad eum per d.cap.conſiderantes, & per cap.
Imperialem, ſ. Præterea Ducatus, quod in
hoc Regno hodie eſt pro regula verificata
per Iſern. in d.cap.Imperialem num.38.cir-
ca finem, ſicut ſunt hodie infeudationes no-
uæ in Regno, in quibus præfertur primoge-
nitus, & ibi Liparolus addens lit. N. ibiquè
Afflict. in fine, Luc. de Penn. in l. 1. C. de
impon.lacerat.deſcript. verſ.ſed nunquid in
queſtione videtur,quod primogenitus, Ioan.
Thom.de Marin.de gener.feudor.tit.de feu.
iur.francor.cap.incip.in Regno noſtro Præ-
ſid. de Franch.deciſ.4.numer.6. Regens de
Pont.conſ.3.num.36. & ſeq. conſ.de Georg.
alleg.21.num.9.allegando Conſtit.diuæ me-
6 moriæ firmat, quod † ius Regni induxit in-
diuiduitatem feudorum, & pariter prætulit
primogenitum Gulielm.de Pern. conſil. 18.
verſ. ſed hodie nouæ conceſſiones, Cannet.
in cap. ſi aliquem, verſ. ſed præſtat reiectis
contrarijs validiſſimè firmat, non ſolum in
Regno Siciliæ, vltra farum,ſed etiam in hoc
Neapolitano Regno ius francorum præſu-
mitur, & ita viuitur, ac ex alijs firmat Fa-
trigliol. in prima ſua centur.feud.quæſt.40.
num.44. vſquè ad num. 52. & in ſecunda
centuria cap.6.num.481.vſquè ad num.486.
7 & in Regno † Franciç, ſimiliter in feudis
ſuccedunt primogeniti Mozz.de ſubſt.feud.
num.70. verſ.quæro etiam, vbi ſimiliter di-
8 xit, quod in † Lombardia in feudis ſuccedi-
tur iure communi feudorum, & idem in
Germania excepto feudo Regni, & in feudo
Electoratus, in quibus primogeniti ſucce-
dunt, Vvlteius de feud.lib 1.cap.9.num.99.
in fine.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXIII.

THEMA.

Secundus ordo ſuccedendi ab inte-
ſtato eſt aſcendentium. Pater in
feudo nouo filio non ſuccedit,
ſed in feudo ab eo refutato, ſi fi-
lius inueſtiatur, ſuccedit, & eſt
primus caſus. Communis, & de-
ciſum.

SVMMARIVM.

1 *Pater,ſiuè aſcendens in feudis nouis filio-
rum non ſuccedit,niſi in tribus caſibus.*
2 *Pater feudum refutans filio, qui ſine liberis
mortuo reuertitur ad Patrem.*
3 *Agnatus refutans feudum proximiori agna-
to ipſo ſine filijs mortuo ad agnatum re-
futantem reuertitur.*
4 *Renuntiatio Patris finitur morte filij, cuius
cauſa facta fuerat.*
5 *Feudo refutato à Patre ſuccedit Pater, tan-
quam primus aſcendens.*
6 *Feudum refutatum, ſi Patri iure reuerſio-
nis venire dicitur, tamen iure ſucceſſo-
rio venit, & ad debita tenetur.*
7 *Feudo refutato à Patre, filio ſine filijs defun-
cto ſuccedit Pater, etiam vigore cap. gra-
tiarum huic Ciuitati, & Neapolitano
Regno conceſſarum.*
8 *Feuda refutata mortuo refutatario ſine de-
ſcendentibus, quod ſint feuda antiqua, &
paterna per ſuam Maieſtatem conceden-
tur.*
9 *Neapolitani in petendis gratijs à ſua Maie-
ſtate parum cauti,dum prius habebãt in-
tentum, deindè idem petendo amiſerunt.*

1 Pater, ſiuè † aſcendens ſi in feudis nouis
filiorum, & deſcendentium non ſucce-
dunt

dunt per cap.vnic.in princ.de natur.ſucceſſ.
feud.cap.vnic.de ſucceſſ.frat. Tamen in tri-
2 bus caſibus Pater filijs ſuccedit. Primus ✝
caſus eſt, quando Parer fauore filij feudum
refutauit,vt de eo filius inueſtiretur: Patre
viuo, & filio ſine liberis mortuò feudum ad
Patrem reuertitur, Iacob. Ardizz. in epit.
feud.cap.137. de ſucceſſ.feud. §.aſcendentes
vero, verſ.nam in antiquis fol.mihi 554. at.
quæ Prępoſit.in cap.1. de Vaxallo decrepi-
tæ ætatis allegat; & ſequitur, Zaſ. in epith.
feud.concl.1. Iſern. in tit. Imperator Lota-
rius in cap ſi quis miles,num.5. Iacobin. de
feud. ſuper rubr. & vnus ex dictis Vaxallis
refutauit num.10. Scruff. cõſ.27. circa prin.
centur.5. Aluarot. in cap.vnic.num.7. & ibi
Afflict.num.2. de natur.ſucceſſ.feud.eſt etiã
tex. in cap.1. de eo, qui fin.ſec. Agnat. Vbi
3 ✝ Agnatus, qui refutauit feudum Agnato
proximiori eo mortuo ſuccedit in eodem
feudo, qui dicitur venire iure reuerſionis,
& de hoc eſt ſolemnis deciſio Præſiden. de
Franch. 3. quam allegat conſ. de Georg. in
ſua alleg.17.num.4. & ita in ſuprema Impe-
riali Camera, vbi quando determinatum
fuiſſe, refert Miſynger. in 3.centur. obſeru.
93. & reiectis contrarijs in feudo paterno,
ſiuè antiquitate firmat Roſental. cap.7.con-
cluſ.2.num.7. & ſeq. & in gloſ. lit. H. I. K.
4 Nec obſtat,quod † Pater feudo renuntiauit,
quia huiuſmodi renuntiatio finitur morte
filij, cuius cauſa erat facta Hartman.Hartm.
lib.2.pract.obſeruat.47.tit.de feud. & in feu-
5 do ✝ filio refutato à Patre ſuccedit Pater
ipſe, tãquam primus aſcendens, vt per Iſer.
in cap.1. §.præterea penult.col.verſ.potius
diceretur, quæ ſit primo cauſ.benefic.amiſt.
Loffred. in addit. incip. Andreas ponit quæ-
ſtionem 8.col. verſ. & Clarius fol.13.Impe-
rator Lotarius, Franch.d.deciſ.3.num.6.ar-
gum. cap.vnic. de Vaxall.decrepit. ætat. vbi
eleganter Laudenſ.num.8. Præpoſit.num.2.
in fine, Curt.iun. part.3.princip. membr. 2.
num.43. vbi id moderno ſequi teſtatur,& ex
alijs Roſental. in d.cap.7. concl.14.num.8.
6 & in gloſ. litera I. etſi dicatur † iure reuer-
ſionis, tamen iure ſucceſſorio venit ad Pa-
trem, adeò quod Pater ad debita medio tẽ-
pore per filium contracto tenetur, vt ex ad-
ductis,& rationibus iunctis Conſiliarijs dua-
rum aularũ deciſum firmat Præſid.de Frãch.
7 in d.deciſ. 3. in fine, & quod † in feudo pa-
terno à Patre filio donato filio ſine prole
mortuo ſuccedat Pater, hoc eſt abſolutum
per gratias huic Ciuitati, & Regno à ſua
Maieſtate factas de Anno 1557. in cap.5.&
6. fol.161. in Pragmatic.14.55. de feud. fol.
8 244. ad literam habetur, quod † in caſu
mortis donatarij, ſine deſcendentibus, &
feuda ſint antiqua,& paterna, eorũ ſucceſ-
ſio poſt eius mortẽ ad patrẽ venit, vti ſi do-
nata non fuiſſent,vt in cap.6.& in Pragmat.
14 per verbum placet, ſimpliciter iuxta
petita cõceſſum, & dum poſtea ſupplicatur,
quod feuda donata, ſiuè donanda filioſami-
lias proximo ſucceſſuro iudicentur, & ſint
in poſſe filij donatarij, vti feuda antiqua, &
paterna ſua Maieſtas reſpondit, quòad do-
nationes factas,quę ei filio concedantur,qui
immediatè proximus Patri ſucceſſurus erit,
ea tamen lege, vt in huiuſmodi aſſenſibus
præſtandis, cum donator diſcedat à viuis
Regiæ Curiæ releuium reſeruatur, ne adda-
tur clauſula, quod ſi interim donatoris cul-
pa ipſum feudum, fortè ipſi Regiæ Curiæ
aperiretur, præſtitus ei aſſenſus,perindè ha-
beatur,ac ſi conſenſus præſtitus non fuiſſet,
& eadem declaratio inſeritur in Pragmatic.
15. d.fol.244. ex quibus clarè habemus in
feudo filio refutato,ſiuè donato ſine deſcen-
dentibus mortuo Pater ſuccedat, & miror
de protegentibus hanc Ciuitatem, & Regnũ
in petẽdis gratijs à ſua Maieſtate,quod dum
per præcedentem,cap.5. idem quod in cap.
6.& reſponſum fuerat per verbum placet in
d.cap.5. poſtea dum in cap.6. fuit facta gra-
tia tam conditionata, quod parum deſeruit,
& ex qua habebant intentum,& ampliorem
amiſerunt,quam habuerant, vt eſt dictum.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXIV.

THEMA.

Filio reſpectu Patris de feudo inue-
ſtito, mortuo ſine deſcendenti-
bus Pater ſuccedit. Communis,
& eſt ſecundus caſus ſucceſſionis
aſcendentium.

SVMMARIVM.

1 *FEudum datum filio ob merita Patris,& eius contemplatione defuncto ſine deſcendentibus Pater ſuccedit.*

2 *Meritorum ratione multa admittuntur, quæ alias non admitterentur.*

1 FIlius,✝ ſi ob benemerita Patris,& ipſius contemplatione eſt de feudo inueſtitus,
tunc

tunc filio ſine deſcendentibus defuncto Pa-
ter eius ſuccedit in feudo, Aluarot. in capit.
vnic. num. 7. & ibi Aſflict. num. 2. verſ. & hoc
quod in feudo nouo de natur. ſucceſſ. feud.
2 ibiquè Petr. de Rauenn. cum † meritorum
ratione multa admictuntur, quæ alias vix
permicterentur, vt latè per Tiraquell. in l.
ſi vnquam ſuper verbis donatione largitus,
num. 11. & pluribus ſequentibus, C. de reuo-
cand. donat. & in tract. de pen. cauſ. 49. nu. 1.
& ſeq. Grammat. deciſ. 65. numer. 24. & ſeq.
Capyc. deciſ. 21. num. 25. & ſeq. Afflict. deciſ.
370. num. 15. Iul. Clar. in §. donatio quæſt.
8. Pręposit. in d. c. vn. de nat. ſucc. feud. ſeq̃n-
do Aluar. num. 2. Rolãd. à Vall conſ. 5. n. 8. &
ſeq. li. 1. conſ. 18. n. 64. li. 2. & hoc caſu, & alijs
ſeq. aſcendens in feudo admictitur, dicit
Borcolt. cap. 7. de feud. num. 10. & prænar-
rato caſu, quod Pater ſuccedat, filio dicit,
etiam Curt part. 3. membr. 2. num. 44. (vbi
hanc limitationem ſecundum doctrinam
Bart. in l. ſed, etſi plures, §. in arrogato,
ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. quam omnes
ibi exclamare, ibi Vvlt. intelligi) valens
Foreſter. lib. 7. de ſucceſſ. cap. 4. n. 36. Sche-
neid. cap. 4. numer. 6. verſ. tertio limitatur,
Vvlteius cap. 9. num. 101. verſ. quod autem
pacto, &c. ibi quin etiam, Roſental. ex alijs
cap. 7. concl. 14. num. 19. & in gloſ. litera S.

PARTIS NONAE,

Dilucidatio XXV.

THEMA.

Feudo nouo iure feudi antiqui con-
ceſſo, filio ipſo mortuo ſine filijs
ad Patrem deuenit, Communis,
& deciſa, & eſt tertius caſus.

SVMMARIVM.

1 *FEudo nouo iure feudi antiqui conceſſo, fi-
lio mortuo ſine prole Pater ſuccedit.*
2 *Feudo nouo iure feudi antiqui conceſſo, etiã
Agnati ſuccedunt.*
3 *Pater, Filio Agnatus eſt.*

1 QVando feudum nouum † iure feudi an-
tiqui eſt conceſſum filio, ipſo ſine
filijs mortuo eius Pater ſuccedit,
quia naturam feudi antiqui, quòad ſucceſ-
ſionem aſſumpſerat, ad quod facit, tex. in l.
1. §. ſi eueniat. ff. depoſiti, l. contractus, &
vtrobiquè Doctores de reg. iur. l. Senatus,
§. mortis, ff. de donat. cauſ. mort. Iſern. in
cap. 1. num. 11. ibi, ſed ſi Rex, aut Princeps,
&c. de controuerſ. apud par. termin. Alua-
rot. in cap. 1. num. 3. de Vaxall. decrep. ætat.
vbi Rauenn. Bal. in prælud. num. 43. Iaſon.
num. 88. & 90. vbi teſtatur eſſe magis com-
munem Rauenn. in cap. 1. de alien feud. pa-
tern. poſt Bald. ibi num. 2. dicens, quod in
Agnatos poſſit alienari, quod ibi Laudenſ.
ſequitur num. 5. & Afflict. num. 25. omnium
latiſſimè Curt part. 1. quæſt. 8. vbi commu-
nem ait, Miſynger. obſeruat. 84. centur. 4.
Gail. obſeruat. 50. in princ. ac per totum,
& num. 1 dicit ſic in Camera Imperiali cõ-
cluſum refert, latè Menoch. conſ. 160. num.
25. & ſeq. lib. 2. vbi etiam contra ijs reſpõ-
det, & hanc partem rationibus comprobat.
in præſumpt. 93. numer. 16. lib. 3. & ex alijs
communibus firmat Roſental cap. 2. concl.
13. in gloſ. litera A. Præpoſit. in cap. 1. nu.
2. circa finem de alien. feud. patern. ſic latiſ-
ſimè reſpondet Natta conſ. 468. num. 12. per
totum lib. 2. & conſ. 467. eod. lib. 2. Ruland.
à Vall. conſ. 60. num. 54. lib. 1. ex alijs ſequi-
tur Gaill. obſeruat. 50. num. 13. lib. 2. vbi ex-
2 preſsè poſt Nattam, & alios ait † omnes
Agnatos Collaterales in eo ſuccedere, quod
& Pariſ. conſ. 17. numer. 9. & 10. lib. 1. Alex.
conſ. 30. nu. 7. lib. 1. quod vult, & Curt. Sen.
conſ. 48. num. 30. & ſeq. Grauett. conſ. 926.
num. 3. & ſeq. Curt. iun. conſ. 1. paſſim Scra-
der. de feud. parte 2. cap. 3 num. 78. & ſeq.
& part. 7. cap. 7. nu. 5. verſ. quinto fallit, &c.
citat Afflict. deciſ. 282. Roſental. d. capit. 2.
concl. 13. num. 4. in cap. 3. concl. 59. num. 11.
& dum Agnati ſuccedunt in tali feudo, etiam
ſi ab acquirẽte nõ deſcenderent puta Colla-
terales ſuperiores potius igitur aſcenden-
tes in linea recta exiſtentes Agnati etiam
ipſi ſic in ſpecie determinat Scrader. d. part.
3 6. cap. 6. num. 4. in fine, † Pater enim filio
Agnatus eſt, per tex. in cap. 1. de legit. ſuc-
ceſſ. cum ſimilibus, l. fin. §. 2. ff. de grad. &
affin. l. 2. de ſuis, & legit. Iſern. in cap. 1. nu.
8. de natur. ſucceſſ. feud. Roſental. d. cap. 7.
concl. 14. num. 20.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXVI.

THEMA.

Ex pacto conueniri poteſt, vt pater,
vel alius ſuccedat in feudo filij,
etiam nouo, & ſuccedit, & eſt
quartus caſus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *FEudo nouo, quod Pater, vel alius ſuccedat ex pacto, conueniri poteſt.*

2 *Feudo refutato filio, ſiuè antiquo, ſiuè nouo Pater ſuccedit.*

1 QVod † Pater, vel alius in feudo nouo filio dato ſuccedat ex pacto conueniri poteſt, & ſuccedit, dicit Aluarot. in cap.1. de natur.ſucceſſ.feud. num.7. in fine, vbi Rauenn. in fine Afflict. num.1. ibi ſecus in expreſſo pacto, & nu.161. Curt.iun. part 3.memb.2.num.43. citat ad hoc Ardizaon. Scrader.d.part.7.cap.6. de ſucceſſ. aſcenden. verſ.2. hæc concluſio fallit, num.3. vbi plures citat, Scheneid. de feud.part 6.cap.4. de ſucceſſ.aſcendent.num.6. verſic.ſecundo ex hoc generaliter Duaren. de feud. capit. 11. valent, Foreſter.lib.7. de ſucceſſ. cap. 4. in addit. poſt lib.9. adiectis concluſ.5. num.35. & 38. Vvlteius,cap.9.nu.101. verſ. in vtroq;
2 autem, dicens † ſiuè antiquum ſit, ſiuè nouum aſcendens ſuccedere poteſt deſcēdenti ex pacto, vt per citatos Doctores dubium non eſſe, & de antiquo, nec dubitandum eſt ſi Pater vel aliquis aſcendentium filium ſuū feudo à domino inueſtiri curaſſet ea conditione, vt ſi filius deceſſerit ante Patrē, quod feudum ad Patrem reuertatur, cum hoc ita diffinitum ſit in cap.extraordinarium ſit,84 dicit Vvlteius, vbi ſup. & Scheneid. part 6. de ſucceſſ.aſcendent.num.6.limit.1.& latius ſup.hac part. Dilucidat.VII.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXVII.

THEMA.

Pater, etiam ſine pacto ſuccedit filio in feudo per eum quæſito pro ſe, & hæredibus quibuſcumquè, vel quibus dederit communis, & deciſa, & eſt quintus caſus.

SVMMARIVM.

1 *FEudo acquiſito per filium pro ſuis hæredibus ſucceſſoribus, & cui dederit, abſq; pacto, quod Pater ſuccedat, Pater ſuccedit.*

2 *Quibuſcumquè verbum debet reſtringi ſecundum ſubiectum materiam, & naturā feudi ad perſonas habiles.*

3 *Pactum, ſiuè conceſſio, & quibuſcumquè reſtring: ad Fœminas, & ad vltimam voluntatem.*

4 *Quibuſcumquè verbum ob ſui generalitatē vocis ad extraneos hæredes ab inteſtato ex teſtamento, & ad Fœminas tranſire, communior, & verior opinio.*

1 FIlius, ſi † feudum acquirit pro ſe hæredibus, & ſucceſſoſibus, & quibus dederit, abſquè pacto, quod Pater ſuccedat, Pater ipſe ſuccedit Præpoſit. in cap.1. num.2. de Vaxallo decrep.ætat. Ardizzon.par.3.de ſucceſſ.feud. verſ.aſcendentes part. 8. nu.2. Vvſembech.cap.6.num.8. Borcolt. capit.7. part.2.num.9. Roſental. cap.7.concluſ.14. num.22. Mozz. de ſubſtant. feud. num. 74. Hart. Hartman. de feud.obſeruat.46. quod notandum eſt, dicit Sonsbech. de feud. par. 9. num. 48. ſecundum quorum ſententiam in facti contingentia, etiam aliquando in Camera Imperiali iudicatum eſſe refert Miſynger.centur.3.obſeruat.93.Vvlteius cap. 9.nu.101. verſ. ſed an etiam per rationem,
2 quia etſi aliqui dicunt, † verbum quibuſcūq. reſtringi debet ſecundum ſubiectam materiam; & naturam feudorum ad perſonas habiles, vt per Bald. in l. cum virum, C. de fideicommiſſ. dubitatiuè per verbum forte dici poſſet, & in cap.1. §.donare enim nu.4. qui tamen non videtur aliud concludere,
3 quam quod tale † feudum non poſſit legari & ad Fœminas, præſertim tranſire non debet Præpoſit.num.5.cap.1. de his, qui feud. dar.poſſ. Afflict. in cap.Imperialem nu. 98. in fine de prohib.feud.alien. per Feder c. & ibidem Camerar.fol.218. id pactum ad vltimas voluntates reſtringit. Hieroymus Garzonius in tract.de Fœmin.ad feud.recipi,col. 18. verſ.ego in conſcientia mea, Frit.lib.2. de ſubfeud. author.1.quæſt.12. num.6. Det. conſ.171.num.5. & 6. & conſil.193. num.5. pro tenui, & conſ.185. num.4. conſ.208. ad clariorem num.6. vbi dicit hanc veriorem, & ex alijs Roſental. cap.2. concl.35. in glo.
4 litera B. † Tamen contraria opinio.ſcilicet quod ob proprietatem, & generalitatem vocis, quibuſcumquè in inueſtitura ab homine expreſſa huiuſmodi feudum ad hæredes extraneos ab inteſtato, & etiam ad Fœminas tranſeat communiter Doctores firmant, quorum primus fuit Bald. ſibi contrarius in cap.Imperialem num.10. Laudēſ. ibidem ſui oblitus num.36.45.& 48. de prohib.feud.alien. per Federic. & idem Bald. in l.1.quæſt.34.45. & 48.ff. de rer. diuiſ. & in

cap.in

Digitized by Google

cap.in præſentia num.20. Fœlin.ibid.nu.26. de probat. Affli. in d. cap. 1. §. donare. nu.24. qualit.olim feud.alien.pot. & quod hæredes ab inteſtato extranei ſuccedant, vult etiam Thom. de Marin. de gener. & qualit.feud. tit.31. num.8. allegar, Capyc. in d.cap.Imperialem num.44.& modernos Siculos in prælud.feudorum num.88. Nec reſiſtit Bal. in d.§.donare, eamquè teſtatur magis communem Curt.part.3. num.2. de ſucceſſ.Maſcul.num.63. Borcolt.cap.8. nu. 76. Mozz. tit. de ſubſtantial.feud.num.95. vbi Tiraquell.citat de vtroquè retract.§.1. gloſ.7.num.21. & idem Mozz. de nat.feud. num.83. Iaſ. in prælud.feud. nu.47, & ſeq. & num. 128. in l. 2. C. de iure emphythe. num.168. & in l.quædam, §. nihil intereſt. num.3. ff. de edendo, & in l.Gallus, §.etiã ſi parente num. 17. & ſeq. de legat. 1. de communi opinione eſſe monens, & in l. cũ filiusfamilias, ff. de legat. 1. Alex. in d. l. Gallus, §.etiam ſi parentem num.4.Claud. Seyſſell.ibid.num.13.qui & communem ait ff. de liber. & poſthum. Additio ad conſ. Alex.30.lib.1. fatetur, ibi, quod ſit verior, & communior, Socc. Sen. conſ. 104. nu.28. lib.2. vbi dicit communem,& conſ.114.nu. 9.eod.lib. Roland. à Vall. conſ.3. num.63. & ſeq. lib.1. & conſ.42. num.11. 12. & 13. lib.1. vbi has formulas hæredibus quibuſcumq; & quibus dederit æquiparat,ac magis communem teſtatur Socc.conſ.72. nu. 33.part.1. hanc dicit magis communem, in praxi ſeruari Burſat.conſ.22.n.2. Natta conſ.159.num.19. lib.1. Afflict. deciſ.386. num.7. Caccheran. deciſ.Fiuizz.161.n.16. & 169.num.5. & ex alijs Roſental.d.cap.2. concl.35. in gloſ. litera C. ſi in tali feudo ſuccedit, etiam extraneus quanto magis Pater, qui proximior omnium filio eſt ex prædictis non dubitandum.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXVIII.

THEMA.

Feudo per Patrem refutato filio, ipſoquè mortuo ſuccedit Pater, cum alijs defuncti fratribus de iure communi feudorum, Communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudo refutato, vel vendito à Patre filio ipſo mortuo ſine deſcendentibus Pater, fratres ſuccedunt.*

2 *Feudali iure caſus expreſſus non deciſus in iuris communis diſpoſitione remanet.*

3 *Patrem proximiorem Agnatum eſſe filio, & ſuccedere ſolum, qui aiunt, eſt de iure Regni, ſed de iure communi feud rum ſuccedunt omnes in pari gradu exiſtentes.*

4 *Pater, nè dum ſuccedit in feudo refutato, ſed in per eum quæſito, & in dignitate, & etiam in feudo nouo num.5. & ſeq.*

1 SCrader. de feud.part.7.cap.6.de ſucceſ. aſcendentis nu.11. dicit in † caſu, quo Pater feudum refutauit filio, aut vendidit filio illo ſine deſcendentibus defuncto fratres in eo,vna cum Patre ſuccedũt,quoniã ille filius intelligitur pro ſuis hæredibus legitimis capacibus quæſiuiſſe, argum. l.ſi actum, ff. de probat. & ſic pro refutante. Iſern. in cap.1.num.8. in fine, verſic. quid ergò, ſi Pater acquiſiuit feudum de natur. ſucceſſ.feud. & Affl.ct.numer.2. de Vaxall. decrep.ætat. contrariam ſententiam videre tenetur, ſed Scradero ſubſcribo quoniã ius feudale,& in re aliud non diſponit,nec hoc prohibet, igitur legi ſcriptę inhære-
2 mus, quia † caſus expreſſus in iure feudali non deciſus,ſed omiſſus in diſpoſitione iuris communis remanet, vt ab omnibus ferè traditur, & voluit Bal. in l.2. C. de ſuis, & legit. in l. cum oportet in princ. verſ. in feud.&c. vbi hoc regulam feudalem vocat Iaſ. in l. de quibus, ff. de legib. num.14. in fine,& ſeq. Nicol.Euerard. in loco argum. de loco à contrario ſenſu num.30. Præpoſ. in d.cap.1. vbi eſt text. de feud. cognit. & ibidem Caccialup. in repet.part.4. nu.21. Camer. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus de prohib.feud.alien.per Federic. fol.837. facit tex. in l. ſi cum dotem, ff.ſolut.matrim. cum ibi notatis, & ſimilibus, Piſtor. in qq.iuris lib.2.part.2.quæſt.38.nu. 10.13. & 70. per tex. in d.cap.1. & ibi omnes interpretes de feud. cognit. Iaſon. in prælud.feud.num.63. Curt. de feud.part.1. quæſt.4. Garzon. in tract. de Fœm.ad feud. recip.col.2. verſ. ſic, ſi igitur eſt feudum, &c. Marant. in ſpecul.Aur.par.3. num.86. Roſental.cap.1.concl.16.numer.5. in gloſ. litera C. Nec diſtringit, quod dicit Iſern. in d.cap.1.num.8. de natur. ſucceſſ.feud. &
3 alij. Patrẽ eſſe † filio proximiorem Agnatum, quam fratrem,&c. quia eorum dictũ procedit de iure Regni vocare proximiorem,

rum, ſed lex Ciuilis admictit omnes in pari gradu exiſtentes, & ius feudorum aliter non diſponit, niſi quod vocat omnes filios relicto Patre refutante, & alio agnato in pari gradu. Refutans ſolus non ſuccedit, licet ante refutationẽ ſolus habebat, ſed alius Agnatus in pari gradu cum eo, ſicut aliquo modo colligitur in cap. 1. de eo, qui fec. fin. Agnatio, vbi notat Aluarot. ante num. 1. ſuper tex. ibi (& in totum ſi eſt proximior, vel æqualiter, ſi eſt in pari gradu, cum vendicante) Bald. ante eum in princip. ibi (aliter vero, qui refutauit, petit totum, vel partem,) quod & Scrader. vbi ſupra ſequitur, niſi fortaſſe ex ipſa refutatione conſtare poſſet, aliam contrahentium fuiſſe mentem, vel diſpoſitum inter partes, vel ex iure, & particulari iure Regni, vt in præcedentibus Dilucidationibus diximus, Roſental. d. cap. 7. concluſ. 14. num. 24. etſi Agnati quamuis ex linea Collaterali ſint, ſuccedunt fortius, aſcendentes Agnati, & ipſi aſcendentes, & ſic in ſpetie determinat Scrader. d. part. 7. cap. 6. quæſt. 4. in fine, Pater enim filio Agnatus eſt, per tex. in §. 1. inſtit. de legit. ſucceſſ. cum ſimil. l. fin. §. 2. ff. de grad. & affin. l. 2. ff. de ſuis, & legit. Iſern. in dict. cap. 1. num. 8. verſ. quid ergo ſi Pater acquiſiuit feudum, ergo Pater inſimul cum alijs filijs in pari gradu de iure communi feudorum, ſed de iure Regni francorum ſuccedit ſolus Pater, quia proximior Agnatorum eſt, vt ex prædictis, & dicit Iſern. d. num. 8. in fine, & concurrentibus Patre, Fratre, vel ſorore, & maximè in feudo ab eo refutato Pater præfertur, fratre, & ſororibus excluſis, & ita per Sacrum Conſilium bis iudicatum fuit, dicit Ann. Pater. in rub. de Vaxall. decrep. ætat. à num. 367. vſquè ad num. 425. conſ. Georg. alleg. 27. num. 48. & conſ. Rouit. in Pragmat. 1. in tit. de titul. abuſio, nu.
4 57. vſquè ad nu. 71. ibiquè refert, † Patrem contra ſororem obtinuiſſe, non ſolum in feudo refutato, ſed etiam in dignitate Marchionatus, quam filius defunctus acquiſiuerat poſt refutationem, & Præſid. de Franch. deciſ. 3. dicit Patrem filio in feudo hæreditario refutato ſucceſſit, licet iure hæreditario, & pro concurrenti valore feudi ad debita filij, medio tempore contracta condẽnatus fuit, & alia videnda per D. Præſid. de Franch. deciſ. 591. & Regens de Ponte de poteſtat. Proreg. tit. 8. in princ. num. 14. firmat, quod quando feudatarius ſuccedit, vt hæres tenetur ad releuium, & nu. 20. allegando Iſern. in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. verſic. quid ergo in quæſtione de feudo refutato à
5 Patre † de refutatione, ſiuè donatione per
Camilli de Laratha. matrem filio primogen. facta, quo mortuo ſine filij ad eius ſucceſſionem feudi concurrebant mater, & ſoror, & fuit contrauerſũ, ſi donatio fuerat perſonalis, vel realis, & obtinuit mater, vt ibi Patrem, vti Agnatũ proximiorem præferri ſecundum d. Conſtit. vt de ſucceſſionibus, ſecundum eum intelligi videtur loqui in feudo nouiter quæſito, & non in feudo à Patre refutato, & ad onera per filium contracta teneri, vt diximus, ſed ad vitam militiam fratribus non teneri firmat idem Regens de Ponte d. loc. num. 41 vſquè in fine, & non omictam, quod idem Regens ibid. num. 24. dicit, etſi parentes vltimi decedentis ſint aſcendentes, tamen primi feudum acquirentis dicuntur deſcendẽtes, & optimè ponderat Camill. de Medicis in ſuo conſ. 85. num. 15.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXIX.

THEMA.

Feudum, etiam maternum, ſiuè aliud, ſicut ad extraneos, ita ad Patrem peruenire poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Feudum à Matre, vel aliundè ad filium peruentum ad Patrem ſiuè ad alium in inueſtitura peruenire poteſt.*
2 *Pater non excluditur, niſi quando filius decedens, habet Fratrem, vel Sororem in capillo in hoc Neapolitano Regno.*

1 Feudum † à Matre, vel aliundè ad filium peruentum, ita quod Pater non ſit comprehenſus in inueſtitura ad eum non magis, quam ad extraneum, quamuis iure ſucceſſionis deuolui poteſt, Iaſ. in l. Gallus, §. etiã ſi Parentes num. 24. verſ. tamen aduertè, quod illum text. ff. de liber. & poſthum. Iſern. in cap. 1. num. 8. in fine, & poſt eum Afflict. ibid. num. 2. in fine, & num. 3. de ſucceſſ. feud. Scrader. part. 7. de ſucceſſ. aſcend. verſ. hæc concluſio ampliatur, &c. capit. 6. num. 2. qui Iſern d. num. 8. verſ. ſi in Regno
2 Siciliæ dicit (in † Regno Siciliæ, Pater non excluditur, niſi filius decedens haberet fratrem, vel ſororem in capillo ex vtroq: vel altero parente, vt in Conſtitutione, vt de ſucceſſionibus in princ. vbi gloſ. in verſic.

Digitized by Google

excluſo, etiam ergo arguendo à contrario ſenſu, ſi fratrem, vel ſororem non habet, videtur, quod Pater ſuccedat, quod argumentum à contrario ſenſu eſt validiſſimum l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius,) & idem dicit, ibidem Balzeran. num. 2. Ardizon. quoquè d. tit. de ſucceſſ. feud. cap. 137. & ſuccedunt deſcendentes, verſ, idem puto indifferenter tamen, etiam aſcendentes ſuccedere poſſe par. 7. cap. 6. num. 4. hæc concluſio, &c. & ex alijs, Roſental cap. 7. concl. 14. num. 12. & in gloſ. litera L. & ſic per carentiã filiorum, vel fratrum, aut ſororum filij defuncti Pater ſuccedit in feudo, vt dixit Iſern. vbi ſupra, & in Conſtit. ſi quando aliquem, & per Afflict. in Conſtit. & judicatum num. 9. & Reges de Ponte de poteſtate Proregis tit. 8. num. 24. per rationem, quia ſi reſpectu filij deſcendentes Pater, & Mater dicuntur aſcendentes reſpectu vero primi acquirẽtis dicuntur deſcendentes, & in tali caſu Pater, & Mater ſunt ſucceſſores in feudo antiquo & vndecumquè filio quæſito, vt ex prædictis & nouiſſimè Camillus de Medicis in ſuo cõſil. 85. num. 15.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXX.

THEMA.

Aſcendẽtes, deſcẽdentibus in feudis, etiam nouis ex Statuto, vel Conſuetudine ſuccedunt.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quod fit in feudo nouo, etiam Conſuetudine fieri poteſt.*
2 *Conſuetudines ſunt pacta Ciuium.*
3 *Conſuetudo particularis Regni Ciuitatis, & loci præualet Conſuetudinibus feudorum.*
4 *Conſuetudo loci feudi ſiti eſt attendenda.*

1 QVod † pacto fit, idem fieri Statuto, & Conſuetudine in feudo nouo, vt per Iſern. in cap. 1, num. 5. de natur. ſucceſſ. feud. Scheneid. part. 6. cap, 4, num. 6. limit. 3. Scrader. d. part. 7. cap. 6. num. 3. verſ. idem iuris, Vvlteius cap. 9. num. 101. verſ. quod autem pacto, &c.] Et etiam dico ex Conſuetudine fieri hoc poteſt, vt de Conſuetudine Burgundiæ, & Niuernenſi teſtatur Barthom. Caſſan. in rub. 3. Desfiecfs en coſes feodales 5. num. 8. Scrader. d. num. 3. verſ. idem iuris ſtatuendũ eſt, &c. Scheneid. in d. limit. 3. Roſental. d. cap. 7. concl. 14. nu.
2 21. & in gloſ. lit. F. † Conſuetudines enim ſunt conuentiones, & pacta Ciuium, quæ ſunt ſeruanda, vt C. de decret. diuerſ. in rub.
3 lib. 11. Conſuetudo † ipſa particularis alicuius Prouinciæ, vel Ciuitatis, & loci vniuerſalibus feudorum Conſuetudinibus præualere debent, dicit Aluarot. in cap. 1. in fine, num. 2. de feud. cognit. vbi Laudenſ. nu. 10. Præpoſit. num. 2. & 5. Scheneid. num. 19. & Petr. de Rauenn. facit cap. 1. & ibi not. per Afflict. num. 5. & communiter per feudiſtas de fil. ex matrim. ad Morgan. contract. quod ille text. in Mediolano ſolum obtinuerit, Roſental. d. cap. 7. de ſucceſſ. deſcendent. cap. 16. num. 7. Hoſtienſ. in ſum. §. fin. Rebuff. in declarat. feud. in princ. Vvſembech. cap. 17. ante finem, Scruff. conſ. 66. num. 9. cent. 1. Pariſ. conſ. 12. num. 44. conſ. 13. num. 18. &
4 30. & conſ. 21. num. 14. lib. 1. vbi ait, † certiſſimum eſſe potiſſimum attendi debere Conſuetudines, & Conſtitutiones loci, vbi feudum ſitum eſt Thom. de Marin. in tit. de feud. non hab. propr. nat. feud. nu. 6. & idem eſt de Statuto, quod de Conſuetudine, vt diximus, & ex alijs, Roſental. cap. 1. concl. 13. num. 1. & in gloſ. litera A. & ex his patet ex Conſuetudine, vel Statuto in feudo nouo, in feudo materno, vel alias quæſito Pater ſuccedere poteſt.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXXI.

THEMA.

Antiquitus feudorũ nulla erat ſucceſſio, ſed diuerſimodè concedebantur, deindè in deſcendẽtibus, & in Collateralibus a primo acquirente in infinitum, & in feudo nouo a Collateraliũ ſucceſſio de iure feudorum, vſquè ad ſeptimum gradum de iure Regni, vſquè ad tertium excluſo Patre.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *DEſcendentes à primo acquirente in infinitum ſuccedunt, & num. 6.*
2 *Collaterales de iure feudorum, vſquè ad ſeptimum gradum, & de iure Regni, vſquè ad tertium gradum.*
3 *Feudis, qui à primo acquirente originem nō habent, non ſuccedunt.*
4 *Feudis nouis ſuccedunt primogeniti de iure francorum Regni.*
5 *Feudatario ſine filijs decedenti ſuccedunt Collaterales, vſquè ad ſeptimum gradum de iure feudorum, ſed Regni, vſquè ad tertium gradum.*
8 *Feudo nouo ſuccedunt fratres, & ſorores ex vno, vel altero parente natis.*
9 *Opinio gloſ. Conſtitutionis non procedit, quia contra tex. & Doctores.*

1 ETſi olim† feudorum nulla erat ſucceſ-
ſio, ſed arbitrio domini reuocari po-
terant, poſtea ad vitam acquirentis, deindè
ad filios, & ad nepotes, & fratres ab acqui-
rente deſcendentes, vt in cap. 1. §. quia vidi-
mus, vbi omnes ibi ſcribentes de his, qui
feud. dar. poſſ. & latius dicimus in prima par.
Dilucidat. 5. ibiquè Iſern. num. 21. Aluarot.
num. 4. Balzeran. num. 21. Loffred. conſil. 1.
num. 500. Capyc. in inueſtit. feud. verſ. feu-
dorum. Clar. in §. feudum quæſt. 9. num. 6.
item quæſt. 79. num. 1. ab omnibus receptam
concluſionem dicit ex alijs communibus o-
pinionibus Roſental. de feud. cap. 7. concluſ.
2 55. num. 1. & in gloſ. litera A. & † etiam
Collateralis vltimi decedentis ſuccedunt in
feudo, dummodo à primo acquirente de-
ſcendat, ſimiliter in infinitum ſuccedunt,
Laudenſ. d. §. quia vidimus num. 48. Præpo-
ſit. num. 12. & 13. Balzeran. nu. 29. Iul. Clar.
communem teſtatur iu d. quæſt. 79. num. 1. &
3. Roland. à Vall. ſimiliter communem pro-
nuntias conſ. 1. num. 1. 2. 3. 8. 9. lib. 1. & conſil.
32. nu. 5. lib. 5. & ex alijs Roſental. d. cap. 7.
3 concl. 58. & in gloſ. litera A. & † alij à pri-
mo acquirente originem non habentes, non
ſuccedunt per indubitatam iuris regulam,
quam tradunt, Laudenſ. in d. cap. 5. §. his ve-
ro, &c. Nicol. de Neapol. Petr. de Rauenn.
verſ. & ideo dixit Bald. Vvlteius de feud.
cap. 9. num. 102. & 104 verſ. ex quibus, &c.
indubitata eſt in Camera, ac in alijs iuditijs
obſeruatur, & ex alijs Roſental. d. loco in
4 gloſ. litera B. in feudo autem nouiter† quę-
ſito à fratre alios fratres habentes, ſi cum
filijs decedat eius primogenitus, filius ſuc-
cedit, ſi francorum iure in ipſo feudo viui-
tur de iure Regni, per cap. conſiderantes, &
per Conſtitut. diuæ memoriæ, & per alia in
hac parte Dilucidat. IV. adducta, & hoc eſt
5 abſquè dubio, ſi † vero feudatarius nullis fi-
lijs relictis ab hac vita diſceſſerit, ſucceſſio
feudi per eum nouiter quæſiti datur Colla-
teralibus, qui licet de iure antiquo feudorū
ſuccedebant, vſquè ad quartum gradum, vt
in cap. vnic. §. hoc quoquè ſciendum eſt de
his, qui feud. dar. poſſ. poſtea ad ſeptimum
gradum ſucceſſio Collateralium dilata fuit;
ex eodem §. hoc quoquè ſciendum eſt, ibi
(iure antiquo ſuccedebatur, vſquè ad quar
tum gradum hodie vero, vſquè ad ſeptimū
gradum, ſiuè geniculum vſurpatum eſt,) &
ibiquè Iſern. num. 23. in fin. Laudenſ. nu. 4.
Præpoſit. num. 68. Aluarot. num. 5. verſ. ſed
iſtud intelligendum, &c. & pulchrè Balzerā.
num. 29. poſt verſ. contra quia Regnum,
ſed eſt aduertendum, quod talis ſucceſſio in
Collaterales procedit in feudo nouo, ſed
quando feudum eſt paternum, & antiquum
deſcendentes ſuccedunt in infinitum, & hanc
ſententiam amplexi ſunt, gloſ. in cap. 5. de
feud. March. Laudenſ. in cap. 1. §. quia vi-
dimus de his, qui feud. dar. poſſ. & ibidem
Aluarot. num. 5 Præpoſit. numer. 53. & 66.
Paul. Pic. num. 71. 72. & 73. vbi communem
dicit, & tenendum poſt Odofred. in ſumma
tit. qui ſucceſſ. poſſ. in feud. & ſecundū com-
munem Doctorum opinionem magis rece-
ptam ex multis firmat Præſid. Amat. conſil.
95 num. 2. licet num. 3. dicat ſecundū Andr.
de Iſern. opinionem in cap. 1. §. hoc quoq;
ſciendum eſt, & in §. Præterea num. 16. vſq;
ad ſeptimum gradum, & Iacob. de Bellouiſ.
in cap. talis benè, verſ. ſi hoc actum erit de
prohib. alien. per Lotar. & Apertius in pri-
ma rub. §. & quia vidimus in nona oppoſi-
tione, verſ. & nota quod hodiè, &c. & hanc
opinionem ex alijs Hieronym. Scruff. conſil.
66. centur. 1. valdè defendit, qui Scruff. ſe
fundat in §. hoc quoquè ſciendum eſt in fin.
vbi Iſern. de his, qui feud. dar. poſſ. & in cap.
2. aliàs ſatis benè de prohib. feud. alien. per
Lotar. ibiquè Iacob. de Bellouiſ. Miror de
prædictis, per Scruff. & relatis per Amat. &
mihi parcat ipſius authoritas, ſi dico non
benè ponderaſſe dicta iura, & authoritates,
nam tex. in d. §. & quia, correctum eſſe, per
cap. 5. de natur. ſucceſſ. feud. & dico quod,
tex. in d. §. hoc quoquè in fine, vtrumq; ius
antiquū, & nouū continet, quia ex acquiren-
te deſcendentes in infinitum ſuccedunt, re-
fert, & comprobat Aluarot. in d. §. hoc quo-
què de his, qui feud. dar. poſſ. quem ſequitur
Petr. de Rauen. verſ. ſi vero fructus, Schēh.
num. 7. item Eguin. Bar. Cuiacius Octoman.
gloſ. in verſ. vſquè & ibidem Præpoſit. in §.

Digitized by Google

rurſus, nota Balzeran.ibid. cap.fin.verſ.filia
vero,&c. aduertatur, quod Iſern.in d.§ hoc
quoquè dicit deſcendentes ſuccedere in in-
finitum,& Collaterales, vſquè ad ſeptimum
gradum, & in infinitum maſculi, & ſic con-
tra, ad quod allegatur Iacob. de Belloviſ.in
d.cap.1.de his, qui feud.dar.poſſ. verſ.oppo-
nitur 6. in verſ. ſi vero dicit, nam videtur,
quod litera, ſibi ipſi repugnet, cum primo
dicit, quod frater fratri ſuccedit, diſtinguit,
ergo aut feudum eſt paternum, aut nouum,
ſi paternum regulariter frater ſuccedit fra-
tri,ſed in nouo non ſuccedit,in verſ.ſin autẽ
&c. & idem Beluiſ. in cap. 1. §. ſi Capitanei
in fine de feud. March. in fine facit, etiam
diſtinctionẽ dicens,aut feudum de primo ac-
quirente, vel de ſuis deſcendentibus facit
tranſitum ad deſcendentes ex eo. in linea
tranſuerſali tranſit ad illius deſcẽdentes in
infinitum,& ad omnes tranſuerſales primos
dicitur habere originem à primo acquirente
eandem diſtinctionem facit Borcolt. de feu.
cap.7.n.93.fol.161. & hæc eſt propria veri-
tas, quia ſi reſpectu vltimi decedentis ſunt
tranſuerſales, tamen reſpectu primi acqui-
rentis ſunt deſcendentes, proindè tanquam
deſcendentes ſuccedunt in infinitũ, vt Zaſ.
part.8.num.5.ſciendum communem opinio-
nem vſu firmatam inquit Thom. de Marin.
veriorem, & magis communem opinionem
aſſerit Caecheran.deciſ.Pedemont.23.nu.30.
communem firmat, & ex Iſern. Beluiſo, &
alijs multis authoritatibus, & communibus
opinionibus firmat Rotental.de feud.cap.7.
concl.56. litera A. & concl.58. litera A. ſed
quando ad tranſuerſales alios ex pacto, vel
alijs caſibus, quibus poteſt, ſeptimum non
trãſgredit gradum,ſic Nicol.de Neap.Alua-
rot.num.2. Præpoſit. Rauenn. Afflict.Sche-
neid.& alij de feud. March.Balzeran.in cap.
1.num.24. verſ. hoc non obſtante in cap. de
ſucceſſ.fratr.hæc per extra Regnum,ſed nõ
7 in † hoc Regno Neapolitano, quia per Cõ-
ſtit. vt de ſucceſſionibus prædicta limitan-
tur, & reſtringuntur in ſucceſſione Collate
ralium artando, & reſtringendo, vſquè ad
tertium gradum tantum, & ampliando in-
vocando fratrem, ſiuè ex vno, ſiuè ex alte-
ro latere nato, & ſororem in capillis exclu-
8 dendo fratrem, vt litera docet, ibi † (ex
Collaterali linea venientes, vt fratres, ſiuè
ex altero latere tantum,& ſorores in capil-
lo excluſo communi Patre viuente omninò
ſuccedunt,) & ita tranſeunt omnes, ibi, &
alibi de hoc ſcribentes, quos vidi excepto
gloſatore, ibi in verſ.ex altero tantum con-
ſilus in verſ.eiuſdem Conſtitutionis,ibi (filij
autem fratrum in his,quæ communis Patris
fuerunt, ſcilicet Aui eorum, idem ius ha-
bent) inferendo, quod loquatur in fratre
ex vtroquè parente nato hæc enim verba,
9 nihil de tali intentione operari,quia † contra
Textum, & Doctores, & verbum commu-
nis Patris eorum Aui voluit alludere ad
feudum antiquum, & conſtitutio nihil di-
ſtinguit, vt ibidem per Iſern. in verſ.fratres
& nos diſtinguere non debemus, vnde à li-
tera Conſtitutionis,quæ eſt clara à commu-
nibus ſcribentium dictis non recedendum,
& ſic concluditur fratrem, & ſororem ex
vno, vel altero latere natos in feudo nouo
alterius fratris, abſq; filijs defuncti excluſo
Patre fortè viuente ſuccedere debere.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXXII.

THEMA.

Deficientibus, deſcendentibus, &
aſcendentibus Collaterales, ideſt
carnales fratres, & deinceps in
feudis ſuccedunt, cum ſuis con-
ditionibus,quomodo,& quando,

SVMMARIVM.

1 *Fratres ſorores & alij Collaterales, de-
ſcendentibus, & aſcendentibus deficien-
tibus in feudis alij Collaterales ſuccedũt.*
2 *Collaterales ſuccedunt Collateralibus, ſi à
primo inueſtito deſcendunt, & num.7.*
3 *Agnati ſoli, remotis cognatis in feudis ſuc-
cedunt.*
4 *Agnati dicuntur, qui ſunt de familia, cui
feudum conceſſum eſt, & cognati, qui per
fœminam coniunguntur.*
5 *Fœmina familiæ ſuæ caput eſt, & finis.*
6 *Feudo nouo Collaterales non ſuccedunt.*
7 *Feudo dato duobus fratribus alter non ſuc-
cedit, ſi nominatim conceſſum non ſit.*
8 *Proximiores, ſicut in allodijs de iure cõmu-
ni ſuccedunt, ita & in feudis de iure
feudorum.*

Tertius ordo ſuccedentium de iure Ci-
uili eorum eſt, qui dicuntur venire ex
1 latere, vt ſunt fratres, † ſorores, fratrum,
ſororumquè liberi, Patrui, Auunculi, Ami-
tæ, Materteræ, & ſimiles deſcendenti-
bus, & aſcendentibus deficientibus ad ſuc-
ceſſionem

ceſſionem admittuntur, Nouell. 118, §. reſtat, vt tertium ordinem, qui Collaterales de iure conſuetudinario feudali ad ſucceſſionem feudorum veniunt, cap. vnic. de nat. ſucceſſ. feud. cap. vnic. de ſucceſſ. fratr. quod
2 intellige † de his, qui à primo inueſtito deſcendunt, tradunt Mart. Laudenſ. in cap. 1. §. & quia vidimus de his, qui feud. dar. poſſ. num. 48. vbi Præpoſit. num. 12. & 13. Balzeran. num. 39. verſ. contra, quia Regnum, Thom. de Marin. in tit. 2. de feud. ex pacto, & prouidentia antiquo concl. 2. num. 25. par. 1. & tit. 12. in fin. communem dicit Roland. à Vall. conſ. 3. num. 1. 2. 8. 9. lib. 1. conſil. 32. num. 1. lib. 3. & communem ſimiliter teſtatur Iul. Clar. in §. feudum quæſt. 79. num. 1. & 3. & ex alijs Roſental. de feud. cap. 7. concl. 58. num. 1. & in gloſ. litera A. & hoc ſi triplicem habent conditionem, quorum prima erit, ſi fuerint legitimi, & naturales Agnati,
3 ſolum enim † Agnati in feudis remotis, cognatis ſuccedunt, d. cap. vnico, ibi ex latere omnes per maſculos deſcendentes de natur. ſucceſſ. feud. d. cap. vnic. verſ. his vero deficientibus de ſucceſſ. fratr. propterea quia Dominus, qui feudum Vaxallo concedit, eligit familiam generoſam, & fortè, & vult, quod illi, qui ſunt de illa familia, tãtum feudum habeant excluſis illis, qui ſeorſum ex familia illa naſcuntur, Iacob. Cuiacius in c.
4 vnic. de his, qui feud. dar. poſſ. At † Agnati dicuntur eſſe de familia eius, qui feudum acquiſiuit, l. Iuriſconſultus, §. 1. de gradibus, nam cognati ſunt, qui per fœminam coniũ-
5 guntur, quæ familiæ † ſuæ eſt capud, & finis, l. pronuntiatio in fine, ff. de verb. ſignific. Roland. à Vall. conſ. 56. num. 26. libr. 3.

Secunda cõditio, ſub qua tranuerſales in feudis ſuccedunt, eſt, ſi feudum fuerit paternum, ſiuè antiquum, non ſi fuerit nouum:
6 etenim in † feudo nouo tranſuerſales ſuccedere non poſſunt, cap. vnic. §. fin. de ſucceſſ. feud. cap. vnic. §. ſi duo fratres de feudo Marchiæ, cap. vnico de feudo paterno, cap. vnico de benefic. fratr. cap. vnic. in illis verbis, ſi feudum ſit paternum de nat. ſucc. feud. & in d. cap. vnic. ibi quod ita intelligẽdum eſt de ſucceſſ. fratr. cap. vnic. §. ſin autem vnus de his, qui feud. dar. poſſ. vbi Gerard. Niger oſtendit tranuerſales in feudo nouo ſuccedere non poſſe, etiam ſi duobus
7 fratribus, † viuentibus in communi feudum datum ſit à Domino, niſi nominatũ dictum fuerit, & vno ex fratribus defuncto ſine filijs alter ſuccedat, Roland. à Vall. conſ. 60. num. 1. & 2. lib. 1.

Tertia cõditio erit, vt ſuccedat tranſuer-
8 ſalis † Agnatus in feudo, quando diſcendunt à primo acquirente d. cap. vnic. §. ſimilem, Sonsbech. de feudis par. 4. n. 14. & par. 9. nu. 87. cum ſeq. & latè Roland. à Vall. conſ. 32.
9 num. 1. lib. 3. ſicut † enim in allodialibus ex iuris communis diſpoſitione proximiores admittuntur remotioribus excluſis, ita quoquè ſuccedant per Conſuetudinem feudorũ proximiores primo loco vocati Roland. à Vall. conſ. 67. num. 13. & ſeq. & conſ. 68. nu. 2. & ſeq. lib. 1. Borcolr. de feud. cap. 7. n. 70.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXXIII.

THEMA.

Fratre aliquo ſine filijs mortuo, alter frater carnalis, & filij alterius fratris præmortui in feudis ſuccedunt, & Nepos Patruo, & è cõtra de iure communi feudorum, & Regni, cum ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Frater ſuccedit Fratri in feudo, etiam ſine pacto.*
2 *Nepotes, idest filij fratrum ſuccedunt in feudo Patrui, & hoc etiam de iure diuino de iure communi, de iure Longobardo, de iure feudorum, & de iure Regni.*
3 *Nepos, & Neptis ſuccedit Patruo, & è contra, idem eſt in Amita, & Fratribus Patruelibus ex gratia Regiæ Maieſtatis, cum aliter non ſuccederent.*

1 Fratre † aliquo ſine filijs, ſiuè deſcendentibus mortuo, vno vel pluribus fratribus ſuperſtitibus de iure communi feudorum ſuccedunt, etiam ſine pacto per text. in cap. 1. de ſucceſſ. fratrum in princ. vbi gl. & DD. Sonsbech. part. 9. num. 89 Gail. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 151. nu. 6. & ne dum
2 ſuccedunt, alij fratres ſuperſtites, ſed † etiam filij alicuius fratris prædefuncti, & hoc de iure diuino cum Abraham admiſit Lot Nepotem, ex fratre, vt in Geneſi cap. 11. cum duob. ſeq. idem de iure communi, per Auth. ceſſante, & Auth. ceſſante, & Auth. poſt fra-

tres, C. de legit.hæred. ſucceſſ. idem de iure
Longobard. vt in l. ſi quis habuerit filios,
& ſucceſſores in Longobardi, idem de iure
communi feudorum, dummodò à primo a-
ſcendente, qui feudum acquiſiuit, veniant:
ſuccedũt, per tex. in cap. 1. de ſucceſſ. feud.
& gradi, §. his vero, vbi legitur. (his vero
deficientibus vocantur primo fratres, cum
fratruum præmortuorum filijs, deindè agna-
ti vlteriores) ibiquè gloſ. Iſern. Bald. &
Iacob. Aluarot. qui id dicit eſſe indubitatũ
ſecundum omnes, & de communi teſtatur,
Zaſ. in epit.feud.par.8.num.5.concl.3.Curt.
iun. de feud.part.5.num.48. verſ. ſucceſſiuè
Iul. Clar. in §. feudum quæſt. 79. Vulteius
cap.9.num.102. de communi firmat ex mul-
tis Mozz. tit. de ſubſtant.feud. num.75. &
eſt etiam text. in cap. 1. & ibi gloſ. in verſ.
filius, Bald. & alij in tit. de natur.ſucc.feud.
Alberic. in d. Auth. ceſſante Ancaran.conſil.
47. Ieſu, & in cap. præmictendum, quod quã-
quam, vbi dicit, aut dubio procedere in
ſucceſſ. deſcendentium Raphael. Fulgoſ. in
Auth. poſt fratres Panormit. in conſ.86. in
præſenti quæſtione col.pen.lib.1. Corn.cõſ.
24. ad euidentiam col.vlt. verſ. ſed dubita-
tur lib.2.& conſ.131. præmictendum propè
per totam, eod. lib. 2. Socc. conſ. 252. viſis
inſtrumentis col.1.lib.2. Iaſ. in l. ſi Auiæ col.
2. verſic. ſic adde, C. de ſucceſſ. ædict. Ant.
Rub. conſil.81. contra dubium col. 1. idem
niſi alius ſit, cui ſimile nomen eſt, Io: Ant.
inter conſ. Alberti Bruni conſ. 70. diuino
col. 1. idem eſt ſtatutum in hoc Neapoli-
tano Regno per Conſtit. vt de ſucceſſioni-
bus, ibi (filij autem fratrum in his, quæ cõ-
munis fratris fuerunt Aui eorum, ſcilicet
idem ius, quod Pater eorum habet) vbi glo.
in d. verſ. vt de ſucceſſionibus expreſsè di-
cit, (item filius fratris præmortui vna cum
fratre defuncti Patruo ſuo in bonis, quæ
ſuerunt Aui communis, ſʒ. Patris defuncti)
ibiquè addentes: vnde firmum remanet,
quod frater ſuccedit fratri, vt prædiximus,
3 & nepos † ſuccedit Patruo, & è contra, &
intellige tàm in Nepote deſcendenti, quàm
Collaterali, Alex. conſ. 9. in princ. & in ſe-
cundo dubio lib.5. & non ſolum in Nepo-
te, ſed etiam in Nepte, Affict. in cap. 1. de
natur.ſucc.feud.n.27. & idem eſt in Amita,
& fratribus Patruelibus per conceſſionem,
& gratiam à Cæſarea Maieſtate Caroli V.
in cap.1. gratiarum huic Ciuitati, & Regno
facta fol.102. & idem fol.127. & extat Pra-
gmatic.4. & 5. de feud. Pern. in conſ.21. &
in cap. ſi aliquem col.1. in fine, & ſeq. Bal-
zeran. de feud. in cap. Imperator Lotarius,
Eugenio Papæ, &c. cap.2. num.8. fol.96. &
quod intellige in feudo paterno, ſiuè anti-
quo, vt diximus, & vltimo poſſeſſore ſine
filijs decedente deſcendens primogenitus
ſuccedit, quod nihil aliud eſt, quam Colla-
teralem Collaterali ex natura ſucceſſionis
feudi à Conſuetudinibus data non ſuccede-
re, ſed deſcendenti, dum a primo acqui-
rente deſcenderet, cap.1. de ſucc. fratr. cap.
1. in fin. de natura ſucceſſ. feud. Sonsbech.
part.9.num.59. & 88. Vuſembech.cap.6.nu.
16. Scheneid.part.6. de ſucceſſ.collat.1.n.6.
Mozz. de ſubſtant.feud.num.75.& de natur.
feudi num.104. Vulteius capit 9. num.104.
verſ. quod igitur fol.526.& ita obtemptum,
& deciſum in Camera Imperiali dicit Gaill.
obſeruat.552. num.5. lib. 2. de communi te-
ſtatur Iul.Clar. in §. feudum quæſt.79.nu.1.
& 3. & ex alijs communibus opinionibus,
innumeriſquè authoritatibus firmat Roſen-
tal. de feud. cap.7. concl.8. & in gloſ. litera
A. & ſuccedunt ſexus; & ætatis prærogati-
ua ſeruata, cum ſimus in hoc Neapolitano
Regno, in quo frãcorũ iure viuitur, per cõ-
ſtit. vt de ſucceſſionibus, & cap. cõſiderantes
ius Regni francorum iure viuatur, vt ex
alijs in Dilucidat.4.part.7. & Dilucidat. 14.
hac eandem parte.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXXIV.

THEMA.

In feudo nouo conceſſo pro filijs fratres non ſuccedunt ſi pro hæredibus ſic, ex gratia huic Regno ſucceſſio eſt ampliata in fratribus, & ſororibus acquirentis in Patruo Amita, & Nepotibus ex Patre, vel ſorore ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata. Communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Feudo conceſſo alicui pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis ex corpore legitimè deſcendentibus, frater non ſuccedit fratri, etiam ſi plures fratres ſint.*

2 *Inueſtitura ſimultanea per ſe ius ſuccedendi non tribuit.*

3 *Frater*

Digitized by Google

3 *Frater aliquando ſuccedit fratri, & enumerentur in quibus caſibus.*

4 *Feudo nouo conceſſo pro ſe, & fratre frater ſuccedit Fratri, excluſo filio fratris prædefuncti.*

5 *Frater ſuccedit fratri de iure Regni, quando inueſtitura eſt pro ſe, & hæredibus.*

6 *Inueſtitura ſemper eſt attendenda.*

7 *Feudi ſucceſſio ampliata in patruo ad Amitã ad fratres patrueles, etiam ſi inueſtitura feudi noui ſit pro hæredibus ex corpore deſcendentibus, & omnia ex gratia Regia Ciuitati Neapolitanæ, & Regno.*

8 *Feudo nouo ſuccedunt fratres, & ſorores acquirentis nepotes ex fratre, & ſorore carnalibus, cum clauſula ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata.*

9 *Maſculus in gradu ſucceſſibili donatarius vel inſtitutus in feudo non obſtante fœmina in gradu proximiore feudum habebit.*

HÆc ſucceſſio Collateralium in feudo
nouo tota dependet ab inueſtitura:
1 quia ſi † conceſſio eſt, ſibi & hæredibus ex
corpore legitimè deſcendentibus frater nõ
ſuccedit fratri: quod regulare eſt, dicit
Scheneid. part. 6. nu. 9. de ſucceſſ. Collateralium,
& hoc etiam ſi plures fratres de facto
inueſtiti fuerint, & ſimul ipſi feudum acquiſiuerint,
capit. 1. §. filia de ſucceſſ. feud.
Sonsbech. part. 9. num. 8. Vulteius cap. 9. nu.
2 104. verſ. ex quibus fol. 526. cum † inueſtitura
ſimultanea de per ſe non tribuit ius
ſuccedendi, cap. 1. §. ſin autem, qui feud.
dar. poſſ. cap. 1. §. fin. de feud. March. cap. 1.
de duob. fratrib. à capit. inueſt. Caſtrenſ. cõſ.
262. lib. 2. Goden. conſ. 16. num. 119. Minſ.
reſponſ. 29. num. 6. & ſeq. Piſtor. conſ. 8. nu.
3. & conſ. 23. num. 5. lib. 1. quem aſſiomam
veriſſimum eſſe reſpondet Ficard. conſil 6.
num. 1. vbi in fine dicit ſe in Anno 1558. in
quadam cauſa, ita obtinuiſſe in Camera Imperiali
lib. 1. refert Vulteius vbi ſup. & adeo
hoc eſt verum, quod ſi duo fuerint inueſtiti
pro ſe, & filijs, ac deſcendentibus, & vnus
eorum decedat ſine filijs, ſuperſtite filio alterius
fratris vltimo decedentis non pertinet
ad alium Nepotem, quia iſti fratres proſpexerũt
vnius cuiuſquè ipſorum, & eorum
deſcendentibus tantum, & non filijs alterius
fratris non inueſtiti, Curt. iun. conſ. 49. nu.
11. Zaſ. in epit. feud. part. 8. num. 5. concl. 3.
Curt. iun. de feud. part. 3. num. 48. verſ. ſucceſſiuè
Iul. Clar. in d. §. feudum q. 79. Mozz.
in tit. de ſubſtant. feud. num. 75. benè verum
3 eſt, quod quandocunquè † frater ſuccedit
fratri ſciente ſemper Domino, nè cogatur
inuitus admittere alium Vaxallum, quam
ipſe elegerit, vt in cap. 1. de fratre de nouo
benefic. inueſt. quam ſcientiam Dominus ex
pluribus habere poteſt.

Primò, quando quis ſuo, & fratris ſui nomine
ſciente Domino habet feudũ fratrem
fratri ſuccedere, iuxta tex. in cap. 1. de fratre
de nouo benefic. inueſt. Sonsbech. par. 9.
num. 83. Scheneid. d. loco num. 3. Roſental.
cap. 7. concl. 59.

Secundò ſi fratres in bello feudum ſimul
acquiſiuiſſent cum Domino aduerſus hoſtes
militantes frater fratri ſuccedit, per eũdem
tex. in capit. 1. de fratre de nouo feudo inueſtit.
quia Dominus ſciuit Sonsbech. d. num.
83. & Roſental. d. concl. 57. cap. 7.

Tertiò ſi feudum conceſſum duobus, vel
pluribus fratribus nõ tamen inſolidum fratre
fratri ſuccedere dando Domino extimationem
dimidiæ partis, & ſic dicunt gloſ.
in d. cap. 1. de fratr. de nouo benefic. inueſt.
Sonsbech. part. 9. num. 83. Roſental. cap. 7.
concl. 59. ex alijs prædictos, & alios caſus,
quod frater ſuccedat fratri ponit Io: Thom.
de Marin. de feudo fratr. nu. 11. fol. 12. & in
rè à Principe duobus donata habet locum
ius accreſcendi firmat poſt Iſern. in cap. 1.
col. 1. de benefic. fratr. & in cap. 1. de duobus
fratri de benefic. inueſt. per l. vnic. C. ſi Soc.
Imperat. largit. lib. 10. & de magis communi
teſtatur, & latius comprobat, idem Curt. in
conſ. 14. memor recolendæ col. 3. verſic. 9.
4 oſtenditur circa medium, etſi frater † de
feudo, quo eſſet inueſtitus pro ſe, & fratre
taliter inueſtiti filius excluditur, & frater
ſuccedit vigore inueſtituræ, vt ex alijs, &
alia de his ponit Vrſill. ad Afflict. dec. 293.
Fritia de ſubſeudis lib. 2. quæſt. 12. num. 20.
& 21. in different. feud. quatern. & plan. & de
tabul. num. 28. Vinc. de Ann. in repet. rub.
5 de Vaxall. decrep. ætat. num. 85. & de † iure
Regni frater ſuccedit fratri in feudo nouo,
quando in inueſtitura dicitur pro ſe, & hæredibus
Afflict. in deciſ. 293. & in Conſtit.
vt de ſucceſſionibus num. 10. dicens, ita intellecta
fuit d. Conſtitutio, vt de ſucceſſionibus,
vbi Iſern. col. 20. Afflict. nu. 11. Loffred.
conſ. 38. Angel. & Bald. in d. conſ. 110.
ſantiſs. & Illuſtriſs. Domina Regina, ſed ſecus
eſt, quando pro ſe, & hæredibus ex corpore
deſcendentibus, tunc frater non ſuccederet
fratri in feudo nouo, quia non de-
6 ſcendit à fratre, & ideo eſt excluſus † virtute
inueſtituræ, quæ ſemper eſt attendenda,
vt per Bal. in prælud. feud. & in d. cap. 1.
de duob. fratrib. & per Afflict. in d. deciſ.
293. num. 2. & in hoc Regno per Regem
7 Catholicum feudorum † ſucceſſio fuit ampliata

Digitized by Google

pliata Patruo, vt in c. gratiarum huic Neapolitano Ciuitati, & Regno conceſſarum cap.17.fol.59. & per Cæſar Maieſtatem Caroli Quinti confirmata, & protelam, etiam quoad Amjtas, & ad fratres Patrueles, vt in cap.1.fol.102. & idem fol.127. & hodie etiã ſi inueſtitura feudi noui ſi ſit pro heredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, tamen ex gratia confirmata per Regiam Maieſtatem Philippi Secundi de Anno 1586. con-
8 ceſſam habetur, quod in feudo † nouo non ſolum ſuccedunt fratres, & ſorores acquirentis, ſed etiam Nepotes ex fratre, & ſorore carnalibus, cum clauſula ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata, vt in capit.gratiarum, c. incip. item detta fideliſſima Città fol.181, & teſtatur etiam conſ. Fab.de Ann. in conſ.
9 125.num.8. & ſeq. item donatarius † Maſculus in gradu ſucceſſibili à feudatario inſtitutus habebit feudum, quamuis adſit fœmina in gradu proximior, quæ dote, vel alia liberalitate inſtituenda contenta eſſe debet, vt ex Capitulis gratiarum huic Ciuitati, & Regno conceſſarum de Anno 1595. relato in Pragmatica 33. de feudis fol. 259. & de alijs ſucceſſionibus

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXXV.

THEMA.

Duplicitas vinculi in ſucceſſione feudi non operatur ſi feudum nõ peruenit à cauſãte duplicitatem vinculi, & ſic in feudo paterno primogenitus cõſanguineus præfertur in materno vterinus, communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Vincula duo magis ligant de iure Romano, & authoritate Iſern. & Loffred.*
2 *Vincula duo magis ligare authoritate, & iura dicentium nõ militare in feudis primo quia Cognati in eis non ſuccedunt.*
3 *Feudum paternum, ſi ad Matrem Cognati non ſpectat, nec ad eorum filios.*
4 *Matre excluſa omnes deſcendentes ex ea excluſi cenſentur.*
5 *Feudum ad fratrem conſanguineum, cuius Patris feudum fuit peruenire debet, cum Agnati fratres intelliguntur, ſiue ex vno, ſiuè ex vtroquè parente ſint.*
7 *Materna linea non attenditur, nec conſideratur duplicitas vinculi.*
8 *Agnatio conſideratur in feudis, & non Cognatio.*
9 *Frater vtrinquè coniunctus non habet maius ius, quam conſanguineus, nec in feudo ſuæ lineæ, & coniunctio alterius lineæ nihil operatur, quia impertinens eſt.*
10 *Coniunctio maior non eſt propter feudi naturam, quæ reſpicit conſanguineos, quorum maioribus feudum conceſſum fuit.*
11 *Feudi in ſucceſſione de iure communi nulla datur differentia inter vtrinquè coniunctum, & ex vno latere tantum, & omnes æqualiter ſuccedunt, & num. 13.*
12 *Frater ſuccedit in feudo non iure Cognationis, ſed iure Agnationis*
14 *Nepos ex Fratre conſanguineo inſimul cum Patruo vtrinquè coniuncto ſuo Patruo ſuccedent in feudo.*
15 *Qualitates licet duæ concurrunt in vno tantum, cum altera earum ſit impertinẽs, ex ea non augetur effectus.*
16 *Feudo diuiduo conſanguinei, & vtrinquè coniuncti nulla duplicitatis vinculi habita ratione ſuccedunt.*
17 *Feuda indiuidua, vt Ducatus alteriuſue dignitatis, & vbi francorum iure viuitur primogenitus tantum ſuccedit.*
18 *Primogenitus filius, etiam quod conſanguineus ſit, excludit fratrem vtrinquè coniunctum ex vtroquè latere, vnde feudum non peruenit, & è contra.*
19 *Vtrinquè coniunctus de iure Conſuetudinario huius Ciuitatis Neapolitanæ non excludit coniunctum ex vno latere conſanguineum.*
20 *Vtrinquè coniunctus, quod æqualiter admittatur in feudis, fallit, vbi francorum iure viuitur, quia primogenitus, etſi conſanguineus ſit, excludit vtrinquè coniunctum.*
21 *Iura Romanorum in feudis non attenduntur, & caſus feudale non per iura Regni ſed per iura communia feudorum reſoluuntur.*
22 *Caſus, vt conſanguineus cum vtroquè coniuncto æqualiter ſuccedat in feudis, eſt determinatus de iure communi feudorum.*
23 *Iſerniæ opinio refellitur rationibus, & ex ſuis dictis.*
24 *Iſernia cum ſit, ſibi contrarius de ſuo dicto non curandum.*
25 *Fratrem legitimum eſſe ſucceſſorem fratris conſanguinei, & excludere ſororẽ vtrinq; coniunctam.*

26 *Iſer-*

26 *Iſer. opinio contra gloſam, & contra ſeipsũ & contra communem regulam feudorũ.*
27 *Feudũ fœminea linea, quando ex ea non peruenit, nec vterinus vterino ſuccedit, quia eo non eſt capax.*
28 *Paterna, & materna bona adhuc, quod ad filios perueniant eorum conditionem non mutant.*
29 *Paterna, vel materna bona dicuntur reſpe-ctu linea, à qua deuenerunt.*
30 *Feudum à communi Patre peruentum ad primogenitum peruenire debet per regulam paterna paternis, materna maternis.*
31 *Feudorum iure communi duplicitas vinculi non attenditur.*
32 *Francorum ius induxit nouum vſum, vt in feudis primogeniti ſuccedant.*
33 *Iſern. ex ſua doctrina conuincitur.*
34 *Conſtitutio Regni, vt de ſucceſſionibus loquitur, etiam in Collaterali linea, & vocat fratres, ſiuè ex vno, ſiuè vtroquè Parente ſint.*
35 *Prærogatiua ætatis eſt attendenda.*

1 HAec Dilucidatio controuertitur pri-
mo de † iure Romano, quia duo vin-
cula magis ligant, per Auth. de conſangui-
neis, & vterinis fratribus in rubro, & nigro,
Auth. defuncto, & Auth. ceſſante, C. de legit.
hæred. in Auth. itaquè C. commun. de ſuc-
ceſſ. & in §. reliquum inſtit. de hæred. ab
inteſtat. cap. 3. nouella Conſtit. 118. collat.
9. litera I. & in omnibus DD.
Secundo Authoritate Iſern. in Conſtitut.
Regni, vt de ſucceſſionibus in Conſtitut. ſi
quando la prima, & Loffred. in tit. de not.
feud. vbi volũt vtrinquè coniunctum in feu-
dis excludere cõiunctum ex vno latere per
dicta, & alia Romana iura.
2 Contrarietates prædictæ, & prædictorum
ad hoc dicta re vera in feudalibus non pro-
cedunt, & contrariũ eſt verius ex pluribus.
Primo, quia iure feudali Cognati non
ſuccedunt, vt in cap. 1. de ſucceſſ. fratr. ſiuè
grad. in fine, ibi (ad Cognatos enim eius
beneficium non pertinet, nequè beneficij
3 ſucceſſio,) per quem tex. deciditur, † quod
ſi ad mulierem, ſiuè vxorem, vel matrem,
quæ ſunt Cognatæ feudum non ſpectat, nec
ad earum filios feudum paternum pertine-
4 re poteſt, † Matre enim excluſa omnes ex
ea deſcendentes, & qui per eam coniungun-
tur excluſi cenſentur Det. in l. venit nu. 7.
C. de in ius vocand. Brun. de Statut. Fœm.
excluſ. art. 6. num. 91. Surd. deciſ. 239. num. 8.
5 Sed ad Patrem conſanguineum, cuius Patris
feudum fuit, peruenire debet cum Agnati
fratres intelliguntur, ſiuè ſint ex vtroquè
Parente, ſiuè ex Patre tantum, vt inſtit. de
legit. Agnat. ſucceſſ. §. itaquè, & de legitim.
Agnat. tut. §. 1. l. vlt. §. tutor Agnatos in fin.
6 ff. de grad. & col. 3. C. de legit. hæred. † Et
ſuccedunt Collaterales in eadem linea, alijs
lineis excluſis, licet ex alia proximiores fue
rint in gradu, vt in d. cap. 1. de ſucceſſ. fratr.
§. his vero deficientibus, & hoc dicimus,
quod Mater nihil auget filio in ſucceſſione
feudi paterni, vt infra latius dicimus.
7 Secundò in linea † materna non attendi-
tur, nec conſideratur duplicitas vinculi, vt
de communi Doctorum ſententia, teſtatur
Iacobin. de feud. in verſ. præſentes nu. 11.
& 12. & ſimiliter de communi teſtatur Mi-
chael Graſſus ſentent. recept. §. ſucceſſio ab
inteſtato, quos refert Mozz. in d. tract. de
feud. tit. de actio. feud. fol. 99. & in feudis nõ
conſideratur Cognatio, ſed Agnatio: tradit
Laudenſ. in cap. 1. §. & quia vidimus, num.
48. vbi Præpoſit. num. 12. Pie. num. 76. ad-
dens (ita ſingulariter limitari d. Auth. ceſ-
ſante, C. de legit. hæred. Afflict. num. 7. &
Cuiacius verſ. notandum Agnatos vocari;
Balzeran. in d. §. & quia vidimus num. 22.
de his, qui feud. dar. poſſ. & ex alijs Roſent.
cap. 7. concl. 57. num. 1. & in gloſ. litera A.
dum feuda acquiruntur iure Agnationis ma-
9 ſculis, † frater vtrinquè coniunctus non ha-
bet maius ius, quam frater conſanguineus,
nec in feudo ſuæ lineæ à qua proceſſit, con-
iunctio alterius lineæ nihil operatur, quia
impertinens eſt, vt in terminis decidit Bald.
in d. cap. 1. §. his verò, num. 1. & in l. 1. C de
legit. hæred. vbi Caſtrenſ. & Corn. & ex alijs
Surd. conſ. 31. num. 34. verſ. ſecundo reſpon-
deo, & ſeq. lib. 1. & in deciſ. 239. nu. 9. Alex.
conſ. 9. numer. 14. lib. 5. vbi additio, quæ ex
multis comprobat, & Sctader. conſ. 3. num.
38. Curt. iun. de feud. part. 3. quæſt. 5. nu. 55.
Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 3. q. 7.
verſ. prædictam tamen concluſionem Intri-
gliol. de feud. cent. 2. art. 44. num. 10. Cumia
in cap. ſi aliquem, verſ. proximior num. 18.
10 Nec † intelligitur, quod ſit maior coniun-
ctio propter feudi naturam, quæ reſpicit
conſanguineos, quorum maioribus feudum
conceſſum fuit, & non vterinos: vt vltra
præcitatos firmat, Iacob. Ardizon. vbi ſup.
verſ. Cognati vero, quem ſequitur Nicol.
de Neap. & Aluarot. in cap. 1. § hoc quoquè
col. fin. verſ. oppono ſubſequenter de his,
qui feud. dar. poſſ.
11 Tertiò ad oſtendendum, quod † in ſuc-
ceſſione feudi de iure communi nulla datur
differentia inter vtrinquè coniunctum, & ex
vno latere tantum adducitur, quod ambo
ad

Digitized by Google

ad fratris defuncti feudum pertinet, & ſuccedunt, vt eſt tex. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. vbi ita tenet Bal. in conſ. 104. lib. 2. Cur. iun. de feud. part. 3. membr. vlt. verſ. ſexto quæro, Ferrar. in form libelli ad reuocationem feudi, ſuper verſ. nec ſuperſtitibus Alex. d. conſ. 9. numer. 14. ibiquè accedentes ex alijs firmāt, Scruff. in 1. cent. conſ 8. & hanc ſententiam aſſeſſores Cameræ Imperialis approbauerunt, & deciderunt, vt per Gail. lib. 2. pract. obſeruat. obſeruat. 151. communem dicit Borcolt. de feud. cap. 7. nu. 80. Vulteius de feud. cap. 9. num. 108. communem opinionem eſſe dicit, & etiam Thom. de Marin. de gener. & qualit. feud. tit. 2. de feud. ex pacto, & prouidentia membr. 3. num. 28. concluſ. 3. & concluſ. 6. de feud. hæred. antiquo nu. 29. Vvſembech. cap. 6. num. 16. verſ. nec diſtinguitur inter fratres, &c. Piſtor. lib. 1. qq. iuris quæſt. 33. num. 33. & lib. 2. part. 2. quæſt. 43. num. 1. 2. 12. & 13. vbi extendit, vt fratris filius cum fratre vtrinquè coniuncto admittatur, & ita Sabinos Lipſyenſes iudicaſſe refert Scheneid. part. 7. cp. 5. nu. 7. & 8. Scrader. communem pronuntiat de feud. part. 7. quæſt. 5. num. 14. Tiraquell. in tract. lignag. tit. 1. §. 14. gl. 2. num. 10. & ex alijs Roſental. d. cap. 7. concl. 57. in gl. litera A. poſt principium, & ſuccedunt omnes nulla inter eos habita ratione duplicatis vinculi, ſed æqualiter, vt ex prædictis communibus opinionibus, & tot Doctorum authoritatibus,

12 quia † non iure cognationis, ſed agnationis fratres ſuccedunt in feudis, dicit Iſern. in cap. 1. col. 2. de natura ſucceſſ. feud. & in cap. 1. de grad. ſucceſſ in feud. ibiquè Afflict. ac Liparol. ibidem tradunt hoc procedere, etiā de mente Domini eligendo familiam, & ſti-

13 pitem, & quod † vtrinquè coniunctus, & conſanguineus indifferenter admittuntur ad feuda, dicit, etiam Surd. in d. conſ. 31. & dec. 239. nu. 6. & ſeq. vbi ex multis comprobat, & Bal. in conſ. 54. incip. Præponitur, quod quidam nobilis in conſil. 222. incip. primo Dominus lib. 3. & in conſ. 104. incip. donatio, quem Antonius num. 3. lib. 3. in fine dicit, & ita eſt communis, & vera opinio magnorum Doctorum, & loquitur Bal. quā-

14 do † Pater ex prima vxore habuit filium, & ex ſecunda plures filios: mortuo vno ex ſecunda vxore in eius ſucceſſione concurrit Nepos ex filio primæ vxoris, & frater coniunctus ex vtroquè latere, quod ipſe Nepos pariter cum patruo in feudo ſuccedunt, diſtinguendo feuda à bonis burgēſaticis, idem in ſpetie dicit Io: Blanc. in ſua ſum. de ſucceſſ. feud. col. 8. verſ. ſed numquid frater, & ante eum, ita per multa iura determinauerat Iacob. Ardizzon. in ſum. de ſucceſſ. feud. verſ. nunquid frater ex vtroquè Parente fol. mihi 166. & conſ. Rouit. ex multis in addit. ſua ad Pragmat. 1. de feud. num. 3. & ſeq. & hanc eſſe veritatem dicit Bal. etiam in l. 1. C. de legit. hæred. & in cap. 1. verſic. quæro ergo nunquid de ſucceſſ. fratr. ſiue

15 grad. vbi formaliter dicit, (licet † enim duæ qualitates concurrant in vno tantum, eum altera eorum ſit impertinens ex ea nō augetur effectus) ſequitur ibi Aluarot. verſ. an fratres, Cardin. ibidem verſ. quæro circa iſta, & idem Cardin. in cap. 1. §. & quia vidimus col. fin. verſ. quæro, an vtrinquè coniunctus, dicens eſſe notabilem limitationem ad Auth. ceſſante, & ad alia ſupradicta iura Romanorum, quæ non habet locum in feudis, & eorum ſucceſſionibus ex ſuperius dictis authoritatibus communibus opinionibus, ac deciſionibus benè fundatum eſt,

16 quod † in feudo diuiduo conſanguinei, & vtrinquè coniuncti nulla habita ratione duplicitatis vinculi ſuccedunt, etiam ex Iſern.

16 in d. cap. 1. de natur. ſucceſſ. in † feudis vero indiuiduis Ducatus, vel alterius dignitatis, & in quibus francorum iure viuitur primogeniti tantum ſuccedunt, vt in cap. & ſtatuto Regni conſiderantes, vbi ex alijs cōprobat Io: Ant. de Nigr. ac Iſern. & Afflict. in cap. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Federic. ibiquè Camer. fol. 84. litera T. & ex alijs, quæ diximus in hac parte Dilueid.

17 16. ergo ſuccedere debet † filius primogenitus, etiam quod conſanguineus ex vno latere tantum ſit coniunctus, & excludere fratrem ex vtroquè latere coniunctum poſt eum genitum, vnde feudum non peruenit, & non è contra, dicit Curt. part. 3. de feud. verſ. ex prędicta igitur prima materia membri, num. 56. fol. 303. verſ. ſexto quæro, & ex alijs, ita deciſum firmat Bal. in d. cap. 1. §. his vero deficientibus num. 3. de ſucceſſ. fratr. & de grad. & in l. 1. C. de legit. hæred. Surd. conſ. 31. poſt num. 34. verſic. ſecundo reſpondeo, & ſeq. & in d. deciſ. 239. num. 3. & ſeq. Magon. deciſ. Florent. 82. Caball. in eōſ. deciſiuo 10. col. 2. Cumia in cap. ſi aliquē verſ. proximiori num. 18. Cannet. ibidem, verſ. notandum eſt, etiam fol. 272. Franc. Ritius, & Alciat. ab ipſo citati, Milanenſ. deciſ. 8. part. 1. num. 115. vſquè ad num. 188. & è noſtratibus in materia noſtræ Neapolitanæ Conſuetudinis in ſucceſſione bonorum omnium præter maternorum vocātur proximiores ex parte Patris recepta, & indu-

19 bitata ſententia eſt, † quod vtrinquè coniunctus non excludit fratrem ex vno latere tantum, vt in gloſ. Conſuetudinis, ſi quis, vel ſi

vel ſi qua verſ. materna nu. 244. circa finem
verſ. ſed nunquid frater fol. 145. & dicit etiã
Ant. de Alexandro in Commento Conſue-
tudinis ſi moriatur, incip. fol. mihi 194. & in
feudis decidit Afflict. in cap. 1. nu. 20. verſ.
ſed ſi viuitur de grad. ſucceſſ. in feud. vbi poſt
relatam quæſtionem, quod de iure commu-
20 ni † vtrinquè coniunctus, & conſanguineus
æqualiter admictãtur in feudis, hoc limitat,
vt non procedat, vbi viuitur francorum
iure, quia tunc ſuccedit maior natus, quam-
uis ex vno latere, & excludit minorem, etiã
ſi vtrinque coniunctus ſit, & Afflict. ſequi-
tur Vvſembech. conſ. 82. num. 28. verſ. cœ-
terum, quod Afflict. lib. 2. Diomed. Maricon.
in Apoſtill. ad Conſtitutionem, vt de ſuc-
ceſſionibus relat. per Minad. in deciſ. 36. nu.
10. in fine, verſ. & hoc ſine dubio ſequitur
hanc opinionem actestando, ita fuiſſe iudi-
candum, & ita reperiri determinatum in
regiſtris Regis Alphõſi Primi f. 104. & 193.
quod refert, contrarijs, etiam reſpondendo
& ex multis firmat, & comprobat Conſil.
Rouit. in dicta Pragmatica vndecima de
feud. addendo num. 19. 20. 21. & per totam,
cum in feudis non conſideratur maior con-
iunctio, vtriuſq; lateris, ſed ætas maior Can-
net. in extrau. ſi aliquẽ f. 91. n. 13. & eis notũ,
& ex his noſtra Dilucidatio remanens reſo-
luta, & firma, reſtat reſpondere contrarijs.

Primò, ad quod dicitur de iure Romano,
vtrinquè coniunctum excludere ex vno la-
tere exiſtentem, quia duo vincula magis li-
21 gant. non obſtat. quia † Romanorum iura
in feudis non attenduntur, ex quo quando
caſus feudalis non eſt determinatus per iura
Regni, per iura communia feudorum re-
ſoluuntur, & non Romanorum dicit Afflict.
in cap. 1. num. 36. verſ. & ſic caſus iſte de
natura ſucceſſ. feud. Camer. in cap. an Agna-
tus quæſt. 21. poſt num. 149. fol. 465. col. 1. in
fine, Cumia in cap. ſi aliquem verſic. proxi-
mior num. 32. conſ. Rouit. vbi ſupra nu. 27.
22 Cum † igitur caſus iſte eſt determinatus
per ius commune feudorum, & ita commu-
niter tenent Doctores, ac deciſum diximus
ſupra num. 3. & de iure Regni Clarius eſt
inducta primogenitura in feudis per cap. cõ-
ſiderantes, vbi ſcribentes, & eſt dictum in
præcedenti num. 4. ex quo iura Romana in
feudis nil operantur, & ſic primum obiectũ
ſublatum remanet.

Secundò circa ſecundum contrarium ex
Iſern. in d. Conſtitut. vt dè ſucceſſionibus
parcat mihi authoritas tanti viri, dum co-
23 gor dicere † Iſern. malè locutum fuiſſe, ibi
dum tenet ſororem vtrinquè coniunctam
excludere fratrem coniunctum ex Patris
latere in feudo paterno per ſuam rationem,
quia duo vincula magis ligant, nam moue-
tur ipſe Iſern. per iura Romana, & quæ lo-
quuntur in allodialibus, & attendi non de-
bent, cum caſus feudales determinantur,
per iura Romana, quando non ſunt per ius
Regni, vel per ius commune feudorum de-
terminata, ſed cum caſus iſte expreſsè deci-
ditur per ius commune feudorum, & etiam
Regni vocantẽ primogenitum iura Roma-
na non ſunt attendenda in eo, vt in reiectio-
ne præcedentis primi contrarij diximus, &
dum Iſerniæ ratio non vendicat, ſibi locum
in feudis, & mouetur ex ratione reprobata,
& impertinente, quia duplicitas vinculi, ni-
hil operatur, quando feudum non peruenit
à cauſante duplicitatem vinculi, vt prædixi-
mus, & latè fundauimus, ſequitur, quod ſua
opinio locum habere non poteſt, & Iſer. ſe-
quendo ſuam opinionem, ſcilicet quod fra-
ter vtrinquè coniunctus ſuccedat fratri, etiã
in feudo ex linea materna peruento, cui nõ
erat coniunctus iſte frater ſuperſtis, per cõ-
ſequens vult, quod vterinus ſuccedat ſorori
in feudo peruento ad eam ex linea paterna
ratione cuius lineæ non erat coniunctus iſte
frater ad eam, cuius contrarium dixit, idem
Iſern. in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. num. 8.
ibi (Patrem non ſuccedere filio in antiquo
materno, quia acquirens non ſit ex commũ-
24 ni Agnatione,) & † cum Iſern. etiam ſit,
ſibi contrarius non eſt de eo curandum, &
in d. cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. Afflict. nu.
29. concludit fratrem ex altero latere ex-
cludere ſororem ex vtroquè Parente con-
iunctam defuncto, ſi feudum iuris francorũ
ſit, vt ſupra etiam diximus; & Minad. in d.
deciſ. 36. num. 10. circa finem dixit, (ex qui-
bus omnibus fuit communi voto deciſum
25 fratrem † legitimum ſucceſſorem fratri
conſanguineo in feudis, quæ à communi Pa-
tre peruenerunt extitiſſe ſaluo iure compe-
tenti ſorori pro paragio,) & ſic ſoror vtrin-
què coniuncta à fratre conſanguineo exclu-
ſa in feudo paterno fuit, vt ex Minad. in d.
deciſ.

26 Tertiò opinio † Iſern. eſt etiam contra
gloſ. in d. Conſtit. vt de ſucceſſionibus, in
verſ. ex altero, & opinionem ipſius gloſæ
comprobando ad intellectum d. Conſtitut.
contra Iſern. ſuiſq; motiuis reſpondet Ang.
ſubſcribente Bald. in conſ. 110. incip. ſantiſ-
ſima, & Illuſtriſs. Domina Regina num. 6. &
7. & per totum, quos ſequitus Martin. Lau-
denſ. in cap. 1. §. & quia vidimus col. final.
verſ. quæro an vterinus, & ſic, cum Iſern.
voluit conſiderare in feudi ſucceſſione lineę
cognationem, ratione, cuius lineæ non per-
uenit

uenit feudum, dixit, & eſt contra ſe ipſum
in d.cap.1. de natur.ſucceſſ.feud.num.8. Pa-
trem non ſuccedere filio in feudo antiquo
ex communi Agnatione non peruento, vt
prædiximus Iſern. dictum eſt etiam contra
regulam communem feudorum, & probant
omnia iura, & authoritates ſupradictæ,& e-
tiam infra dicendæ concludentes,quod quā-
do tractatur de feudo peruento ad mortuū,
non ex linea vterina, non comprehenditur,
27 quia † in feudo fœmineę lineę, quando ex
ea non peruenit feudum vterinus,fratri vte-
rino in feudo paterno non ſuccedit, & de
eo non eſt capax Mart. Laudenſ. in cap. 1.
d.§.& quia vidimus num.47. de his, qui feu.
dar.poſſ. Præpoſit. num.66. & 72. Affl. nu.
7. & Cuiacius verſ.notandum,dicit Agnatos
vocari,Balzeran. num.22. Aluarot.in §.hoc
quoquè notandum num.10.vbi citant Nicol.
de Neap. Bald. in cap.1. §.his vero num.1.
Thom. de Marin. de gener.feud.tit.6.nu.20.
in fine de feud.patern. Mozz.de natur.feud.
numer. 99. Iacob. Ardizon. in ſumma de
ſucceſſ.feud. §.Cognati, vero non ſuccedūt
in feudis, Iacob. de S.Georg.de feud.in verſ.
Parentes,numer.2. Curt.iun.de feud.part.3.
princip.memb.3.num.55. Gail.obſeru.151.
in fine, eleganter Sonsbech. part.9. num.94.
& ſeq. Vulteius d.cap.9. num.107. lib.1. ex
alijs Roſental.d.cap.7.concl.57.in gloſ.lite-
ra B.& dictæ conſanguineæ,& vterinæ ſuc-
ceſſionis, quando feudum non peruenit à
ſtipite ſuperuiuentis, & antiquum, vel no-
uum, & ſi conceſſit pro ſe, & hæredibus ex
corpore in ſequentibus Dilucidationibus
plenius, & diſtitius dicam.
28 Quartò bona † paterna, & materna ad
hoc, quod ad filios perueniant eorum con-
ditionem non amittunt, quia paterna non
ſint,& ſic materna Præſidens de Franch.de-
ciſ.87.num. 6. ibi (& per hoc, quod bona
dicantur hæredis, vt in §.veteres, l.1. ff.de
acquir.poſſeſſ. non dicuntur materna, quia
29 † dicuntur paterna, vel materna reſpectu
lineæ, à qua deuenerunt, vt eſt tex. in l. de
emancipatis, C.de legit.hæred. & in l. quod
ſcitis, C. de bon. quæ liber.) & ex alijs in
30 meo conſ.115. num.95. & † dum feudum
venit à communi Patre, & paternum eſſe
non deſinit, & eius natura eſt, vt perueniat
ad primogenitum, & frater conſanguineus
eſt maior ætate ad ipſum peruenire debet,
non ad vtrumquè coniunctum ętatis mino-
rem per regulam paterna paternis proxi-
mioribus materna, proximioribus mater-
nis, per tex. in d.l.quod ſcitis, §. fin. C. de
bon. quæ liber. & ita illum tex. intellexerūt
Bart. Ang. Paul. de Caſtr. & Alex.in addit.
ad Bald. & idem Bart. & Ang. in Authen.
itaquè C. comm. de ſucceſſ. & ex alijs mul-
tis Tiraquell. de vtroquè retractu,§.14. gl.
31 2.num.12.& 14. in fin, ſtante quod † de iu-
re communi feudorum omnes filij ſuccedūt
in feudo nulla habita ratione vtrinquè con-
iuncti, aut ſimplicis,aut duplicis vinculi, ſu-
32 peruenit † ius francorum, & induxit nouū
modum ſuccedendi,& dandi feudum ad pri-
mogenitum excludendo ſecundogenitos du-
plicatis vinculi nulla habita ratione,vt ipſe-
met Iſernia dixit, vbi ſup. in feudis dignita-
tum, & vbi francorum iure viuitur ſuccedit
33 primogenitus; ergo † Iſern. ex ſua doctri-
na conuincitur, quod frater primogenitus,
etiam vtrinquè coniunctus praferri debet,
34 & per dictam Conſtit.† vt de ſucceſſionibus
benè declaratur, etiam in Collaterali linea,
dum de ſucceſſione Collateralium loquitur,
ad ſucceſſionem vocat fratres, ſiuè ex vtro-
què, ſiuè ex altero tantum conſtitutio eos
in pari gradu, abſquè priuilegio ſimplicis,
vel duplicis vinculi, vt eius litera docet, &
35 ſic † attendenda eſt prærogatiua ætatis,
etiam per tex. in l.qui liberi in princip. de
vulg. & pupill.ſubſtit, vbi gloſ. in verſ.ſolus
in l.cum quis decedens, §. fin. de legat. 3. l.
generaliter, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & ex
alijs conſ.Rouit.vbi ſup.num.3.& apertè di-
xit Iſern. in cap.1. de nat.ſucceſſ.feud. num.
14. ibi (ergo quando non eſt diuiſibile,quia
defertur ex natura feudi vni tantum ſolus
excluſo patruo ſuccedit.)

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXXVI.

THEMA.

Conſtitutio Regni, vt de ſucceſsionibus induxit coniunctionem duplicitatis vinculi ad iuris francorum confirmationē vocando ſucceſſores ad feuda, etiam noua ſeruata ſexus prærogatiua,& ampliauit in linea tranſuerſali vocando fratres, ſiuè vtroquè Parente, ſiuè ex altero tantum, & ſorores in capillo.

SYM-

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio, vt de ſucceſſionibus non induxit coniunctionem duplicitatis vinculi ad correctionem iuris francorum.*
2 *Præcedentia in ſequentibus, & in toto actu repetita cenſentur, etiam in odioſis.*
3 *Verba ex Collaterali venientes, vt fratres ſunt ex vtroquè Parente, ſiuè ex altero tantum regulãtur à præcedentibus verbis ſalua ſexus, & ætatis prærogatiua in frãcorum iure viuentibus.*
4 *Sequentia declarantur à præcedentibus, & aliquando reſtringunt præcedentia, quãdo non ſunt clara, etſi clara ſequentia intelliguntur ſecundum præcedentia.*
5 *Ordo literæ Conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus intellectus.*
6 *Determinatio expreſſa aliud non attenditur.*
7 *Sorores, ex quo vocantur non ex hoc eſt habilitata linea cognitionis, quia ſorores ſunt Agnatæ fratris.*
8 *Deſcendentes ſororis, quæ ſunt cognatæ Patris non ſunt ab illa Conſtitutione vocati.*
9 *Conſtitutio vocat perſonas nòn gradus.*
10 *Amita, quæ excluſa erat, fuit ex gratia admiſſa.*
11 *Feudo nouo recepto pro ſe, & hæredibus, vt frater ſuccedat, fratri eſt Dilucidatum per Conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus.*
12 *Conſanguineus primogenitus deſcendens, à quo feudum peruenit, excludit vtrinquè coniunctum.*
13 *Iſern. authoritas, ſibimet contraria non debet remouere Iudices, cum non authoritas dicentis, ſed dicta remoueat.*
14 *Conſanguineus, quod excludat vtrinquè coniunctum in feudo paterno reiectis cõtrarijs indubitatum eſt.*

1 Conſtitutio Regni, † vt de ſucceſſionibus non tantum coniunctionem duplicitatia vinculi ad correctionem iuris francorum, immò dum verba præcedentia ad feuda iuris francorum vocant maiorem natum ſubdens ex Collaterali linea venientes, vt fratres, ſiuè ex vtroquè Parente, ſiuè ex altoro tantum induxit prærogatiuam ætatis, inſimul & coniunctionis, quia verba præce-
2 dentia prærogatiuam ætatis † præcedentia in ſequentibus, & in toto actu repetita cenſentur, etiam in odioſis tex. eſt in l. 3. ſ. filijs, ff. de liber. & poſthum. cap. ſecundo requiris de appellat. Natta conſ. 64. num, 12. &
3 ipſa verba (ex Collaterali linea venientes, vt fratres, ſiuè ex vtroquè Parente, ſiuè ex altero tantum regulantur à præcedentibus verbis, ſalua tamen ſexus prærogatiua, vt mulieri Maſculus proferatur, nec non maioris ætatis inter eos, qui viuunt in Regno
4 ſpecialiter iure francorum, quia † ſequentia declarantur à præcedentibus, l. ſi fuerint, ſ. fin. ff. de reb. dub. l. ille, aut ille, ſ. cum in verbis, ff. de legat. 3. Alex. conſ. 47. num. 18. lib. 1. vbi ſubdit, maximè id procedere, vt tollatur correptio, & quamuis aliquando ſequentia reſtringunt præcedentia, hoc eſt, quando præcedentia non ſunt clara, & non vt in præſenti Dilucidatione, in qua præcedentia verba vocantia ſucceſſores ad feuda, cum prærogatiua ſexus, & ætatis ſunt clariſſima, & ſic ſequentia verba in Collaterali linea vocantia fratres, ſiuè ex vtroquè Parente, ſiuè ex altero tantum intelliguntur, ſecundum ea quæ præcedunt, ita poſt Cyn. inquit Bal. in l. legatorum petitio, ſ. fin. ff. de leg. 2. Iaſ. in l. ſi ſeruus plurium, ſ. fin. num. 3. ff. de leg. 1. & ſic nõ præ-
5 rogatiua ætatis, nec ordo † literæ dictæ Cõſtitutionis aliquid facit primo dicentis ex vtroquè Parente, & dictæ dicit ex altero tantum, vt arguit gloſ. ibi, quod præferatur ſexus ætati, quia cum Milanenſe in d. deciſ. 8. num. 170. reſpondetur, quod prædicta militant, vbi dubia eſſet diſpoſitio, ſed dum Conſtitutio expreſsè dixit, & prætulit maiorem minori ętatis, vt diximus, ſed vbi eſt
6 expreſſa † determinatio, aliud non attenditur, ait Milanenſis d. num. 170. & ſi hic ordo literæ eſſet attendendus, cum prior diſpoſitio ſit de prærogatiua ætatis, maior natus, ſiuè ex vtroquè Parente, ſiuè ex altero tantum ſit in feudo peruento, vnde eſt coniunctus pręferendus eſt, vt ex prædictis, clariſſimè patet, & ex his reijcitur, etiam Loffredi dictum in d. cap. 1. de not. feud. in fine ſui operis, qui nolentis authoritati Iſerniæ cõtradicere ex dicto ordine ſcripturam dictæ Conſtirutionis, vt de ſucceſſionibus primo ponentis, vtrinquè coniunctum, & deinde ex altero tantum dicit vtrinquè coniunctum prius nominatum præcedere, cum talis opinio ex ſuperius dictis reſoluta extat, & per conſ. Rouit. in d. Pragmat. 11. num. 27. de feudis amplius non inſiſto.
6 Etſi per d. Conſtitutionem, † vt de ſucceſſionibus ad feuda vocantur ſorores, non ex hoc eſt habilitata linea cognationis, quia ſorores nõ ſunt cognatæ fratrum, ſed Agnatæ, tanquam ex eodem Patre natæ, Soccin. conſ. 127. col. 2. & 8. lib. 1. Hypol. Riminal. conſ. 786. num. 35. & 36. lib. 7. Burſat. conſ.

229.num.95.lib.3.Menoch.conſ.585.num.9.
lib.6. Intrigliol. de feud.centur.2. quæſt.63.
num.9. & ſeq. vbi alios allegat Corn.conſi.
8 222.lib.3. Deſcendentes † autem ex ſorori-
bus,qui eſſent cognati, non ſunt ab illa Cõ-
ſtitutione vocati, vt ex eius litera patet, ibi
(filij autem fratrum,) & nihil dixit de filijs
ſororum, licet ſint in eodem gradu, vti ſunt
9 filij fratrum, quia † Conſtitutio ipſa vocat
perſonas non gradus, ideo filij fratrum tan-
tum nominati incluſi cenſentur, & filij ſo-
rorum excluſi exemplo patrui, qui ſicut
antiquitus erat excluſus, vt per Afflict. in
cap.1.num.3. verſ.vnde concludo, an ille,
qui interfecit fratr. Domini ſui, & pos mo-
dum ex gratia huic Ciuitati, & Regno à Re-
ge Catholico de Anno 1507. elargita in Ca-
pitulis gratiarum fol.63. & in Pragmatic. 6.
10 de feud. & ſic † etiam Amita, quæ excluſa
erat, fuit etiam ex gratia admiſſa de Anno
1536. per Ceſ.Maieſtatẽ Caroli Quinti fol.
102. & in Pragmat.8. de feud.& hoc vltimũ
dico ad demoſtrandum, quod ad feuda per-
ſonæ à lege feudali ſtatute, vel Conſuetudi-
ne expreſsè non vocatæ non admictuntur,
& dum in d. Conſtitutione ſorores non ſunt
vocatæ, nec eorum filij linea cognationis
habilitata non fuit, nec eſt, niſi in defectum
Maſculorum, & Agnatorum, & ſic Mater,
quia cognata, nihil auget filio,quòad ſucceſ-
ſionem feudi paterni, ex quo primogenitus
conſanguineus ſuccedit vtrinquè coniuncto
excluſo, vltimo verba ſequentia Conſtitu-
tionis prædictæ, (ſicut ex altero tantum)
non inducit contrarium,vt declarat Ang.in
d.conſ. 110, reſpondendo motiuis Iſern. &
11 talis eſt, quod per dictam † Conſtitutionẽ
dilucidatur ſucceſſio, vt frater in feudo
nouo pro ſe, & hæredibus ſuccedat fratri,
quod non erat de iure feudorum, vt decla-
rat Ang. in d.conſ.110. & latius Afflict. in
d.cap.1. §. & quia vero, verſ.deindè quærit,
gloſ.num.43. de his, qui feud. dar. poſſ. &
opinionem Ang. Bal. & prædictorum ſequi-
tur Iacobin. in verſ. præſentes nu.12. verſ.
an autem frater vterinus, & iſtam eſſe veri-
tatem, à qua nemo diſcrepet, dicit Curt.vbi
ſupra num.55. verſ.quinto circa iſtam ma-
teriam fol.102. referendo Ang.Bald.& alios
12 Sed quando † conſanguineus eſt primoge-
nitus, & deſcendit, à quo feudum peruenit,
excludit vtrinquè coniunctum, vt ex relata
communi, & deciſa opinione tantorum vi-
rorum comprobata, ergo Iſern. non benè
locutum fuiſſe, & ſibimet contradixiſſe, vt
13 diximus, vnde † eius authoritas quamuis
magna ſit in Regno, non debet remouere
Iudices, & cum Seneca dicam (non remo-
uat dicentis authoritas,ſed quod dicit actẽn-
dæ,) maximè quod de hoc extra ipſum eſt
communis ſchola, & expreſſa deciſio omniũ
ſcribentium in materia feudali, & vltra iam
dictos contra eum ſimiliter deciſum fuiſſe
teſtatur Iacobin. in d.verſ.præſentes nu.11.
verſ.nunquid frater col.2. verſ.quid ſi vnus
frater hoc eſſe ſpetiale in feudo Ruin.conſi.
29.num.3.lib.3. Grauett.conſ.186.numer.3.
14 Decian.conſ.16. num.2. lib.1. & † ex præd.
communibus opinionibus deciſionibus, &
innumeris authoritatibus exteris, & Regni-
colis reiectis, etiam contrarijs noſtra Dilu-
cidatio, quod conſanguineus excludat vtrin-
què coniunctum in paterno feudo iuris frã-
corum,& ſic è contra vterinus in feudo ma-
terno firma, & indubitata remanet.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXXVII.

THEMA.

Nepos ex filio primogenito præmor
tuo in ſucceſsione feudi Aui, vel
Patrui excludit alium patruum,
vbi francorum iure viuitur com-
munis,& deciſa pluries.

SVMMARIVM.

1 *NEpos ex filio primogenito præmortuo an excludat Patruum, vel Amitam eſt adeò difficilè, quod Bald. poſt multa dixit, ſoluat Apollo.*
2 *Imperatorem Octonem ob tantam rei perplexitatem, an Nepos, vel Patruus eſſet præferendus, quod remiſit gladiatorio iuditio definiri.*
3 *Nepos, an Patruus ſit præferendus ob innumerabiles authoritates, & rationes hinc inde veritas cognoſci non poteſt.*
4 *Tutius eſſet hanc fabam cudendam alijs relinquere.*
5 *Primogenitus ille dicitur, qui ante ſe aliũ non habet.*
6 *Succeſſio incipit ab eo, in quo maior ætas reperitur, cum ſit priuilegium ætatis non filiationis.*
7 *Aetas perſonaliſſima res eſt, & ætas Patris non tranſit in filium, nec dicitur ætas filij.*
8 *Aetatis priuilegium perſonam nõ egreditur.*

9 *Aeta.*

9 *Aetatis ius perſonam non egreditur.*

10 *Patruus reſpectu Aui dicitur in primo gradu, & Nepos in ſecundo, & reſpectu Patrui defuncti, Patruus eſt proximior, & ideo præfertur Nepoti.*

11 *Proximioris, & prioris ætatis qualitas debet explicari tempore mortis poſſeſſoris feudi.*

12 *Verba intelligi debent ſecundum ordinem feudi.*

13 *Nepotem præferri Patruo.*

14 *Qualitas requiſita in ſucceſſione maioratus requiritur tempore, quo ſucceſſio actualiter defertur.*

17 *Maioratus, & fideicommiſſi argumentũ valet ad feudum.*

16 *Nepos tempore mortis Patrui iſtas qualitates non habens ad ſucceſſionem venire non poteſt, ſed Patruus maior eſt.*

17 *Aetas debet attendi in ſucceſſore viuo non defuncto.*

18 *Minor ſi ſuccedit maiori vtitur iure minoris, non è contra.*

19 *Pater quamuis maior natus nullum ius naſcendo acquiſiuit filio, ſeu Nepoti, quia caſus non dum euenerat, ſed Patruus tẽpore mortis maior Patre maiore mortuo.*

20 *Feudo conceſſo, cum prærogatiua ſexus, & ætatis omninò ceſſat quæſtio Patris, & Nepotis repræſentatio.*

21 *Feudi ad ſucceſſionem ſi vocatur primogenitus proximior, intelligitur de ætate exiſtente tempore mortis feudi poſſeſſoris.*

22 *Subſtitutus non eſt, qui non ſuper viuit.*

23 *Primogenitura, & proximitas vera eſſe debet, & non per fictionem.*

24 *Diſpoſitio per modum Conſtitutionis, & forma debet adimpleri ſecundum veritatem, & non per fictionem.*

25 *Primogeniti vocatio intelligitur de ſuperſtitibus, & non de filijs prædefuncti in cuius perſona dicitur defecta conditio.*

26 *Feudi vocatio non venit, niſi poſt mortem poſſeſſoris, & illud tempus inſpicitur.*

27 *Succeſſione conceſſa reſpectu certa qualitatis ipſa qualitate ceſſante, ceſſat conceſſio.*

28 *Diſpoſitio feudorum ad tempus mortis prædefuncti maior natus nullum ius naſcendo acquiſiuit.*

29 *Filius primogeniti prædefuncti non habentis ius ad ſuccedendum non ſuccedit, vbi ratio.*

30 *Repræſentatio nil aliud eſt, quam in gradũ, & locum alterius ſubintrare.*

31 *Primogenitus prædefunctus, nunquam fuit in gradum in ſucceſſione vltimi poſſeſſoris feudi, & pro mortuo, & non nato habetur quantum ad eandem ſucceſſionem.*

32 *Primogenitus prædefunctus habebat ſucceſſionem Patrui in ſpè, & quod in ſpè tantum eſt, non tranſmittitur.*

33 *Primogenitus viuo Patre, vel Fratre non habens ius actuale, illud non tranſmittit.*

34 *Euentus poſterior à primordio tituli firmatur.*

35 *Potentia effecta caduca morte filij, ſiue Patris primogeniti, ideo nec tranſmitti poteſt.*

36 *Tranſitus in aliqua extremorum parte per medium inhabile, & imperfectum non fit.*

37 *Quis per alium extinctum venire non poteſt.*

38 *Patri, quod obſtat, & filio etiam obſtat.*

39 *Fundamento diſtructo omnia deſtructa cenſentur.*

40 *Paria ſunt non naſci, & natum mori.*

41 *Viuentis hæreditas non adeſt, nec viuens habet hæredem.*

42 *Potentius eſt ius, quod quis habet iure proprio, quam iure alieno.*

43 *Filio, quæ inſeperabilia eius oſſibus ſunt, non extenduntur ad Nepotem.*

44 *Primogenitura ad Nepotem non tranſmittitur ante caſus euentum.*

45 *Sententia Papæ Bonifaci Octaui pro Rege Roberto Patruo contra Nepotem.*

46 *Sententia Papæ, vel Principis facit ius.*

47 *Papam in Regnis Imperij ſtatuere non poſſe, quando caſus de iure Ciuili non eſt dubius, ſed in caſu dubio ſic.*

48 *Bonifatij Octaui, nemo ſedit in Cathedra excellentior.*

49 *Libri ſexti compilatione nullus adeſt error.*

50 *Patruus duas habet ſententias contra Nepotem.*

51 *Iſern. & alij Doctores, qui pro Patruo cõtra Nepotem firmarunt.*

52 *Patrui rationes 35. adducit Intrigliol. & Nepotis 32.*

53 *Patrui rationes 40. adducit Tiraquell. & totidem pro Nepote.*

54 *Nepos ex filio, ſiuè ex fratre primogenito iure diuino præfertur Patruo in feudo dignitatis, & iuris francorum, quia repræſentat perſonam Patris.*

55 *Nepos de iure digeſtorum repræſentat perſonã Patris, & cum eo ſuccedit.*

56 *Nepos iure Codicis filio primogenito præmortuo ſuccedit cum Patruo.*

57 *Nepos iure Conſtitutionum Imperialium ex filio præmortuo, ſimul cum Patruo ſuccedit.*

58 *Nepos ex filio, ſiuè fratre præmortuo iure authenticarum debet ſuccedere, & in*

feudo iuris francorum præfertur.

59 *Nepos ex filio ſiuè fratre primogenito præmortuo, inſimul eum Patruo ſuccedenti.*

60 *Frater,& Soror ſuccedunt Fratri ex vigratiarum, & priuilegiorum Neapolitanæ Ciuitati, & Regno à Regibus conceſſarum.*

61 *Frater ſuccedit fratri in feudo antiquo, etiam quod inueſtitura ſit pro ſe, & hæredibus ex corpore.*

62 *Frater, vel ſoror ſuccedit fratri in feudo nouo recepto pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſimpliciter.*

63 *Feudorum ſucceſſio fuit per gratiam Regis Catholici ampliata in Patruum per Carolum Quintum in Amitas, & in Fratres Patrueles.*

64 *Fratres, & ſorores acquirentis feudum, & Nepotes ex fratre, & ſorore carnali, ſexus & ætatis prærogatina ſeruata ſuccedunt in feudo nouo ex gratia Regia huic Ciuitati, & Regno, ex qua Nepos excludit Patruum.*

65 *Primogenitura eſt dignitas, cui ius ſucceſſionis, & prælationis eſt annexum, quod de iure diuino, & humano deſcendit ad filios.*

66 *Filio, & Nepote ex alio filio præmortuo, & grauato Nepote reſtituere partem ſuam alteri filio teſtatoris, ſi iſte Nepos habet filios deſcendentes non tenetur.*

67 *Primogeniti vocati in ſucceſſione feudi iuris francorum per conſequens Nepos ex filio primogenito prædefuncto natus, debet Patruo præferri, deciſum.*

68 *Pater, & filius cadem perſona cenſentur filius Patris portio, & caro Patris vna, & filius vnus eſt, cum ipſo Patre.*

69 *Pater in generatione filij præbet formam, & dat eſſe rei.*

70 *Filius mortuus ante Patrem, vel Matrem vel ante nuptias alterius Parentis ſuperſtitis portionem ſuam ex Patris nuptijs tranſmittant ad Nepotem.*

71 *Nepotes ingrediuntur gradum Patris quia obtinet portionem, quam Pater obtineret, ſi vixiſſet.*

72 *Filia, ſi ex ſtatuto ſtante Maſculo non ſuccedat Nepos ex filio prædefuncto excludit Amitam ſororem Patris.*

73 *Priuilegium, honor, & beneficium Parentum regulariter tranſit ad filios.*

74 *Priuilegium, etiam perſonale tranſit ad filium, quamuis non tranſeat ad extraneos.*

75 *Cauſa prima ſemper repræſentatur in ſecunda, in qua influit, primogenitus eſt prima cauſa, quæ vim ſuam tranſmittit in filium ſuum, & ſic eiuſdem debet eſſe naturæ, & legis cenſura imitatur naturam.*

76 *Statutum in cauſa proxima cenſetur ſtatutum in remota.*

77 *Filius intrat in locum Patris, vt alium excludat.*

78 *Nepos filius primogeniti, quia ex radice priuilegiata naſcitur, quæ cæteris præferebatur, & forma, & origo, quæ à radice deducitur in qualibet Ciuitate reperitur.*

79 *Succeſſio ius ſanguinis eſt, & ſanguinis iura tranſeunt in liberos.*

80 *Nepos, filio eius Patre de medio ſublato redigitur ad Conſtitutionem filij, ſiuè Patris ſui, ideo Nepos Patruo præferri debet.*

81 *Primogenituræ ius tranſmittitur in filium.*

82 *Primogenitura, quia ex priuilegio Principis, & primogenitus filius, cum primum in lucem rediyt, id ius conſecutus fuit, & habuit actu, & ſpe firma, & irreuocabili.*

83 *Primogenitus naſcendo ſe incluſit, & ſecundogenitos perpetuo excluſit cauſa excluſionis durat, etiam primogenito mortuo.*

84 *Primogenituræ qualitas ſimel in filios excluſiua cæterum ſemper remanſit, qualis potentia ſuccedendi, & excludendi tranſmittitur ad Nepotem.*

85 *Nepotem excludere Patruum ex ſententia Oldrad. aliorumquè grauiſſimorum antiquorum, & recentiorum Doctorum reiectis contrarijs ex multis rationibus, communibus opinionibus, & deciſionibus firmatur à num. 85. vſquè ad n. 103.*

87 *Nepos filius primogeniti repræſentat perſonam Patris, excludit Patruum, vti eius Pater excluderet, ſi viueret.*

88 *Nepotem Patruum excludere Abbas Panormitan. firmat iure diuino naturæ, & ſcripto.*

89 *Nepotem excludere Patruum fuit deciſum in Comitatu S. Seuerinæ ex verbis Regis Roberti in ſententia dictantibus notorium eſſe, & ex alijs deciſionibus, & authoritatibus.*

90 *Nepotem ſententiam in fauorè Regis Roberti Patrui non afficere, cum fuerit ex multis cauſis, & rationibus.*

91 *Nepotem, ſibi ipſi prætulit Licurgus Lacedemoniorum Princeps.*

92 *Nepotem excludere Patruum opinionem eſſe, etiam ex Conſuetudine totius fere orbis.*

93 *Chriſtiani recepta dicit Couarru. Patruus*

magnus

magnus excluditur à Pronepote.

94 *Nepotem excludere Patruum pluries deciſum firmat Boer.*

95 *Nepotem excludere Patruum deciſum affert Afflict. & vidiſſe Regias literas Reginæ Ioannæ Secundæ declarantis Nepotem ingredi in locum, & ſexum Patris.*

96 *Nepotem excludere Patruum bis iudicatū affert Grammat.*

97 *Nepotis fauore contra Patruum plures deciſiones affert Camill. Salern. & alij alias.*

98 *Nepotem excludere Patruum in feudis opinio eſt magis recepta authoritate rerum iudicatarum Regum reſcriptis, & victorijs in bello.*

99 *Neptis, etiam excludere Patruum, quando tractatur de ſucceſſione Patris, vel Aui & Nepotem excludere Patruum, etiam in linea Collaterali in Regno eſt abſolutū per cap. conſiderantes, & ex alijs ibidem verſ. tertius caſus.*

100 *Nepotem excludere Patruum veram, & deciſam opinionem dicit Reg. de Ponte.*

103 *Nepotem excludere Patruum omni iure dicit conſ. Rouit. dicens Iſern. eſſe in opinione pro Nepote, & filij Patrum habeāt, idem ius quod haberet Pater, ſi viueret.*

102 *Nepotem excludere Patruum in feudis opinio eſt indubitata, & pluries deciſa.*

103 *Nepotem excludere Patruum in feudis eſt opinio in hoc Regno communiter recepta, & deciſa.*

Filia primogeniti excludit Patruum in primogenitura iuris francorum, & ita deciſum, ibidem.

104 *Primogenitus naſcendo ſe includit, & ſecundogenitum perpetuo excludit.*

105 *Vni, quod collatum eſt alteri ſublatum.*

106 *Pater, & filius natura eadem eſt perſona, & filius verè Patris portio eſt in eo ſubſtantia, & caro Patris, & vnus eſt cum Patre ipſo.*

107 *Pater in generatione præbet formam, quæ dat eſſe rei.*

108 *Pater, ſi eſt primogenitus, & Nepos ex eo natus eſt primogenitus, cum rationibus.*

109 *Natus ex primogenito eſt primogenitus, & ætate maior Patrui.*

110 *Nepos in re diuiſibili in portione ſui Patris Patruum excludit, quia eadem perſona cum Patre ſuccedit in locum ſuum, & eiuſdem gradus, & portionis.*

111 *Nepos ex primogenito in re indiuiſibili in dignitate, & vbi francorum iure viuitur præfertur Patruo, quia idem ius habet, quod eius Pater habebat, ſi viueret, etiam per Conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus.*

112 *Filius in ſucceſſione feudi repræſentat perſonam Patris.*

113 *Filius quilibet in ſucceſſione rei indiuiduæ, & ſic feudi iuris francorum diuerſum gradum ab alijs conſtituit. Primogenitus cum eius prole vnum gradum & cæteri alios gradus ſeparatos.*

114 *Primogenituræ ius eſt ceſſibile, alienabile, & tranſmiſſibile in filium vniuerſalem ſucceſſorem, & proindè Nepos dicitur primogenitus.*

135 *Filijs, ſicut non nocent delicta Parentum ſic mors, quæ calamitas dicitur Patris in dignitatibus, & primogenitura eis non nocet.*

116 *Filiatio, cui annexa eſt primogenitura, ſi non tranſmictitur potentia. quam filius habet, viuens ipſo mortuo tranſmictitur ad eius filium.*

117 *Primogenito adeo ineſt qualitas excluſiua ſecundogeniti, quod ſi ſecundogenitus efficiatur, Clericus ligatur Statuto, & Conſuetudine præferenti primogenitum.*

119 *Succeſſio eſt ius ſanguinis, & iura ſanguinis transferuntur in liberos, & in feudis iuris francorum primogenitus Patre, vel Fratre viuo cenſetur eſſe veluti, iam Dominus, & tale ius in vita Patris eſt ſibi quæſitū filio, qui viuo Patre cēſetur inueſtitus, & etiam poſſidere feudum, & ſic in ea continuatur poſſeſſio ſine alia inueſtitura.*

120 *Filius mortuo Patre magis ad poſſeſſionē continuatiuè, quàm ad nouā poſſeſſionis adeptionem, & ſic Nepos retinet, donec caſus euenerit.*

121 *Nepos iure proprio ius primogenituræ obtinet, qua tolli non poteſt, & in eo tranſmictitur ſaluo iure accreſcendi.*

122 *Primogenituræ ſpes eſt irreuocabilis, & inadimibilis per Patrem filio in legato conditionali, ſed in feudo fortius, quia ex pacto in contractu, quando acquirens feudum, dixit pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, &c.*

123 *Primogenitura in feudis competit beneficio legis feudorum, ac Conſtitutionis, & Capitulorum Regni, & quod beneficio legis habetur, tranſmictitur, etiam antequam ſit delatum.*

124 *Primogenitus ſpem certam, quam habet ſuccedendi, ſi morietur viuo Patre, vel Fratre tranſmictit ad eius filium, nunc Nepotem.*

125 *Filius, qui ex ſua perſona venit, non ſe-*

 fundat

Digitized by Google

fundat in Patre, & Patre viuente ius in ſilio erat obumbratum, & ſuſpenſum viuente eius Patre Auo, ſiuè Patruo Nepotis, ſicut de proprietario, & vſufructuario.

126 *Nepos non ex fictione, ſed iuris veritate eſt primogenitus, ſicut & Pater ipſius erat.*

127 *Nepos iure proprio ſuccedit ſtante adæquatione Patris, & filij in ſucceſſione mortui Patris.*

128 *Filius mente capti furioſi, vel alias inhabilis ſuccedit loco Patris.*

329 *Papæ Bonifacij ſententia huius Regni pro Patruo contra Nepotem fuit lata propter publicam vtilitatem, & eiuſdem Regis Roberti Patrui ſapientiã, qui fuit alter Salomon.*

130 *Rex Robertus conſcientia motus deſpoſare, fecit Ioannam eius Neptem ex filio mortuo, cum Andrea filio Caroli Martelli Regis Vngariæ, cum hoc Regno, quem fortuna non faciet.*

131 *Sententia Papæ Imperatoris, & cuius vis contra ius generale, ius non facit.*

132 *Sententia pro Nepote contra Patruum præſente eodem Rege Roberto lata ex his & alijs impugnatur.*

133 *Nepotem præferri Patruo, non dum habetur ex prædictis innumeris iuribus, habetur, etiam ex gloſ. in Conſtitut. Regni, vt de ſucceſſionibus.*

134 *Filius fratris habendo ius, quod eorum Pater habebat ex Conſtit. prædicta, vt de ſucceſſionibus habetur Nepotem præferri Patruo, & hanc opinionem tenere, etiam Iſern. ibi (hæc gloſa pro Nepote facit, &c.) & alibi apertius.*

135 *Nepotis contra Patruum opinionem Iſerniæ in pluribus locis, ita interpretatur.*

136 *Capitulum vnum alterum declarat.*

137 *Francorum ius habet, etiam locum in linea Collaterali.*

138 *Capitulum Regni conſiderantes expreſſe firmat ſucceſſionem iuris francorum in linea Collaterali dicens frater, vel ſoror. fratri, vel ſorori ſuccedat primogenituræ, & Maſculini ſexus prærogatiua ſeruata.*

139 *Nepotem præferri Patruo habetur ex cap. Papæ Honorij, vbi approbare ius francorum in Collaterali linea locum habere.*

140 *Nepotem præferri Auunculo deciſio.*

141 *Iſern. non negat, quod ex diſpoſitione cap. conſiderantes non ſit inductum, vbi francorum iure viuitur, non ſit locus primogenituræ inter Collaterales.*

142 *Conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus intentio à principio fuit dare ſucceſſionem omnibus deſcendentibus, & omnibus Collateralibus coniunctis, ſiuè ex vno latere ſiuè ex vtroquè, & primogenitos vocat indifferenter, & deſcendentes, & Collaterales.*

143 *Conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus intellectus ſecundum prædicta, etiam ex Iſer.*

144 *Conſtitutio, vt de ſucceſſionibus volens ad ſucceſſionem fratris admittere fratrẽ, & Nepotem ex alio fratre præmortuo in feudo diuiſibili, ideſt quando conceditur, quia ſemper filius eſt loco Patris.*

145 *Succeſſio feudi, ſi ex lege, & pactione indifferenter datur primogenito hæc primogenitura conſideratur, etiam in Collaterali linea, & Nepos ex filio primogenito excludit patruum.*

146 *Iſern. loquitur ſecundum ſuam opinionem quod Patruus maior tempore mortis Patris excludat Nepotem, quæ opinio non eſt de Conſuetudine, nec de iure approbata, & tamen concludit in ſucceſſione fratris habere locum primogenituram.*

147 *Nepotis opinio cõtra Patruum verior eſt, etiam ex Iſern. intellectu.*

148 *Iſerniæ ex eaquè verbis habẽtur Nepotẽ ex fratre primogenito præmortuo excludere Patruum.*

149 *Iſern. ne dum contra Nepotem non eſt, ſed pro ipſo, vt ex præcitatis authoritatibus firmatur, & Dilucidatio noſtra vt prædiximus forma remanet.*

150 *Nepotem excludire Patruum in ſucceſſione feudi paterni, vel alterius Patrui opinionem magis communiter receptam, & deciſam pluries.*

1 HÆc Dilucidatio, † ſi Nepos ex filio primogenito præmortuo excludat Patruum, vel Amitam eſt adeo à Doctoribus controuerſa, quod Bal. in l. cum antiquioribus, C. de iure delib. poſt multa indeciſũ relinquens, ſoluat, (inquit) Apollo, Tiraquell. de primogen. quæſt. 40. num. 7. dicit, quod altiſſimus eſt omnium pelagus, cuius vix fundus reperitur ſecutus formam Ioan. relatam ab accurſio in l. 2. ff. ad l. Aquil. quẽ refert, Viu. lib. 1. comm. opin. verſic. Nepos
2 natus, & † ob tantam rei perplexitatem, Octonem Imperatorem iuditio gladiatorio rem ipſam commiſiſſe, & Nepotem victorem bis euaſiſſe, quod Dei iuditio tributum fuit, vt refert Firmianus in ſuo repertorio, in verſ. filius Regis, verſ. 8. Iaſ. in l. poteſt col. 5. ff. de acquir. hæred. & in l. maximum vitium, C. de liber. præterit. Alciat. de Monarchia, cap. 7. Viu. in d. verſ. Nepos natus, & di-

Digitized by Google

& dixit Det. in conſ. 443. circa princ. quæ exempla, & alia adducit Tiraquell. in dict. quæſt. 40. num. 8. & 9. adeò quod non poteſt
3 dignoſci, quæ ſit opinio communis, † quia Nepos, & Patruus innumeros habent Authores, & rationes, Intrigliol. de feud. in centur. 2. art. 36. num. 191. dicit multos Doctores indeciſum relinquere, quos ponit Tiraquell. d. loc. num. 7. & ſeq. Camill. Salern. in Conſuetud. huius Neapolitanæ Ciuitatis incip. ſi moriatur, num. 112 fol. 168. in Apoſtilla incip. iſta Dilucidat. vbi alij addentes, & ſi melius eſſet, cum Licier. in tract. de primogenit. lib. 1. quæſt. 25. num. 40. circa me-
4 dium dicit, † tutius eſſet hanc fabam alijs cudendam relinquere, vt refert Intrigliol. d. art. 36. num. 191. in fine, & multi Doctores, maximè authoritatis exteri, & Regnicoli pro vtraquè parte rationes multas poſuerunt, & articulum diſcutierunt, tamen (etſi minimus ſim) ſecundum ingenij mei tenuitatem rationes aliquas hinc inde, & veram, ac communiorem opinionem decidam pœnam, & incipiendo à Patruo pro ipſo rationes eſſe, vt.
5 Prima ad feuda vocari primogenitos, † & ille dicitur primogenitus, qui ante ſe alium non habet præſuppoſito, quod Patruus ſit
6 natus ante Nepotem † prior in tempore potior eſt in iure, vnde ſucceſſio incipit ab eo, in quo maior ætas reperitur, cum hoc ſit priuilegium fauore ætatis, non filiationis, quia filiatio ſine ætate non eſt cauſa prælationis, ſed ætas, quod tempus vſurpauit alteri concedi non debet, l. ſi filius, ſ. cum filius, verſ. ſine debito, ff. de bon. libert.
7 Secunda ætas † perſonaliſſima res eſt, & nūquam ætas Patris tranſit in filium, & ætas Patris non dicitur ætas filij, l. ſi Pater familias, l. vlt. de adopti. ſ. minorem inſtitut. eo-
8 dem tit. & ideo † priuilegium ratione ætatis perſonam non egreditur, l. 1. ff. de conſtit. Princ. l. in omnibus, ff. de reg. iur. & in cap. priuilegium eodem tit. lib. 6. & ex alijs Tiraquell. d. quæſt. 40. num. 108. Hinc eſt, quod
9 ius † ætatis cedi non poteſt, ſ. finitur inſtit. de vſufructu, l. ex pluribus, ff. de adminiſt. Tutor. l. ſi quis domum, ſ. huius, locati. l. peto, ſ. prædium, ff. de legat. 2. l. ex vectigali, ff. de pignor. Bal. in l. cum antiquioribus, C. de iure delib. num. 19.
Tertiò proximiores ſunt hi, qui ad feuda
10 vocantur Patruus † quia reſpectu Aui eſt in primo gradu, & Nepos in ſecundo gradu, & ſimiliter reſpectu Patrui defuncti. Patruus ipſe eſt proximior eo, & ideo præfertur Nepoti, argum. tex. in l. 1. & per totam de grad. l. 1. ſ. hæreditas, ff. de ſuis, & legit. hæred. & ex alijs Gomeſ. in l. Tauri 40. nu. 66. & videtur caſus expreſſus in l. ſi libertus Prætorio, ſ. ſi libertus, ff. de oper. libert. vbi in ſucceſſione liberti, Nepos non concurrit cum Patrui filio, quia ad ſucceſſionē proximus vocatus eſt, per quem text. ſic Roman. tradidit in ſ. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. Roland. à Vall. conſ. 38. num. 33. verſ. verum quia, Decian. conſ. 1. num. 375. lib. 1. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 21. num. 2.
10 Quartò primogenitus, † & proximior vocatur ad feuda, & iſtæ qualitates debent explicari tempore mortis poſſeſſoris feudi, Bald. conſ. 275. incip. pro regula col. pen. lib. 2. vbi ait illum dici primogenitum, qui tempore, quo in feudo ſucceditur in rerum natura, eſt primus, per tex. in l. ex pacto, ſ. pen. verſ. quis autem ſuccedit, & ſ. proximis, inſtit. de legir. Agnat. ſucceſſ. Peguer. deciſ. 114. num. 19.
Quintò ad ſucceſſionem feudorum vo-
12 cantur primogeniti proximiores † verba ſunt intelligenda ſecundum ordinem debitū vt in l. Gallus, ſ. 1. ff. de libet. & poſthum. Ordo iuris, & naturæ in his, quæ non poſſunt pluribus competere, ſed debet regi ab
13 vno Patruū præferri Nepoti, iniquum † enim eſſet Nepotem præferri Patruo, per tex. in l. viua matre, C. de bon. matern.
Seſto quotieſcumquè inſtituitur maioratus, vel ſtatutum, aut lex vocat aliquem
14 ad † primogeniti ſucceſſionem diſpoſitiuè vel conditionaliter, cum aliqua qualitate intelligitur principaliter, cum ea conditione vocationem feciſſe, vt qualitas reperiatur penes vocatum tempore, quo ſucceſſio actualiter defertur, Alex. in l. rem meam, ff de verb. oblig. Aym. conſ. 202. num. 31. & firmat Tiraquell. de primog. quæſt. 63. nu. 2. in l. ſi Cognati, ff. de reb. dub. & ex alijs Peguer. d. deciſ. 114. num. 27. quę procedunt
15 in caſu noſtro, quia † de maioratu ad feudum valet argumentum Bal. in d. l. cum antiquioribus num. 6. & idem de fideicommiſſo ad feudum, vt eſt caſus in capit. 1. ſ. his, qui de feud. ſucceſſ. vbi notant Bal. Iſern. & feudiſtæ omnes, Aret. conſ. 164. Socc. conſi. 252. vol. 1. Curt. iun. de feud. part. 3. nu. 60. Roland. à Vall. conſ. 68. num. 29. & 52. lib. 1. Peregr. de fideicommiſſ art. 21. numer. 13.
16 dum † Nepos tempore mortis Patrui iſtas non habet qualitates ad ſucceſſionem feudorum venire non poteſt, ſed Patruus maior ætate, & proximior, vt in feudis loquēs dicit Afflict. in cap. 1. num. 59. & 60. verſic. tertiodecimo de ſucceſſione feud. & num. 119. verſ. profectò.
Septimò in his, quæ poſt mortem prædeceſſoris

17 ceſſoris ſumunt initium, vel effectum, † & conſideratur ætas, debet attendi in ſucceſſore viuo non defuncto, vt in l.ea,quæ C.de
18 in integr.reſtit. & ideo † ſi minor ſuccedit, maiori vtitur iure minoris, non è contra, quantum ad beneficia conſequenda non reperiuntur in perſona prædeceſſoris conſumata, ſed conſumanda, vt in l.æmilius, ff.de minor. Bal. in d.l.cum antiquioribus nu.19.

Octauo in diſpoſitione exequenda tem-
19 pore mortis alicuius, quamuis † Pater Nepotis ſit maior natus, nullum ius naſcendo acquiſiuit, quia caſus non dum euenerat,ſed Patruus,qui tempore mortis poſſeſſoris feudi reperitur viuus, & maior Nepotis dicitur verè primogenitus,& intelligitur vocatus excluſo primogenito prædefuncto, eum ſua prole, & deſcendentia, ita firmat Bal.in d.l.ſi viua Matre, num. 3. ſequitur Aluarot. Vaſq. in lib.qq.iur.emphyt.part.1.quæſt.50.
20 num.16. & 40. dicens conceſſo † feudo,ſibi, & ſucceſſoribus ætatis prærogatiua ſeruata ceſſat omninò quæſtio Patrui, & Nepotis, & ceſſat repræſentatio, & conſequenter filius primogeniti remanet excluſus, Peguer. d.deciſ.114.num 31.

21 Ad ſucceſſionem † feudi vocatur primogenitus proximior, quod intelligitur de ſuperſtite tempore mortis vltimi poſſeſſoris feudi, iuxta communes Gloſas Doctorumq. ſententias, dum Patruus quando caſus euenit, reperitur viuus, & maior ætate,ac proximior Nepotis repræſentatio ceſſat,& Nepos excluſus cenſetur, vt eleganter determinat Bald in l.quidam Elogio numer. 22. circa medium, C. de iur.delib.dicens, quod
22 † qui non ſuperuiuit, non eſt ſubſtitutus, vbi eum ſequitur Paul. de Caſtro nu.6. Aret. in l. qui plures, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Roman. in l.qui Patri num. 12. ff. de acquir. hæred. ibiquè Alex.num.13. & eſt communis opinio dicit Soccin.conſ.14.num.7. idem Port.conſ.9.num.5.& 6. Gozadin. in conſil. 29. num. 17. ac Pariſ. latè conſ.37. à nu. 50. vſquè ad num.73.lib.2.

23 Decimo, Super † exiſtentia primogenituræ, & proximitatis tempore mortis vltimi decedentis, verè & realiter eſt verificanda, & non per fictionem, l.3.§.hæc verba, ff.de negot.geſt. l. ex ea parte, §. in inſulam, ff. de verb.ſignif. vbi gloſ. & notat. Anearan. in conſ.357.num.3. Pariſ. conſ.30.nu.55. lib.
24 2. dicens, quod extremitas † reſultans ex verbis diſpoſitionis per modum conditionis & formæ debet ſemper adimpleri ſecũdum veritatem, cum ſit caſus voluntatis hominis, vel legis, & non ſufficeret verificari per fictionem, vt puta per repræſentationem quæ fictio eſt, probat tex. in l. fideicommiſſum, ff. de condit. & demonſtrat. & in lege ſtatius florus, §.Cornelio fœlici de iure fiſci, maximè quod eſſent duæ fictiones, vna quia non eſt primogenitus altera, quia qui in vlteriori gradu eſt præfereretur,& duæ fictiones concurrere non poſſunt, l. ſi is, qui pro emptore, ff.de vſucap. Tiraquell.in d.quæſt. 40.num,138.

25 Decimoprimo, diximus, quod † in inueſtituris feudorum vocatur primogeniti proximiores, quod intelligitur de ſuperſtitibus & non de mortuis in qua vocantur ſuperſtites, excludantur filij, & hæredes prædefunctorum, per rationem quia dicitur defecta conditio in perſonam prædefuncti, vt clarè hoc firmat gloſ. in l. qui plures verſ. ſuperſtites, ff.de vulg. & pupill.ſubſtit. gloſ. in l. Lutius, §. Pater pue.um, verſ.pœnitere, ff. ad Trebell. gloſ.in l.eum quidem, verſ.hæredes eius in verſ. dat, ff. de leg, 1. quam gloſæ opinionem ſequitur Azo. in ſumma, C. de his, qui ante apert.tab.num.5. & ex alijs Peguer.d.deciſ.114.num.31. verſic. tandem probat.

26 Decimoſecundo, vocatus † ad feudum non venit, niſi poſt mortem poſſeſſoris, & cuiuſcumquè diſpoſitionis, cuius effectus in tempus mortis differtur, conſiderari debet ſecundum illud tempus, l.quod ſpontè, & ibi Bart. dicit hæc nunquam fallere. C. de donat.ante nupt. l eum, qui ff.de iure dotiũ. Cum qualitas maioris ætatis, & proximitatis ſecundum diſpoſitionem feudorum tempore mortis tenentis feudum non erat in
27 primogenito prædefuncti, quia † de iure ſucceſſionem cõceſſam reſpectu certæ qualitatis, ea qualita e ceſſante conceſſionem ipſam ceſſare, l.fin.vbi hoc notat Franc.Aret.not.5. C. de inoffic.teſtam.l.Titius, ff.de teſtam.milit. l. cui eorum, §. affinitas, ff.de poſtuland.& qualitates ipſe erant in Patruo,
28 etiam quia † diſpoſitio feudorum ad tempus mortis poſſeſſoris, & non ad tempus natiuitatis ſucceſſoris prædefuncti, quamuis maior natus nullum ius naſcendo acquiſiuit, vt expreſſum dicit Bal. in d.l.ſi viua Matre num.3. & ex alijs Peguer. in d.deciſ. 114. nu.33. & ſic Nepos excluſus cenſetur.

29 Decimotertio, Filius † ptimogeniti prædefuncti, vt iure repræſentationis ſuccedat, neceſſe eſt, vt illius Pater prædefunctus in vita habuiſſet ius ad ſuccedendum, quia non poteſt eſſe plus virtutis in cauſato, quam in cauſãte, vt declarat Bal.in l.1.ff.de Senator. Paul. de Caſtr.in l. Maritus, C.de Procurat. tex. in cap.1. §. hoc autem notandum de his,qui feud. dar.poſſ. Ioan. Garz.in l.Gallus, §.

lus, §. & quid ſi tantum num. 34. ff. de liber.
& poſthum. dum Pater prædefunctus viuẽs
ius aliquod in feudo non habuit, nec ipſius
filius per rationem, quia vbi non eſt ſucceſ-
ſio, nec deriuatio, nec tranſmiſſio declarat
Bal. in conſ. 345. num. 8. lib. 1. Oldrad. conſ.
224. num 36. & 37. & per aliam rationem,
30 quia † repræſentatio nil aliud eſt, quam in
gradum, & locum alterius ſubintrare, vt in
§. cum filius inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.
refert Bal. & Corn. in l. 2. C. de liber. præter.
31 & eſt certum † primogenitum prædefun-
ctum, nunquam fuiſſe in gradum, neque lo-
cum aliquem in ſucceſſione vltimi poſſeſſo-
ris feudi mortui, & pro non nato habetur
quantum ad eandem ſucceſſionem, per tex.
in l. ex facto, §. pen. ff. ad Trebell. ergo eius
filius poſthumus, nihil repræſentare habet.
32 Decimoquarto, Primogenitus † præde-
functus Patris, ſiuè fratris habebat in ſpè, &
quod in ſpe tantum eſt, non tranſmictitur,
l. ſed ſi plures in princ. l. qui habebat, ff. de
vulg. & pupilloſubſtit. l. Sempronius, ff. de
vſu, & vſufructu leg. l. hæres meus in ſe-
cundo reſponſo, ff. de condit. & demonſtrat.
cap. non ex quo, de conſecrat. diſtin. 4. Ti-
raquell. d. quæſt. 40. nu. 117. & ſic non tranſ-
mictit ad filium ſuo Patre mortuo, ſcilicet
Nepos ad ſucceſſionem Patrui excluſo alio
Patruo ex perſona Patris præmortui excluſi
venire non poteſt.

Decimoquinto, aut dicimus ius primo-
genituræ tranſmicti in actu, aut in potentia
33 primum dici non poteſt, quia † primogeni-
tus viuo Patre, vel fratre non habet ius a-
ctuale, propterea illud tranſmictere non
poteſt, per l. ſi quis filium, C. de inoffic.
teſtam. nec ſecunda cauſa debet agere ſuum
effectum ex vi primæ cauſę, l. Tutor, ff. de
34 fideiuſſor, & l. qui id quod, ff. de nouat. † à
primordio enim tituli poſterior formatur
euentus l. 1. cap. de impon. lucrat. deſcript.
& omnis deriuatio præſupponit vim deri-
uantis in alterum, ſine qua nulla poteſt fieri
deriuatio, l. 2. §. 1. ff. de ſtipul. ſeruit. ſecun-
dum quod in potentia eſt, nec poteſt fieri,
35 quia talis † potentia eſt effecta caduca mor-
te filij, ſiuè fratris primogeniti, ũde nec trã-
micti poteſt, per l. 1. §. pro ſecundo, §. in
nouiſſimo, & §. ſin autem, C. de caduc. tol-
lend. & notatur in l. 1. C. de his, qui ante
aper. tab. Tiraquell. d. quæſt. 40. num. 124.
36 Decimoſexto, per medium † inhabile, &
imperfectum non poteſt fieri perfectus trã-
ſitus in aliqua extremorum parte, l. qui Sel-
la, §. in ruſticis, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. ſed
primogenitus eſt inhabilis, & imperfectus,
37 quia mortuus viuo Patre, & fratre, † & quã-
do quis venit per alium, non poteſt venire,
ſi ille eſt extinctus, vel inhabilis effectus, l.
proindè, ff. ad l. Aquil. l. vlt. C. comm. præd.
& l. diuo Marco, ff. de quæſtio, & notat Cyn.
à multis citatus in Auth. poſt fratres, C. de
38 legit. hæred. & quod † obſtat Patri, obſtat
filio, l. in omnibus, §. non debeo, ff. de reg.
iur. & non poteſt Nepos ſe fundare in Pa-
tre, qui ſublatus, & preciſus eſt à rerum
natura, antequam ipſe Pater eſſet fundatus
39 in ſuccedendi iure, nam † diſtructo funda-
mento diſtruuntur cœtera omnia, l. nam
origo, ff. quod vi, aut clam, l. lex vectigalis,
ff. de pignor. cap. cum Paulus 1. quæſt. 1. Ti-
raquell. d. quæſt. 40 num. 128.
40 Decimoſeptimo. Paria † ſunt non naſci,
& natum mori, §. dubitatum Auth. de inceſt.
nupt. maximè ſi moriatur viuo, eo de cuius
41 ſucceſſione agitur, nam † viuentis hæredi-
tas non cenſetur, nec viuens habet hæredẽ,
l. 1. ff. de hæred. uel actione vendita, l. 1. ff.
pro hæred. l. qui hæreditatem, & l. neminẽ.
& l. qui ſuperſtitis, ff. de acquirend. hæred.
Burſat. conſ. 264. num, 26. lib. 3. vbi extendit
ad quotam hæreditatis, per Dec. Purpurat.
in conſ. 261. num. 23. lib. 3. vbi ait non dari
tranſmiſſionem hæreditatis viuentis, & cõſ.
381. num. 20. lib. 4. Honded. conſ. 54 num. 41.
lib. 1. Intrigliol. centur. 2. art. 56. num. 110.
& ſeq.
42 Decimo octauo. Potentius † eſt ius, quod
quis habet iure proprio, quam quod habet
iure alieno, l. ſi filius, §. 1. ff. de fidecomm.
libert. l. Pater, §. quindecim, ff. de legat. 3.
l. aſſumptio, §. filius, ff ad munic. l. Sacro
Sanctæ, C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. ſi quid in
bello, vbi gloſ. & Bart. ff. de capt. & poſt-
limin. reuerſ. l. more, vbi Bal. ff. de iuriſdi-
ctio omn. iudic. Bal. conſil. 485. col. 1. lib. 1.
Ang. conſ. 100. col. 2. Dec. in l. 2. col. 2. ff. de
regul. iur ſed Patruus maior eſt ætate, &
primogenitus iure proprio, Nepos autem
iure alieno, ſcilicet Patris mortui, ergo præ
ferendus eſt, dicit Intrigl. vbi ſup. num. 84.
43 Decimonono † in his, quæ inſeparabili-
ter inſunt filio, & eius oſſibus adhærent, non
fit extenſio ad Nepotem, l. 3. §. ſi emanci-
patus, ff. de honor. poſſeſſ. contra tab. Bald.
44 conſil. 67. col. 1. lib. 1. & ætas, & † qualitas
primogenituræ eſt huiuſmodi ad Nepotem
non transferuntur ante caſus euentum prę-
ferri Patruo non poteſt per dictam rationẽ
Intrigliol. vbi ſup. num. 117.
45 Vigeſimo, pro Patruo † adeſt ſententia
Bonifacij Octaui Summi Pontificis, qui pro
Rege Ruberto Patruo contra Nepotem
pronuntiauit, vt pleriquè ad hoc allegant
46 Clement. Paſtoralis de re iudic. † ſententia
enim

enim Papæ, vel Principis facit ius, & tenet
vim legis inter omnes l. vlt. & ibi Doctores
C. de legib. in l. t. C. de Constit. Princ. cap.
in cauſis, vbi omnes de re iudic. Iſern. in
cap. 1. §. Præterea ante medium de capit.
Corradi Ang. in l. 1. col. 3. verſ. in gloſ. quæ
incipit. immò, & ibi Alex. col. penult. verſi.
in gloſ. & verſ. derogare, ff. de feri, ibiquè
47 Doctores, nec dicatur, † quod Papa in Re-
gnis Imperij legem ſtatuere non poteſt in
temporalibus, cap. per venerabilem, qui fi-
lij ſint legit. Nam hoc eſt verum, quando
de iure Ciuili caſus non eſt dubius, ſed in
caſu noſtro, de quo valdè dubitatur, ſtandũ
eſt ſententiæ Papæ, etiam in Terris Imperij
per notata in capit. 1. de noui operis nunt.
48 quod maximè procedere debet in † Boni-
facij Octaui ſententia, ex quo nemo ſedit
in Cathedra ingenio excellentior dicit Ar-
chidiac. in prohem. lib. 6. & Bald. in d. l. cum
antiquioribus dicit, quod in aurea, quam
49 appellat ipſius libri † ſexti compilatione
nullus error reperitur, & refert Tiraquel.
in d. quæſt. 40. num. 162. Addo Ant. Gama
50 Luſitan. in deciſ. 174. n. 9. duas † adducens
ſententias pro Patruo contra Nepotem, &
iterum in deciſ. 307. nu. 24. & ſeq. vbi mul.
tas pro Patruo, & pro Nepote rationes ad-
ducit pro Patruo tamen reſidet.

Vltimo vltra iam dictas rationes, & ſen-
51 tentias pro Patruo firmatunt Iſern. in cap.
1. col. 4. verſ. quærit gloſ. iuncto, verſ. hæc
eſſet vera de notis ſeud. in cap. 1. §. his vero
de ſucceſſ. fratr. ſeu grad. ibiquè Cardin. Ale-
xandrin. ſibi contrarius, item Iſern. in Con-
ſtit. Comitibus, vbi dicit hanc quæſtionem
indigere Cæſarea deciſione, & ſic titubat,
Oldrad. ſibi contrarius conſ. 94. col. 5. verſ.
amplius certum eſt, Archidiacon. in c. vlt.
24. quæſt. 1. Riccard. Malumbra. Cyn. Bald.
ſibi contrarius Salicet. Paul. de Caſtro, ſibi
contrarius, & Raphael. Fulgoſ. in l. ſi viua
Matre, C. de bon. matern. Bart. in Authen.
poſt fratres per illum tex. C. de legit. hæred.
idem Bal. in l. Tutela, §. ſi duo, ff. de legit.
Tutela, & conſ. 259. quod pro regula col. 2.
verſ. quæſtio ſatis ſuppoſita num. 2. Petr. de
Monteſnr. in quodam conſil. ſuo, quod ad
verbum traſcribit Afflict. in cap. 1. colum. 3.
verſ. ſed dubium ſtat. de nat. ſucceſſ. feud. ſi-
bi, ipſemet contrarius, & in cap. 1. col. 2.
& ſeq. de ſucceſſ. ſeud. vbi hanc opinionem
dicit eſſe communem, quam tenuiſſe, etiam
Bart. de Cap. affirmat in allegatione, quam
fecit pro Rege Ruberto Patruo, contra
Regem Vngariæ Nepotem, Luc. de Penn. in
l. Nepotes, col. 1. & ſeq. C. de his, qui nu-
mer. liber. &c. lib. 10. in l. ſi quis Sacris in
fine, C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. & in l.
Tirones conſ. 1. & ſeq. vſquè ad finem, C.
de Tiron. eodem lib. & in l. 1. de Priuileg.
eor. d. lib. 12. Petr. Ancaran. ſibi contrarius
conſ. 82. dicta facti narratione, Imol. Domic.
Philipp. Franch. & Gemin. in cap. Grandi
de ſupplend. negligẽt. Prælat. lib. 6. Raphael.
Fulgoſ. in l. vt inteſtato. C. de ſuis, & legit.
Io: Rayner. in l. pactum in vltima quæſtio-
ne, C. de collat. Ant. de Roſell. in tractat.
ſucceſſ. ab inteſt. col. 31. Franc. de Ponte in
tract. de duob. fratr. par. 3. quæſt. 54. Ant. de
Prato veteri in l. in quartam quæſt. 6. ff. ad
l. Falcid. Gulielm. de Pern. conſ. 13. in hac
cauſſa agitata, Maſuer. tit. de ſucceſſ. §. item
in pluribus, Alex. conſ. 125. diſcuſſis col. 2.
verſ. tum etiam cum pluribus ſeqq. lib. 1. &
conſ. 4. ponderatis verbis teſtamenti col. 3.
verſ. pro iſta ſecunda parte lib. 4. communẽ,
& multoties rationibus ſuffultam Barbat. ſi-
bi contrarius conſ. 27. ſcripſit Doctiſſimus,
col. 22. verſ. Præterea facit lib. 1. Corn cõſ.
199. in præſenti conſultatione col. 17. verſ.
nec obſtat, quod Mater lib. 2. latè Dec. cõſ.
443. in caſu ad me tranſmiſſo Franc. Curt.
iun. de ſeud. part. 2. col. penult. ſecundo mo-
uet. Ant. Rub. magis communem eſſe dicit
in Alexand. conſ. 149. num. 11. in contractu
matrimonij, vbi mouetur ex contractu vo-
cante primogenitum ſumma Roſell. in verſ.
filius num. 13. Loffred. conſ. 14. numer. 48.
communem opinionem eſſe dicit etiam Zaſ.
conſ. 8. num. 2. lib. 1. Cuiacius in d. cap. 1. de
grad. ſucceſſ. dicit ius repræſentationis non
habere vim excluſionis, quos poſt Tiraqu.
in d. quæſt. 40. num. 15. refert Io: Antonius
Lanarius in ſuo conſ. 1. num. 50. Intrigliol. in
d. cent. 2. art. 36. à num. 31. vſquè ad n. 122.
52 vbi pro Patruo triginta quinq; adducit ra-
tiones, & multas authoritates, & opinionẽ
communem, & pro Nepote triginta duas
rationes cum diſtinctionibus pro Nepote
inclinando opinionem communem addu-
cens eamquè ex multis comprobando, vt à
num. 122. vſquè in fine Cumia ſicul. in cap.
ſi aliquem in verſ. gradu num. 72. & 103. vbi
Cannett. fol. 185. in cap. incipiente an filius,
qui alios allegant conſ. Fab. de Anna conſil.
125. num. 44. ſed contrarium firmat, vt in-
fra, Gomeſ. in l. 4. Tauri num. 66. & poſtea
contra Patruum firmat Capit. in præfat.
Conſtit. Regni, ſibi contrarius, & pro Pa-
truo hanc legem obſeruaſſe, Arabes, Numi-
dæ, Galli, aliquando Normandi, Sandali,
53 Syrij, quos ex alijs probat † Tiraquell. &
pro Patruo quattaginta quinquè rationes
adducit in d. quæſt. 40. à num. 100. vſquè ad
num. 221. & totidem pro Nepote, pro quo
latè

Digitized by Google

latè in d. quæſt. 40. num. 16. 17. 18. & per totam, & licet iura Nepotis ſint ſatis aperta, & vulgata ad conuincendum contra eum tenentem iura authoritates, & rationes diſtinctè pro ipſo Nepote firmantes afferam.

54 Primo Nepos † ex filio, ſiuè fratre primogenito in Regno, ſiuè Ducatu, Marchionatu, Comitatu, & vbi francorum viuitur in feudis, & in qualibet melioratione vinculatione indiuiſibili, quia perſonam ſui Patris repræſentat per repræſentationem, & in locum ſui Patris de iure diuino ſuccedit, nam Thara duos habens filios Abraham, & Aram hic mortuus ante Patrem relicto ſuo filio Loth, Thara mortuo, Abraham admiſit Loth Nepotem ex fratre ad ſucceſſionẽ, eumquè fratris nomine vocat, tanquam fratrem eſſe, & verè, vt fratrem repræſentare, eiuſquè locum teneret, Geneſ. cap. 11. & duob. ſeqq. ſic apud Apollonium Rohodium lib. argonauti cap. 3. Medea dicit filios Carriopes ſororis ſuæ, ſibi eſſe fratres refert Tiraquell. in d. quæſt. 40. num. 23. & Io: Caſtillo Hyſpan. in ſuis controu. iuris cap. 19. de repræſentat. num. 47. fol. mihi 241. ex alijs.

55 Secundo † hoc eſt ordinatum de iure digeſtorum, per l. poſthumorum, ff. de iniuſto rupto teſtam. ibi (ſed ſi filius me viuo moritur, aut qualibet ratione exiret de poteſtate mea incipit Nepos Neptiſuè in eius locũ ſuccedere, & eo modo iura ſuorum hæredum quaſi Agnatione nanciſcitur,) vbi etiã habetur, quod ſi Nepos ex filio præmortuo non inſtituitur: rumpit teſtamentum, ſicut & ſi filius eſſet, vt legitur ibi (& Nepotem Neptemuè ex eo neceſſe eſt mihi, vel hęredem inſtituere, vel exhæredare, nè fortè me viuo filio mortuo ſuccedendo in locum eius, Nepos Neptiſuè, quaſi Agnatione rumpat teſtamentum, quod firmat ibi gloſ. & Doctores.

56 Tertio, idem eſt de † iure Codicis, per tex. in Auth. ceſſante, C. de legit. hæred. ibi (ceſſante ſucceſſione lineæ deſcendentis, eiuſquè ſola ſit aſcendentis, vocantur primo fratres, fratriſquè præmortui filij in ſtirpes,) & in Auth. poſt fratres eodem tit. apertè æquiparat fratres, & Nepotes defũcti filios, ibi (hi autem fratrum filij, cum pares ſint defuncti fratribus præferuntur procul dubio eiuſdem defuncti fratribus,) ibiquè gloſ. & Doctores, & loquuntur particulariter in linea tranſueſali, ſiuè Collaterali pro Nepote.

57 Quarto, idem ſtatutum eſt † iure inſtit. Imperialium, vt in §. filius inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defertur, ibi (cum filius, & ex alijs filio Nepos Neptiſuè exiſtunt pariter ad hæreditatem Auivocantur, nec qui gradu proximior eſt vlteriorem excludit,) & parum infra ſequitur (equum enim eſſe videtur Nepos, Neptiſuè in fratris ſui locum ſuccedere) per quæ verba gloſ. in §. ita demum, verſ. deſierit, dicit (quod filius non poteſt præcedere Nepotem ex altero filio in gradu in ius Patris obtineat firmat Neapod. in Conſuet. ſi moriatur, verſ. & omnia quæ dicta de Neptibus, &c. n. 108. licet ſit correctum quòad Pronepotes filios fratrum tantum, vt in d. Auth. filij fratrum.

58 Quinto, idem eſt de † iure Authenticorũ in Auth. fratrum filij, ibi (ſi puis moriens reliquerit aſcendentium aliquem, etiam præmortui fratris filij, & tantam accipiunt portionem quantam eorum futurus erat Pater accipere, ſi viuiſſet,) ergo ſicut quãdo trahantur de hæreditate, & ſucceſſione diuiſibili, talis Nepos ſuccedit in locum ſui Patris vna cum alio filio viuo, & ſic Patruo ſuo in illa parte, & portione, in qua Pater eius erat ſucceſſurus, ſi viueret, ita etiam in ſucceſſione feudi indiuiſibili debet ſolus ſuccedere, & ex perſona Patris Patruo præferri, cum talis ſucceſſio ſoli Patri ſuo primogenito præmortuo cõpeteret, ſi viueret.

59 Sexto, idem eſt de † iure Longobardo, vt in l. ſi quis habuerat filios de ſucceſſione, ibi (ſi quis haberet filios legitimos duos, aut plures contingerit vnum ex his viuente patre mori reliquerit filios legitimos duos, aut plures, & contingerit vnum mori talem partem percipiet de ſubſtantia Aui ſui, qualem Pater eorum,) vt in dict. Conſuetudine ſi moriatur Napod. d. num. 108.

Septimo hoc expreſſum de iure communi feudorum, vt in cap. 1. de natur. ſucc. feud. ibi (Nepos ex filio ſolus) ibiq; gloſ. & DD. & in cap. 1. §. ſi Capitanei de feudo March. legitur, (filij, & nepotes ex Patre eorum ſuccedunt) & in cap. 1. de ſucc. feud. in princ. ibi (ſuccedunt filij, vel Nepotes ex filio loco ſui Patris,) ſed in ſucceſſione Patrui eſt, tex. ad literam in cap. 1. vbi gloſ. & DD. de natur. ſucceſſ. feud. & in cap. 1. de ſucceſſ. fratr. vel grad. in feud. ibi (his vero deficientibus vocantur primo fratres, cum fratruum præmortuorum filijs, deindè Agnati vlteriores,) vbi Iſern. Bal. & Martin. Laudenſ. cum feuda dignitatum, vel iuris fratorum ſunt indiuidua ad ſolum Nepotem ex primogenito fratre præmortuo natum excluſo Patruo tertio, vel quartogenito ipſe Nepos in ipſis feudis ſuccedere debet, vt eius Pater ſi viuæret, ſucceſſiſſet ex allegatis iuribus, & authoritatibus patet.

Octauo

Digitized by Google

Octauo de iure Conſtitutionũ huius Nea-
politani Regni, idem expreſsè ordinatum
eſt, vt in Conſtit. vt de ſucceſſionibus, ibi
(filij autem fratrum in his, quæ communis
Patris fuerunt Aui eorum, ſcilicet idem ius
quod eorum Pater habebat,) qui tex. in in-
diuiduo pro Nepote contra Patruum in ſuc
ceſſione alterius Patrui decidit,& declarat,
ibidem gloſ.ibi (item filius fratris præmor-
tui vna cum fratre defuncti Patruo ſuo in
bonis, quæ fuerunt Aui communis, ſcilicet
Patris defuncti,) ibiquè additio dicit (nota
quod filius Patris ſuccedit vna cum Patruo,
& hoc intellige, niſi viuatur iure francorũ,
vti præcedentia verba declarant, ibi, & ma-
ioris ætatis præferri ſi iure francorum vi-
uunt) & conſ. Iacob. Anell. de Bott. ibi-
dem addens in verſ.dubitatio, dicit, (iſte
verſiculus filij autem venit continuatiuè ad
verſiculum ex Collateralis,& ſic filij fratrũ
in ſucceſſione Patrui habebunt, idem ius
quod Pater eorum, vt patet ex ſequenti,
verſ. diuerſitas in feudo nouo, & ita intel-
ligunt, etiam gloſ. dictæ Conſtitutionis, &
quia in filijs, & alijs deſcendentibus man-
dat ſeruari ius francorum, videtur ex ipſo
geminato ſermone inferri, quod ſit eadem
ratio dicendi in Collateralibus, & ſic Ne-
potibus ſubintrantibus locum Patris,vt ſic
Nepos ex primogenito excludat Patruum
quando viuitur iure francorum) vnde ex
ipſa Conſtitutione habetur Nepotem ex
primogenito prædefuncto natum in ſuc-
ceſſione Patrui defuncti excludere alium
Patruum viuentem,

Nono, Nepotem præferri Patruo in feu-
dis eſt, etiam de iure Capitulorum Regni,
per cap.conſiderantes, vbi in linea Colla-
terali conſideratur primogenitura, & ex-
preſse, ibi notat Neapod.num.6. contra
Iſern. in d.Conſtit. vt de ſucceſſionibus, &
ſequitur ibidem Niger num. 15. & 24. &
dicit Capyc. in inueſtit.fol.199.col.2.Petr.
de Gregor. de cõceſſ feud.part.4.quæſt.12.
fol.156. & ſeq. & iterum iis quæſt.4.nu.22.
fol.104. qui alios adducit.

60 Decimo, idem eſt † ex vi gratiarum, &
priuilegiorum huic Neapolitanæ Ciuitati,
& Regno conceſſarum per Cæſar Maieſta-
tem Caroli Quinti, & Cathol. Regis Phi-
lippi Secundi fæliciſſimæ recordationis, quod
in feudis ſuccedant fratrer, & ſorores fra-
tri ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata.

61 Vndecimo eſt verum, quod † in hoc Re-
gno in feudo antiquo fratrer ſuccedit fra-
tri, etiam ſi inueſtitura diceret pro ſe, &
hæredibus ex corpore legitimè deſcenden-
tibus Afflict. deciſ.293. & in Conſtitut. vt
de ſucceſſionibos num.10. & 11. dicens,
ita eſſe intellıgendnm, cap. Regni conſide-
rantes, & ſic etiam in feudo nouo, prout
ita intellecta fuit d.Conſtitutio, vt de ſuc-
ceſſionibus, per Iſern. ibi col.2. ibiquè Af-
flict.num.11. & in dict. deciſ. 293. Loffred,
conſ.38. Bal. conſ. 100. ſantiſſima Regina
inter conſ. Ang. niſi in inueſtitura feudi
noui eſſet pro hæredibus ex corpore fra-
62 ter non ſuccederet, quod † ſecus in inue-
ſtitura ſimplici pro hæredibus, & ſucceſſo-
ribus, vt per Iſern. & Afflict dictis in lo-
cis Fritia de ſubfeud. lib.2. quæſt.12. num.
20. & in different.feudi quater.& plani, &
de tab.num.28. Io:Vinc.de Anna in repet.
rub. de Vaxall.decrep.ætat.num.85.Vrſill.
ad Afflict. addens in d. deciſ. 293. & etiam
ſoror fratri ſuccedit in ſpetie, dixit Fritia
d.quæſt.12.num.21. & per Regem Catho-
63 licum † feudorum ſucceſſio fuit ampliata
in Patruo, vt in cap.17.fol.59.& per Cæſar
Maieſtatem Caroli Quinti confirmata, &
ampliata etiam quòad Amitas, & ad fra-
tri Patrueles, vt in cap.fol.101.& idem fol.
64 127. ſed hodie, etiam quod † inueſtitura
feudi noui eſſet pro hæredibus, & ſucceſ-
ſoribus ex corpore, tamen ex graria con-
firmata per Catholicam Maieſtatem Re-
gis Philippi Secundi huic Ciuitati, & Re-
gno de Anno 1586. eſt conceſſum, quod
in feudo nouo, nè dum ſuccedant fratres,
& ſorores acquirentis feuda, ſed etiam Ne-
potes ex fratre, et ſorores carnales, cũ clau
ſula ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata,
vt in dictis Capitulis Gratiarum incip. item
detta fideliſſima Città, &c. fol.181. conſ.de
Ann. conſ.125. num.8. & ſeq. & cum Ne-
pos ſubintrat in locum, & gradum Patris
primogeniti prędefuncti in feudis, in quibus
viuitur francorum iure ex eadem gratia
gratia habetur Nepotem præferri, & exclu
dere Patruum.

65 Decimoſecundo primogenitura † eſt quæ-
dam dignitas, cui ius ſucceſſionis, & præ-
lationis eſt annexum, quod de iure diuino,
& humano deſcendit ad filios, ſi adſunt, ſin
autem ad fratres, & alios poſteros, tex. eſt
in cap.quam periculoſum 7.quæſt.1. capit.
Grandi de ſupplend.negligent.prælat. tex.
in cap.ſignificauit de reſcript. tex. in capit.
licet de vot. lib.6. ergo primogenitura Pa-
tris præmortui, & eius effectus tranſiuit
ad filium, in quo adeſt per vim repræſenta-
tionis, Gomeſ. in l. Taur.40.num.65. verſ.
ſecundo, & principaliter.

Decimotertio. Ex ratione quã ſufficientẽ
dicit eſſe Gomeſ. vbi ſup. verſ.quarto, &
principaliter, quam elicit ex tex. & ratione
ſua,

Digitized by Google

ſua, in l. cum Auus, ff. de condition. & de-
66 monſtrationib. vbi ſi teſtator † inſtituit fi-
lium, & Nepotem ex alio filio mortuo, &
grauat Nepotem reſtituere partem ſuam
alteri filio teſtatoris, ſi talis Nepos habet
filios deſcendentes non tenetur reſtituere,
ex quo tex. clarè habetur, quod ſi homo
ſtatutum, vel lex in aliqua re, vel ſucceſ-
ſione vocat filium, & Nepotem, & in ea
prætulit alteri filio per conſequens ex ea-
dem ratione videtur vocare, & præferre
omnes deſcendentes ex eo, & poſtquam
aliqui filium deſcendentem elegit, alijs vi-
67 detur, etiam præferre, & cum † in ſucceſ-
ſione feudorum iuris francorum vocantur
primogeniti, & maiores nati p conſequens
Nepos ex filio primogenito prædefuncto
natus debet Patruo præferri voluit Albe-
ric. in prohem digeſti veteris, §. Diſcipuli
ante penult. col. dicens, ita fuiſſe pronuntia-
tum in Curia Rom. & alij multi, quos al-
legat Gomeſ. d. in loco per duas columnas.
68 Decimoquarto. Pater, † & filius eadem
perſona cenſentur, eſt enim verè filius Pa-
tris portio, & filij caro veluti caro Patris
aucta, & vna vtriuſquè vox, quia immò fi-
lius vnus eſt, cum ipſo Patre, capit. iam,
itaquè 1. quæſt. 4. ibi (vnus erat cum illo,
l. adeo, §. inſulam in fine, ff. de acquir. rer.
domin. l. Iulianus, §. ſi quis rem, ff. ad exi-
bend. Paul. de Caſtro conſ. 264 col. 3. li. 2.
Tiraquell. in præfat. l. ſi vnquam num. 15.
C. de reuoc. donat. l. cum ſcimus circa fi-
nem, C. de agric. & cenſit. lib. 11. quam re-
fert Hypol. Rimin. in conſ. 741. lib. 7. Nam
vt tradunt rerum naturalium ſcriptores,
& aſſerit Bald. in l. vlt. C. de ſeruis. fugit.
69 Pater † in generatione filij præbet formam
quam dat eſſe rei, ſicut & illi authundant.
& etiam noſtri in id citant prædictos text.
Tiraquell. in d. quæſt. 40. num. 31. Intrigl.
in cent. a. art. 36. num. 127.
70 Decimoquinto. Filius † mortuus ante
Patrem, vel Matre, ante nuptias, alterius
Parentis ſuperſtitis portionem lucri, quod
erat ſibi peruentum ex futuris illis nuptijs
ſi ad eas, vſquè vixiſſet, tranſmictit ad Ne-
potem, dicit text. in l. in quibus, & in l. ſi
quis prioris, C. de ſecund. nupt. quod tra-
dit Bald. in argumentũ ſtatuti diſponentis,
quod filia dotata exiſtentibus liberis non
ſuccedat, ſed ipſi filij obtinebunt hæredita-
tem; nam is, qui habet filium, & nepotem
ex altero filio, iam mortuo dotet filiam, &
decedat, velitquè filius Anno obtinere,
quod ſoror de iure communi habuiſſet ſu-
pra dotem repulſo nepote, quia Pater eius
deceſſit, eo tempore quo tranſmictere non

poterat, nec continentur nepotes appella-
tione filiorum in materia ſtricta, his non
71 obſtantibus concludit contrarium, † quia
nepotes, ita ingrediuntur gradum, & locũ
paternum, vt omninò obtineãt portionem,
quam Pater percepiſſet, ſi viuiſſet, per d. l.
in quibus, & l. ſi quis prioris, vbi gloſ. &
DD. & ſtante ſtatuto diſponente, quod filia
exiſtente maſculo non ſuccedat, nepos ex
filio viuus Patre defũcto excludit Amitam
ſororem Patris, quemadmodum Pater ip-
ſius in cuius locum ſubintrauit, excluſiſſet,
ſi vixiſſet. Io: And. in addit. Speculat. in
rub. de ſucceſſ. ab inteſt. col. 1. Bart. in l.
liberorum col. 5. verſ. his præmiſſis, ff. de
verb. ſignif. Alberic. in l. ſic euenit col. 1.
ff. de adulter. Bal. in l. maximum vitium
col. 2. vbi Salic. Paul. de Caſtro & Alex. C.
de liber præter. Bal. in l. veniam in fi. e. vbi
Salic. Paul. de Caſtr. Franc. Aret. Alexand.
Iaſ. Det. Purpurat. C. de in ius vocand. idem
Aret. in l. ſi quis poſthumos, ff. de liber. &
poſthum. dicit hanc eſſe communem opi-
nionem, quam ex alijs comprobat Tiraq.
in l. ſi vnquam, verſ. reuertatur, num. 66.
C. de reuoc. donat. & latè Intrigliol. d. art.
36. num. 142. & 143. & ita nouiter deciſum.
73 Decimoſexto. Priuilegium, † honor, &
beneficium parentum regulariter tranſit
ad filios, l. emancipatum, ff. de Senator. l.
Milites, l. Duo Marco, C. de quæſt. l. De-
curionum, C. de pen. l. poſthumorum, ff.
de iniuſt. rupt. teſtam. l. 1. C. de priuileg. eo-
rum, qui in Sac. Palat. Milit. lib. 12. etiam
quod in tempore prælationis aſſiſtant, l.
aſſiduis. §. exceptis, C. qui potior in pign.
hab. gloſ. in l. 1. C. de priuil. dotal. & in l.
etiam in princ. ff. ſolut. matrim. Item etiam
74 ſi ſit † priuilegium perſonale, per d. l. etiã
iuncta, l. Maritum, ff. ſolut. matrim. d. §. ex-
ceptis, l. ſordidorum, C. de excuſan. mu-
ner. li. 10. licet huiuſmodi priuilegium per-
ſonale non tranſeat ad extraneos hæredes,
l. in omnibus, l. priuilegium, ff. de reg. iur.
& ita diſtinguit gloſ. in d. l. Maritum, & in
d. §. exceptis in verſ. eis, & alibi per Tira-
quell. in d. quæſt. 40. num. 45. & ex eiſdem
firmat Intrigl. in d. art. 36. num. 137.
75 Decimoſeptimo. Prima † cauſa ſemper
repræſentatur in ſecunda, in quam influit,
l. licet. §. ea obligatio, ff. de Procurat. ſed
primogenitus prima cauſa, quæ vim ſuam
tranſmittit in filium ſuum, qui eſt ex Patris
natura, & ideo eiuſdem debet eſſe cenſuræ,
quia legis cenſura imitatur naturam; l. nam
76 adoptio, ff. de adopt. & quod † ſtatuitur in
cauſa proxima, intelligitur ſtatutum in
cauſa remota, quæ per illam, vel ex illa

deſcendit verba ſunt Bal. in l. illam, C. de
collat, quæ reaſſumit Paul. de Caſtr. in
conſ. 119. hæreditas prædicta col. 2. lib. 1.
ex quo infertur, quod ſi ſtatutum excludit
ſororem à ſucceſſione fratris, exiſtente
fratre cenſetur excludere, etiam exiſtente
filio fratris, qui coniungitur ex perſona
77 Patris, quia † filius intrat in locum Patris
vt alium à ſucceſſione excludat, Tiraquel.
d. quæſt. 40. num. 66. & 67.
78 Decimo octauo, † Nepos quia filius eſt
primogeniti ex radice priuilegiata naſcitur,
quæ cœteris proferebatur: ergo & eandem
naturam priuilegij aſſumpſit, quam Pater
habebat, quia forma, & origo, quæ à radi-
ce dicuntur in quolibet deriuato reperitur.
l. in ratione, l. 1. §. ſi filio, ibi (formam, &
originem,) ff. ad leg. Falcid. l. quid quid
in princ. ff. de donat. l. Tutor, ff. de fideiuſſ.
Hic enim accipimus primogenitum, prout
eſt ex radice parentis, & ex maxa ipſius, l.
pronunciatio, ff. de verb. ſignif. Tiraquell.
ex alijs in d. quæſt. 40. num. 61. & Intriglio.
d art. 36. num. 138. & dum Nepos Patrem
primogenitum præmortuũ repræſentat ex
prædictis Patruo præferri debet.
79 Decimo nono † ſucceſſio eſt ius ſangui-
nis, vt notatur in l. ius Agnationis, ff. de
pact. & in l. iura ſanguinis, ff. de regul. iur.
ſanguinis autem iura tranſeunt in liberos,
l. 3. ff. de interd. & releg. l. 1. C. de pri-
uil. eorum, qui in Sac. Palat. milit. lib. 12.
80 Nepos † filio eius Patre de medio ſublato
redigitur ad conditionem filij, ſeu Patris,
tex. eſt ad literam in l. ſed, & ſi in conditio-
ne, §. Nepotes, ff. de hæred. inſtit. ibi (Ne-
potes rediguntur ad conditionem,) ideo
Nepos Patruo præferri debet Tiraquell.
d. quæſt 40. num. 65. Intrigl. d. art. 36. num.
149. & ſeq.
81 Vigeſimo, Hoc † ius primogenituræ
tranſmictitur in filium, ſiuè illud æquipa-
ratur iuri accreſcenoi, vt non dum compe-
tenti, l. ſi pluribus, ff. de ſuis, & legit. ſiuè in
ſpè contenti ex contractu rationali, l. his
cui, ff. de action. & obligat. §. ex conditio-
nali inſtit. de verb. oblig. l. dies, ff. de con-
dit. & demonſtr. ſiuè iuri deliberandi, l. cũ
antiquioribus in princ. C. de iur. deliber.
Nec obſtat lex vnica, §. ſin autem ſub cõ-
condit. G. de caduc. toll. l. ita legatum,
§. illæ ſi volet, ff. de leg. 1. vbi legatũ con-
ditionale ante conditionis euentum non
taanſmictitur, quia illa dependent ex vlti-
ma voluntae, quæ eſt reuocabilis, iſta quia
82 † ex priuilegio Principis, vt per Bart. in
l. vt iuris iurandi, §. ſi liberi, ff. de oper.
libert. Bald. in Auth. ſi quis Ruinas col. 2.
cap. de Saeroſanct. Eccleſ. & habetur ex c.
1. vbi Bal. de natur. ſucceſſ. feud. & ipſum
primogenitum filium, cum primum in lu-
ce redijt, id ius conſecutus fuit, & habuit
actu, & ſpe firma, & irreuocabili, & cum
tranſierit in contractum, cap. 1. de probat.
Io. And. in cap. ſignificaſti de for. compet.
col. 1. lib. 1. & etiam quia primogenituræ
ius eſt firmatum de lege Diuina, Canoniea,
& Statutaria à nemine tollitur, & ex mul-
tis etiam contrarijs reiectis, firmat Tira-
quell. de iure primogen. quæſt. 21. num. 3.
& 7. ac per totam quæſtionem, & in quæſt.
83 40. n. 69. & ſeq. Et † primogenitus naſcen-
do ſe incluſit, & ſecundogenitum, alioſquè
poſt eum natos perpetuo excluſit per. cap.
1. §. quia etiam Epiſc. vel Abb. Bal. in cap.
1. de matrim. ad Morgan. cotract. Nam du-
rante cauſa excluſionis, etiam primogeni-
to mortuo, cuius intereſt tranſmictere in
filium propter naturale votum, l. nam & ſi
parentibus in princ. ff. de inoffic. teſtamen.
quia quod vni eſt collatum, alteri eſt ſub-
latum, l. quod in terum, §. ſi quis, ff. de
leg. 1. Tiraquell. d. quæſt. 40. num. 73. & ideo
Nepos præfertur Patruo à natiuitate pri-
mogeniti prædefuncti excluſo, vt ex præ-
84 dictis, & † qualitas primogenituræ, ex quo
ſemel fuit in filio cœterorum filiorum ex-
cluſiua ſemper permãſit, iux. not. p Io: And
in reg. ſine culpa de reg. iur. in 6. talis pote-
ſtas ſuccedẽdi, & excludẽdi trãſmictitur ad
filium, ſiuè Nepotem ſecundum notata
per Bart. in l. is poteſt col. 2. verſ. eſt aliud
& alibi, ſœpè in ea lege, ff. de acquir. hæ-
red. vbi Nepos ſuccedit in ius filij ſui Pa-
tris, ideſt in ſpem, quam habet viuente
Patre, vel fratre, quæ approbatur à iure,
& ius quodam dicitur, quod quidem ſuffi-
cit, licet non ſit in eo qualitas maioris æta-
tis, ſiuè primogenituræ: Nec obſtat, quod
dictum eſt de Nepote ex filio in caſu ſtatu-
ti repellentis fœminas, quia ibi in ea ſne- te
eſt qualitas ſexus prohibitiua ſuccedere:
proindè tanto fortius à Nepote repellitur
vt in ſimili dicitur in cap. 1. de eo, qui ſibi,
& hæred. ſuis, &c. quod ſecus eſt in Nepo-
te maſculo, & ſpè debet Patruo præferri,
Tiraquell. ex multis d. quæſt. 40. num. 56.

Hanc ſententiam, quod Nepos ex filio
ſiue fratre primogenito præmortuo in feu-
do Auito, vel alterius Patrui excludat al-
terum Patruum vltra iam dicta firmarunt.
85 Oldrad. † in conſ. 224. iſte ſunt allegatio-
nes, qui duos antiquos iuris conſultos alle-
gat, & ex alijs iuribus reiectis contrarijs
quamuis ipſe pro Rege Roberto Patruo
86 obtinuerat, & talis † ſententia proceſſerat
potius

potius ex gradia, conceſſione Summi Pontificis huius Regni directi Domini, tamen in cauſa Comitatus Sanctæ Seuerinæ codẽ Rege, & aliquibus Cardinalibus ſolemnibus iuris Ciuilis Doctoribus interuenientibus fuit pro Nepote contra Patruum ſolemniter deciſum, vt ibi per totum conſilium habetur.

Ioannes And. in addit. ad Speculat. in rub. de feud. col. 3. verſ. redeundo ex multis, & eadem ſententia per eundem Regẽ Robertum pro Nepote contra Patruum ſententiatum affert.

Alberic. in prohem. Digeſti veteris, §. deſumpti col. antep. verſ. decimo in iſta materia prædicta, & alia referens ex multis hanc opinionem pro Nepote contra Patruum firmat.

Bal. in l. liberti libertaquè, C. de oper. libert. num. 24. verſ. ſed hanc quæſtionem in l. ex hoc iure col. 2. verſ. ſexto quæritur, ff. de iuſtit. & iur. & conſ. 386. in Regno libero dicit hanc communem eſſe opinionem, & latius in conſ. 389. conſuetudo eſt in nonnullis Regnis ex multis pro Nepote iterum firmat lib. 2. licet in l. cum antiquioribus, C. de iure deliber. poſt multa dixit (ſoluat Apollo,) ſed in prædictis alijs locis expreſsè multis rationibus firmat pro Nepote.

Nicol. de Mactarell. antiquus Doctor allegatus per Bal. in d. l. liberti libertaquè pro Nepote firmat.

87 Ioannes † Faber. in §. cum filius col. 1. nu. 5. verſ. ſi vero Nepos inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defert. ibi (ſi vero Nepos ſit filius primogeniti defuncti, videtur contra, quia cum is Nepos repræſentet perſonam Patris ſui, & ille ſi viueret, excluderet ſecundogenitum per conſequens, & ipſe per hunc §.)

Card. Florent. in cap. licet de voto in cap. 1. de feud March. ſic concludit, & ex multis alijs comprobat.

Petr. Ancaran. ibidem, & in cap. Grandi de ſupl. negl. Prælat. not. 2. li. 6. firmat idem pro Nepote.

88 Panormit. in † d. cap. licet de voto, & in conſ. 85. in præſenti quæſtione primo dubio lib. 1. & iterum conſ. 3. Nepos in præſenti cauſa col. 3. verſ. ex quibus omnibus infero & ſeq. pro Nepote contra Patruum reiectis contrarijs firmat, & probat iure diuino naturæ, & ſcripto, vt ibi per eum, & nu. 4.

89 Franciſcus † Aret. in l. is poteſt. col. 2. ff. de aequir. hæred. & conſ. 162. diligenter in ſucceſſione Patrui pro Nepote filio primogeniti fratris præmortui contra alterũ Patruum inter Dominos de S. Seuerino ſubtiliter ſcribens, dicit, (ex verbis Regis Ruberti in ſententia dictantibus notorium ſibi eſſe ex aſſertione hominum, & Imperatorum, & experientia probatum, quod de iure filius primogeniti ſucceedit in locũ Patris ſui, & excluſo ſecundo, ſiuè tertiogenito, & ex priuilegijs Regis Ludouici, & Reginę, ita ordinatum, & ſic dicit, quod actenta diſpoſitione, tàm iuris communis feudorum, quàm Conſtitutionis, & Conſuetudinis Regni hoc eſt verius, vt ex his, & alijs reiectis, etiam contrarijs, latè firmat Aret. d. conſ. 162. pro Nepote contra Patruum à numer. 7. & infra, ac per totum conſilium.

Roman. in conſil. 29. in cauſa Maioriæ pro Nepote firmat.

Raynerius in cap. 1. §. Præterea Ducatus verſ. quæro præſuppoſito de prohib. feud. alien. per Federic. idem Iacob. Aluarot. in cap. 1. in fine de feud. March. idem.

90 Bellamera in † deciſ. 724. incip. etiam extra Rotam, latè pro Nepote.

Aufrer. in deciſ. Capell. Tholoſ. 433. incip. item fuit quæſitum ius primogenituræ contra Patruum pro Nepote deciſum fuit, & ibi addens multos pro hac opinione adducit, communemquè opinionem pro Nepote eſſe ex multis firmat.

Barbat. conſ. 10. ſapienter ſcriptum col. 4. lib. 2. communem ſententiam pro Nepote eſſe dicit.

Nicol. Pariſ. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. part. 1. in ſexta ſpetie filiorum col. 6. verſ. quæro an filij firmat.

Soccin. in l. ſi Cognati col. 2. verſ. ſecundo Imperator, ff. de reb. dub. & conſ. 252. viſis inſtrumentis per totum lib. 1. & conſ. 47. facti narratione col. pen. verſ. confirmatur etiam, & iterum verſic. non omicto lib. 3. in terminis Conſtitutionis huius Regni latè pro Nepote contra Patruũ firmat.

Bertracchin. in ſuo repert. in verſ. filius Regis, verſ. octauo, & in verſ. Nepos, verſic. 50. idem.

Fœlin. in cap. Prudentiam col. 2. verſic. amplia adeo de offic. delegati, & ſuboſcurè in cap. auditis col. 3. verſ. Conſuetudo præſerens de præſcript. idem.

Corſet. ad dictam deciſ. 433. Aufrer. addens, dicit idem.

Ludouic. Bologn. col. 62. viſo igitur puncto col. 6. verſ. vel, & tertio dico, idem.

Iacob. à S. Georg. de feud. in princ. col. 3. verſ. ſed pone deceſſit Rex, ibi dicit hoc quotidiè obſeruari.

Gutier. in prohem. pragmat. Sancti in

verſ. primogenito col. 2. & iterum in tit. de muner. & qualit.

Card. in verſ. Frater.

Gulielm. Benedict. in capit. Raynutius verſ. in eodem teſtamento relinquens col. 1. num. 187. & multis ſeqq. & iterum in verſ. mortuo itaquè teſtatore nu. 42. idem, & in verſ. & vxorem nomine Adelaſiam.

Ioannes Montolon. in ſuo promptuatio vtriuſquè iuris, verſic. primogenitus, hanc pro Nepore opinionem communem eſſe.

Bartholom. Caſſan. in Conſuet. Burgund. tit. vt de ſucceſſ. §. 10. col. 1. verſ. ex quo videtur, & conſ. 53. ex facto col. 3. verſic. ſecundo fuit, & iterum col. 17. verſ. vndecimo non obſtat, vbi hanc quoquè dicit eſſe communem, & in Catalag. glor. mund. par. 5. conſiderat. 42. ibiquè plures affert deci-

91 ſiones, & quod hanc † legem ſeruauit Ligurgus Lacedemoniorum Prīceps, ac legiſlator. Equiſſimus contra ſe ipſum, qui ſecundogenitus erat, dum pro ſuo Nepote ex fratre primogenito decidendo practicauit, vt refert Philipp. Bergomenſis in ſupplemento Cronic. lib. 4. & cum alijs deciſionibus refert Caſſan. in d. conſiderat. 42.

Philipp. prob. in addit. Io. Monaci in d. cap. Grandi col. 1. verſ. & tales primogeniti de ſupplend. negligent. Prælato.

Ioannes de Caſtillo Hyſpanus in ſuis quotidian. controuerſ. lib. 3. capit. 19. de repreſentatione latiſſimè, & ex innumeris authoritatibus per decem columnas adductis, quas breuitatis cauſa omitto, plenè diſcutiendo repræſētationē iure, & æquitate introductam fuiſſe num. 45. & pluribus ſeq. qui num. 163. firmat, quod filius fratris repræſentat fratrem in ſucceſſione Patrui, & ſic in Collaterali dicit ſecundum primā ſpeciem Nepos repræſentat Patrem in ſucceſſione Aui, vel Patrui, & dicitur repræſentare gradum non perſonam, quia non ex perſona Patris de medio ſublati, ſed ex propria ſuccedit, & intrat in locum Patris aſſumens omnes qualitates, & omnes prærogatiuas, quas Pater ratione illius gradus habebat, num. 50. 150. & 162. & dicitur repræſentatio perſonæ, quia iſte Nepos ex fratre ſuccedit Patruo, vna cum Patruo fratre alio defuncti, non ex perſona ſua propria, quia eſſet remotior, ſed ex perſona Patris ſui, qui erat æqualis in gradu defuncto cum alio fratre ſuperſtite, vt declarant communiter DD. multi per eum, ibi adducti, & hæc loquitur in maioratu, quod idem eſt in feudis, in quibus francorum iure viuitur, & ad primogenitos peruenire debent, vt eſt dictum.

Gomeſ. in l. Tauri 40. num. 65. & in Romana Curiā receptum, fatetur Nepotē excludere patruum in ſucceſſione Aui, vel alterius Patris, & ipſum iudicaſſe, & apud Hyſpanos francos, & Anglios ſeruari.

Valaſch. Auendanna in l. Tauri 40. gloſ. 5. num. 5. fol. 196. & in gloſ. 14. num. 20. ex alijs idem firmat.

Molin. de primogen. Hyſpan. lib. 3. cap. 6. num. 1. ibiquè num. 4. idem in cauſa primogenij Domini Don Peraſan de Ribera in ſucceſſione Patrui affirmat, omneſquè Iure Conſultos pro Nepote ex primogenito fratre præmortuo tenere.

Guttieres practic qq. lib. 2. quæſt. 80. ampliat etiam in fœmina ex primogenito nata, quæ Patruum excludit, vbi innumeros hoc tenentes congerit.

Petr. de Gregor. Tholoſ. in tract. de Rep. lib. 7. cap. 10. ad idem quoquè ex Hiſtorijs exempla recenſet.

Paul. Pariſ. conſ. 94. col. fin. n. 107. li. 4. idē.

Tiraquell. de primogenitura quæſtio. 40. num. 12. & quæſt. 41. nu. 3. ex his, alijſq. rationibus hanc opinionem reiectis contrarijs valdè firmat.

His adde.

Menoch. conſ. 211. num. 32. & 153. & conſ. 269. num. 42. lib. 3. & conſ. 452. lib. 5.

Rimin. iun. 741. num. 10. lib. 7.

Caghol. in prohem. digeſtorum, §. Diſcipuli num. 177.

Couarru. pract. qq. cap. 33. numer. 6 dicit hanc opinionem pro Nepote cōtra Patruū Conſuetudine totius ferè orbis Chriſtiani eſſe receptam.

Decian. Reſponſ. 55. num. 48. lib. 3.

Ant. Gabr. commun. opin. de ſucceſſ. ab inteſt. concl. 2. num. 16. teſtatur hanc opinionem eſſe æquiorem.

Paul. de Caſtro conſ. 64. lib. 2. in nouiſſ.

Iacob. Berect. conſ. 134. num. 8. lib. 1. ad hanc opinionem veriorē, & crebiorem eſſe firmat.

Vaſq. lib. 3. de ſucceſſ. part. 1. §. 27. limit. 31. num. 18.

Conſ. Fab. de Ann. conſil. 125. n. 45. lib. 2.

Intrigliol. prædictos adducit, & licet multas pro vtraquè parte adducit rationes, tamen reiectis contrarijs hanc opinionem pro Nepore contra Patruum ſequitur & firmat ſua centur. 2. art. 36. per totam.

Mattienſ. in noua recopilatione ll. Iſpā. lib. 3 tit. 5. gloſ. 1. num. 1. & lib. 7. gl. 4. nu. 4.

Ioannes Gyrior de primogenitura lib. 1 quæſt. 25. num. 26.

Mandoſ. addens ad conſ. Romani 29.

Mozz. de feud. tit. de ſubſtāt. & quomod. acquir.

acquir.feud.num.69. in fine.

Thom.Capriol.de ſucceſſ.lib.1. nu.168. vbi multos alios pro Nepote addit.

Hieronym.Gabr.conſ.130 nu.37. lib.2.

Burſatus conſ.67.num.13.& 25. lib.1.

Celſus Vgo conſ.49. num.26.conſil.92. num.6.conſ.112.num.13.

Agitur in reſponſo pro Rege Portugalliæ part.2.num.113.

Surd.conſ.403.lib.3. latè.

Federic. Schench. in cap.1. num. 6. de feud.March.

Cumias in cap. ſi aliquem, verſ.gradu.

Prædicti omnes pro Nepote contra Patruum latiſſimè, & ex multis opinionibus communibus firmant.

Quibus etiam addo.

Ant. de Alexan.Sac.Neap litani Conſilij Præſidentem in additione ad Bart. in Auth.poſt fratres, C. de legit.hæred. quem adducit Grammat. in deciſ.1.num.16.circa finem.

Corn.conſ.199.lib.2. in terminis noſtræ Conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus.

Vulteius ſuo tract.feud.cap.9. num.110. ex alijs pro Nepote contra Patruum, & etiam quod Patruus magnus excluditur à pro Nepote.

Boer. in Conſuet. Biturcenſ. tit.de Tenanunt.§.2.col.3.fol.128. ex Bald. in l. ex fundi col.2. verſ. ſexto quæritur, ff. de iuſtit. & iur. dicit hanc quæſtionem fuiſſe inter Ducem Lancaſtri filium ſecundogenitum Domini Odlardi Regis Angliæ,& Nepotem ex filio primogenito,& per Regem Angliæ pro Nepote iudicatum, & ita ſæpè per Regem Franciæ ſententiatum fuit,& in eadem colũna Boer. ſequitur. Et hæc quæſtio fuit, etiam noſtris temporibus de Comitatu Niuernenſi inter vxorem Domini Comitis Niuernenſis, & filios filiæ primogenitæ Domini Comitis,& vxorem Domini Gilberti Monſegneur. quæ longo tempore durauerat, tamen per Curiam Pariſ. pro terminata fuit.

Roſental.in ſua Sinopſi feudali, capit.7. concl.57.num.1. & in gloſ. litera A. ex innumeris authoribus antiquis, & recentioribus communibus opinionibus, & deciſionibus pro Nepote contra Patruum copioſè refert Amat. quod determinata fuit.

Afflict. in cap. omnes filij col. 2. verſic. ſed dubium ſtat nu.11. ſi de feud.fuer.controu.inter Dom. & Agnat. etſi dubitat,tamen multas rationes pro Nepote contra Patruum adducit, & in cap. 1. de nat. ſucc. feud.num.11. pro Nepote firmat, & num. 154. dicit, ſed contrarium fuit in cauſa cõtingenti in Caſtro nouo Regio heri die 16 menſis Maij 14. inditionis Anni 1480. Sereniſſimus Rex Ferdinandus ſedens pro Tribunali, cum Conſilio ſuo protulit ſen-

95 tentiam ✝ de Baronia Senerchiæ in fauorem Nepotis contra Patruum, & ibidem dicit vidiſſe quaſdam literas Reginales Reginæ Ioannæ Primæ,& Secundæ,in quibus declaratur Nepotem ingredi in locum, & ſexum Patris,& ſuccedere, & refert Grãmat. in d.deciſ.1.num.29.

Thom.Grammat.in d.deciſ.1.nu.16.dicis

96 pro ✝ Nepote contra Patruum deciſum, & iudicatum fuit de Comitatu Marſici, & Sancti Seuerini,& de recenti cum tractaretur de ſucceſſione Patris primogeniti Ducis Traiecti in cauſa Don Scipionis Gaietani Nepos ex ſecundogenito præmortuo contra Don Ferdinandum Gaetanum Patruum tertiogenitum per ſententiam Collateralis Conſilij cum adiunctis, inter quos fuit ipſe Grammat. pro Nepote ſententiatum, fuit ex multis per eum adductis in d. deciſ.1.num.30. & 31.

Nicol. de Neap. in cap. Regni conſiderantes num.6.per d.cap.& ex alijs pro Nepote contra Patruum de ſucceſſione alterius Patui firmat.

Niger. in cap. conſiderantes huius Regni num.15. & 24. per d.cap.& ex alijs pro Nepote contra Patruum firmat.

Thom. de Marin. de gener. & qualitat. feud. lit.C. num.23. dicit hanc ſententiam pro Nepote contra Patruum eſſe vſu receptam.

Camillus Salernus addens ad Conſuet. Neap.fol.108.verſ.incip.iſtæ articulus,&c.

97 dicit in Regno autem noſtro ✝ non videtur eſſe dubitandum, ſæpius enim, quod Nepos excludat Patruum iudicatum fuit, & maximè faciunt literæ Reginæ Ioannæ Secundæ de Anno 1418. die 19. Ianuarij vbi patet, quod Catherina Filingeria filia Comitis Auellini excluſit Philippum Philingerium eius Patruum, per quas literas inducitur lex, & deciſio particularis in Regno noſtro non videtur eſſe dubitandũ, ſæpius enim quod Nepos excludat Patruũ, vt in d. cap.ſiuè Pragmatica Reginæ Ioannæ Secundæ incip. Ioanna Secunda, poſt Conſtit. Regni fol.152. in nouis, fuit etiam per Collaterale Conſilium, & Regiam Cameram Summariæ in fauorem Nepotis cõtra Patruum iudicatũ in cauſa ſtatus Magdaloni, vbi Martius Carrafa ſubintrans in gradum, & locum Matris, Sororis Ducis,de cuius ſucceſſione tractabatur obtinuit,& Don Ioannem, & Don Cæſarem Patruos,

die 24. Martij Anni 1565. penes Franciſcũ
Palumbum Regiæ Cameræ Summariæ a-
ctuarium .

Regens Carolus Tappia Marchio Bel-
montis in deciſ. Sacri Neapolitani Conſilij
2. à num. 31. vſquè in fine reiectis contra
rijs in hoc articulo Nepotem ex primoge-
nito fratre præmortuo in ſucceſſione feudi
alterius Patrui defuncti præferendum eſſe
alio patruo viuenti,ex multis firmat,& per
Sacrum Conſilium deciſum , quod Federi-
co Thomacello Marchione Cluſani defun-
cto: Federicus Thomacellus eius Nepos ex
fratre fuit admiſſus excluſo Patruo viuen-
te, vt ex d.deciſ. num.43. & licet loquatur
in Patruo vterino, tamen ex latè doctèq;
adductis, ſi Patruus fuiſſet conſanguineus,
idem deciſum eſſet.

Item mortuo Marcello de Blaſio em-
ptore , & Baronæ Terræ Rodij ſine filijs
ſuperſtitibus, & ad eius ſucceſſionem con-
currentibus Alexandro Ionata filio ſoro-
ris primogenitæ defunctæ, & Zenobia
de Blaſio ſorore ſecundogenita viuente
dicti Marcelli per ſententiam Sac. Conſil.
dictus Alexãder Marcelli Nepos eius Ma-
trẽ ætate maiorẽ repræsẽtãs fuit Prælatus
excluſa d.Zenobia d.Marcelli ſorore ætate
minore,& ꝙ Marcellus d. Terrã poſt mor-
tẽ Matris Alexãdri emiſſet. Referen.R.C.
Patigno penes Carbonẽ S. C. actor.Magiſt.

Item ab hac vita diſceſſo Don Horatio
Coſſo Sanctæ Agatæ Gotorum Duce ſine
prole. ſuperſtitibus , & ad eius ſucceſſionẽ
concurrentibus Donna Ioanna Coſſa filia
Donnæ Corneliæ Coſſæ ſororis prædefun-
ctæ, & D. Lueretia Coſſa ſorore viuente,
per Mag.Cur.Vic.fuit decretum, per quod
d.D.Ioanna Neptis ex ſorore Ducis primo
genita nata fuit declarata Vniuerſitalis hæ-
res dicti Ducis Patrui in feudalibus excluſa
dicta Ducis ſorore ſecundogenita die 10.
Iunij Anni 1626.penes Seraſinum Magnæ
Curiæ Actorum Magiſtrum, à quo Decre-
to per d. D. Lucretiam appellatum ad Sa-
crum Conſilium , vbi pleniſſimè negatio
diſcuſſo cum adiunctis ad relationem Regij
Conſil. D.Gregorij Anguli fuit ſententia-
tum dictum Mag.Cur.Decretum executio-
ni de mandatur in beneficium dictæ Donnæ
Ioanne die 16. Decembris Anni 1628. pæ-
nes Ciuitellam,ſiuè Terruſium Sac.Conſil.
Actorum Magiſtrum, de qua deciſione no-
uiſſima teſtatur Regens Rouit.in deciſ.51.

Leonard. Liparol. ad Iſern. addens in
cap.1. de grad. ſucceſſ. in feud. verſic. alibi
per not. dicit , & in Regno ſeruatur , quod
filius primogeniti excludit Patruũ ex cau-
ſa, quia ſuccedit, & ſubintrat in locum Pa-
tris ſui. latè hoc diſputat , & ex alijs ita
pro Nepote concludit.

Bald. nouellus conſulens pro Principe
Salerni Nepote contra Patruum dicit Do-
ctores pro Nepote numero,& authoritate
valdè excedere tenentes contrarium,& re-
fert Grammat.d.deciſ.1.num.28. verſ.iam
ſicut .

Minadous Regius Conſiliarius in Con-
ſtitutione Regni incip. in aliquibus not. 3.
num. 118. & 119. pro Nepote ex multis
firmat deciſioneſquè affert.

Fabius de Anna Regius Conſiliarius in
ſuo conſil.125. firmat tres caſus . Primus
eſt, quando tractatur de ſucceſſione Patris,
& in hoc non eſt dubium, quia dum adſunt
filij, & aliqui deſcendentes, etiam fœminæ
excludunt Patruum alioſquè de linea trãſ-
uerſali, vt in § 1.Auth.de hæred.ab inteſt.
ven. & in Auth. in ſucceſſione, C. de ſuis ,
& legit.& ex cumulatis per Surd conſ.164.
num.1.lib.2. Secundus caſus eſt in ſucceſ-
ceſſione Aui,& omiſſa diſcuſſione dicit Ne-
98 potem , † & Neptem excludere Patruum
à ſucceſſione bonorum feudalium Aui ,
quamuis Nepos , vel Neptis ſint minoris
ætatis, & in gradu remotiori , quæ opinio
eſt magis communis recepta authoritate
rerum iudicatarum Regum reſcriptis ,&
victorijs in bello habitis munita, & in hoc
Regno communi Conſuetudine recepta,
quæ pro lege ſeruatur,adeo vt contrarium
dicentes ſunt pœnitus expellendi , vt ibidẽ
nu.37. & 42. verſ. ex dictis apparet à nu.
35. vſquè ad d. nu.42. innumeros pro hac
parte Nepotis adducit Doctores, & etiam
reiectis contrarijs, ita firmat.

Tertius caſus eſt,dum agitur de ſucceſ-
ſione tranſuerſalium , & tunc ſubdiſtingui-
tur , nam ſi quærimus de bonis feudalibus
99 fratris,tunc † verior eſt opinio,quod Ne-
pos, vel Neptis ex fratre primogenito præ
mortuo, ſi francorum iure viuatur, exclu-
dit Patruum, maximè in hoc Regno,per c.
Regni incip. conſiderantes, vbi Neap. nu.
6. & alij præcipuè Niger. d.num.15.& 24.
& ex alijs cumulatis per ipſummet conſil.
de Anna d.conſ.125. nu.43. & per totum ,
vbi etiam ita pro Nepote deciſum refert ,
quam opinionẽ rationibus authoritatibus ,
& deciſionibus , etiam contrarijs reiectis ,
adeo comprobat,quod alio opus non eſſet,
ipſamquè opinionem ſeruari in Anglia,
Francia, & Hyſpania firmat ex Bal. conſil.
389.col.4.lib.2. Caſtr. conſ. 164. lib.2. Ti-
raquell.d.quæſt.40.num.13. Intrigliol. vbi
ſup.num.127. & in Hyſpania eſt particula-

ris

Digitized by Google

ris lex.40.Tauri, quæ in noua recopil. eſt lib.5.tit.7.lib.5. dicit Gomeſ. loco citato, num.65. & in Regno Siciliæ vltra ſarum eſt cap.Regis Caroli 118. dicit Intrigl. d.loco num.124. & Cumia in d. cap.ti aliquem, verſ.gradu, num.46. & in hoc Neapolitano Regno ſeruar, & ex prædictis, & alijs authoritatibus, & deciſionibus per doctè cõprobat.

Ioannes Frãciſcus de Fonte Regiæ Cancellariæ Regens in lectura 12. à num. 34. vſquè ad finem diſcuſſo articulo reiectiſq; contrarijs deniquè nu.53. & 54. concludit 100 filiũ ex primogenito præmortuo Nepotem exiſtentem excludere patruum in ſucceſſione feudalium, & hæc opinio admiſſa fuit pro vera, quod etiam communis eſt,& ſic practicata, & in Regno noſtro indubitata, vt illa habeat locum, etiam in linea tranſuerſali, vt ſi frater decedat ſuperſtite filio fratris ſecundogeniti, & ſic ipſius nepos ſuperſtite alio fratre tertiogenito Patruo prædicti Nepotis, vt pariter in eum caſum Nepos excludat Patruum, quia ſubingreditur locum Patris ſui, illumquè in omnibus repræſentat,&ex multis etiam ſic deciſum firmat.

Scipio Rouitus Regius Conſil. ad Pragmaticam 11.de feud. addens à nu. 51.vſquè ad num. 62. & ſeq. vſquè ad num. 71. dicit 101 ex multis opinionem † pro Nepote contra Patruum omni iure eſſe probatam, ſcilicet Romano communi feudorum, & Cõſtitutionis Regni, Nepotem ſemper ſubingredere perſonam Patris iure enim Romano, per tex. in d. §. ſi igitur defunctus, verſ. ſi autem defuncto in Auth. de hæred. ab inteſt. de ven. & in §. cum filius inſtit. eod. de iure communi feudorum, per text. in cap.1. §. his vero deficientibus de ſucceſſ.fratr.ſeu grad. qui tex. procedit in feudo diuiduo,in quo plures ſuccedũt,& in indiuiduo, in quo vnus tantum ſuccedit, vt clarè explicat Iſern. ibidem, & hoc eſt verum, ibi etſi non diuideretur, idem eſſet, vt loco Patris, ex quibus conſil.Rouit. videtur ſentire, Iſern. in opinione pro Nepote excludente Patruum eſſe, ſubdens, & ipſe tex. loquitur iu ſucceſſione Collateralis lineæ, vt eius litera docet ibi (deficientibus illis, qui ſunt de linea deſcendenti, ſuccedunt fratres defuncti, cum fratruum præmortuorum filijs, & ita dictum tex. intelligunt omnes Doctores, ibi prout Iſer. Bald.Laudenſ.num.6. Afflict.num.21. Aluarot.informatione caſus, & omnes ibi ſcribentes, Franc. Aret.d.conſ.162. ante nu.1. verſ.primum dicendum eſt Ruin.conſ.131 num.13.lib.2. Natta conſ. 127. lib.1. Tiraquell. in d.queſt.40. nu.20. & latius quæſt. 41. per totam. Et de iure Regni eſt tex. in d.Conſtitut. vt de ſucceſſionibus, ibi (filij autem fratrum) quæ ſpecificè loquitur in feudis, in quibus francorum iure viuitur, quæ ſtatuitur, vt primo ſuccedunt deſcendentes,ſiuè ex vno,ſiuè ex vtroquè Parẽte ſint cõiuncti,& φ filij fratrũ in feudis ãtiqs habeant, idẽ ius φ haberet,& Pater eorũ,ſi viueret, quæ verba clariora eſſe nõ potuerint, vt ſunt, quod alia declaratione non indigent, & hanc opinionem pro Nepote contra patruũm reiectis contrarijs innumeris authoritatibus, & ex deciſione Sacri Conſilij, latè proſequitur, & comprobat, vt ibi per eum à d. num. 51. vſq. ad nu.71.

Ioannes Andrea de Georgio ſimiliter Regius Conſiliarius in ſua repet feud. c.49. 102 nu.12. ex multis firmat quod † filia primogeniti excludat patruum in primogenitura iuris francorum, quia eo ipſo, quod ſexus fœmineus eſt incluſus, licet conditionaliter maſculis non extantibus, tamen quia inter maſculos viget prærogatiua primogenituræ feudum tranſit ad lineam primogeniti, qui tranſmictit primogenituræ ius ad filiam, quæ repræſentando Patrem excludit Patruum, qui excluderetur ſi eius Pater viuiſſet, & ex alijs authoritatibus, & deciſionibus d.num.12. firmat, & num.13. in fine dicit in hoc Regno cum pluries pro Nepote ſit deciſum, vt refert Minad. vbi ſupra eſt indubitatum, Anellus Amatus d. Cameræ Summariæ Præſid.hunc articulum pro Nepote contra Patrum tenet,tam pro abſoluto, quod in ſuo conſ.15.num.1.dicit. Pudet me in re tam clara tantorũ virorum libros aperire in feudis iuris francorum Nepotem præferri Patruum,quod ex multis firmat.

Molfeſius in Conſuetud. huius Ciuitatis, part.4. tit. de ſucceſſ.ab inteſtato quæſt.35. per totum ex exteris,& Regnicolis authoritatibus adfert tres caſus conſ. de Anna 103 adducens.† Nepotem primogeniti filium excludere Patruum in ſucceſſione feudalium, etiam in Collaterali linea firmat, & hæc opinio in hoc Regno eſt magis communis, & recepta authoritate multorum per ipſum adductorum per eadem verba, quæ Conſiliarius de Anna adduxerat in d. ſuo conſ.125.

Et licet hæc opinio pro Nepote contra Patruum tot authoritatibus communibus opinionibus, & deciſionibus ſit, roborata ſit,φ omni iure obtinere debet, tàm in linea deſcendenti, quàm Collaterali, & contraria

traria ex iam dictis ſint reſoluta, tamen ad
maiorem veritatis corroborationem ſin-
gula, etiam contraria reijcienda putaui, &
proinde dico.

Primum contrarium, quod ad feuda vo-
cantur primogeniti, & qui tempore ſuc-
ceſſionis reperitur maior. Præſupooſito,
quod Patruus ſit maioris ætatis Nepotis
præfertur, cum ſit priuilegium ætatis hoc
104 quidem non obſtat, quia ✝ primogenitus
naſcendo ſe incluſit, & ſecundogenitum
perpetuo excluſit, per cap. 1. §. quia etiam
tit. Epiſcop. vel Abb. & notat Bal. in cap.
1. tit. de matrim. ad Morgan contract &
in d. l. cum antiquioribus num 11. conſ Ro-
uit. vbi ſupra num. 63. Nam durante finali
cauſa excluſionis, (quæ durat primogenito
præmortuo, cuius intererat tranſmittere
ad filium propter naturale votum, t. nam,
& ſi parentibus in princ. ff. de inoffic. te-
ſtam.) & latè comprobat Molin. de pri-
mogen Hyſpan lib. 3. cap. 6. poſt num. 30. &
105 quia quod ✝ vni eſt collatum, alteri eſt
ſublatum, l. quod in rerum, §. ſi quis, ff. de
leg 1. & ex alijs rationibus, & iuribus com-
probat Tiraquell. d. quæſt. 40. num. 50. 73.
84. 90. & 91.

Quòad ſecundum contrarium circa æta-
106 tem dico, quod Pater, ✝ & filius natura
eandem perſonam eſſe intelligi: eſt enim
verè filius Patris portio in eoquè eſt ſub-
ſtantia, & caro Patris, immò vnus eſt cum
Patre ipſo, & expreſsè dicit tex. in cap. iam
itaquè ibi (vnus erat cum illo) 1. quæſt. 4.
Nam vti rerum naturalium ſcriptores di
cunt, & aſſerit Bal. in l. vlt. C. de ſeru. fun-
107 git ✝ Pater in generatione filij præbet
formam: ea autem dat eſſe rei, ad quod
legiſtæ allegant tex. in l. adeo, §. Inſulam
ante finem, ff. de acquir. rer. domin. & l. Iu-
lianus, §. ſi quis, ff. ad exiben. cum ſimili-
108 bus. Proindè ✝ ſi Pater erat primogeni-
tus, & Nepos ex eo natus eſt, etiam primo-
genitus, quia generatio ſecum habet con-
comitantiam, vt noſtri appellant temporis
neceſſariam, cap. Abbate ſanè de re iudic.
lib. 6. & ex eo tempore debet exiſtimari,
quod ſit natus, quo & Pater natus eſt, licet
poſtea iterumquè natus fuerit, quia huiuſ-
modi iterata Natiuitas non tollit, nec ob-
umbrat veritatis primæ natiuitatis, argum.
l. filio, quam Pater, ff. de liber. & poſthum.
& l. aſſumptio in princip. ff. ad municip. ex
quo dicit tex. in l. vlt. C. de impub. & alijs
ſubſtit, Pater & filius natura reputari ean-
dem perſonam: Nam dum dicit id natura
fieri demonſtrat, id eſſe non tam ex fictio-
ne iuris, quam ex veritate iuris naturalis, vt
109 diximus, & ſic ✝ Nepos ex primogenito
eſt primogenitus, & ætate maior Patrui, vt
ex prædictis. & latius Tiraquellus firmat in
d. quæſt. 40. nu. 31. & pluribus ſequentibus,
& num. 90. & ſeq. vnde Nepos Patruo præ-
fertur, & ex his ſecundum, & ſeptimum
contrarium, & alia de hoc loquentia non
obſtant.

De tertio exaduerſo oppoſito, quod Pa-
truus Patri, vel fratri, ſiuè alio Patruo ſit
proximior, nec obſtat. quia, qua ratione
in hæreditate diuiſibili inter plures Nepos
110 in ✝ portione ſui Patris Patruum exclu-
dit, qui eſt in priori gradu, & de rigore vi-
detur patruum eſſe præferendum, vt in
ſucceſſione liberti, l. ſi libertus præſcriptus
§. 1. ff. de bon. libert. equum eſt Neptem,
qui eſt eadem perſona cum Patre ſuo ſuc-
cedere in locum ipſius, & ita cenſetur eſſe
eiuſdem gradus, cuius & Pater, vt dicit
Bart. in l. libertorum §. 1. verſ. his præmiſ-
111 ſis, ff. de verb. ſignif. eadem ratione ✝ in
hæreditate indiuiſibili, vt quæ ad vnum de-
bent peruenire ex vi ipſius rei natura, vt in
feudo dignitatis & vbi francorum iure vi-
uitur. Nepos debet excludere Patruum,
nec ob id iudicatur eſſe æquitatem, aut ini-
quitatem ex alterutra parte, ſed iuris quæ-
dam ratio, & etiam quia, quæ equitate, aut
ratione Nepos ſuccedit in locum Patris in
parte hæreditatis, quam Pater obtinuiſſet
eadem debet ſuccedere, & in toto, quod
Pater habiturus fuiſſet, ſi vixiſſet, per l. quæ
de toto, ff. de reiuendic. cum ſimilib. & ex
alijs Tiraquell. in d. quæſt. 40. num. 104. &
expreſsè per Conſtit. Regni, vt de ſucceſ-
ſionibus, verſic. (filij autem fratrum) eſt
determinatum, vt filij fratrum habeant idẽ
ius, quod habuiſſet Pater eorum, ſi viueret,
& cum primogenitus præferatur ſecundo,
& alijs poſt ſe genitis, ſic abſquè dubio in
hoc Regno per d. Conſtit. filius fratris pri-
mogeniti præmortui debet præferri Pa-
truo, poſt eius Patrem genitum, etiam de
iure communi feudorum, ex quo non ceſ-
ſat repræſentatio, & ex regula generali ex
112 eo iure introducta in ✝ ſucceſſione feuda-
lium filius repræſentat Patrem, cap. 1. &
ibi gloſ. in verbo ſolus de natur. ſucc. feud.
vbi omnes ſcribentes Couar. pract. qq. cap.
38. num. 13. Molin vbi ſup. num. 47. quod,
& alios multos ab eo adductos ſequitur
Mattienſ. lib. 5, tit 7. gloſ. 5. num. 2. & ſeq. &
113 hoc per rationem, quia ✝ in ſucceſſionibus
indiuiduis, quæ ad vnum tantum deferun-
tur, quilibet ex filijs diuerſum gradum cõ-
ſtituit, nam primogenitus cum eius prole
primum gradum ſecundogenitus, cum ſuis

ſecun-

ſecundum gradum, tertiogenitus cum eius
deſcendentibus tertium gradum, & inter
ſe ſuccedunt ſexus, & ætatis prærogatiua
ſeruata in francorum iure viuentibus, dum
ſint infra gradum ſuccedendi a iure com-
muni, vel municipali introductum, vt per
Caſtrenſ. in d.conſ.164. lib.2. num.4. & 5.
Socc. in l. Gallus, §. quædam rectè nu. 4.
conſ.227.num.3. lib.2. Curt. iun. conſ.125.
num. 5.lib.1. Auendan.d.l.40.Tauri gl. 17.
poſt num.16. verſ. in hac tantum, ex qui-
bus ita firmat conſil.Rouit.vbi ſup. nu.38.
& ſic tertium, quartum, & quintum con-
trarium ad vnum tenentia non obſtare, di-
cere poſſumus.

Sextum obiectum, quod qualitas pri-
mogenituræ debet extare tempore ſucceſ-
114 ſionis, nec obſtat, quia † ius primogeni-
turæ eſt ceſſibile, & alienabile in ſingula-
rem ſucceſſorem, per cap. quam periculo-
ſum 7. quæſt.1.& Eſau vendidit fratri pri-
mogenituram Geneſ.c.25. & Paul.in Epiſt.
ad Ebreos cap.12. & ex alijs Tiraquell.de
primogenituræ quæſt.40.num.1. & ſeq.er-
go eſt tranſmiſſibile, argum. l. ſi ex pluri-
bus, ff. de adminiſtr.Tutor. l.1. ff. de fund.
dotal. præſertim in filium eiuſdemq; vni-
uerſalem ſucceſſorem, argum.l.quædam, ff.
de acquir.rer.domin. & l.1. ff.de fund. do-
tal. cum ſimilibus, etſi eſt tranſmiſſibile,
conſequens eſt, vt qualitas, quæ eſt in fi-
lio inhæreat Nepoti, in quem ſit tranſmiſ-
ſio, l. ſi quis filium, §.penult. ff.de acquir.
hæred. & propterea Nepos dicitur primo-
genitus, ſicut & Pater ipſius, vti etiam is
primogenitus dicitur, cui ius primogenitu-
ræ ceſſum eſt, licet is ſit ſecundogenitus, vt
dicit tex. in cap.vlt. §. item opponitur 23.
quæſt. 1. vbi ſcribitur Iacob non fuiſſe
mentitum dicendo ſe eſſe, quamuis primo-
genitus à Natiuitate non eſſet: erat enim
115 iure ceſſionis huiuſuè iuris, & ſicut † de-
licta, & calamitas Parentum non nocēt fi-
lijs, vt in l.2. ibi, (quia delicta parentum
eis non nocent,) C. de liber.& eorum libe.
& de ingen. §. è contrario inſtit. de ingen.
ita etiam quantum ad dignitatem primo-
geniturę filio obeſſe non debet mors Patris
quę calamitas quædam eſt, & omnibus cō-
munis, & proindè nulli ſit vitio aſſignāda,
pręſertim quod dignitas primogenituræ, &
ingenuitatis æquiparantur, dict.l.2. & §. è
contrario Bald. in d. l. cum antiquioribus
col. ante penult. verſ. item tertio arguo ad
idem, C. de iure deliber. Afflict. in cap. 1.
col.4. verſ.decimo arguitur de ſucc. feud.
Tiraquell. d.quæſt.40. num.71. Intrigliol.
d. cent.2.art.36.num.131. ex primogenitu-
ra filij, etiam eo mortuo extitit in eius fi-
lium, quamuis ſit Nepos pro filio primo-
genito reputatur, & extare ex prædictis,
quibus ſextum contrarium reſolutum re-
manet.

Ad ſeptimum exaduerſo prætenſum nō
obſtat ex dictis in ſecundi contrarij reie-
ctione clarè patet, quod alio non eſt opus,
& dum filius ideſt Nepos perſonam Patris
primogeniti prædefuncti repræſentat, & in
eius locum cum ſit ſubrogatus omnia pri-
uilegia paterna habens, vt latè per Tiraq.
in d.quæſt.40. num.43. & 44. Patruum ex-
cludit quemadmodum eius Pater ſi viuerat
excluderet, vt pluries diximus, & fundaui-
mus.

De octauo contrario, quod filius primo
genitus, quia caſum non dum euenerat, ni-
hil acquiſiuit, & ſic ad filium non tranſmi-
ſit, ſed Patruus, qui tunc reperitur primo-
genitus, nec obſtat, quia licet ius ipſum
primogenituræ non tranſmictatur veluti
non quæſitum ante mortem Aui, vel Pa-
trui, de cuius ſucceſſione agitur, iuxta no-
tata in cap. licet de voto, vti in ſimili dicit
Bart. in l.is poteſt, ff.de acquir.hæred.quod
116 † filiatio non tranſmictitur, cui annexum
eſt ius primogenituræ, tamen tranſmictit
potentiam ſuccedendi, quæ ſurgit ex pri-
mogenitura, vt videtur diuidere, idē Bart.
in d.l.is poteſt col.2. verſ.eſt, & aliud dum
dicit (potentiam, quam habet filius ſucce-
dendi Patre, & filio mortuo in vita Patris
Nepos ex eo ſuccedit in hanc portionē, vt
in l.1. §. ſuos, ff. de ſuis, & legit.& in §.1.
in Auth. de hæred. ab inteſt. licet non ſuc-
cedat in filiatione, quæ cum morte extin-
guitur, & hoc ſequitur Paul.de Caſtr.Frāc.
Aret. & Iaſ. in d.l. is poteſt, idem Paul. d.
conſ.164. Primum dubium ante finem pri-
mi dubij lib.1. Franc.Curt.Sen.conſ.74. ſu-
per memorata col.3. & conſ. 252. viſis in-
ſtrumentis col. 9. verſic. 6. ad idem lib.2.
Carol.Ruin.conſ.86. attenta col. 2.num.5.
117 lib.3.& † in primogenito adeo ineſt qua-
litas excluſiua ſecundogeniti, vt ſi ſecun-
dogenitus efficiatur Clericus, ligatur Sta-
tuto, & Conſuetudine præferente primo-
genitum, cæteris liberis, cum ante cleri-
catum iniuntum ſit vinculum, & diſputan-
do per hanc rationem tenuit Io: And. in
cap.ſine culpa de regul.iur.in 6.& alij mul-
ti, quos colligit Tiraquell. de primogen.q.
43. & Soce. in d.conſ.252. col.10. verſ. ex
quibus infero lib.2. hanc rationem adducit
pro Nepote contra Patruum, & ex alijs Ti-
raquell.d.quæſt.40. num.91. & ſeq. latiſſi-
mè, & multa diximus ſupra in 14. ratione

pro

pro Nepte. Item Nepos ſublato filio de medio redigitur ad conditionem filij, per tex. in l. ſed, etſi in conditione, §. nepotes, ff. de hered. inſtit. ideoquè Nepos ex filio cenſendus eſt primogenitus, ſicut filius vti ad illius conditionem redigatur, Tiraquel. in d. quæſt. 40. num. 65. 129. 130. & 131. Et ex his octauum, nonum, decimum, vndecimum, & duodecimum contrarium ſublati, & reiecti cenſentur.

Ad tertium decimum obiectum, quod filius primogeniti, vt ſuccedat, neceſſe eſt, quod eius Pater in vita habuiſſet ius ad ſuc-
118 cedendum dico, nec obſtare, quia † ſucceſſio eſt ius ſanguinis, vt notatur in l. ius Agnationis, ff. de pact. & l. iura ſanguinis ff. de regul. iur. iura autem ſanguinis tranſeunt in liberos, l. 3. ff. de interd. & releg. & l. 1. C. de priuileg. eorum, qui inſcio paretat. milit. li. 12. & in feudis, vbi francorũ iure viuitur filius, ſiuè frater ſecundogeniti, etiam Patre, vel fratre viuo cenſentur excluſi à primogenito, vt in lege in ſuis, ff. de liber. & poſthum. gloſ. in cap. 1. §. vlt. de feud. cognit. quæ dicit filium poſt mortem Patris non acquirere feudum ſuccedẽdo ipſi Patri, ſed iam in vita Patris quæſitum capere cum libera adminiſtratione, quam expendunt Iacob. Beluiſ. Bal. qui dicit menti tenendum hunc pulchrum, & ſapidum morem loquendi ſunt: enim hæc verba illius, & præterea Mart. Laudenſ. Iacob. Aluarot. & Cardin. Alexan. ibi, & ipſe Bal. in d. l. cum antiquioribus col. 5. verſ. 10. ſic licet, C. de iur. deliber. vbi per
119 eam dicit, quod † in feudis filius viuo Patre intelligitur eſſe inueſtitus, ac etiam poſſidere, & ſic inquit, continuatur in eum poſſeſſio feudi ſine alia inueſtitura, adeo quod viuo Patre, ſiuè alio feudum tenente, in quo ſuccedere debebat, non deeſt ius filio, ſed adminiſtratio, & idem Bal. in cap. 1. col. 1. de controuerſ. inter maſcul. & fœm.
120 de Benefic. † dicit, quod in feudis filius magis venit ad poſſeſſionem continuatiuè, quam ad nouæ poſſeſſionis adeptionem, & ex his, & alijs per Tiraquell. adductis in d. quæſt. 40. num. 99. non poteſt dici filium non acquiſiuiſſe feudum, quia acquiſiuit, & poſt mortem prædeceſſoris continuauit poſſidere, abſquè inueſtitura, ergo Nepos ius Patris retinuit, donec caſus euenit, & tertiumdecimum contrarium non obſtare videtur.

Ad quartum decimum obiectum reſpõdetur, quod licet ius primogenituræ non tranſmittatur ad Nepotem, ſed potentia,
121 vt diximus, tamen † Nepos ipſe iure proprio id ius obtinet, etſi illa ſpes non eſt tranſmiſſibilis, quę non ſatis firma eſt, nec certa, vt non eſt hæc, de qua cogimus, quæ primogenito tolli non poteſt, & in Nepotem tranſmittitur, ſiuè iure accreſcendi, vt in l. ſi pluribus, ff. de ſuis, & legit. ſiuè iure deliberandi, per l. cum in antiquioribus in princ. C. de iure deliber. ſiuè etiam ſpei competentis ex contractu conditionali, per l. is cui, ff. de action. & obligat. & §. ex conditionali inſtit. de verb. oblig. & l. dies,
122 ff. de condit. & demonſtrat. Cum † hæc ſpes ſit certa, & irreuocabilis, & inadimibilis per Patrem filio, vt latè firmat Tiraquell. d. tract. de primogen. quæſt. 21. non eſt de ea ſpe iudicandum: ideoquè non obſtat lex vnica, §. ſin autem ſub conditione, C. de caduc. tollen. & l. ſi ita legatum, §. illi ſi volet, ff. de leg. 1. vbi legatum conditionale ante conditionis euentũ non tranſmittitur, quia propter rationis diuerſitatẽ adductam, per gloſam in d. §. ex conditionali, quæ eſt huiuſmodi, quod magnum eſt diſcrimen, an quid debetur ſub conditione in ſpe ex vltima voluntate, an ex contractu, nam hic in feudis interuenit pactum paciſcentis volentis non ſolum, ſibi ſed & ſuis hæredibus præſpicere, l. ſi pactum, ff. de probat. quod non eſt in legatario, cuius nullum factum interuenit, alia eſt in promptu, illæ enim tex. loquitur in his, quæ nec debita ſunt, nec quaſi poſſunquè ſimplici voluntate teſtatoris adimi, vſquè ad extremæ ipſius vitæ exitum, l. cũ hic Status, §. Oratio, ff. de don. inter vir. & vxor. & l. ſi quis in princ. teſtamenti, ff. de leg. 3. l. ex parte, ff. de adim. legat. cap. cum Marthæ de celebr. Miſſ. cum ius primogenituræ non dependet à mera voluntate Patris, ſicuti nec contractus à voluntate eius, qui ſemel contraxit, per l. ſicut, C. de actio. & oblig. certè de huiuſmodi iure debemus iudicare, ſicuti de contractu, cuius ſpes conditionalis tranſit ad ſucceſſorem hæredem, & ita quartumdecimum contrarium non obſtare, vt & ex alijs, Tiraquell. d. quæſt. 40. num. 69. & 70.

Ad quintumdecimum contrarium, quod ius primogenituræ, ſiuè actu, ſiuè potentia non tranſmittitur, reſpondetur, quod vltra ex iam dictis patet non obſtare. Addo
123 † ius primogenituræ in feudis competere beneficio, l. feudorum, & Conſtitutionis, ſiuè Capitulorum, & Conſuetudinis Regni, & quod beneficio legis debetur, tranſmittitur, etiam antequam fuerit deuolutum, vt patet in arrogato, qui legis beneficio habet quartam in bonis arrogantis, quam in hæ-

in hæredem tranſmictit,non dum hẹredita-
te delata, per tex. in l.ſi arrogator , ff. de
adopt. in l. 1. ſ. ſi impuberi , ff. de collat.
bonor. & ſicut quærela in differenti teſta-
mento non naſcitur ante aditam hæredita-
tem , l. Papinianus , ſ. ſi cooditioni , ff. de
inoffic. teſtam. & ſi filius moriatur ante adi-
tam hæreditatem ab hærede inſtituto trãſ-
mictit in filium, per tex. in l. ſi quis filiũ,
124 C. eod. tit. tantò magis † primogenitus,
qui viuente Patre, vel fratre habebat cer-
tam ſpem primogenitus ſuccedendi ipſo
mortuo tranſmictit ad filium, nunc Nepo-
tem, etiam quia potentia ſuccedendi tranſ-
mictitur ad Nepotem filio, ſiuè fratre mor-
tuo ante mortem Patris , vel alterius fra-
tris, per tex. in ſ. 1. in Auth. de hæred. ab
inteſt. & expreſsè voluerunt Bart. Caſtrẽſ.
in d. l. is poteſt , ff. de acquir. hæred. Tira-
quell. d. quæſt. 40. num. 175.

Sextum decimum contrarium, quod per
medium inhabile, & imperfectum non po-
teſt fieri perfectus trãſitus io aliqua extre-
morum parte, & illud quod in decimo ſe-
ptimo contrario dieitur , quod paria ſunt
non naſei, & natum mori noo obſtat, quia
125 poſſumus dicere , quod † non ſe fun-
dat in Patre , qui ex perſona ſua venit non
Patris, ſed alio iure pænitus diuerſo , quod
viueote ipſo filio , ſeu Patre primogenito
erar, etiam in Nepote obumbratum, & ſu-
ſpenſum, ficut & ins ipſius filij ſuſpeoditur
viuente eius Patre , Auo Nepotis per id ,
quod in ſimili habetur, in l. ſi ſeruus com-
munis Meuij, ſ. vlt. ff. de ſtipul. ſeruor. vbi
ſeruus fructuarius locat operas ſuas , &
ſtipulatur aliquid annuum loco mercedis
vſufructuarius agit ex illa ſtipulatione, ſe-
mel præſtita, præſtatio trãſmictitur in pro-
prietarium , nam ea finita , & incipit alia.
quæ fuit iam ab initio in proprietate pro-
ducta, cum ea ſuſpendebatur, nec locũ ha-
bebat viuente vſufructuario , ſic in Nepo-
te, qui à ſua Natiuitate quæſiuit ius primo-
geniture ſui Patris , & eueniente caſu ob-
tinere debet, & Patruo præferri, vt ex præ-
dictis, & ex alijs in reiectione tertij, quarti,
& quinti obiecti , & latè Tiraquell. in dict.
quæſt. 40. nu. 11. 122. 123. & 129. & ex his
ſextumdecimum , & decimum ſeptimum
contrarium, nec obſtant.

Quòad decimum octauum contrarium,
quod potentius ſit ius , quod quis habet
iure proprio, quam iure alieno, nec obſtare
126 reſpondetur, quia † Nepos non ex fictio-
ne, ſed ex iuris veritate eſt primogenitus ,
ſicut & Pater ipſius erat, per tex. apertum
in l. vlt. C. de impub. & alijs ſubſtit. dum
ibi dicitur, quod natura Pater, & filius ea-
dem eſt perſona, ponderando verbum na-
tura illud oſteodit, id eſſe ex veritate iuris
naturalis , vt diximus in tertiadecima ra-
tione pro Nepote, & dum Nepos eſt eadẽ
127 perſona, cum Patre † iure proprio ſuc-
cedit, ſtante maximè adæquatione Patris ,
& filij io ſucceſſione mortui Patris , in ſ.
reliquum Auth. de hæred. ab inteſt. dum
dicit (tantum ex hæreditate percipiat por-
tionem quantam eorum patrem futurus e-
rat accipere, ſi ſuperſtes eſſet,) & per hanc
adæquationem cenſetur omne priuilegium
Patris filio actributum, per notata in l. 1. ff.
de leg. 1. & ex alijs Tiraquell. in d. quæſt.
40. num. 30. & ſic Nepos iure proprio Pa-
truum excludit.

Decimum nonum contrarium , quod in
inſeparabilibus, & in inſitis filij oſſibus non
fit extenſio ad Nepotem , nec obſtare, &
128 non eſſe verum : nam † filio exiſtente
inhabili, & viuente, vt videmus in mente
capto furioſo, vel altero inhabili , ſi habet
filium ſuum ipſum ſuccedere loco Patris ,
vt in indiuiduo firmat Bald. in coofil. 389.
Conſuetudo col. 2. verſ. item pone primo-
geoitum eſſe furioſum lib. 2. & nulla de eo
mẽtione facta Soccõſ. 47. li. 4. verſ. ſed poſi-
to , quod hoc dici potuiſſet lib. 3. per id ,
quod in ſimili volunt ipſe Bald. in rub. tit.
Mutus, vel aliter imperfectus, quod ſi Mu-
tus, vel aliter imperfectus habet filium nõ
auſertur feudum, per notata per Cyn. in l.
1. C. qui admicti ſequitur Martin. Laudenſ.
in d. rub. Aluarot. & Cardin. Alexan. in cap.
1. col. vlt. eod. tit. & ante illos Hern. licet
dicat procedere tantum in feudo paterno,
cap. vlt. Epiſcop. vel Abb. per notata in
cap. hoc quoquè de ſucceſſ. feud. & in cap.
vlt. ſit, quæ ſit prima cauſ. benefic. amict.
Tiraquell. de iure primog. quæſt. 23. num.
14. & ex his, & alijs prædictis decimumno-
num obiectum reſolutum remanet .

Ad vigeſimum contrarium de ſententia
Papæ Bonifatij Octaui pro Rege Roberto
Patruo, contra Regem Vngariæ Nepotem
ex fratre primogenito præmortuo nato :
Dico, nec obſtare , quia nata quæſtione
inter ipſos Regem Vngariæ , & Rubertum
eius Patruum filium Regis Caroli Secundi
de Neapolitano, ſiuè Siciliæ Regoo, & la-
129 ta † ſententia pro Nepote contra Pa-
truum, idem Bonifatius Pontifex d. Regni
directus Dominus propter publicam vti-
litatem, & eiuſdem Ruberti ſapientiam, qui
fiunt alter Salomon , voluit eum Nepoti
præferri, dicit Bal. in l. vt inteſtato, C. de
ſuis, & legitimis, & in l. ſi viua Matre, idẽ

Bal.

Digitized by Google

130 Bal.dicit,quod†Rex Robertus conſcien-
tia motus ſtuduit tranſferre Regnum Sici-
liæ præd. ad Regem Vngariæ, quando de-
ſponſari fecit Reginam Ioannam filiam ſui
filij Caroli, cum Andrea filio Caroli Mar-
telli Regis Vngariæ, cuius votum fas inui-
da fortuna non fauit, quoniam licet idem
Robertus in eius teſtamento poſt cum cō-
ſtituiſſet eundem Andream in hoc Regno,
ſiuè Apulea Regnare, prout fecit tribus
annis, dicta tamen Ioanna per Ludouicum
Tarenti Principis, fratris eiuſdem Regis
Roberti alterum eius Conſobrinum, An-
dream eius virum laqueo dirimi fecit, re-
fert Aufrer. in deciſ. Cappell. Tholoſ. 433.
Colennutius in Hyſtor. dicti Regni, lib. 9.
Paul. Aemil. lib. 5. rerum Galli, c. 9. circa
princ. Tiraquell. in d. quæſt. 40. nu. 10. Præ-
terea, quia ſupra latè probatum eſt de iu-
re communi feudorum, & Regni, Nepotē
ex primogenito præmortuo præferri alteri
fratri, ſiuè Patruo, & plures adduximus
131 ſententias: Dico † etiam ſententiam Pa-
pæ, vel Imperatoris, & cuiuſuis ſupremi
Principis, contra ius generale, ius non fa-
cit ſecundum Ang. Aret. & Bald. ſubſcripto
inter conſ. Ang. 110. ſanctiſſima, & Illuſtriſ-
ſima Regina, & vt pronuntiatum Princi-
pis habeat vim legis, debet fieri cum cau-
ſæ expreſſione, Imola in cap. 1. in princ. vt
Eccleſiaſt. benefic. Cardin. Alexan. in cap.
& quia vidimus col. pen. verſ. Prçterea ad
hoc fit, qui feud. dar. poſſ. ac Panormit. in
cap. in cauſis col. 2. verſ. circa hanc de re
iudic. arg. à contrario ſenſu illius textus,
& l. vlt. C. de legib. Alexan. in l. apud Iu-
lianum, ꝟ. vtrum col. 2. verſ. quarto nota,
ff. ad Trebell. Tiraquell. d. quæſt. 40. num.
132 165. Amplius † idem Rex Robertus, cū
coram ipſo inter Dominos de S. Seuerino
verſaretur quæſtio pronuntiauit pro Ne-
pote contra Patruum, vt etiam diximus
ſupra, & ex his, & multis alijs rationibus
dictam Bonifatij ſententiam impugnat Bel
lamera in ſua deciſ. 724. incip. etiam de
extra firmans ipſam declarationem vim
legis habere non poſſe, & ſic de ea nulla
eſt habenda ratio, vnde vigeſimum contra-
rium, nec obſtat.

Circa vltimū contrarium obiectum opi-
nionis Iſern. & aliorum pro Patruo con-
tra nepotem reſpondetur, quod vltra præ-
133 citatos innumeros Doctores † pro Ne-
pote hoc videtur de mente gloſ. prædictæ
Conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus, dum
ad textus intellectum dicit, vз. (ſed ſi non
habet deſcendentes, ſuccedunt fratres, &
ſorores, & ſemper intelligas maſculum ex-
cludere fœminam, ſi mixti ſint, & maiores
ætate præferri, ſi iure francorum viuunt,)
& continuando exemplum dicit, (item fi-
lius fratris præmortui ſuccedit, cum fra-
tre defuncti, Patruo ſuo in bonis, quæ fue-
runt Aui communis, ſcilicet Patris defun-
cti, & verſiculum filij autem fratrum ve-
nit continuatiuè ad verſiculum ex Colla-
terali, quem prædicta gloſa prima intelli-
134 git, niſi viuatur iure francorum: † ergo
filij ipſorum fratrum habendo ius, quod
Pater eorum habebat, vt dicit text. in dict.
Conſtit. vt de ſucceſſionibus ex ipſis con-
tinuatis verbis, ſatis videtur text. ipſum
declarare, vt ſicut inter filios, quando vi-
uitur francorum iure ſuccedat primogeni-
tus, & idem quando fratres habent ſucce-
dere, & ſic pariſormiter dicendum inter
Nepotes ſuccedentes in locum Patris, &
ita Ang. Aret. in d. conſ. 110. intelligere
dictam Conſtitutionem hanc eandem opi-
nionem videtur tenere Iſern. in cap. 1. verſ.
quærit gloſ. num. 14. de nat. ſucceſſ. feud.
dum dicit, (quærit gloſ. numquid Nepos
ex filio viuo Auo, hęc gloſ. fuit pro Nepo-
te filio primogeniti præmortui viuo Patre,
filij Auo Nepotis, vt excludat Patruum,
quia ſi quando feudum eſt diuiſibile, ſucce-
dit cum Patruo illa ratione, quia tenet lo-
cum Patris ſui præmortui paternum, enim
ingreditur gradum, ergo quando non eſt
diuiſibile, quia ex natura feudi deferiur vni
tantum ſolus excluſo Patruo ſuccedat, cum
locum Patris teneat, & quod dicitur in par
te, dicitur in toto, idem eſt iuditium totius,
& partis,) vt ibi latius Iſern. ipſum, & ſic
Iſern. pro Nepote tenere ex relatis ſuis
claris verbis habetur, & apertius dixit in
cap. 1. Imperator Lotarius num. 4. verſ. hoc
niſi per hæc verba, vз. (hoc niſi Patruus
defuncti Nepos concurrat cum Nepote
defuncti, tunc hic Patruus vincitur à Ne-
pote illa ratione, quia Nepos repræſentat
perſonam Patris, ſcilicet defuncti, qui ſi vi-
ueret, excluderet patruum,) & idem con-
firmat in cap. 1. ꝟ. his vero de grad. ſucceſ.
ibi, (& hoc eſt verum in feudo diuiſibili,
nam etſi non diuideretur, idem eſſet, vt ſē-
per loco Patris ſit,) & ſic Iſern. pro Ne-
pote contra Patruum eſt clarum, prout ita
135 eum intellexerunt, † & explicant Gram-
mat. in deciſ. 1. num. 17. circa medium, Af-
flict. in d. cap. 1. col. 6. de grad. ſucc. in feud.
Piſanell. in conſ. pro quodam Nepote con-
tra Patruum fecit, quem ad pennam ſuæ
manus habeo, & licet Aret. in d. conſ. 164.
dubitat de art. Iſern. de parte ad totum,
tamen illum ſubtiliter poſt Paul. de Caſtr. &

Abb.

Abb. deſendit Socc. in d. conſ. 252. col. 9.
verſ.quinto confirmatur, in quo conſilio
elegantiſſimè pro Nepote ad excluſionem
Patrui viuentis à feudo mortis Patrui cō-
ſului, & ne traſcribere videor videri po-
teſt, & ſolam vnam rationem referam, quæ
fortificat intelligentiam data ad tex.dictam
Conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus dicit
enim ipſe col.9. verſ.octauo confirmatur,
quod Conſtitutio, de qua loquitur diſpo-
nens, quod maior natus ſuccedat, declarat
alia verba poſita in alia parte, v3.dum lo-
quitur de ſucceſſione fratris, & ſucceſſio-
ne aliorū ex fratribus deſcendentiū. vt v3.
136 maior natu admictatur † vnum.n.capitulū
dicit ipſe declarat aliud, l.verū, vbi Ang. de
petit.hæredit. & ſic dicamus conſtitutio, vt
de ſucceſſion bus vocat omnes filios, niſi
viuatur francorum iure, quo caſu maior
ſuccedit, & ſubſequitur, verſ. ex Collate-
rali, qui dicendo fratres ſuccedere recipit
declarationem à principio, niſi viuatur iu-
re francorum, & continuando, verſic. filij
autem fratrum ſuccedant omnes Patruo,
v3. quando non viuitur iure francorum,
aliàs dum admicteretur filius illius, qui erat
primogenitus, quanto magis quia conſtitu-
tio, vt de ſucceſſionibus vtitur verbis, nec
non maioris ætatis, vt ſic ſiuè cōſideremus
perſonam Patris, ſiuè eius filij Nepotis re-
præſentantis reperitur maior ætate ipſius
Patris, prout eleganter illa verba ponde-
rat Socc. in d. ſuo conſ. verſ. tertio eadem
opinio ex verbis, & fundamentis, quorum
137 apparet, quod etiam † quando tractatur
de ſucceſſione Collateralium habet locum
ius francorum, & primogenitura, & Nepos
ex primogenito præmortuo nato in ſuc-
ceſſione Patrui defuncti excludat alium Pa
truum viuentem, quam concluſionem aper
138 tè firmat † cap.Regni incip. conſideran-
tes dumtractans de ſuccedendo fratri pri-
mogenito præmortuo, & ſic vbi viuitur
francorum iure, dicit frater, vel ſoror
fratri vel ſorori ſuccedat primogenituræ,
& maſculini ſexus prærogatiua ſeruata,
quod cap.debet ſeruari pro lege in Regno,
vt in ſpecie ad ipſius intellectum dicit Iſer.
in allegata Conſtitur. vt de ſucceſſionibus
col. pen. verſ. ſimile quærunt fiſcale, vbi
extendit illud cap.loquens in fratre volen-
te ſuccedere, vt ſit eadem ratio in Nepote
filio fratris præmortui, & ſic Madullitus
intelligendo Iſern. declarantem illud Ca-
pitulum videtur, quod ſit caſus pro hac
noſtra Dilucidatione, vt ſicut per illud ca-
pitulum mortuo primogenito, fratres ſuc-
cedant ſeruata prærogatiua primogenitu-
ræ, v3. vt qui reperitur primogenitus poſt
alium mortuum pariformiter dicatur, ſi a-
liquis natus poſt primogenitum remanen-
te filio, & ſic Nepote moritur ad eius ſuc-
139 ceſſionem, admicteretur † iſte Nepos ad
excluſionem alterius Patrui viuentis, vt
ſeruetur prerogatiua, & huic concluſioni
conſonat, cap.Papæ Honorij relatum per
Afflict. in d.Conſtit.in 8. not. per quod di-
ſponitur in linea trāſuerſali habere locum
140 primogenituram, & ita annis elapſis † fuit
iudicatum in cauſa Comitatus Aliani, nam
Princeps Hoſtiliani primogenitus ad ſuc-
ceſſionem Comitis Eligij de Marra Auun-
culi ipſius Principis, & ſi Iſern. in d. Conſt.
vt de ſucceſſionibus col.3. videtur loqui in
ſucceſſione deſcendentium adeſſe præla-
tionem ætatis maioris, & quando locutus
de ſucceſſione Collateralium, & filijs fra-
trum nihil dixit de maioritate merito, be-
nè dixit Iſern. quod maioritas conſidera-
tur, quando ſucceditur Patri non fratri, &
ita voluit ipſe intelligere Conſtitutionem,
141 non † autem Iſern, negat, quod ex di-
ſpoſitione prædicti cap. conſiderantes non
ſit inductum, quod vbi viuitur iure franco-
rum non ſit locus primogenituræ inter
Collaterales, & quod ita ſit ſua intentio,
patet ex his, quæ poſuit in cap. 1. ℱ. Præ-
terea ſi Vaxallus col.fin.quæ ſit prima cau
ſa benefic. amiſſ. vbi examinando intelle-
ctum d.Conſtit. dicit, quod Agnati per fel-
loniam commiſſam non priuantur feudis,
& quod primogeniti excludunt fratres,
quando tractatur de ſuccedendo Patri. ſed
dum tractatur de ſuccedendo inter Colla-
terales illa Cōſtitutio admictit omnes fra-
tres, ac Nepotes, & Sorores, & quod fue-
142 rit † intentio Conſtitutionis a principio
dare ſucceſſionem omnibus deſcendenti-
bus: Item omnibus Collateralibus coniū-
ctis, ſiuè ex vtroquè, ſiuè ex vno Parente:
item filijs fratrum, verum quod in ſucceſ-
ſione deſcendentium attendatur prære-
gatiua primogenituræ, quando viuitur frā-
corum iure, ſed primogenito mortuo con-
ſtitutio vocat indifferenter alios Collatera-
les, & Nep[illegible] fratre non conſideran-
do primogen[illegible] Cum igitur non dicat,
non trahitur a[illegible] l. ſi vero, ℱ. de viro,
ff.ſolut.matri[illegible]ia in illo caſu conſide-
143 rantur per [illegible]ationem † primogeni-
tura deficiente [illegible]ogenito per mortem,
vel per delictum feuda reuertuntur ad A-
gnatos, ſecundum eorum naturam quæ eſt,
vt omnes ſuccedant, & propterea expreſsè
voluit Conſtitutio, vocare fratres, ſoro-
res, & Nepotes, iuxta terminos iuris com-

munis, quòad ſucceſſionem fratris, quam ipſius Conſtitutionis habilitantis fœminas, nec eſt præſumendum voluiſſe corrigere per ius francorum ſpetiale, niſi in caſu expreſſo tantum, argum. l. ſi quando in prin. C. de inoffic.teſtam. vt ibi Medullitus ipſe Iſern. declarat: Cum igitur vltra dictam Conſtitutionem habemus Capitulum conſiderantes, quod expreſsè dicit circa ſucceſſionem Collateralium ceſſant coniecturæ, & interpretationes, ſiuè extenſiones: item concluſio ipſa colligitur, ſimiliter ex verbis Iſern. in cap.1. §. his vero de grad.

144 vbi dixit, quod † ille tex. volens ad ſucceſſionem fratris admictere fratrē, & Nepotem ex alio fratre præmortuo, quando feudum eſt diuiſibile, idem eſt, quando ſucceſſio defertur primogenito, vel taxatis, & limitatis perſonis, quia tunc frater viuens, qui reperitur primogenitus tempore mortis eius, de cuius ſucceſſione agitur excluderet Nepotem, ex quibus verbis reſultat primo, quod in ſucceſſione fratris habet locum primogenitura: Secundo reſultat intelligentia ad dicta per eum in d.Conſtit. ſcilicet, quod virtute conſtitutionis prædictæ ſolum conſideratur primogenitora, quando tractatur de ſuccedeodo Patri, &

145 plus non dixit Conſtitutio, ſed † ſi lex, & pactio dati feudi, indiffereoter daret ſucceſſionem primogenito, tunc ipſa primogenitura conſideratur, etiam in ſucceſſione Collateralium, & ſic Nepos ex filio primogenito præmortuo ſuccedit Patruo, poſtea defuncto alio Patruo viueote excluſo ex diſpoſitiooe, d.cap.cōſiderantes, ex quo ſucceſſio datur primogeoito Collaterali in

146 feudo iure franeorum viuenti, & † licet Iſern. in loco prædicto loquatur de Patruo excludente Nepotem, loquitur tamen ſecundum ſuam opinionem, quæ eſt, quod Patruus, qui reperitur maior tempore mortis excludat Nepotem, hæc opinio in hoc noo eſt de Cooſuetudine approbata, nec de iure, vt ſupra fundauimus, ratio tamen ſua, ſiuè præferatur Nepos, ſiuè Patruus concludit in ſucceſſiooe fratris habere locum primogenituram: immo quia ibi ipſe

147 tenet pro Patruo, ſi diximus † opinionem contrariam eſſe veriorem, prout eſt, & alias determioatum fuit, vt prædictum eſt. Imò ex ipſius Iſern. mente reſultat deciſio formalis, quod poſtquam lex defert ſucceſſionem primogenito, ſeu maiori nato, quod Nepos ex fratre primogenito præmortuo io cuius locum, & gradum ingreditur, & cui tranſmiſſa fuit primogenitura, Nepos ipſe ex primogen. ſuccedere debet, ad quā intelligentiam concordant, quæ ipſe Iſern. dixit ad intellectum d.cap.conſideraotes, vbi ſupra, dum dictum cap. extendit ad Nepotem & ex his ſi ex intentione Iſern. habetur ipſum pro Nepote contra Patruum, tenore,

148 & † expreſſis ſuis verbis firmauit in cap. Imperator Lotarius, §. Præterea ſupra numer.6. dicens (cum enim ſit datum omnibus deſcendentibus illius, cui datum fuit feudum, & hic Patruus ſit de illis deſcendentibus, Neoos in portione Patris, quando fuit diuiſum feudum, vel in totum, quādo filius primogeniti de iure francorum impediebat Patruum in hoc feudo, vel parte, & in tantum impediebat, quod excludebat eum in totum, quando iure francorum, vel in partem, quando iure Longobardo viuebant, mors Nepotis ergo non tantum defert ſucceſſionem Patruo, quantum non impedit Patruum Amodo, remouet impedimētum, quod Nepos præſtabat) ex quibus verbis Iſern. clarè habetur Nepotem præferri Patruo, ipſumquè excludere; & in tantum Patruum ſuccedere in quātū non eſſet impeditus à Nepote per mortem ipſius Nepotis, Patrem primogenitum ſed quando adeſt primogenitus, aut eius filius, ſcilicet Nepos, vel alius deſceodens, excludunt Patruum, qui nec cum eis concurrit, dicit idem Iſern. in cap.1. quæ ſit 1. cauſ. benefic. amiſſ. oum.16. ibi (primogeniti, & deſcendentes ex eis impediunt alios vt non concurrant in ſucceſſione cū ipſis,) & explicat Franc. de Amic. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. cap.1. fol.122 & ex ijs patet

149 opinionem † Iſern. contra Nepotē, nè dum non obſtare, ſed per ipſo Nepote ad excluſionem Patrui tenere tàm in linea deſcendenti, quàm Collaterali, vt prædiximus, & hoc etiam contrarijs reiectis præ-

150 tenſis, vnde † ex tot, & tantis inſignium Doctorum opinionibus commuoibus, etiam gladiatorio iuditio regum ordinationibus, & ſupremorum Tribunalium antiquiſſimis, & recentioribus deciſionibus pro Nepote contra Patruum tàm in deſcendenti, quàm in Collaterali linea, & ſucceſſione noſtra Dilucidatio pro Nepote contra Patruum indubitata, & firma remanet.

PARTIS

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXXVIII.

THEMA.

Patruus, & Patruus magnus in Collaterali linea ſuccedunt in feudo antiquo Nepoti, & Pronepoti de iure communi feudorum.

SVMMARIVM.

1 *PAtruus, vel Patruus magnus in linea Collateſrali ſuccedunt Nepoti, & Pronepoti in feudo antiquo, & non de iure Regni.*

2 *Patruus, ſicut excluditur à Nepote in feudo alterius Patrui, idem eſt in Patruo magno, & Pronepote.*

3 *Patruus magnus ſuccedit Pronepoti, & è contra iure Ciuili.*

4 *Nepotem vltra: in deſcendentibus, olim non ſuccedebant in feudis, iure vero nouo feudorum deſcendentes in infinitum ſuccedunt.*

5 *Liberi cum filiorum, & hæredum appellatione omnes deſcendentes in infinitũ veniunt.*

6 *Patrueles ſunt, qui ex duobus fratribus, ſiuè Sororibus veniunt, qui dicuntur fratres Conſobrini, ſiuè Conſorini.*

7 *Fratres Conſobrini quartum gradum conſtituunt, & quomodo.*

8 *Tranſuerſales, ſiuè in Collaterali linea, vſquè ad quartum gradum, ideſt ad fratres Conſobrinos dabatur ſucceſſio in feudis, hodie, vſquè ad ſeptimum gradũ de iure communi feudorum.*

9 *Dictio, vſquè incluſiuè accipitur, coniuncti, vſquè ad ſeptimum gradum ſuccedunt in feudis, dummodò omnes à primo acquirente deſcendant.*

11 *Patruus, & Patruus magnus Nepos, & Pronepos infra ſeptimum gradum includuntur, & ſic in feudo antiquo.*

12 *Feudum perueentum ad deſeendentes, & deinde ad Collaterales deſcendentes in infinitum in eo ſuccedunt.*

13 *Agnatus vltimus primi acquirentis ſucceſſor eſſe intelligitur, etiam ſi per mille manus feudum tranſierit.*

VAxallo ſine filijs, & abſquè deſcendentibus mortuo relictis Patruo, vel
1 Patruo magno † de tranuerſali, ſeu Collaterali linea Patruus, vel Patruus magnus
in feudo antiquo Nepoti, ſiuè pro Nepoti admictitur, quamuis dicendum videtur eos ſuccedere non poſſe de iure Regni, tamen verum eſt tranſuerſales aſcendentium in feudis admicti, per cap. vnic. in fine. Conſtitutiones feudales Domini Lotarij Imperatoris, & ibi Bal. num. 2. Laudenſ. num. 7. Aluarot. num. 1. Iſern. num. 2. & 4. Præpoſit. num. 2. Affl. in cap. vnic. num. 2. ibi ſecundo fallit de natur. ſucceſſ feud. igitur, ſi Vaxallus non relinquit deſcendentes, nec etiam tranſuerſales deſcendentium, ſed Patruum, vel Patruum magnum in feudo admictitur, Hartman. Hart. in pract. obſeruat. tit. de feud. obſeruat. 17. Borcolt. cap. 7 in quæſt. 2. de ſucceſſ. num. 85. verſic. ſi
2 igitur Vaxallus, † & ſicut Patruus excluditur à Nepote in ſucceſſione alterius Patrui defuncti, vt latè diximus in præcedenti Dilucidatione, & dicit Aluarot. in cap. vn. num. 12. Conſtit. Domini Lotarij Imperatoris. ibiquè Laudenſ. & alij notarunt Aluarot. in cap. vnic. num. 7. de nat. ſucc. feud. Curt part. 3. tract. feud. in vlt. membr. verſ. nono pro cõplemento iſtius materiæ, quod cum iuris Ciuilis diſpoſitione congruit, Auth. poſt fratres, C. de legit hæred. idem eſt in pro Nepote, & Patruo magno, vt ſcilicet Patruus magnus à Pronepote excludatur Sonsbech. dicendum eſſe arbitratur, in tract. ſeud. part. 9. in 7. concluſ. Borcolt. d. num 85. in fine, vbi etſi dicat, hoc ab alijs interpretibus traditum non eſt, nihil refert, cum ſi de Nepote, quod éxcludat Patruum ferè omnes maiores interpretes firmant, vt in præcedenti Dilucidatione di-
3 ximus, cum iure Ciuili, idem in † Pronepote, & Patruo magno eſſe debet, Auth. poſt fratres, C. de legit. hæred. & ratio diuerſitatis aſſignari non poteſt, cum vterq; caſus in linea tranſuerſali ſit, & vt hoc ſiluis intelligatur, dico clarum eſt, quod o-
4 lim † deſcendentes in feudis vltra Nepotem non ſuccedebant, cap. vnic. §. & quia diximus de nat. ſucceſſ. feud. inde nouo iure feudorum in infinitum deſcendẽtes ſuccedere voluit in feudis, c. vnic §. hoc quoq; ſciendum eſt de his, qui feud. dar. poſſ. & cap. vnico, ibi (& ſic vſquè in infinitum de nat. ſucceſſ. feud. & ita omnes Doctores ſentiunt, poſt Zaſ. Iul. Clarus firmat in §. feudum quæſt. 79. verſ. Difficultas, & hoc procedit tàm in feudo Sæculari, quàm Eccleſiaſtico Laudenſ. in dict. §. & quia vidimus de perſonis, num. 12. Nec poteſt de hoc vlla eſſe dubitatio, eum ſi quis accepe-

5 ſit feudum pro † ſe, & liberis hæredibus,
vel filijs deſcendẽtibus omnes in infinitum
venire, l. liberorum, & l.fin. §.& l. hæredis
appellatione, ff. de verb.ſignif.& in omni-
bus omnes Doctores,& tranſuerſales vltra
fratres patrueles, nec ſuccedebant, d. cap.
6 vnic.§.hoc quoquè ſciendum eſt,† fratres
patrueles ſunt, qui ex duobus fratribus
procreati. ſiuè Sororibus, Conſobrini, vel
Conſororij dicuntúr, vt Iuſtin. docuit in
7 tit. de grad.† fratres enim patrueles quar-
tum gradum conſtituunt, quia hic ſunt qua
tuor generationes, quod ita oſtenditur fi-
lius fratris procreatus à Patre eſt vna ge-
neratio, ergo vnus gradus frater patruelis
eſt à Patre, eſt ſecundageneratio, & ſecun-
dus gradus ab eodem Patre procreatus eſt
frater, eſt tertia generatio, & tertius gra-
dus à Patre eſt procreatus filius fratris,eſt
quarta generatio, & ob id quartus gradus,
8 ad quem † quartum gradum olim trãſuer-
ſales in feudis ſuccedebant, hodie verò
vſquè ad ſeptimam generationem,ſiuè gra
dum admictitur,d.§.hoc quoquè ſciendum
de his, qui feud. dar.poſſ. ita nonnulli Co-
dices habuerunt, vt à gloſ. Iſern. Aluarot.
Iacob. Cuiacio, & alijs traditum eſt à Bal.
in Auth.defuncto,num.2. C.ad Senat.Con-
ſult. Tertull. in fine, in l.certum num.3.C.
vnde legit. & inde vſquè ad ſeptimum gra-
9 dum admictuntur, cum † dictio vſquè in-
cluſiuè accipitur Laud. in d.cap.vnic. §. &
quia vidimus de perſonis num. 44. de his,
qui feud. dar. poſſ. Iacobin. de feud. in
verbo præſentes, & recipientes num. 7. &
Agnati ex tranſuerſali linea, vſquè ad ſe-
ptimum gradum ſuccedunt, intelligendum
10 eſt modo † ambo à primo acquirente feu-
dum deſcendant, vt latè ex alijs Roland. à
Valle conſ.32.num.22.lib.3. Sonsbech.par.
11 9.numer.89. dum † Patruus, ſiuè Patruus
magnus, ac Nepos, & Pronepos infra ſe-
ptimum gradum includuntur concludere
poſſumus de iure communi feudorum ipſos
in feudo antiquo acquiſito,per eorum præ-
deceſſores ſuccedere,vt prædiximus,& per
12 Borc.d.loco. Sed † ſi feudum peruenit ad
deſcendentes,& ab eis ad Collaterales feu-
dum ipſum ad ipſius Collateralis deſcen-
13 dentes in infinitum perueniat,& † vltimus
Agnatus primi acquirentis ſucceſſor eſſe
intelligitur, etiam ſi feudum per mille ma-
nus ambulauerit, cap. vnic. in fine de ſucc.
feud. Aluarot. in d.cap.vlt. §. hoc quoquè
ſciendum de his, qui feud. dar. poſſ. & in c.
vnic. §. ſi Capitanei nu.2. verſ. quarto cum
gloſ. de feud.March.&c. Laudenſ. in d.cap.
vnico, §.& quia vidimus de perſonis,n.38.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXXIX.

THEMA.

Pluribus fratribus de feudo inueſtitis aliquibus mortuis filijs relictis,deinde altero fratre mortuo ſine prole feudum non ad Nepotes, ſed ad Dominum reuertit niſi ex pacto, & ex gracia huic Ciuitati, & Regno, communis, & deciſum.

Quia breuis Summario alio non opus.

ETſi tribus fratribus ſtipulantibus ad inuicem de feudo, vt altero ipſorum ſine prole decedene ſuperſtites ſuccedant duobus defunctis relictis filijs, & deinde altero ſine liberis decedente portio iſtius non ad filios aliorum fratrum,vt in feudo antiquo vt per Conſtit. Regni,vt de ſucceſſionibus ſed tanquam feudum nouum, ſi ad Dominum peruenire debet,tamen ſi in inueſtitura ex pacto vocantur ſuperuiuentes, ſicut in materia fideicommiſſi præmortuorum fratruum filij ſuccedant, ita tradit Bald. in conſ.435. Punctus ſuper quo lib. 4. Alex. conſ.204.num.6.lib.2.Corn.conſ.182.videtur prima,&c. num.6.lib.2. Dec. conſ.299. in cauſa milis,num.15. Curt.iun. conſil.22. num.12.conſ.57.num.9. verſ.præmiſſa tanto clatius, & conſ.69. Sacratiſſimæ Trinitatis,&c.num.2.in fine, verſ.ſecundo quod ratio Pariſ.conſ.37.num.35.50.51.52.53. & ſeq. & num.70.72. & 76. & conſ.64. num. 34.eodem lib. Caſſan.conſ.53.ex facto,&c. num.17. verſ. quinto facit,&c. ex crebriori. Partium conſ.8.num.41.43. & ſeq. poſt Pariſ. conſ.21. lib.3. Molin. de primogen. Hyſpan.cap.8.num.70. refert Menoch.præſumpt.95. num.22.lib.4. & conſ.124. num. 95. & conſ.200.num.35.36.38.& ſeq. lib.2. conſ.69.n.54.lib.3.Ant.Gabr. lib.4.comm. opin.concluſ.8.num.3.& 8. Michael Graſſ. lib.recept.ſenten.§. fideicommiſſum quæſt. 11.num.10. Couar.lib.pract.qq. cap.vlt. nu. 6. verſ.8.&c. Roſental. de feud.cap.7.concluſ.59. num. 2. & 3. & in gloſ, lit. D. Sed ex gratia Regia huic Neapolitanæ Ciuitati, & Regno de Anno 1586. conceſſa inter cap, huius Ciuitati fol.181. Nepos ſuccedit

Patruo

Digitized by Google

Patruo, etiam in feudo nouo, & ita deciſum firmat Regens Carolus Tappia Marchio Belmontis in deciſ. Sac. Conſil. 2. num. 8. & ex alijs dictis ſup. & infra in alijs noſtris Dilucidationibus de Collaterali linea.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXXX.

THEMA.

Fratri Fratribus, ſimul habitãtibus in feudo empto frater ſuccedit fratri, communis.

Et quia breuis alio Summario non opus.

SI fratribus ſimul habitantibus de bonis communibus, vnum eorum feudum emiſſet Domino hanc fratrum conditionem nõ ignorare fratrem fratri ſuccedere, per tex. in cap. 1. de fratr. de nouo benefic. inueſtit. Iſern. in cap. 1. §. Præterea in fin. de capit. Corrad. Zaſ. part. 8. num. 15. & ſeq. ex alijs Vulteius cap. 9. num. 106. & ex alijs innumeris authoritatibus, & de communi firmat Roſental. de feud. cap. 7. concl. 59. nu. 6. & in gloſ. lit. E. & hoc ſiuè vtriuſquè, ſiuè proprio nomine euenerit Aluar. in d. cap. 1. verſ. nota, quod feudum de benefic. fratr. ibiquè Laudenſ. nu. 13. Præpoſit. nu. 3. in fine, Afflict. num. 3. & 7. poſt Iſer. ibi & ex alijs Roſental. concluſ. 59. in gloſ. lit. F. niſi proteſtatus fueris, quod feudum velit eſſe in communi Afflict. d. loc. num. 8. & ſeq. & Roſental. in eadem concluſ. 59. in gloſ. lit. G.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXXXI.

THEMA.

Fratres communibus expenſis in bello, ſi acquiſierint feudum ſciente Domino ad inuicem ſuccedunt, communis.

SVMMARIVM.

1 *Fratres, qui communibus equis, & armis contra Domini inimicum præliarunt in Exercitu, & acquiſiuerunt feudũ Domino ſciente ſuccedunt inuicem.*

2 *Feudi conditio à voluntate Domini pendet.*

3 *Tex. cap. 1. de fratre de nouo benefic. inueſtito, ſi loquitur in Rege, habet locum in quolibet Domino in Regno, vel Principatu ſuo.*

1 FRatres ✝ inuicem ſuccedunt, ſi communibus equis, armis, & expenſis in Exercitu Domini exiſtentes contra Domini hoſtem, ipſo Domino ſciente, quod cõmunibus equis, & armis vtuntur feudum, acquiſiuiſſent, vt eſt tex. in capit. 1. & ibi gloſ. in fine, verſ. ſciente Domino, &c. de benefic. frat. & qualit. frat. &c. quem text. ita intelligunt ſcrib. omnes, ibi (& plerumquè verba in hoſtem Regis, &c. glo. Beluiſ. Iſer. Aluarot. Bald. Afflict. Octom. Schẽch. ſi ſcilicet Dominus ijs conceſſerit, quod cũ eo contra hoſtem iuerint, & ſi Octoman. in diſput. feud. in cap. 19. in hoc dubitat, per tex. in cap. 1. de fratr. de nouo benefic. inueſtitis debet intelligi ingnorante Domino, non autem ſciente, ita conciliat. gloſ. & alios, Vulteius d. cap. 9. num. 106. verſ. tertio, ſi fratres, &c. dicens hanc cõciliandi rationem videtur innuere ratio d. cap. 1. de fratr. de nouo benefic. &c. Cur nimirum nõ feudum, ſed fructus feudi communes ſint, vt ne inuito Domino Vaxallus acquiratur alius, quàm quem Dominus voluerit, &
2 ſic ✝ conditi feudi à voluntate Domini dependere videtur in d. cap. 1. de fratr. de nouo benefic. &c. ex Beluiſ. Iſern. d. cap. 1. in fine, verſ. quæro, &c. Laudenſ. num. 7. & 13. addens hoc caſu communi nomine quæſitum præſumi, poſt gloſ. num. 14. in fin. quod ſequitur Præpoſit. ibidem in fine, & Afflict. num. 5. Aluarot. in fine princ. Pic. num. 8. & ſeq. Schench. in princ. Sonsbech. cap. 9. num. 83. Mozz. de diuiſ. feud. nu. 56. verſ. 4. Roſental. d. cap. 7. & concluſ. 59. num. 5. & in gloſ. lit. D. ex multis, quod communem
3 faciunt, & ſi text. ✝ in d. cap. 1. loquitur in Rege, tamen locum habet, etiam in alio Principe in Regno, vel Principatu ſuo ſecundum Iſern. Aluarot. Præpoſit. & omnes Laudenſ. num. 8. Pic. num. 9. Balzeran. nu. 4. ſed Aluarot. ibidem, & Zaſ. in ſumma cap. 8. nu. 26. dicunt habere locum in quolibet Domino in Exercitu exiſtente, & cœteri ſummiſtæ plerumquè ſimpliciter de

Domino loquuntur, Laudenſ. in cap. 1. ſ. quia vidimus, num. 42. de his, qui feud. dar. poſſ. Præpoſit. num. 68. & alij multi à Roſental. adducti in d. concluſ. 59. & eadem gloſ. in lit. D. cum dicta diſtinctione ſciente non autem ingnorante Domino.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXXXII.

THEMA.

Si vnus fratrum in communi exiſtentium emit feudum ſtipulando vtriuſq; nomine ad inuicem ſuccedunt.

SVMMARIVM.

1 *Feudum emptum de propria pecunia vtriuſquè nomine ſuccedunt ad inuicẽ.*
2 *Frater ſuccedit alteri, etiam ſi expreſſum ita non ſit, ſed vtriuſquè nomine ſtipulatum ſit.*
3 *Frater pro ſe, & me. & filijs meis acquiritur pro rata, etiam in emphytheuſi.*

1 De fratribus † in communi exiſtentibus Domino ſciente aliquis ipſorum de propria pecunia emit feudum, & ſtipulatus ſit vtriuſquè nomine ad feudum, etiã alij ſuccedunt, per tex. apertum in cap. 1. de benefic. frat. & velle videtur gloſ. in cap. 1. ſ. & quia vidimus in verſ. nominatim de his, qui feud. dar. poſſ. Iſern in d. cap.
1 num. 3. verſ. item ſi de propria pecunia, &c. etiam ait, quod communis eſt electio per diſiunctiuam, vel de beneficio feudi, Bald. num. 1. verſ. tertius quando communis, &c. Laudenſ. num. 5. 6. & 14. Aluarot. in princ. verſ. ibi, vel vtriuſquè nomine, Præpoſit. n. 1. verſ. vtriuſquè nomine, &c. num. 3. in fine, Petr. de Rauenn. in tertio caſu in princ. Afflict. num. 3. verſic. tertio, quando frater acquiſiuit, &c. Schench. & alij, Zaſ. in epit. feud. part. 8. num. 25. in fin. Sonsbech. part. 5. num. 3. verſ. tertio non procedit, Vulteius d. cap. 9. num. 106. verſ.
2 ſecundo frater, etiam ſi † expreſſum non ſit, vt frater ſuccedat alteri, ſed vtriuſquè nomine ſtipulatum ſit, Loffred. conſ. 38. nu. 1. 2. & 3. vbi reijcit Caſtrenſ. conſ. 152. incip. quod iſtud feudum, &c. aſſerentem d. cap. 1. de fratr. de nouo benefic. inueſt. procedere ſaltim cum pactum ſit expreſsè, quod alter alteri ſuccedat, &c. quod hic parum fuit, ex alijs Burſat. conſ. 181. num. 4. lib. 1. & hic intellectus eſt communis, dicit Roſental. de feud. d. cap. 7. concluſ. 59. in gloſ.
3 lit. H. immo quod † frater pro ſe, & me, ac filijs meis ſtipulatus ſit, ſtatim & a principio mihi, vel filijs meis pro rata acquiritur, ſi feudum ſit diuiſibile Aluarot. in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis, &c. vbi Præpoſit. nu. 4. Petr. de Rauenn. poſt Bal. in l. cum Acutiſſimi, num. 13. C. de fideicommiſſ. argum. l. ſi quis Titio, ff. de vſufruct. accreſcendo, l. conditionis incertum, C. de pact. cap. 1. an Agnat. vel fil. & hanc concluſionem prædicti in emphytheuſim producunt, & Corbol. in tract. emphyteu. de cauſ. quib. emphyt. amict. &c. cap. 12. nu. 84. citans Speculat. tit. de locat. ſ. ſunt aliqua, num. 180. Curt. iun. de feud. part. 3. membr. 2. num. 38. Piſtor. lib. 2. qq. iuris part. Poſter. quæſt. 21. num. 24. per notata per Doctores in l. Gallus, ſ. 1. quidam rectè, vbi Bar. nu. 5. in fine Alex. num. 6. Iaſ. num. 32. & 34. ff. de liber. & poſthum. faciunt dicta per Clarum in ſ. teſtamentum quæſt. 80. & per Graſſ. lib. recept. ſentent. ſ. inſtitutio nu. 6. quæſt. 20. Roſental. d. cap. 7. concluſ. 16. nu. 16. in gloſ. litera S.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXXXIII.

THEMA.

Feudo dato pluribus inſolidum omnes ſuccedunt communis.

Et quia breuis alio Summario non indiget.

Feudum datum pluribus fratribus inſolidũ defuncto, vno alter ſuperſtis totum feudum retinet non iure ſucceſſionis, ſed iure proprio, & iure non accreſcendi Bald. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. per l. ſi creditor, ſ. duobus, ff. de mandat. l. idem erit, ff. de aſſign. libert. Curt. iun. part. 2. de feud. Laicorum num. 78. Zaſ. part. 8. num. 27. Thom. de Marin. tit. 12. num. 16. Roſental. capit. 6. concl. 75. Mozz. d. num. 56. verſic. quarto fallit Loffred. conſ. 15. num. 4. Bellon. conſ. 20. num. 2. Pariſ. conſ. 6. num. 13. lib. 1. Vulteius d. cap. 9. num. 106. verſ. quarto, ſi cui liber. &c.

Digitized by Google

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXXXIV.

THEMA.

Feudo donato à Principe duobus, vnus ſuccedit alteri.

SVMMARIVM.

1 *FEudi ab Imperatore, vel alio Principe datum duobus, vno ſine filijs mortuo, alter ſuperſtit, ſuccedit.*

2 *Principes non recognoſcentes ſuperiorem tantum habent poteſtatem in eorum Regno, quantum Imperator in Imperio.*

1 FEudo † nouo, etiam diſiunctim ab Imperatore Rege, vel alio Principe duobus dato. vno ſine filijs defuncto partem deficientis, ſiuè ab initio, ſiuè ex pactis, alter frater obtinebit, & hoc argumento liberalitatis à Principe collatæ, L. vnica ſi Imperialis liberalitas libr. 10. & ibi gloſ. & Doctores, & in hoc propoſito dixit Bal. in cap. 1. num. 2. in fine de duob. fratr. à capit. inueſtit. vbi Aluarot. nu. 2. in fine Præpoſit. num. 1. Afflict. num. 2. dum ſe remittit ad ea, quæ ſcribit in cap. 1. §. & quia num. 7. & in §. cum vero Corradus 7. notab. de his, qui feud. dar. poſſ. vbi hanc veriorem eſſe dicit opinionem, Petr. Rauenn. in d. §. & quia, & ibi Aluarot. num. 15. Bald. in l. 1. §. in primo, C. de caduc. toll. & in l. ſi mihi à Titio, ff. de verb. obligat. Raphael Cuman. & Caſtrenſ. num. 2. Alex. numer. 7. Iaſ. num. 6. in iudicando, & conſulendo ab ea non recedendum aſſerit, Iul. Clar. in §. feudum quæſt. 77. num. 2. & 3. communiorem hanc eſſe opinionem, & ſibi veriſſimã ait Graſſ. in §. ius accreſcendi quæſt. 33. num. 5. vbi alios citat, & ex alijs communibus opinionibus, & authoritatibus firmat Roſental. cap. 6. concluſ. 74. in gloſ. lit. A. quod extenditur, etiam ad feuda Regum Principum Ciuitatumquè ſuperiorem non recognoſcentium communem eſſe opinionem firmat Curt. Sen. conſil. 49. num 50. & idem Socc. iun. conſ. 73. nu. 7. lib. 1. Iul. Clar. in §. feudum quæſtio. 73. num. 4. Octoman. conſ. 30. num. 17. & 28. per rationem quia

2 hi † Reges, Principes, & Ciuitates ſuperiorem non recognoſcentes, tantum habent poteſtatem in eorum dominijs, quantam Imperator in Imperio, ex multis Roſental. in cap. 5. concluſ. 13. num. 5. & in gloſ. litera B.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXXXV.

THEMA.

Feudo diuiduo conceſſo pluribus fratribus non inſolidum, vno mortuo ſuccedat alter frater, ſed ſoluat partem pretij Domino, vel Dominus partem pretij fratri ſuperſtiti.

SVMMARIVM.

1 *FEudum indiuiduum conceſſum pluribus fratribus vno mortuo ſuccedit alter, ſed tenatur partem pretij dare Domino.*

2 *Dominus concedens feudum contemplatione vnius fratris ipſo defuncto tenetur ad pretij medietatem alteri fratri ad Domini electionem.*

1 SI feudum † conceſſum duobus, vel pluribus fratribus ſit indiuiduum, etiam non inſolidum conceſſum fratrem fratri ſuccedere, ſed tamen teneri Domino ad extimationem medietatis, ſiuè partis, per gloſ. in cap. 1. de fratr. de nouo feud. inueſtit. Sonsbech. part. 9. num. 83. Mozz. d. nu.

2 56. verſ. quinto fallit, &c. Et ſi forte † Dominus feudum illud dediſſet contemplatione fratris defuncti, tunc in arbitrium ſit Domini feudum ipſum recipere ſoluta fratri ſuperſtiti dimidię partis extimationem Mozz. d. nu. 56. verſ. ſunt tamen duo, & in licitatione Dominus præfertur, ex multis Roſental. d. cap. 6. concluſ. 76. nu. 11. & hoc ſi ius vacationis vacantis ſit pinguius, quam ius portionis fratris ſuperſtitis Mozz. d. verſic. ſunt tamen duo, alias ſecus Roſental. ex alijs d. concl. 76. nu. 12. per rationes, vt quia Vaxallus ſit reus, ſit debitor, ſit poſſeſſor, ideo Domino præferendus, ex Bald. ita dicente, Præpoſ. Zaſ. & alij in d. cap. de fratr. de nouo benefic. inueſtit. Sed hæ rationes non ſunt vniuerſales, vel etiam leues, & Dominum præferri quando contemplatione alterius fratris de diſſet reſtringunt, quia forte ſuperſtiti non dediſſet, & hanc opinionem placuiſſe Roffredo refert, Io: And. in addit. ad Specul. tit. de

tit. de feud. ſuper rub. Nicol. de Neap. in cap. 1. & ibi Iſern.num.2. Aluarot.num.1. Aff ct.num.8. qui addit (ſi vtriuſquè, vel viuentis gratia, & reſpectu datum tolleret, quod tunc ad licitationem veniendum) & Petr. de Rauenn. Curt.iun.part.2.num.80. in fine, & ſequuntur hanc ſublimitationem ij quoquè, qui à ſententia Iſern.recederāt, quoad prædicta nu. 10. hic Laudenſ. nu.6. Præpoſit.num.1. de fratr. de nouo benefic. inueſtit. Zaſ.d.part.8. num.29. Thom. de Marin.tit.12. de gener. & qualit.feud.n 15. Scrader.par.7.par.1.num.22. verſ.niſi Dominus conceſſerit,&c. Roſental.d.capit.6. concluſ.76.in gloſ. lit. K. & Dominus maiorem partem feudi habens, præfertur, & & vice verſa, quia tunc maior ad ſe trahit minus, per tex. in l.ſancimus. ſ. ne autem C. de donat.& quæ ibi notat Iacob. de Belloiuſ. in d. cap. 1. de frat. de nouo benefic. inueſtit. vbi Aluarot. num. 1. in fine; Laudenſ.num.6.& alij per Roſental.adducti in cap.6.concluſ.76.num.14. in gloſ. lit. O.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXXXVI.

THEMA.

Feudo conceſſo Clerico ſciens Dominum cum filios non habere, nec poſſe, quia in ſacris, & conceditur pro hæredibus, & ſucceſſoribus peruenire debet ad Agnatos, communis.

Quia breuis non opus Summario.

SI Dominus alicui in ordinibus exiſtenti, & maximè in ſacris, ideſt Clerico ſciens eum liberos non habere, nec ſuſcipere poſſe pro ipſo, & hæredibus conceſſerit feudum diſpenſaſſe videri, ad hoc vt eius Collaterales ſub voce hæredibus contineatur intellexiſſe, Bal. in cap. Naturales nu. 8. ſi de feud. defunct. controuerſ. fuer. vbi Laudenſ.num.13. tangit Aluarot.num.8.in fin. Præpoſit. num.4. in fine, verſic. quæro Princeps concedit feudum, &c. citat Imol. in l. ex fact. ſ. ſi quis rogatus, ff.ad Senat. Conſult. Trebell. Afflict. ibi in gloſ. vnic. num.4. ſed reſpondet in feudo antiquo in iſto Regno, quod frater,&c. ſuccedit, etiam ſi feudum conceſſum ſit Clerico pro eo, & hæredibus ſuis communem dicit hanc ſententiam Curt.iun.part.3. princ. membr.nu. 40. verſ.quid autem eſſet, ſi Princeps, &c. Thom. de Marin.d.tit.12.nu.23. poſt Paurid.de Puteo communem, etiam teſtatur, Mozz. de feud tit. de ſubſtant. feud. num, 73. Iul. Clar. in dict. ſ. feudum, quæſt.72. in fine num.4. Roſental.cap.7.quæſt.59.nu. 8. & in gloſ. litera I. dicens in puncto iuris apud ſe magna eſt exitatio, ſi Dominus diſpenſationem ad alios caſus ſpectaſſet ſimiles ad eum, quem natura gignere valeat, Dominus ſciens, ita in feudum dederit extendi poterit, id quod vix dicere auderem, vt ibi per eum.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXXXVII.

THEMA.

Feudum nouum, quando creditur, vt antiquum naturam antiqui aſſumit, communis, & deciſa.

Non opus Summario, quia breuis.

FEudum nouum iure feudum antiqui datū, & receptum feudum antiquum eſſe, eiuſq. antiqui naturam aſſumit, ad quod facit tex. in l.1. ſ.ſi conueniet. ff.depoſ. l.contractus de reg.iur. & vtrobique Doctores, l. Senatus, ſ. mortis, ff. de donat. cauſ. mort. Iſern. in cap.1.num.11.ibi (ſed ſi Rex, aut Princeps;&c. de controuerſ.apud par.cur. Aluarot. cap. 1. num.3. de Vaxall. decrep. erat, & poſt Rauenn. ibidem Bald. in Præl̄ud. num.43. Iaſ. num.88. & 90. vbi teſtatur eſſe magis communem omnium, latiſſimè Curt. part.1. quæſt.8. vbi communem ait, Clar. in ſ.feudum quæſt.8.nu.2. Gaill. obſeruat.50. in princ. & per totum libr. 2. ac num.1. ſic in Camera Imperiali concluſum refert, latè Menoch.conſ.160. nu.25. lib.2. vbi etiam contrarijs reſpondet, & hanc partem rationibus comprobat, ac præſumpt.93.num.13.lib.3. Scrader. part. 2. cap.3. num.78. & ſeq. & in feudo taliter conceſſo Collaterales ſuccedunt, & omnes Agnati in inueſtitura comprehenſi, & vocati eſſe cenſentur, Præpoſit. in cap. 1. circa finem de alienat.feud.patern. latè,& benè Natta conſ.468.num.12.& per totum lib.2.

lib.2. & conſ.467. Roland.à Vall.conſ.60. num.54. libr.1. vbi alios allegat, ſequitur Gaill.d.obſeruat.50.num.13.lib.2. vbi expreſsè poſt Nattam, & alios ait omnes Agnatos Collaterales in eo ſuccedere, quod & Pariſ.conſ.17.num.9. & 10. lib.1. Alex. conſ.30. num.7. lib.1. quod vult, & Curt. Sen.d.loco, & conſ.48. nu.30. & ſeq. Grauett.conſ.92.num.6.& ſeq. Curt.iun.conſ. 1. paſſim Scrader. de feud.par.2.cap.3. nu.78. & ſeq. & part.7.cap.7.nu.5. verſ.quinto fallit,&c. citat Afflict.deciſ.282. Roſental. de feud.cap.2.concluſ.13. in gloſ. lit.D.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXXXVIII.

THEMA.

Comprehenſus in antiqua inueſtitura ſuccedit, etiam iure accreſcendi.

Non opus alio Summario, quia breuis.

FRater, vel alius Collateralis comprehenſus in inueſtitura antiqua, quia ab eis deſcendit in portione, ſiuè in feudo toto à fratre, vel altero Agnato ſuccedit, etiam iure accreſcendi, ſiuè ſucceſſionis, per tex. in cap.1. de fratre de nouo feud.inueſt. vbi dicit in nouo nulli, & in antiquo Agnati, quod intelligè præter, vt dictum eſt in præcedentibus caſibus, & infra Bal. in l.1. col.11. C. quand.non petent. part. in cap. 1.num.5. de feud. March. Nicol. de Neap. §. & quia de his, qui feud.dar.poſſ. & ibidem Iacob. de Bellouiſ. Bal.num.4. Aluarot.num.15. Præpoſit.num.54. Afflict. nu. 3. & 4. Petr. de Rauenn. Paul.Pic.num.12. & alij, Iſern. in d. cap.1. de duob. fratr. de nouo benefic.inueſtit. & ibi Bald. Præpoſit. num.2. Afflict.num.2. And.Barbat. in cap. 2. extra de feud. Curt.iun.de feud.Laicorũ part.2.num.74. Zaſ.part.8.num.38. Alex. conſ.30.num.7.conſ.29.num.3.lib.1.conſil. 21.num.5.lib.5. vbi communem dicit,Cur. Sen.conſ.48. memoriæ recolendæ, &c. nu. 20. in fine, & ſeq. And. Gaill.de Pace pub. cap.14.num.15. lib.2. vbi communem eſſe atteſtatur, idem Iul.Clar.in d.§.feud.queſt. 77. num.5. Capyc. in inueſtit. cap. ius accreſcendi col.2. §.ius accreſcendi fol. 260.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio XXXXIX.

THEMA.

Frater in feudo refutato, vel alias amiſſo non prohibetur ſuccedere in alia parte, ſibi ſpectant aperta, communis.

Et quia breuis alio Summario non opus.

SI frater feudi capax partem ſuam feudi refutauit, vel amiſit ob delictum, vel alias in parte alia, ſibi aperta ſuccedere nõ prohibetur Bal. in cap.1. de Vaxall. qui contr. Conſtit.Lotarij num.7. Aluarot. numer.4. Præpoſit. Petr. de Rauenna, & alij, Aluar. in §. & quia num.16. Zaſ.d.part.8.num.32 & part.10.num.13. Scrader.part.9.capit.1. num.58. verſic. Octauo Vaxallus, & dicit magis communem, Aret. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb.oblig.Ruin.conſ. 8. num.11.conſ.11.num.14.lib.1. Clarus d. §. feudum, & eadem quæſt.67.num.6. Roſental. cap.6. concluſ.73. num.3. & in gloſ. litera C. ex alijs.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio XXXXX.

THEMA.

Feudo, & emphytheuſi nouis à ſocijs receptis pro eis, & filijs maſculis, & fœminis viuentibus habet locum ius accreſcendi in ſuperſtitem, communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudo, vel emphytheuſi receptis pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis, quamdiu adſunt, ſuccedunt.*

2 *Emphytheuſis Eccleſiaſtica quandiu durat deſcendentes ex primo acquirente non reuertit ad Eccleſiam.*

3 *Verba pacti, quando ſunt generalia, etiam pro Cognatis, & Collateralibus ſunt attendenda, & feudum habere debent.*

4 *Mori*

Digitized by Google

4 *Mors alterius ſufficit, vt qui vis ſuccedat, ſi ſimpliciter dicatur poſt mortem eorũ.*
5 *Iuris à regula recedi non debet.*
6 *Emphytheuſis conceſſa duobus fratribus præſentibus, quilibet pro medietate habebit.*

1 FEudo ✝ nouo à ſocijs ſuſcepto, & quandiu ipſi, vel eorum hæredes maſculi, & fœminæ ſuperſint feudum habeant ius accreſcendi indifferenter locum habet, etiã in emphytheuſi Eccleſiaſtica tali tenore conceſſa, per tex. in cap. 1. de duob. fratr. à capit. inueſtit. vbi hoc omnes vno ore tradunt, Nicol. de Neap. Iacob. de Belloviſ. Iſern. num. 1. Bal. num. 1. & 3. Aluarot. nu. 2. Laudenſ. num. 4. Præpoſit. Afflict. nu. 6. Petr. Rauenn. & cœt. Paul. Pic. §. quia vidimus nu. 14. de his, qui feud. dar. poſſ. Curt. iun. part. 2. membr. 2. num. 75. Scrader. part. 7. cap. 1. num. 13. Bart. Socc. conſ. 66. nu. 13. lib. 3. communem dicit Michael Graſſ. recept. ſentent. §. ius accreſcendi quæſt. 33. nu. 5. in fine, verſ. ſed quæro, &c. & ex alijs Roſental. d. cap. 6. concluſ. 75. in gloſ. lit. H.
2 & quod idem ſit in ✝ emphytheuſi Eccleſiaſtica eodem modo conceſſa, quod donec ſuperuiuit aliquis de contentis in prima conceſſione ad Dominum non reuertit, voluerunt Specul. in tit. de locat. vbi de emphytheuſi, §. nunc aliqua, verſ. 69. num. 89. vbi hoc ita didiciſſe Martin. de Fan. de iure emphyt. quæſt. 14. & Azon. ac Martinum. ita reſpondiſſe, nec diſſenſit Io: And. in addit. ad Speculat. d. loco, de quo & q. Pilei 89. videndam dicunt. Roman. conſ. 19. in cauſa quæſtionis 1. & 2. Alex. conſ. 17. nu. 9. lib. 5. vbi num. 10. hoc non improbat, quamuis aliqui in addit. id in verſic. operantur eum improbare, ſibi perſuadeat, nec etiam hoc apertè refellit, conſ. 204. lib. 2: quoniam ibi alia eſt quæſtio ſcilicet,
3 quando ✝ verba punti ſunt generalia, etiam pro Cognatis, & Collateralibus ſunt attendenda, & Collaterales Agnati, ſi adſunt feudum habere debent, Scrader. par. 7. cap. 7. num. 3. arg d. cap. 1. de duob. fratr. à capit. inueſtit. Iuncta l. 1. ff. de leg. præſtand. & l. de pretio, ff. de public. in rem actio, qui Alex. in conſ. 163. num. 4. lib. 7. Speculatorem apertè reprehendit, per ea quæ dicit Bart. in l. ſi mihi, & titio, ff. de verb. oblig. verſ. & ideo prædicta, quæ inducuntur ad quæſtionem, qui Bart. licet de ſpeculatore mentionem faciat, & poſtea diſtinguat, deindè expreſsè caſum ſpeculatoris non ponit, ſed ſimpliciter ſi emphytheuſis cõceditur fratribus duobus præſentibus non eſſe ius accreſcendi, & Bart. opinionem communem eſſe dicit Alex. d. num. 4. cuius veſtigia ſequitur alius in addit. ad eundem Alex. d. conſil. 204. in verbo omnibus in-
4 quiens, quod hæc ſit veritas, quoniam ✝ ſi dicatur ſimpliciter poſt mortem eorum, ſufficit mors alterius pro portione eius, per l. fin. §. ſi filius, ff. de leg. 2. l. Lutius, §. Caio, ff ad Trebell vbi ſcilicet verſamur in materia, in qua alias mero iure ius accreſcendi nõ procedit, præſertim quod explicatio fiat in dubio contra eum, quæ ſe in contractus verbis fundat, l. veteribus,
5 & ibi notatis, ff de pact. Neque à ✝ iuris regula recedendum ſit, per cap. fin. de reſtit. ſpoliat Roland. à Vall. conſ. 5. num. 5. & ſeq. lib. 4. Cæphal. conſ. 195. num. 4. libr. 2. Alex. d. loco & Michael Graſſ. quoquè in §. ius accreſcendi quæſt. 25 num. 3. & quidam in hanc ſuam, & Alex. ſententiam allegat Petr. de Ancaran. in conſ. 245. & Curt. d. part. 2. membr. 2. in fine, tamen illi in caſibus diuerſis, vbi ſcilicet verba aliter ſonant, non propriè in terminis noſtris loquuntur, concedit tamen, vt ſi adiectum fuerit, quod poſt mortem omnium reuerti debeat ad Dominum dictionem omnium
6 ius accreſcendi implicare, & eidem ✝ oportet voluntatis eſſe quæſtionem, quod in principio conceſſionis ſingulariter de vno quoque fratrum, & cuiuslibet perſonæ diuiſim accipiatur Speculatoris doctrinam ſuſcipi, & Iaſ. in l. 2. num. 201. queſt. 17. C. de iur emphyt. Curt. Sen. d. conſ. 49 recolendæ memoriæ num. 54. ſed ibi potius loquitur de facti ſpetie, d. cap. 1. de duob. fratr à capit. inueſtit. & communiter laudari teſte Croto in l. recòniurãti num. 141. ff. de leg. 3. Roland. d. c. 6. concl. 75. in gloſ. lit. K.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio L I.

THEMA.

Feudum conceſſum indiuiduum duobus vno deficiente locum habet ius accreſcendi, communis.

Et quia breuis non opus alio Summario.

FEudum cõceſſum duobus, quod ſit vnum corpus de per ſe, vel ſimile ex pacto indiuiduum

diuiduum videtur conceſſum contemplatione vtriuſq; & ſic vno deficiente ius accreſcendi locum habet, ita Curt. Sen. conſ. 49. num. 51. Pariſ. conſ. 6. num. 6. lib. 1. Detian. conſ. 73. num. 1. lib. 2. Scrader. part. 7. cap. 1. num. 21. in fine, & ante eos hoc voluerunt Martin. Laudenſ. in d. cap. 1. num. 7. ibi vel aliud feudum, ita vt ſit indiuiduum, iuxta tenorē inueſtituræ, & Præpoſit. ibidē num. 1. de ſuus fratr. de nouo feud. inueſtit. & Thom. de Marin. tit. 12. num. 15. dum pro exemplo ponit etiam feuda, in quibus viuitur iure francorum hoc eſt, vt primogenitus ſuccedat, Affliđ. in d. cap. 1. num 11. in fine, ſed cum iſta feuda reſpectu Domini cum vno Vaxallo non ſit indiuiduum, hæc exempla, non mihi ſatisfaciunt, dicit Roſental. d. cap. 6. conclu. 36. num. 8 in gloſ. litera H.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio LII.

THEMA.

Conſuetudine exiſtente, quod Collaterales ſuccedant in feudo, vel in emphytheuſi ſeruanda eſſe communis.

Et quia breuis alio Summario non opus.

SI ſpecialis ſit Conſuetud, vt Collaterales, ſibi inuicem ſuccedant, nemo dubitat illam cuſtodiendam eſſe Laudenſ. in d. §. & quia vidimus de his, qui feud. dar. poſſ. ibique Præpoſit. num. 69. Vulteius de feud. cap. 9. num. 106. in fine Roſental. in ſua ſinopſi feud. cap 7. concluſ. 59. ex multis in gloſ. lit. K. & in Regno eſt abſolutum per Conſt. ut ionem, vt de ſucceſſionibus, ibiq; Iſern. Afflict. & alij, & ex alijs Roſental. in d. concl. 59. nom. 10. & in Capitulis gratiarum à Regnantibus huic Regno conceſſarum, dum ampliata feudorum ſucceſſio ad fratres Patrueles, vt in cap. 1. fol. 102. & idem fol. 127. & diximus ſupra in hac parte in Dilucidat. 35. num. 63.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LIII.

THEMA.

Feudum acquiſitum pro ſe, & fratre eo mortuo ad ſuperſtitem fratrem, & ſic ad Collaterales ipſius, vſquè ad ſeptimum gradum ſuccedunt, ſed poſt fecit trāſitum ad Collateralem illius deſcendentes ſuccedunt in infinitum, communis, & decifa.

SVMMARIVM.

1 *Feudo pro ſe, & fratre ſuccedunt Collaterales, vſquè ad ſeptimum gradum.*
2 *Feudo peruēto ad Collaterales, poſtea iſtius Collateralis deſcendentes ſuccedunt in infinitum.*

1 FEudum, ✝ de quo ſtipulatum ſit pro ſe, & Patre, ſi Pater per Collaterales, vſqu ad ſeptimum gradum ſuccedunt, vt latè fundat Roland. à Valle in conſ. 32. nu. 22. lib. 3. Sonsbech. de feud. part. 9. nu. 84. Sed ſi feudum ad ipſius, vel ſuorum deſcēdentiū Collaterales peruenerit, & trāſitum fecerit, tunc eius deſcendentes, & ſic Agnati in infinitum ſuccedunt, c. vnico de natur. ſucceſſ. feud. verbi gratia filius de feudo inueſtitus mortuus eſt, quod relictis filijs duobus, vnus filiorum ſolus in feudo ſuccedit mortuo filio nullis relictis liberis feudum ad fratrem ſuperſtitem tranſit in hoc feudo, in quo frater, & ſic tranſuerſalis defuncto fratri ſucceſſit tranſuerſalium deſcendentes non ad ſeptimum gradum, ſed in infinitum admittuntur d. cap. vnic. de natu:
2 ſucceſſ. feud. & vltimus ✝ Agnatus primi acquirentis ſucceſſor eſſe intelligitur, etiam ſi feudum per mille manus ambulauerit d. cap. vnic. in fine de ſucceſſ. feud. Aluarot. in d. cap. vnico, §. hoc quoquè ſciendum de his, qui feud. dar. poſſ. idem in cap. vnic. §. ſi Capitanei num. 2. verſ. quæro cum gloſ. de feud. March. &c. Laudenſ. in d. cap. vni. §. & quia vidimus de perſonis, num. 38. & ſeq. de his, qui feud. dar. poſſ. Iacob. de feud. in verbis præſentes, & recipientes nu. 6. Curt. iun. part. 3. tract. feud. membr. 3. Iul. Clar. in §. feudum, quæſt. 79. num. 3. Hartm.

Hartm.

Hartm. in pract. obſeruat. tit. de ſeud. obſeruat. 17. Roland. à Vall. conſ. 3. num. 9. lib. 1. & conſ. 10. num. 21. & conſ. 32. nu. 27. lib. 3. Ferrar. in pract. forma libelli ad reuoc. ſeud. ſuper verſ. nec ſuperſtitibus nu. 9. Cæphal. conſ. 4. num. 46. & ſeq. lib. 1. & hanc ſententiam Domini Imperialis Cameræ probarunt, Miſyng. cent. 2. obſeruat. 95. Gail. lib. 2. pract. obſeruat. 150. Borcolt. de feud. cap. 3. membr. 2. num. 93. an eſt dicendum ſi feudum, &c. & ex alijs communibus opinionibus comprobat Roſental. d. cap. 7. concluſ. 59. num. 10. in gloſ. lit Q. & diximus ſupra in hac parte in Dilucidat. 36. vbi de Patruo magno, & pro Nepote.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LIV.

THEMA.

In feudo nouo ſuccedunt deſcendentes in infinitum, & Collaterales ſi reperiuntur Agnati in ſeptimo grado communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes à primo acquirente in infinitum ſuccedunt.*

2 *Collaterales deſcendentium, vſquè ad ſeptimum gradum incluſiuè tantum ſuccedunt de iure communi feudorum.*

3 *Collaterales de iure Conſtit. vſquè ad tertium gradum, & per gratiam ampliatũ.*

4 *Feudo peruento ad lineam Collateralem deſcendentem ex primogenito eius Collateralis, qui ſucceſſit deſcendentes in infinitum ſuccedunt.*

5 *Collateralis acquirentis, qui vltra ſeptimũ gradum eſt vltimo deſcendenti, non ſuccedit in feudo.*

1 SVcceſſio Collateralium in feudo nouo, vſquè ad ſeptimum gradum incluſiuè tantum porrigitur, & hanc opinionem frequentiſſimè tenẽt interpretes in cap. 1. §. & quia vidimus, & etiam Iſern. num. 23. in fine: Laudenſ. num. 40. Præpoſit. num. 68. Aluarot. num. 5. verſ. ſed iſtud eſt intelligendum, & pulchrè Balzeran. num. 29. poſt verſ. contra quia Regnum de his, qui feud. dar. poſſ. præſertim vero Beluiſ. in capit. 1. verſ. ſi Capitanei in fine, vbi ſic diſtinguit, (aut feudum de acquirente fecit tranſitum primordialiter ad deſcendentes ex eo, & tunc tranſit ad deſcendentes eius in infini-

2 tum, & ad tranſuerſales † deſcendentium regulariter, non niſi reperietur Agnatus in ſeptimo gradu vnius ex deſcendentibus, aut de acquirente primordialiter fecit trãſitum ad Collaterales ex pacto, vel in alijs caſibus, quibus poteſt hic non ingreditur vltra ſeptimum gradũ, ſic Nicol. de Neap. ibidem Bal. Aluarot num. 2. Præpoſit. Rauenn. Afflict. Schench. & alij de feud. March. Paul. Pic. num. 71. 72. & 73. vbi communem dicit, & tenendum poſt Odofred. in ſumm. tit. qui ſucced. poſſ. in feud. Thom. de Marin. veriorem, & magis communem aſſerit in tract. de gener. feud. tit. 2. membr. 1. nu.

3 16. 17. & ſeq. vbi ait per † Conſtitutionem Regni Siciliæ ſtatutũ eſſe ſucceſſionem ad tertium gradum Collateralium, & per gratiam ampliatum, vt alias diximus Caſſan. in Conſuet. Burgund. rub. 3. in princ. num. 14. Scheneid. part. 6. cap. 5. num. 6. cum ſeq. præ-

4 ſertim num. 14. vbi dicit ſecundum † communem opinionem Conſuetudine firmata ſuccedere Collaterales à primo acquirente deſcendentes, vſquè in infinitum per d. §. & quia cum tribus ſeqq. de his, qui feud. dar. poſſ. c. ſi vaſſ. feud. priua. c. 1. de nat. ſucc. Vulteius feud. de feud. li. 1. c. 9. n. 102. & ſeq. præſertim, num. 105. Intrigl. in qq. feud. quæſt. 46. num. 52. communem dicit Ferrar. in pract. in form. libelli ad reuocat. feud. in verſ. nec ſuperſtitibus num. 9. Cauarr. var. reſol. lib. 3. cap. 5. n. 4. verſ. quinto hinc, &c. Mozz. de ſubſtant. feud. num. 76. Gail. lib. 2. obſeruat. 150. nu. 4. & 5. eſſe veriorem Miſyng. obſeruat. 95. cent. 2. & vterquè Miſyng. & Gaill. teſtantur in Camera Imperiali obſeruatum, & Conſuetudine Germanorum approbatam ſententiam eſſe, poſt Zaſ. part. 8 num. 5. & ex alijs etiam communibus opinionibus firmat Roſental. d. cap.

5 7. quæſt. 56. num. 2. in gloſ. lit. A. † Collateralis acquirentis, qui vltra tertium gradum ſunt vltimo ex linea deſcendenti defuncto, non ſuccedunt in feudo, etiam ſi ex eo, qui primus ex Collateralibus acquirentis ſucceſſit, deſcendunt, & Collateralis feudi capacis, & admiſſi deſcendentes in linea recta in infinitum admictendi videntur, & hanc opinionem in effectu communem videri ait, Cannet. in extrauag. c. aliquem num. 2. & ſeq. Roſental. d. cap. 7. concluſ. 59. num. 18. & explicando tex. in cap. 1. §. hoc quoquè ſciendum de his, qui feud. dar. poſſ.

dar. poſſ. dicens, (cum moderni temporis vſquè ad ſeptimum gradum vſurpatum) ſubijcit, ꝙ in maſculis deſcendentibus nouo iure, vſquè in infinitum, &c. idem indicium eſt de tex. in capit. ſi Vaxallus feudo priuetur ibi, & etiam in infinitum, dum tamen coſtet hos ab eo, &c. ſupra ex præcedentibus, ſiuè anteceſſoribus, qui id acquiſiuit.) ita text. in cap. 1. de natur. ſucc. quidquè de feudo paterno, & ex acquirentis maſculis deſcendentibus vltimi defuncti Collateralibus agit, & ex his, & communibus opinionibus concluditur, quod deſcendentes à primo acquirēte in infinitum ſuccedunt quocumquè gradu, ſiuè vigeſimo, vel centeſimo fuerit, vltra iam dictam communem, & alia à Roſental. d. cap. 7. q. 56. num. 2. & in gloſ. lit. B. etiam poſt annos quingentos, vel mille Bal. Aluarot. & Rauenn. in cap. 1. de feud. March. Zaſ. in epit part. 8. num. 5. Burſat. conſ. 291. Illuſt. Marchio, num, 84. lib. 3. vbi hanc probatam de Conſuetudine, & communem aſſerit, & ex alijs Roſental d. concluſ. 56. in gloſ. lit. C. & Collaterales vſquè ad ſeptimum gradum incluſiuè vltimo decedenti ſuccedunt ſed poſtquam feudum tranſitum fecit ad Collaterales deſcendentes ex eo ſimiliter in infinitum ad feudum admictuntur, vltra iam dictos Burſat. in conſ. 63. num. 5. & 6. ex communi conſ. 291. num. 54. Menocch. conſ. 400. num. 58. lib. 2. communem, & in Camera Imperiali probatam ſententiam teſtatur, eiuſquè exemplum refert Miſynger. d. obſeruat. 150. lib. 2. per totum num. 5. & ex alijs Roſental. in d. concluſ. 59. nu. 19. & in gloſ. lit. L.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio L V.

THEMA.

In feudo ex pacto, & prouidentia ſucceditur primo acquirenti in feudo vero hæreditario, vltimo decedenti ſucceditur communis.

Et non opus alio Summario, quia breuis.

IN hoc eſt diſtinguendum, aut feudum eſt ex pacto, & prouidentia, aut hæreditarium ſimpliciter, aut mixtum. Primo caſu ſi feudum eſt ex pacto, & prouidentia ſucceditur primo acquirenti de communi Doctorum ſententia, ſecundum Bal. in cap. 1. §. fin. de ſucceſſ. feud. Bal. & Laudenſ. in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis Aluarot. in cap. 1. §. ſi Capitanei, num. 2. verſ. quæro cum de feud. March. Iacobin. in verſ. præſentes, & recipientes, num. 6. Clarus in §. feudum quæſt. 79. num. 3. in fine, Borcolt. cap. 7. nu. 93. Ruyn. conſ. 142. nu. 16. lib. 3. Pariſ. conſ. 65. num. 21. & ſeq. lib. 3. Roland. à Valle conſ. 3 num. 9. lib. 1. & conſ. 10. num. 21. & conſ. 32. nu. 27. lib. 3. Cæphal. conſ. 4. nu 46. lib. 1. Menocch conſ. 124. num. 42. lib. 2. & & conſ. 226. num, 14. lib. 3. & conſ. 690. nu. 5. lib. 7. vbi dicit hanc eſſe magis receptam ſententiam, vnde feudum antiquum dicitur dari hæredi primi acquiſitoris, etiam ſi non ſit hæres vltimi defuncti, Iaſ. in l. poſt mortem, num. 3. ff. de leg. 1. & in conſ. 63. in fine lib. 2. Brun. conſ. 1. num. 44. & conſ. 18. num. 13. & ſeq. conſ. 25. in fine, Pariſ. conſ. 6. num. 13. lib. 1. Cæphal. conſ. 152. num. 101. dict. conſ. 224. numer. 19. lib. 2. Burſat. conſ. 63. num. 16. & conſ. 82. num. 13. lib. 1. Caccheran. deciſ. Pedemont. 26. num. 10. Pinell. in l. 1. §. 3. num. 9. cap. de bon. matern. Gozzadin. conſ. 8. num. 2. communem dicit, & ex alijs communibus opinionibus & authoritatibus comprobat Roſental. d. c. 7. conſ. 21. num. 6. & in gloſ. lit. E.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio L V I.

THEMA.

Agnati, ſiuè filij repudiata defuncti hæreditate feudum ex pacto habere poſſunt, & ad onera hæreditaria non tenentur.

SVMMARIVM.

1 *FEuda ex pacto ſucceſſor repudiata hæreditate habere poteſt.*

2 *Feudum ex pacto, & prouidentiæ tunc eſt, quando conceſſio facta eſt filio, & liberis, ſiuè filijs ſuis expreſſis, vel non expreſſis nominibus, & non adſit verbum hæredibus.*

3 *Filius ſaltē hæres Patris in allodialibus eſſe* *debet,*

debet, nè Pater hæredem non habens iniuria afficiatur.

4 *Agnatus non quærit feudum mediante Patre, ſed mediante altero Agnato.*

5 *Filius venit eodem iure cum Patre, ſed Agnatus ex diuerſo capite.*

6 *Feudum ex pacto non venit in bonis, nec in hæreditate defuncti petitione, quia deſcendentes, etiam ſi vllo modo ſint hæredes defuncti habere poßunt.*

7 *Feudum hæreditatem ſine feudo renunciare non poteſt.*

8 *Regna, & feuda, quouis pacto, & Conſuetudine dantur primogenitis filijs, vel Agnatis ſine ſint hæredes, quia non ſuccedìtur vltimo morienti, ſed primo acquirenti, & ad onera non tenentur, & idem in ſepultura parentum.*

9 *Sepultura Parentum tranſmictitur ad liberos, vt liberos, licet Patris non ſint hæredes.*

10 *Tutela tranſmictitur ad Agnatos, licet non decedentis hæredes.*

11 *Feuda, & Regna, quod veniant ad liberos, vel Agnatos, licet non ſint patris, vel decedentis hæredes, ratio eſt, quia non habet ex eorum diſpoſitione, ſed primi acquirentis.*

12 *Iſernia opinio quod filij non habeant feudum, niſi ſint Patris hæredes, contra eum eſt communis opinio, & ipſe Iſern. in hoc eſt varius.*

13 *Iſern. dicit hæc, feuda habent deſcendentes, & ſi hæredes non ſint, & ſic eius opinio eſt, vt diximus, & à nonnullis comprobata.*

14 *Iſern. ſi eſt varius pro neutro iudicari debet eius opinio.*

15 *Feudum ex pacto, & prouidentia intelligitur datum ordine ſucceſſiuo, & ſtatim primo moriente fingitur feudum ad Dominum reperueniſſe, & ab eodem de nouo reconceſſum.*

16 *Feudum tale cenſetur datum ad vtilem, quod fieri poteſt.*

17 *Feudum apertum videtur conceſſum, quando inueſtitura fuit, & viuente feudatario fingitur, nunquam illius fuiſſe, qui conditionaliter tenebat, donec viueret.*

18 *Morientis iure, quando quid accipitur, debet eſſe hæres, ſed quando morientis iuris alicuius ſit extinctio, nulla eſt acceſſio, & repræſentatio.*

18 *Iſern. dicens, quod filius debet eſſe Patris hæres, vt feudum retinere poſſit, intelligitur, ſit hæres in allodialibus, & feudum habet præcipuum confecto inuentario.*

20 *Hæres tripliciter conſiderari poteſt, hæres feudi, hæres ſanguinis, & hæres allodialium.*

21 *Authoris opinio eſt, quod filius feudum ex pacto, & prouidentia habere poſſit, etiam ſi Patris hæres non ſit, & non confecto inuentario comprobat.*

22 *Feudum, & emphytheuſim, quæ transfert ad filios Pater cenſetur acquirere filijs, vt filijs non vti hæredibus.*

23 *Feudum ex pacto & prouidentia, maximè antiquum Pater ſine conſenſu filiorum, & Agnatorum alienare non poteſt, nec aliter concedere.*

24 *Filius feudum ex pacto, & prouidentia hæreditatem renuntiare poteſt, decifum pluries.*

25 *Hæres alienantis rem feudalem ſuccedens ex tenore conceſſionis, abſquè facto, & voluntate alienantis admictitur contra alienationem, factumquè defuncti, etiam in feudo hæreditario.*

26 *Feudorum tres caſus ponit Bald. Primò, quādo accipitur ſimpliciter pro ſe, & hæredibus, & in iſtis habet locum, cap. an Agnatus. Tertius, quando accipitur pro ſe, & filijs, ſiuè liberis ſuis, & in hoc filij poſſunt retinere feudum, abſquè hæreditate.*

27 *Regula, quod filius habet neceſſe, vtrumq; acceptare hæreditatem, & feudum, vel vtrumquè repudiare ſeptem modis limitatur.*

28 *Feuda Patri, vel alteri prædeceſſori conceſſum pro ſe, & liberis, etiam cum clauſula, vt correſpondeant, ſibi liberis, & hæredibus ſuis, &c. eſt ex pacto, & prouidentia, & filius habebit, & ſi Patris hæres non ſit.*

1 DE Agnatis, † vt habeant feudum, etiam ſi defuncti hæredes non ſint, & non de filijs eſt tex. in cap. 1. an Agnatus, vel filius, &c. quando expreſsè tenet Iſern. in c. 1. verſ. & olim, num. 7. de ſucceſſ. feud. & ſtatim ibi ſe corrigere videtur, inquiens in hoc feudo deſcendentes ſuccedere, & ſi nō ſint hæredes, quia non habent à Patre, idem in cap. 1. num. 2. & 3. ex communi num. 4. & 6. an Agnat. vel fil. repud. hæredit. vbi tamen num. 4. inuentarij confectione ſe liberari dicit, idem videtur velle in cap. 1. de alien. feud. patern. Afflict. in d. capit. 1. an Agnat. vel fil. num. 5. & expreſsè num. 12. 19. 32. & 38. & ibidem Balzeran. num. 15. cum 16. limit. idem Afflict. in eod. cap. 1. nu. 3. de eo, qui ſibi, & hæred. & in cap. ſi Titius filios num. 8. ſi de feud. controu. fuer.

Camer.

Camer. in cap. Imperialem num. 97. lit. K.
& in paru. impreſſ. fol. 787 ibiquè Ardizō.
(ſententiam ab hac communi omnium cō-
trariam hæreſim appellat,) & ex alijs in c
1. quæſt. 1. num. 29. & 83. in tit. an Agnat. &
1. fil. repud. hæred. Curt. iun. de ſeud. par. 1.
quæſt. 8. num. 19. latiſſimè omnium vtriuſq;
partis argumentis, Hartman. Piſtor. libr. 2.
qq. part. 1. quæſt. 1. à principio, vbi demum
nu. 10. in hanc ſententiam concurrit, eamq;
crebiori claculo receptam, & verbis d. cap.
1. ac doctrinis examinatis magis conuenire
affirmat, & num. 38. idem quæſt. 5. nu. 71.
part. 3. Fritia de ſubſeud. lib. 2. author. 29.
num. 10. Minad. in repet. Conſtit. Regni in
aliqnibus num. 47. Thom. de Marin. de ge-
ner. ſeud. cap. 1. de feud. ex pact. & prouid.
num. 31. & 32. qui alios adducit, & ex alijs
Roſental. de ſeud. d. cap. 7. concluſ. 20. in gl.
lit. A. & tunc cenſetur facta conceſſio feu-
2 di ex pacto, & prouidentia, † quando feud.
conceditur Titio, & liberis, ſiuè filijs ex-
preſſis nominibus ipſorum filiorum, vel nō
expreſſis nominibus ipſorum filiorū, dum-
modo in conceſſione non exprimatur illa
vox hæredibus, vt per Iſern. in cap. 1. §. hoc
quoquè num. 7. de ſucceſſ. ſeud. in cap. 1. in
princ. an Agnat vel fil. & in cap. 1. nu. 11.
de alien. ſeud. pater. & alij, per Thom. de
Marin. d. loco nu. 25. fol. 5. adducti, in quo
feudo ex pacto, & prouiden. Agnatus ſuc-
cedit primo acquirenti, etiam quod non ſit
3 illius hæres, quod † ſecus eſt in filio, qui
Patris hæres eſſe debet, ſaltim in allodia-
libus ratio diuerſitatis aſſignatur inter filiū
& Agnatum, per Iſern. in cap. 1. an Agnat.
num. 4. nam filius ideo debet eſſe hæres Pa-
tris in allodialibus, nè paternum habens
hæredem iniuria afficiatur, iuxta tex. in §.
1. inſtit. qui man. non poſſ. quam rationem
ſecutus eſt, Camer. vbi ſupra alia ratio aſſi-
gnata fuit per Iacob. de Bellouiſ. in d. cap.
4 an Agnat. Nam † Agnatus non quærit feu-
dum mediante perſona ſui Patris, ſed me-
diante alio Agnato: filius quærit ſuo Patre
medio, & ideo debet eſſe eius hæres, quia
ab eo venit, & deſcendit, ſed Agnatus ab
Agnato non, vt dicit tex. in cap. 1. de ſucc.
feudi in princ. in cap. 1. de grad. ſucceſſ. in
feud. prout refert Aluarot. in cap. 1. col. 2.
5 an Agnat. Item quia † filius venit eodem
iure cum Patre, cum ſint eadem perſona:
ſed Agnatus venit ex diuerſo capite, arg. l.
ſed cum Patrono, ff. de bonor. poſſeſſ. ſecūd.
tab. aliam rationem aſſignat Bald. dicens,
quod ſi defunctus moritur cum hærede,
feudum eſt in bonis ipſius defuncti, ſecus
tamen ſi moriatur ſine hærede, quia tunc
non diceretur feudum remanere in ſuis
bonis, quę ratio non placet, quia procede-
ret in feudo hæreditario, quod dicitur eſſe
in hęreditate, & bonis defuncti, prout in-
quit gloſ. in l. item videndum, §. fin. ff. de
petit. hæredit. quam allegat Iſern. in cap. 1.
qui ſucceſſ. tenean. in fine, & in alijs multis
6 locis, nos autem tractamus † de feudo ex
pacto, & prouidentia, quod ſecundum ve-
ram concluſionem non dicitur eſſe in hæ-
reditate, nec venire in petitione ipſius,
quando alicui eſt conceſſum, vt ipſe vel
eius liberi, ſiuè filij ſuccedant, etiam ſi nul-
lo modo ſint ipſius hæredes, nec in feudo,
nec in bonis allodialibus, contra ea quæ di-
cuntur in cap. 1. an Agnatus, vt ex hac in-
ueſtitura corrigantur ibi dicta, dum filius
non poteſt feudum habere, & hæreditatem
defuncti repudiare, prout etiam dicitur in
cap. 1. §. ſimiliter, verſ. filius de cap. qui
7 cur. vend. vbi dicitur † filium non poſſe re-
pudiare hæreditatem Patris, abſquè feudo,
ſed præcedente huiuſmodi inueſtitura po-
terit hoc facere, hoc eſt hęreditatem allo-
dialium repudiare, feudumquè præcipuum
retinere ad inſtar Agnatorum: Nec ſimi-
liter videtur Agnatum quærere feudum
mediante alio Agnato, filio autem median-
te Patre, quia nequaquam hoc procedere
videtur in feudo ex pacto, & prouidentia
8 antiquo, ſicut † in Regnis, & alijs, quæ ex
Conſuetudine, vel ſtatuto dantur primo-
genitis, quia non ſucceditur, nec patrimo-
nialiter, nec hęreditario modo, adeòquod
ad onera defuncti ſucceſſor teneatur, quia
illum non ſequuntur, & Regnum, & feuda
quæ primogenitis deferuntur, vbi vti hęre-
dibus, ſed vti filijs, ſicut quædam opere
debite à libert. patrono ſuo tranſeunt ad fi-
lium, vti filium, & illi debentur, licet
hæres Patris non ſit, vt in lege ſi opera-
rum, ff. de oper. liber. liber. quæ tranſit
ad liberos, licet illius hæredes non ſint, vt
in l. vel quod, §. liberis de relig. & ſupt.
10 funer. cum ſimil. idem in † tutela, vt ex
l. multipliciter de tutelis, idem in dignita-
tibus ſecundū earū occaſione, vt in l. ſi quis
in Sacro, in l. vnica, §. proximus de Sa-
croſanct. Eccleſ. & hæc nihil commune ha-
bent cum hæreditate, vt in l. à duobus cir-
11 ca medium de oper. libert. & ratio † eſt,
quia Regnum, & huiuſmodi feuda non ha-
bet à Patre, vel ab Agnato, nec eius diſpo-
ſitione, cum nec ſibi afferre poſſet, conſe-
quenter eius onera propria ſubſtinere non
debet, & ideo dicit tex. quod filius arroga-
tus, ſiuè adoptiuus non tenetur onera in
iuncta à Patre adoptiuo ſubire, quòad quar-

tam portionem iure filiationis, ſibi debitã, quia illam non à Patre adoptiuo, ſed ex legis prouideutia conſequuntur, ſicut ſucceſſor Regni, & feudi, quæ ex diſpoſitione Conſuetudinis conſequuntur, non autem vti cui ſucceditur hæres, Io: de Terra Rubea in tract. contra rebell. art.1. tractat.1.
12 concl.17.fol.16. & quamuis Iſern.† in locis ſuperius dictis teneat contrarium tamen hæc eſt communis ſchola Doctorum ſcilicet, vt cap.1.an Agnatus non habeat locum in feudo, cuius inueſtitura dicit pro recipiente, & liberis, ſiuè filijs ſuis, & ſic in feudo ex pacto, & prouidentia, maximè quod Iſern. in hoc fuerit verius, nam in cap.1. in fine in prima rub. qui ſucceſſ.ten.dicit, ſunt quædam feuda paterna hæreditaria, de quibus dicitur in gloſ. ff. de pet. hæred. l. non tantum, & feuda paterna non hæreditaria, ſed ex pacto, & prouidentia filijs debita, etiam ſi non ſint Patris hæredes, &c. Et in cap.1. §. hoc quoquè num.7. de ſucc. feud.
13 idem † Iſern. inquit hæc feuda habent deſcendentes, etſi hæredes non ſint, vt dictum eſt ſupra in princ. huius tituli, quia non habent à Patre, & idem dixit in cap.1. nu.18. qui ſucc eſſ.ten.d.l.cum Patronus, ff. de interdict. & relegat. & in l. ſi arrogator in fine, ibi principali prouidentia, ff.de adopt. cum qua poſtrema Iſern. opinione tranſit Aluarot. in d.cap.1.col.4. an Agnatus poſt Bal. allegat, l. vt iuris, in §. ſi liberi, ff. de oper.libert. in l. ſi arrogator, §.ſed an impuberi, & de adopt. l. ſi filius, qui Patri, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. ſi cum Patrono ff. de bon.poſſeſſ.& hanc ſententiam firmat Bart. in l.item videndum, §. fin. & ibi Bal. & Ang. ff. de petit.hæred. Iacob. Ardizon. in ſum. tit.de ſucc.feud. Io:And. in ſpecul. tit. de feud. §. nunc dicemus in 2. addicio. Cyn. in l.2. in fine, C. de liber. & eor.liber. Iacob. de Bellouiſ. in cap.1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis Alex.in l. ſi Patroni 7.col.ad Trebell. Præpoſit. in d.cap.1. an Agnatus, & facit lex, cum Patronus, §.cum libertus, ff. de oper.libert. & in l.quodcumquè, §. ſi ita, ff. de verb.oblig. & cum his pertranſit Alex. in conſ.19.col.2. & conſ.26. pen. & vlt.conſ.29.col.3. lib. . Luc. de Penn. in l. ſi quis in Sacris, C. de proxim.ſacr.ſcrin. lib.12. dicit feudũ deberi filijs, etiam quod non ſint Patris hæredes allegat, l. debitor, §.fin. & l. filio, ff. ad Trebell. & ad l. Falcid. l. Pater filium, & in Auth. de nupt. §. ſoluto, verſ. ſi vero, & in §. vt ſuper his, & ex alijs Galzeran.lib.2.de feud. in cap.1. an Agnat. num.23. & ſi Capye. in inueſtit. feud. in cap.feudorum genera, verſ.ex pacto, & prouidentia in tertia declaratione fol.239.col.1. multos pro hac poſtrema opinione adducit, & dicit tamen Andreæ authoritas præualet, & ſecundum eum in
14 Regno iudicatur, † ſi Andr.de Iſern.eſt ſibi varius, & contrarius pro neutra ipſius opinione iudicari debet. & magis pro ea, quod filius etiam ſi Patris hæres non ſit feudum ex pacto, & prouidentia habere poteſt cum ex perſona morientis nõ habeat, quia ius illius per mortem intercedit, argum. l. vxor Patrui, C de legat. & in l.quod in rerum, §. ſi vſumfructum de legat. 1. & in l.
15 Sacro de vſu leg. & † feudum intelligitur datum primo, & poſt mortem ipſius ſecundo, & alijs ſucceſſoribus ex ordine gradus, & ſtatim primo moriente fingitur feudum ad Dominum reperueniſſe, & ab eodẽ de nouo eſſe conceſſum notat, idem Iſern. in d.cap.1. verſ.& olim 3.col.ibi dum dicit, in quo poſt diem mortis erit donatio, & conceſſio de per ſe, & dabitur vtilis reiuẽ-
16 dicatio, & ibidem dicit, quod † feudum cenſetur datum ad vitam, quod fieri poteſt cap.1.col.3 Imperator Lotarij, & in cap.1 ſi Vaxallus, feud.priuet.& in cap.1.col.2.de eo, qui ſibi, & hæred.ſuis, & in cap.1.§.præterea, 4.col. de prohib.feud.alien.per Federic. & hoc voluit in d.cap.1. in 6.col. dum
17 dicit, vnde & ſic † feudo aperto videtur, tunc conceſſum, quando inueſtitura facta fuit, argum. ff de diuerſ. & tempor.præſcr. l. de acceſſionibus in fine moriente, enim feudatario fingitur, nunquam illius fuiſſe, qui ſub vita tenebat, quaſi conditionaliter, donec viueret, dicit ipſe in d. cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. col. 2. allegat text. in l. quod ſi pendente de peric. & commod rei. uendic. & in l. promittè, ſi cert.pet. ſemper habet à primo acquirente ob mortem, tamen vltimi argum. l.cohæredi, §. cum filij
18 de vulg.& pupill.ſubſtit.† ſubingreſſio autem fit, quando ex iure morientis ad poſteros fiat acceſſio, vt notant Doctores, in l. qui ſuperſtitis, ff.de acquir.hæred.ſed quãdo per mortem iuris alicuius fit extinctio, nulla poteſt eſſe acceſſio, & repræſentatio, vnde dicit Ioan.Ant.Rub.in l.Gallus, §.quidam rectam fol. 14. de liber. & poſthum. quod vbi feudum eſt ex pacto, & prouidentia filius non ſubintrat in locum Patris, & ita dicit fuiſſe iudicatum Corn.conſ.24.col. pen. & fin.lib.2. ad materiam Socc. conſil. 252. lib.2. Fritia de ſubfeud. lib.3. in different.feud. ex pacto, & prouident.& feud. hæred. different.1. num.2. Arius Pinell. in l.1.part.3.num.93. verſ. in feud. autem C. de bon.matern. vbi teſtatur hanc communem

nem eſſe opinionem, Camerar. volens con-
cordare Iſern. in dict. §. Preterea Ducatus
19 ſol. 98. quod † dum Iſern. dicit filium poſ-
ſe habere feudum, etiam ſi non ſit Patris
hæres, intelligitur velle ſentire, vt non ſit
hæres Patris in ipſo feudo, & dum in alijs
locis per ipſum ſupra allegatis dixit, quod
filius debet eſſe Patris hæres, vt feudum re-
tinere poſſit, intelligitur, vt ſit hæres in
bonis allodialibus, & nõ in ipſo feudo, quod
habet præcipuum confecto, tamen inuen-
tario, ita firmat Io. Thom. de Marin. de
gener. feud. lib. 1. de feud. ex pact. & pro-
uident. cap. 1. num. 33. & ſeq. ſol. 7. idem Re-
gens Camill. de Curt. in ſuo diuerſ. feud. in
cap. incip. Nunc de alia feudi ſpetie, &c. n.
21. & ſeq. ſol. 58. at concordantiam prædi-
ctam, Camer. adducens, quod ante Came-
rar. prædixerat Loffred. in ſuo conſ. 1. num.
68. vbi conſiderat filium habere eſſe hære-
dem in allodialibus, & non in ipſo feudo,
& hoc ſimiliter fuiſſe de intentione Guliel.
de Pern. in primis ſuis notabilibus col. 1.
vbi ſentit eſſe hæredem, vel non eſſe hære-
20 dem in feudo feudum habere, † hæres in
feudo poteſt conſiderari altero de tribus
modis, hæres feudi hæres ſanguinis, & hæ-
res allodialium, vt optimè declarat Fritia
lib. 2. de ſubfeud. in different. 16. fol. 262. ſed
21 his relatis † mea opinio eſt, quod filius
feudum ex pacto, & prouidentia habere
poſſit, etiam ſi Patris hæres non ſit, & non
confecto inuentario, quod vltra ſuperſus
dicta ex Iſern. & alijs corroboro.
22 Primo in † his, quæ tranſeunt ad filios, ſi-
bi vt, & vt ad extraneos, vt eſt feudũ, & em
phytheuſim Pater cenſetur acquirere filijs,
vt filijs non, vt hæredibus, Iaſ. in d. l. Gal-
lus, §. quidam rectè, num. 24. de liber. &
poſthum. in l. quod dicitur poſt num. 29. de
verb. oblig. ergo vti filius, non vti hæres ha-
bebit, ex quo hæreditate renuntiata feudũ
retinere poteſt, & in feudo ex pacto, & pro-
uidentia ſucceditur iure ſanguinis, & pro-
inde cap. 1. an Agnatus in tali feudo locum
non habet, ex multis firmat Vulteius de
feud. cap. 9. num. 114. fol. 549. verſ. facit, vt
verior, ſed etſi in hac quæſtione reperiri
magis communis opiniones hinc inde, vt
denumerando Authores, Caccheran. in de-
ciſ. 162. & ante eum Clarus in §. feudum
quæſt. 76. col. 2. vbi plures cumulat Autho-
res, & tandem ipſe ſequitur negatiuam o-
pinionem d. tit. & cap. 1. an Agnatus, vel
fil. &c. non habere locum, & prædixerat
Couarr. lib. 2. var. reſolut. cap. 19. & Cacche-
ran. in d. deciſ. pro parte affirmatiua cumu-
lat quatraginta Doctores, & pro parte ne-
gatiua quinquaginta tres DD. & Syluan.
pro reconciliatione, valdè laborat. Cacche-
ran. tandem in d. deciſ. 162. & 76. ſub nu.
9. ex mente Iſer. pro concordia diſtinguit,
ſi feudum eſt mixtum, ſecundum Deti. cõſ.
161. filius non poteſt habere feudum, niſi
ſit Patris hæres, & habet locum d. cap. 1. an
Agnatus, ſi feudum eſt paternum, vel an-
tiquum ex pacto, & prouidentia pro ſe, &
liberis, ſiuè filijs, filius poteſt hæreditatem
repudiare, & feudum obtinere, & diſpoſi-
tio d. cap. 1. an Agnatus non habet locum,
ita diſtinguerat Iſern. in §. & ſi liberi col.
3. verſ. quid ergo de alien. feud. pater. Bal.
in d. tit. an Agnatus num. 11. & in conſ. 70.
lib. 2. Corn. conſ. 309. col. ante penult. lib. 1.
Ruin. conſ. 1. num. 12. & ſeq. lib. 1. cum alijs
adductis per Caccher. in d. deciſ. 162. qui li-
cet ab hac diſtinctione recedere videtur,
firmatur in feudo expreſsè conceſſo primo
acquirenti, & eius liberis, & deſcendenti-
bus, & hoc caſu locum non vendicat d. cap.
1. an Agnatus, quia filius poteſt repudiare
hæreditatem, & retinere feudum, & in hoc
caſu debet intelligi, vt loquantur Docto-
res, & ſecundum opinionem negatiuam,
quam diſtinctionem nos ſequmtur, quia eſt
fulcta ratione, vt per Caccheran. in d. deciſ.
162. vbi reſpondet ad contraria, quæ ad-
duci poſſunt, vt refert, & firmat Mozz. de
feud. cap. de natur. feud. num. 74. verſ. Fri-
tia in hac quæſtione, & ſeq.
23 Secundo feudum † ex pacto, & prouĩ-
dentia, maximè antiquum ſine conſenſu fi-
liorum, & Agnatorum non poteſt alienari
pignorari, dominari, nec in eo onus im-
poni, vt latè firmat Io: Thom. de Marin.
vbi ſupra tit. de feudo antiquo ex pacto, &
prouidentia in cap. incip. hæc concluſio nu.
50. & ſeq. ſol. 26. ſi filius ſucceſſor opor-
teret ei eſſe heredem, ſi habere vellet, eiuſ-
què cõſenſum frater diſponere poſſet, quia
hæres factum defuncti habere debet, vulga-
ta, l. cum à Matre, C. de rei vendic.
24 Tertio adducit † plures deciſiones Ca-
meræ Imperialis, in quibus determinatum
fuit, quod filius, qui repudiaſſet hæreditatẽ
Patris, non teneretur promiſſionem Patris
adimplere, etiam ſi feuda ex pacto, & pro-
uidentia, quæ Pater tenuerat, poſſideret, &
iterum deciſum in Camera Imperiali dicit
Miſynger. obſeruat. 67. centur. 3. vt ex alijs
firmat Roſental. de feud. c. 2. concl. 33. n. 38.
Quarto, Arius Pinell. in l. 1. C. de bon.
matern. part. 3 num. 91. & ſeq. ſol. mihi 396
pluribus communibus opinionibus innu-
meriſquè Doctoribus relatis], & diſcuſſis
tandem num. 95. dicit, (ſed omnibus ma-

turè penſantis in ea, eum ſententia contra
omnes ferè ſcribentes curioſè ſupra cita-
25 tos, vt † hæres alienantis rem feudalem
ſuccedens in feudum ex tenore conceſſio-
nis, abſquè facto, & voluntate alienantis
admictitur contra alienationem factumquè
defuncti, & hoc non ſolum in feudo fami-
liari, ſeu ex pacto, & prouidentia, ſed etiã
in hæreditario, quod tamen ad extraneos
transferri nequit, idquè etiam non facto in-
uentario iuribus rationibus, & authorita-
tibus, ibi per eum adductis, & hoc poſui,
quia ex hoc habetur feudum, omninò ex
pacto, & prouidentia filius capit, abſquè
quod Patres hæres ſit, vt etiam expreſsè
firmat Io. Thom. de Marin. de gener. feud.
in cap. de feudo, omninò ex pacto, & pro-
uidentia, verſ. ſubſequenter num. 5. & ideo
26 Bal. † in d. cap. 1. tit. fil. vel Agnat. faciebat
tres caſus. Primus eſt quando, quis acci-
pit ſeudum ſimpliciter. Secundo, quando
accipit pro ſe, & hæredibus, & in iſtis duo-
bus habet locum tit. an Agnatus, vel fil.
Tertius caſus eſt, quando accepit feudum
pro ſe, & ſuis filijs, ſiuè liberis ſuis, & hoc
caſu liberi poterunt retinere feudum, & re-
pudiare hæreditaria bona, voluit etiam Io:
de Imola in cap. ex parte in fin. col. 15. ex-
tra de feud. vbi acteſtatur de communi opi-
nione, quam ſequitur Iacobin. in ſua inue-
ſtit. feud. in verſ. ita quod ipſi inueſtiti nu.
2. vbi, & hanc eſſe communem opinionem
27 inquit, & tradit pro † ſe regulã, quod fi-
lius habet neceſſe, vtrumquè acceptare, vz.
hæreditatem, & feudum, vel vtrumquè ac-
pudiare, quam regulam limitat ſeptem
modis.

Primò, vt diximus quando inueſtitura
eſt facta pro ſe, & hæredibus ſuis.

Secundò, ſi filius primo cępiſſet accepta-
re hæreditatem paternam, quia tunc poſſet
repudiare feudum paternum, etiam inuito
Domino, cap. 1. de Vaxallo, qui contra Cõ-
ſtit. Lotarij, vbi Bald. Aluarot. & Odofred.
in ſum. tit. nunquid, quis poſſit repudiare
feudum.

Tertiò limitat, quando Pater nihil ha-
bet in bonis, & alienaſſet feudum, tunc fi-
lius admictitur ad illud feudum, quamuis
nihil de bonis hæreditatis haberet Martin.
Laudenſ. in cap. 1. an fil. vel Agnat. Iacob.
de Belỹouiſ. in cap. Titius col. fin. ſi de feu:
defuncti controu. fuer. Ioan. Raynald. in
Comment. ad cap. Imperialem, §. pen. col. 7.
de prohib. feud. alien. per Federic.

Quarto limita, ſi filius eſt inſtitutus in
re certa, vel ſolum in legitima, alio vni-
uerſali inſtituto hærede, tunc filius licit nõ
ſit hæres, nec dicatur hæres Patris, tamen
poterit habere feudum, ſecundum Iacob.
de Ardizon. & Iacob. de Bellouiſ. & Iacob.
Aluarot. in d. cap. 1. Bart. in l. ius iurandi,
§. ſi liberi num. 6. ff. de oper. liber. Curt.
iun. de feud. in 1. part. 3. part. princ. quæſt. 5.
Couarr. lib. 2. var. reſol. cap. 18. num. 5. de
communi, Iul. Clar. §. feud. quæſt. 86.

Quinto limita, quia ſi vigore ſtatuti filia
excluditur ab hæreditate paterna, & Pater
habet feudum, quod poteſt peruenire ad
fœminam, poteſt illa filia habere feudum,
quantumcunquè ſit excluſa ab hæreditate
paterna, Bald. in l. cum ſecundum in fine,
C. de fideicommiſſ. & eſt de mente eiuſdem
Bal. in d. cap. 1. tit. an filius, vel Agnat. & ibi
expreſsè Iacob. Aluarot.

Sexta limitatio eſt illa, quam ponit Bal.
in d. cap. 1. dicens, quod ſi filius viuente
Patre renuntiet hæreditati paternæ, cum
iuramento, quod facere poteſt, vt habetur
in cap. quamuis extra de pact. lib. 6. tamen
mortuo Patre poterit habere feudum pa-
ternum, quamuis renuntiauerit hæreditari
paternæ, quia in generali renuntiatione hæ
reditatis paternæ non comprehenditur feu
dum, ſecundum Bal. in Auth. in ſucceſſio-
ne, C. de ſuis, & legit. cap. in generali tit.
ſi de feud. defuncti controu. fuer.

Septima limitatio eſt, ſecundum Iſern.
in d. cap. 1. tit. an filij, vel Agnati, ſi fuerit
acceptata hæreditas Patris cum beneficio
legis, & inuit, quia iſtud inuentarium eſt
magnę authoritatis onere, vt alias diximus.

Septimo affero deciſionem Sacrij Conſi-
28 in indiuiduo hoc decideatem, quod † filius
poſſit habere feudum ex pacto, & proui-
dentia, abſquè quod ſit Patris hæres, dum
feudum conceſſum pro ſe, & liberis, etiam
cum clauſula in fine priuilegij, in quo aſſe-
ritur, mandantes correſpondeant, ſibi libe-
ris, & hæredibus fuit deciſum eſſe feudum
ex pacto, & prouidentia, & ideo conuenta
fuit condemnata ad illud relaxandũ actrici
hæredi ex corpore acquirentis, & abſoluta
actrix à petitione pretij in cauſa reconuen-
tionis Franch. deciſ. 6. quem citat Camill.
de Curt. in diuerſ. iur. feudalis, verſ. multo-
ties concedens num. 59. fol. 49. & ex alijs
Ioan. Baptiſta Thoro in Compend. deciſ. in
verſ. feudum conceſſum pro ſe, & liberis,
cum d. clauſula, &c. & dum feudum fuit re-
laxatum actrici hæredi ſanguinis, ſiuè ex
corpore ex ratione tex. in l. 1. §. largius de
ſucceſſ. edict. ibi (honorem ſanguinis) clarè
habetur, quod non vti hæredi in feudo, nec
in allodijs, quia fuiſſet condemnata ad pre-
tij reſtitutionem, & ſic pro mea opinione,
nè dum

Digitized by Google

nè dum extra Regnum, ſed etiam in hoc Regno deciſum Pater, & ex his ex Iſern. in pluribus locis, & alijs ſuperius dictis ſubſtineri poteſt in feudo pro ſe, & liberis, ſiuè filijs conceſſo, quod ex pacto, & prouidentia, ſiuè de familia, vel de genere vocatur.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio LVII.

THEMA.

Extimatio feudi, vel de feudo, in quo quis hæres inſtituitur non debetur, nec de feudo, in quo quis eſt nominatus, etiam vigore præcedentis contractus emphytheuſis, vel alterius.

SVMMARIVM.

1 *Feudum acquiri inueſtitura, vel ſucceſſione non titulo hæreditario.*

2 *Feudum in inueſtitura datur recipienti eius vita durante, & pro deſcendentibus vni poſt alium,*

3 *Deſcendens, ſiuè proximior poſt mortem prædeceſſores vēdicat feudum ex propria perſona non conſiderata perſona morientis.*

4 *Moriente vltimo poſſeſſore feudum videtur apertum Domino, & ab eo retraditum ſucceſſori, qui ex propria perſona vel actione capiet feudum.*

5 *Inſtituto extraneo in feudo filius, ſiuè proximior non tenetur habere ratum.*

6 *Grauamen relictum non ſucceſſuro, non habet actionem ad feudum, ſed perſonale, quæ ſolum contra hæredem cadit, qui non eſt inſtitutus, non eſt hæres, ergo contra eum actio perſonalis ceſſat.*

7 *Feudo hæreditario non venit, niſi hæres inſtitutus, quod ceſſat, quando inſtituitur extraneus.*

8 *Donans, quod in extraneum alienare non poteſt, non tenetur ad extimationem grauari non poteſt, qui non honoratur.*

9 *Teſtamentum rumpens ab querelam hæres non tenetur ad legata.*

10 *Hæres in re certa eſt loco legatorij, contra quem non tranſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ, ſed contra hæredem vniuerſalē.*

11 *Filius cogitur eſſe hæres Patris in allodialibus non poteſt habere feudū, quod fallit, quando teſtator inſtituit extraneū, & ſucceſſor venit ex lege feudi, etiam hæreditarij.*

12 *Inſtitutus in tota hæreditate poteſt eam acceptare, & deindè repudiare retempta legitima iure proprio.*

13 *Feudo hæreditario certi vocantur hæredes v3. primogeniti, & ſic eſt feudum mixtū ex pacto, & hæreditarium, vt primogenitus iure francorum capit, iure proprio non obſtante diſpoſitione.*

14 *Filio-arrogato debetur quarta iure naturæ ex prouidentia legis, ſicut quarta debita patrono, & medietas bonorum debita Agnatis vigore Conſuetudinis, quæ æquiparatur feudo.*

15 *Feudum iuris francorum per Patrem non poteſt ſecundogenito aſſignari, niſi primogenitus eſſet ingratus.*

16 *Feudum iuris francorum dare ſecundogenito eſt alienare.*

17 *Pactum de feudo ſine aſſenſu eſt nullum.*

18 *Extraneus omnis eſt in feudo, qui immediatus ſucceſſor non eſt.*

19 *Nepos ex filio primogenito Patrem repræſentat, & ex lege inueſtituræ, & iure francorum feudum capit nominatione, ſiuè diſpoſitione in alium non obſtante.*

20 *Teſtamenti ordinatio, aliaquè diſpoſitio contra feudi naturam eſt nulla, & inualida.*

21 *Grauamen in nominatione, vel diſpoſitione impoſitum maius priuilegium, quam in legato, vel in inſtitutione hæredis in feudo habere non debet, ſi in eis extimatio non debetur, nec in nominatione.*

22 *Teſtator de re feudali non diſponit, quia ius habet in feudo, eſt inſtar vſusfructus, qui morte expirat, & alijs vocatis tranſit, quod ſine eorum facto tolli non poteſt.*

23 *Diſpoſitionem feudi valere, & in quo diſponitur, habet feudum, intelligitur inter viuos, & in vltima voluntate.*

24 *Feudi diſpoſitiones, & maximè in vltima voluntate ſine aſſenſu omni iure ſunt nullæ.*

25 *Diſpoſitio principalis, ſi nulla eius acceſſorium eſt nullum, & ex eo nulla oritur actio, nec exceptio.*

26 *Diſpoſitio, & grauamen in feudo ſine aſſenſu directi Domini eſt nullum.*

PRimo in hoc diſtinguitur, nā Doctores in duobus caſibus deberi, vel non deberi extimationem feudi controuertunt videlicet in feudo legato, vel ſi quis ſit inſti-

ſtutus

tutus hæres in feudo, hic eſt tertius caſus
in feudo, iu quo quis eſt nominatus, an per
ſucceſſorem feudi extimatio debeatur, &
1 ad ipſam extimationem non tenere, † dico
feudum acquiri inueſtitura, vel ſucceſſio-
ne, cap. ſciendum, §. inueſtitura, & §. ſuc-
ceſſione de feud. cognat. vbi Iſern. & alij
ſcribentes, & feudum deberi titulo ſuc-
ceſſorio, non autem titulo hæreditario di-
cit Bald. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. nec ſine
2 ratione. Nam in † inueſtitura datur acci-
pienti eius vita durante, & pro deſcenden-
tibus vni poſt alium, Iſern. ibi in §. hoc
quoquè num. 9. verſ. ſed hoc differt per l.
2. & 3. C. de donat. quæ ſub modo, debetur
propterea ex quadam neceſſaria reſtitutio-
ne ſucceſſori, Iſern. in cap. 1. de eo, qui ſi-
bi, & hæred. ſuis, num. 1. verſ. hoc pactum,
& tot ſunt donationes, quot ſunt perſonæ
ſucceſſuræ, Iſern. in capit. filius ſi de feud.
fuer. controu. c 1. §. ſed, & res, per quos fiat
3 inueſtitura, igitur in hoc caſu † ſucceſſor
vendicat ex propria perſona non conſide-
rata perſona morientis, cap. 1. §. & quia in
4 1. rub. & de ſucceſſ. feud. per † mortem
vltimi videtur apertum Domino, & ab eo
retrotraditum ſucceſſori Iſern. in cap. Im-
perialem, §. preterea Ducatus num. 38. in
fine, qui ſucceſſor vtili actione ex prppria
perſona capit feudum Iſern. in capit. &
5 olim de ſucceſſ. feud. teſtator † inſtituens
in feudo ſecundogenitum, & non primoge-
nitum de iure feudi ſucceſſibilem ipſe pri-
mogenitus non tenetur factum defuncti
adimplere, & ceſſat lex eum à Matre, C. de
reiuendic. & præſuppoſito, quod feudum
ſit hæreditarium, hæreditas non poteſt ac-
quiri ſine actione, vel geſtione pro hærede
l. pro hærede, ff. de acquir. hæred. l. gerit,
C. eod. tit. notat Cuiacius in rub. ff. eod. tit,
ſucceſſor non adit, ergo non tenetur.
6 Secundo in tali caſu per tales † diſpoſi-
tiones non habetur actio realis ad feudum
quia nominatus; vel inſtitutus, ſi in gradu
immediatè ſucceſſibili non eſt, non habet
aſſenſum, & grauamen ſimiliter ſine aſſen-
ſu eſt, cap. 1. de ſucceſſ. feud. cap. Imperialē
de prohib. feud. alien. per Federic. & Con-
ſtit. diuæ memoriæ de Conſtit. feud. agit a-
ctione perſonali, quæ non cadit, niſi contra
hæredem, primogenitus ſucceſſor non effi-
citur hæres, quia non eſt inſtitutus, nec
efficitur hæres ſuus aditione, vel geſtione
pro hærede, quæ ceſſat in primogenito non
inſtituto, ergo ceſſat actio, etiam perſo-
nalis.
7 Tertio, Etiā, quod † feudum ſit hæredi-
tarium, in quo quis venire non poteſt, niſi
ſit hæres inſtitutus, hoc ceſſat, quando feu-
datarius inſtituit extraneum, & tunc excu-
ſatur ſicut, & excuſatur filius in allodio,
& feudo ex pacto, vt firmarunt, Ardizon.
in d. cap. Titius, ibiquè Præpoſit. Alexan-
drin. & Aluarot. Bal. in cap. 1. an Agnatus,
vbi Affl. Capyc. deciſ. 64. num. 6. & 7. vbi
addentes ex multis, Fritia de ſubfeud. lib. 3.
differen. 10. verſ. quid enim ſi alium inſti-
tuit. Loffred conſ. 1. num. 16. Minad. conſil.
10. num. 21. Ann. alleg. 98. & 126. & in re-
pet. Conſtit. num. 170. Præſid. de Curte in
diuerſ feud. cap. 14. incip. multoties fol. 43.
num. 60. verſ. ſed iuxta prædicta, & ſeq. &
ex alis conſ. de Georg. alleg. 20. num. 6.
8 Ad hoc adduco, quod † donans rem,
quam non poteſt in extraneum alienare,
non tenetur ad extimationem, Lanar. conſ.
3. num. 6. Regens de Ponte conſ. 88. nu. 47.
& conſ. 86. num. 7. Maſull. ad Capyc. deciſ.
64. num. 4.
Quarto, In l. 1. §. ſciendum, ff. de legat.
9 3. habetur, quod intantum poteſt, † quis
grauari inquantum honoratur, quod exē-
plificatur, ibi per gloſ. in eo, quod à teſta-
tore peruenit, dum ei dat, vel non adimit,
ſed quando teſtator non dat, & nititur adi-
mere nominando ſecundogenitum, ergo nō
poteſt grauari, ex diſpoſitione illius, ad l.
8. ff. eod. tit. de leg. 2; & in l. Titia, ff. de in-
offic. teſtamento, in quibus iuribus cauetur,
10 quod † qui rumpit teſtamentum, non re-
netur ad legatum eiuſdem teſtamenti, l. qui
fundum, §. qui filios ff. ad l. Falcid. vbi ſub-
ditus filio exhæredato, qui iure proprio
ſucceſſit, non poteſt grauari, concordat l.
finalis, ff. de leg. 3. l. eam quam, C. de fi-
deicommiſſ.
Quinto præſuppoſito, quod primogeni-
11 tus ſit hæres in feudo, eſſet † hæres in re
certa, & ſic loco legatarij, contra quem
non tranſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ,
ſed in hærede vniuerſali, vel pro quota hæ-
reditaria, l. quoties, C. de hæred. inſtitut. l.
ſi quis priore, ff. ad Trebell. l. ſi quis ex
fundo, ff. eod. tit. Auth. vt cum de appellat.
cognat. §. aliud quoquè alia iura allegar,
Iacob. de Bellouiſ. in cap an Agnatus, §.
Titius, ſi de feud. controu. ſuer. vbi † filius
cogitur eſſe hæres Patris in allodio, alias
non poteſt habere feudum, quod fallit, quā-
do teſtator inſtituit extraneum, & ſucceſ-
ſor venit ex l. feudi, qui licet loquatur in
feudo ex pacto, & prouidentia, tamen pro-
cedit in feudo, etiam hæreditario, vt be-
ne explicat conſil. de Georg. d. allegat. 20.
num. 5.
12 Secto, licet † inſtitutus in tota hæredi-
tate

tate habet legitimam iure proprio, tenetur
acceptare hæreditatem, eamquè retenta
legitima, repudiare non poteſt, Alex. in l.
quia poterat, ff. ad Trebell. num. 12. vbi
DD. Socc. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. ſub-
ſtit. num. 31. ibiquè Ripa num. 159. dicit cō-
munem, tamen quando filius eſt grauatus
non tenetur eſſe hæres, Bart. in l. gerit, nu.
23. ff. de acquir. hæred. Ant. de Padiglia
declarat in l. ſi emancipata num. 31. ff. de
iuris, & fact. ingn. quod cadit in caſu, quan-
do verus ſucceſſor in feudo grauatur, ma-
ximè vſquè ad valorem feudi.

13 Septimo, feudum † quamuis ſit hæredi-
tarium, tamen certi hæredes ſunt in eo vo-
cati, ſcilicet primogeniti, vt per dictā Con-
ſtitutionem, vt de ſucceſſionibus, & per c.
conſiderantes, vnde dicunt Doctores, quod
ſit feudum mixtum, ideſt ex pacto, & pro-
uidentia, & hæreditarium, quia per neceſ-
ſitatem debetur, vni poſt alium non obſtan-
te contraria diſpoſitione defuncti; Guliel.
de Pern. conſ. 4. verſ. hic ergo legatarius,
4. notab. feudorum, verſ. & ſic habes, latè
Arius Pinell. in repet. l. 1. num. 84. & ſeq.
part. 3. C. de bon. matern. propterea pri-
mogenitus inuitatus iure proprio, per ius
francorum ad feudi ſucceſſionem feudum
capit, abſquè grauamine, & non attenditur
nominatio, nec teſtamentum, ſicut de iure
feudorum, cap. 1. de ſucceſſ. feud. omnis di-
ſpoſitio eſt inualida; quod poteſt exempli-
14 ficari iure Romano in † quarta debita fi-
lio arrogato ea prouidentia Imperiali, per
l. ſi arrogator, ff. de adopt. l. 1. §. ſi impu-
beri, ff. de collat. bonor. ſicut, & in quarta
debita Patrono non poteſt grauari, quando
Patronus tenetur adire hæreditatem liber-
ti, fallit quando non inſtituit, vel nimis gra
uauit, & lege excuſatus videtur Patronus,
ſi quis omiſſa cauſa, vbi Doctores notant,
ſicut, & in medietate bonorum antiquorū
debita Agnatis vigore Conſuetudinis de-
betur, abſquè grauamine, Napod. in Con-
ſuet. ſi aliquis de ſucceſſ. ex teſtamento, n.
34. quia habet à prouidentia Conſuetudi-
nis, idem Napod. in Conſuet. ſi quis, vel ſi
qua de ſucceſſ. ab inteſtato num. 246. æqui-
parat dictā medietatem feudo, vt vtrumq;
debeatur ex neceſſitate ſucceſſori, ibiquè
addentes Ant. de Alexan. & Camill. Salern.
& ex his nullum grauamen in feudo appo-
ni poteſt, maximè quod ſit legitima primo-
geniti, vt in cap. licet de voto, & ex alijs
ſuperius dictis.

15 Octauo, dico quod † Pater feudum, etiā
hæreditarium in frācorum iure viuentibus
non poteſt filio ſecundogenito aſſignare,
Iſern. in cap. 1. §. omnes filij col. 2. ſi de
feud. defuncti contr. fuer. ibi dicens, quod
Pater poſſet vni feudum aſſignare, vt aſſi-
gnat libertos, ff. de aſſig. libert. l. aſſigna-
re, niſi lex, & pactio feudi aliud iudicet, in-
de ſubdit, vbi viuitur iure francorum, Pa-
ter ſecūdogenito feudum dare non poteſt,
niſi primogenitus eſſet ingratus, idem Iſer.
in cap. Imperialem, §. Præterea Ducatus
in princ. de prohib. feud. alien. per Federic.
vbi Camer. litera B. & ſeq. fol. 24. niſi eo
modo, quo in ipſos filios feudum tranſitu-
rum eſſet, vnde † feudum, in quo franco-
rum iure viuitur, ſi Pater daret ſecundo-
genito eſſet alienare, dicit Iſern. in dict. §.
Præterea Ducatus in princip. & eget Regis
17 aſſenſu, cum † pactū nominandi in feudo
ſecundogenitū eſt, abſquè aſſenſu, vt præ-
diximus talis nominatio in teſtamento eſſet
nulla, per cap. 1. de ſucceſſ. feud. Loffred.
conſ. 11. num. 40. conſ. de Georg. alleg. 12.
num. 44. verſ. & reſpectu, & num. 45. ſe-
quitur, maximè ſi inſtitutus eſt extraneus
ex Iſern. & alijs, quod non attenditur,
quis ſit inſtitutus, ſed is capiet feudum, qui
eſt à l. inueſtituræ vocatus, inſtituendo vl-
18 teriorem Agnatum eſt alienatio, & † om-
nis eſt extraneus, qui immediatè ſucceſſu-
19 rus non eſt primogenitus, vel eius † filius
immediatus ſucceſſor capit feudum, ſibi
ſpectans à l. inueſtituræ, & à iure franco-
rum vocatus nominatione in ſecundogeni-
tum in teſtamento non obſtante, & Scaccia
de iudicijs Cauſarum Ciuilium lib. 2. cap. 9.
fol. 431. dicit ampliò quarto, vt procedat,
etiam ſi accederat conſenſum directi Do-
20 mini: quia † ordinatio teſtamenti contra
naturam feudi, ſeu tenorem inueſtituræ nō
tenet in præiuditium Agnatorum, Petr. de
Rauenn. de feud. tit. 39. per illum text. fol.
33. Roland. à Vall. conſ. 79. num. 2. in fine
lib. 2. de communi teſtatur Thom. de Ma-
rin. de gener. feud. tit. 2. ſub num. 47. verſ.
pro contrario fol. 121. & Clar. in §. feudū
quæſt. 41. verſ. & hæc quidam, qui alios
allegant, & in his terminis locuti ſunt Cur.
in tract. de feud. part. 8. num. 146. Sonsbec.
in tract. feud. part. 13. num. 161. fol. 158. qui
loquitur, etiam ſi conſenſiſſet Imperator,
& hanc eſſe communem ſententiam, & iu-
dicatum ſenſiſſe Rotam, vt refert Puteus
deciſ. 66. num. 6. lib. 1. & dum talis diſpoſi-
tio teſtatoris eſt nulla, ex ea nulla oritur
actio, nec exceptio, vt diximus, & etiam
infra.

21 Vltimo tale † grauamen maius priuile-
gium, quam feudi legati ad extimationem
habere non poſſit, & ſi in feudo tām ex pa-
cto,

ꝯto, & prouidentia, quàm hæreditario extimatio non debetur reiectis, & concordatis cõtrarijs deciſum firmat conſ.Fab.de Ann. conſ.87.num.7.& ſeq.per multas rationes, vt ibi per cum, vltra quas potiſſima eſt,
22 quod † teſtator de re feudali non diſponit, quia non niſi de rebus proprijs diſponere poteſt Dominus feudi ius, quod habet in re feudali, cũ ſit inſtar vſusfructus, qui ipſius morte expirat, & ius per primam conceſſionem, quæſitum deſcendẽtibus, & Agnatis ſine eorum facto tolli non poteſt, & qui dicunt in teſtamento de feudo ex pacto, & prouidentia, & hæreditario, & ſic mixto diſponi poſſe, & extimationem venire, in-
23 tellige † diſpoſitionem valere, & in quo diſponitur ipſe habet feudum non extimationem procedere inter viuos, & etiam in vltima voluntate procedit inter vocatos, & in immediatè ſucceſſuros ex prima inueſtitura, Iſern, in cap.an Agnat. in cap. 1.de alien.feud.patern. Ruyn. conſ.7. num.16. lib.1. Alciat. reſponſ.160. num. 88. Pariſ. conſ.1.num.37.lib.1. Curt.iun.part.4.num. 132.conſ.1. Iaſ. in l.2.num.213.de iure emphyt. & conſ.163.lib.2. Detian. conſil. 58. num. 28.lib.2.conſ.117.num.2. lib.3. Curt. Sen.conſ.82.num.5. Det.conſ.395. num.5.
24 Alex.conſ.18.num.5.lib.1. & dum † omnis diſpoſitio, maximè in vltima voluntate eſt nulla ex ea, nec naturalis oritur actio, nec obligatio, vel exceptio, per tex. in l. ſi non ſortem 2. reſponſ. ff. de condit. indeb. vbi Bart.num.2. Ang. & Moderni in l.cum lex, C. de fideicommiſſ. ibiquè latè Bart. Ang. & Imol. nec momento ius in re conſtituitur cap.1. de ſucceſſ. feud. vbi Iſern. & DD. Camer.in cap.Imperiali fol.18.Regens de Ponte conſ.3. num.45. Præſid. Camill. de Curte in ſecunda part. ſui diuerſ. feud.cap.4.num.14. qui alios adducunt, & ex his patet feudi legati extimationem nõ deberi, quia eſſet per indirectum, abſquè Domini conſenſu de feudo diſponere omni iure alienari prohibito: Cum abſquè Domini conſenſu, & nulla valente, nec manẽte de eo diſpoſitione d.vulgati capit.1. de ſucc.feud. c.Imperialẽ de prohib.feud.alie. per Federic. & in Regno eſt abſolutum, per d.Conſtitut.vt de ſucceſſionibus,& alijs vulgatis, & ex his habetur, quod primogenitus,& immediatus ſucceſſor ad grauamen in d.nullo actu non tenetur, maximè quod ſit acceſſorium habito reſpectu ad nomina-
25 tionem in feudo, † & cum principalis diſpoſitio ſit contra legem, & ſic nulla acceſſorium eſt, etiam nullum, & ex eo nulla oritur actio, nec exceptio per præd. iura
26 & authoritates, & talis † diſpoſitio, & grauamen, quia ſine aſſenſu directi Domini, vt prædiximus ſucceſſorem primogenitum non ligat, cap. 1. de ſucceſſ. feud. vbi Iſern.num.1. Aluarot.num.1.& alij ibi nemine deſcrepante, facit tex. in cap.1. §. & quia vidimus de his, qui feud.dar. poſſ. vbi Iſern. Aluarot. Bald. Rauenn. Præpoſit. in cap.Imperialem in princ.num.7.de prohib. feud. alien. per Feder. Iacobin. in verſ. & cum pacto de ipſo,num.2. & 14. communẽ dicit Curt. part.4. num. 131. Zaſ. in epit. feud.part.8.num.60.etiam communem eſſe teſtatur Franc. Sonsbech. part.9. num. 58. Mozz. tit. de natur.feud. num.8. Borcoit. cap.7.part.2.num.3.& 4.& ex ſuperius dictis, & ſic feuda, abſquè onere ſucceſſori primogenito excluſo nominato venire.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio LVIII.

THEMA.

Feudo hæreditario ſucceditur vltimo morienti tenentis feudum, ſed ius à primo acquirẽte, communis, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Feudo hereditario vltimo, decedenti ſucceditur.*
2 *Succeſſorem in feudo ex primo acquirente ius ſuum habere verius eſt, & communius.*
3 *Succeſſor non à perſona vltima defuncta, ſed à primo acquirente ius habet, & ſufficit, quod ſit onus ex primo acquirente.*
4 *Succeſſor ſufficit, quod ſit heres primi acquirentis, vel vltimi decedentis aliqui dicunt.*
5 *Feudo hereditario, vt vltimo decedenti ſuccedatur verior Theorica, & practica eſt, à qua non recedendum in iudicando, & conſulendo pluribus communibus authoritatibus roboratur.*

1 IN feudo † hæreditario, quod vltimo decedenti ſuccedatur, voluerunt Iſern. in cap.1. in princ. num. 12. an Agnat. vel fil. Beluiſ. Aluarot. & alij in capit. Præterea Ducatus de prohib.feud.alien.per Federic. Campegg. inter Bruni conſ.11.num.5. Soc-

cin.

can iun.conſ.188.num.15.lib.2. Pariſ.conſ.
16 num.21.lib.1. Curt.iun.conſ.183. num.
34. Natt.conſ.464. in fine lib.2. Menocch.
conſ.24.num.4. & ſeq. & conſ.202. nu.52.
lib.3. & conſ.496. lib.5. Caccheran. deciſ.
Pedemont.23.num.33. & hanc communem
eſſe opinionē firmat Socc.inter Bruni conſ.
10. numer.11. lib.1. & magis communiter
receptã Piſtor.2.quæſt.1.num.72. & com-
muniorem, ac veriorem reputari Burſat.
conſ.49 num.59. lib.1. & communem, ac
veriorem Io: Thom. de Marin. in feudo
hæreditario num.34. ac crebrius affirmari
Menocch. conſ.38. lib.1. ſecundum quam.
iudicatum eſſe teſtatur, Purpurat.conſ.549
num.1. iure tamen ipſo feudali inſpecto, &
2 hunc † ſucceſſorem ex primo acquirente
ius ſuum ſucceſſionis metiri verius eſt, ita
tenuerunt Afflict.in d.§.hoc quoquè num.
35. Tiraquell. de retract.lignag §.1.glo.9.
num.57. Vvſenbech. cap. 6. in fine, Gaill.
pract.obſeruat.149.151. & 154. Ioan. Fer-
rar.Montan.1.feud.6. verſic.5. loco Brun.
conſ.18.num.14. Det.conſ.390.num.5. Al-
ciat.conſ.186.num.4. Gozad.conſ.8. nu.2.
Roland. à Vall.conſ.23.num.44. lib.1. &
conſ.57.num.7.lib.3. Cæphal.conſ.224.nu.
20.Burſat.conſ.76.num.2.lib.1. Menocch.
conſ.104 num 7. & conſ 202.num 70.Cac-
cheran deciſ.Pedemont.21.num 33. & de-
ciſ.180 eamquè communem eſſe Doctorũ
ſententiam teſtatur Syluanus conſ.30.num.
20. Burſat.conſ.49.numer.58. verſ. nequè
obſtat, ex magis communi dicit Pariſ.conſ.
23.num.179.lib.1. Celſus conſ.26.num.65.
eandemquè eſſe veriorem atteſtantur, Pa-
riſ.conſ.65.nu.48. & ſeq. lib.3. & hanc ma-
gis, ſibi placere fatetur Iul. Clar. in §.feu-
dum quæſt.9.num.5. ſecundum quam Do-
minos de Rota iudicaſſe, referunt Mohed.
deciſ.277. in fine, & deciſ.284. Puteus deci.
3 2. de feud. & ratio eſt, quia † non à per-
ſona vltimo defuncta, ſed à perſona primi
acquirentis ius habet, & ſufficit, vt is, qui
vult ſuccedere ſit vnus ex deſcendentibus
à primo acquirente, vt poſt alios à ſe alle-
gatos conſuluit Tiber. Decian. d.conſ.93.
4 num.8. ſunt, † & qui in hoc opinionum cō-
flictu dicunt ſufficere ſucceſſori in feudo,
vt ſit hæres primi acquirentis, vel vltimi
decedentis, de quibus ſunt, Caſtrenſ. conſ.
93. in fine, & conſ.146.in princ.lib.2. Alex.
conſ.10.lib.3.conſ.8. conſ.26. & conſil.28.
lib.5. Ruin.conſ.1.num.2.lib.1. Pariſ. conſi.
2. num 26.lib.1. Roland. à Vall. d.conſil.
23.num.46. Menocch conſ.507.num.6.& 7.
lib.6.conſ.690.num.22. idemquè affirmant
idem Roland. à Vall.conſ.10.num.20. li.3.
Decian.d.conſ.24.num.63. Curt.iun.conſil.
1.num.11. lib. 1. & in Theſaur. commun.
opin. ſub litera F. Gribaldus in verſ. feu-
dum hæreditarium, & Kiccho in verſ. in
feudo hæreditario, ſed prior illa ſententia,
5 quod † in feudo hæreditario ſuccedatur vl-
timo decedenti verior eſt, eaquè Theo-
ricæ, & practicæ magis conſentanea, à qua
in iudicando, & conſulendo recedendum
non ſit, firmat Vvlteius de feud.cap.9. nu.
104. verſ. ſed prior illa ſententia, &c. fol.
525. & benè cum ſit pluribus communibus
opinionibus, & authoritatibus maiorum
iuris conſultorum de tali veriori ſententia
atteſtantium, vt prædiximus.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LIX.

THEMA.

Feudo conceſſo filijs, ſiuè liberis, & hæredibus, quod ex pacto, & prouidentia, ac de hæreditario participat, & ſic mixtum ſucceditur primo acquirenti.

SVMMARIVM.

1 *Feudo mixto ſucceditur primo acquirenti.*

2 *Succeſſor vltimus ſemper primi acquirentis ſucceſſor eſt, etiam ſi feudum per mille manus ambulauerit.*

3 *Agnatus, vt ad feudum admittatur à primo acquirente deſcendiſſe, oſtendere debet.*

4 *Feudo hæreditario mixto non differt inter filium, & Agnatum, deberequè eſſe hæredes, ſaltim primi acquirentis mediatè, vel immediatè.*

1 Feudum † mixtum eſt illud, quod con-
ceſſum eſt filijs, ſiuè liberis, & hæredi-
bus participans de vtraquè natura, & cum
feudum ex pacto, & prouidētia ſit dignius
feudi hæreditarij, in quo ſucceditur primo
acquirenti, vt diximus, quod diſpoſitum
eſt in dicto feudo ex pacto, & prouidentia,
vt ſuccedatur primo acquirente, vt in præ
cedenti Dilucidatione diximus, idemquè
in feudo mixto immediatè repetat à pri-
2 mo acquirente, & † vltimus ſemper ſit
primi acquirentis ſucceſſor, etiam ſi feu-
dum,

Digitized by Google

dum, ſiuè ſeudum per mille manus ambu-
lauerit, firmat Doctores in cap. 1. de ſucc.
feud. Iſern. in §. hoc quoquè num.6. de
ſucceſſ.feud. Zaſ.part.8. num.5. Gaill. ob-
ſeruat.154.numer.4.lib.2. Pariſ. d.conſ.23.
3 nu.177. Etiam ſi † de Agnatione non con-
ſtet ad feudi ſucceſſionem admitti volens
Agnationem probare, & quod à primo ac-
quirente deſcendat, vt neceſſe habet, dicit
Socc.iun.conſ.76.num.65.lib.1. Dec. conſil.
471. Mandell.conſ.61.in fine Cæphal.conſ.
82.num.9. Burſat. conſ.63. num.5. Mozz.
in cap. de natur.feud. num.75. verſ. à qua
diſtinctione,&c. ex Caccheran. in dec.162.
4 dicit communem eſſe opinionem, quod † in
feudo hæreditario mixto non ſit differen-
tia inter filium, & Agnatum, debereque
vtrumquè eſſe hęredem, ſaltim primi in-
ueſtiti mediatè, vel immediatè.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio L X.

THEMA.

Filius ſpontè hæreditatem renuntians feudum non habet, ſed non delata habebit, & in ſubſidium creditoribus hæreditarijs tenebitur, communis.

SVMMARIVM.

1 *Filius ſpontè hæreditatem, ſibi delatum renuntiãs feudum non habet, ſed ſi non deferatur, habebit.*
2 *Succeſſor feudi hæreditarij in ſubſidium tenebitur creditoribus.*
3 *Feudo pactionato filius exhæredatus ſuccedit.*

DOctores dictum cap.1. an Agnat. de-
1 clarãt, quod hæreditate † filio dela-
ta, & ſic hæres eſſe petens, ſpontè hæredi-
tatem repudiat, feudum habere non po-
teſt; ſed ſi ei non deferatur, quia culpa
caret, feudum habebit, ita dicit Iacob. de
Bellouiſ. in d.cap.1. an Agnat. vel fil. quē
ſequitur, ibi Bal.numer.8. in fine Aluarot.
num.9. Præpoſit.num.6.limit.1. Rauenn.ibi
tertia limitatio Martin. Laudenſ.numer.2.
Afflict. num.5. inquiens (hoc etiam in hæ-
reditario procedere) item nu.8. vbi exem-
plum refert de Nepte nõ ſuccedente Auo
Paul. Pic.in cap.1. in princ.num.44.de ſuc-
ceſſ.feud. Raynaud. in cap.Imperialem §.
pen.num.7.de prohib.feud.alien. per Fede-
ric. Iacob. de S. Georg. in verſ. ita quod
ipſi inueſtiti num.5. poſt Ardizon.ſub rub.
137. de ſucc.feud. §. item quæritur, nun-
quid repudiando, vbi vel fuit ad effectum re-
lictum Blanc.d.cap.1. num.43. lib.3. Curt.
Iun. ſibi contrarius part.3. in altero mem-
bro, quemadmodum in feudo maſculino,
deſcendentes ſuccedant, num. 6. in fine, &
part.4. num.150. circa med. Capyc. in in-
ueſt.feud. cap.feudorum genera col. 63. §.
& nota bene fol.237.& deciſ.139.num.2.&
ſeq.tenebitur tamen in hæreditario in ſub-
ſidium creditoribus, quemadmodum Con-
ſilium iudicaſſe refert ibi num.5. & 6 Bal.
in l. cum ſecundum lib.3. C.de fideicomm.
Natta in cap.quamuis, vbi tractat de ſtatu-
to filiam dotatam excludente in quarta
quæſt.princip.num.331. in fine lib.6. Scra-
der. in tract.feud.fol.8.num.12. verſic. hoc
tamen fallit eo caſu,&c. Fritia de ſubfeud.
lib.3.different.10. Pariſ.conſ.23. num.185.
lib.1. Alex.conſ.15.num.7.lib.3.Dec.conſ.
208. ad clariorem rei demonſtrationem
num.8.in fin. & num.13. Ruyn.conſ.17.ſu-
per primo quæſito num.11. & conſ.149. in
primis eſt videndum nu.8.lib 1.Brun.conſ.
18. in cauſa vertente nu.15. Grauett.conſ.
501.509.num.8. & conſ 965.num.15.Natt.
conſ.464. in fine. Cæphal. conſ.224. Dubi-
tatur an habentes feudum num.73.74.& 84
& ſeq. Roland. à Vall.conſ.53. ex tenore
priuilegiorum num.15.& 17. verſ.cum igi-
tur, & ſeq. & etiam in hæreditario libr.3.
item conſ.57. quoniam præſens conſulta-
tio n.78.eod.lib. Iſern. in cap.1.§.fin.num.
5. de feud.cognit. dicens, quod in pactio-
nato feudo filius exhæredatus ſuccedat
Balzeran. in d.cap.1.numer.15. an Agnat.
vel fil.de præterito loquens,& ex alijs Ro-
ſental. de feud. in cap.7.concluſ.2. in gloſ.
litera V.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio L X I.

THEMA.

Filius præteritus, vel exhæredatus ſine culpa habebit feudum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *FIlius præteritus habet feudum.*
2 *Filius iniuſtè exhæredatus habet feudum.*

CVlpa carens pœnam non meretur, &
2 proindè filius † exhæredatus iniuſtè,
vel præteritus, etiam ſi teſtamentum non
dixerit nullum, aut inofficioſum feudum
habebit de præterito dixit Bald. in d. cap. 1.
an Agnat. num. 10. vbi Aluarot. num. 9. ibi
idem dicendum ſecundum Bal. &c. Prępo-
ſit. num. 6. ibi ſeptimo limitatur, & octauo
Rauenn. ibi quarta eſt limitatio, Laudenſ.
num. 9. & ſeq. Afflict. num. 9. & 22. Balze-
ran. numer. 15. verſ. quod dicitur de filijs
Schench. num. 7. Ardizz. in d. ∫. item quæ-
ritur, nunquid repudiando, ibi ſed poteſt
intelligere Iacobin. de S. Georg. in d. verſ.
& quod ipſi inueſtiti habeant num. 5. Curt.
iun. part 3. in altero membro num. 9. Zaſ.
part. 8. num. 7. Sonsbech. part. 9. num. 72. &
73. ibi, ſecundo fallit, addens ſe hoc con-
cedere, dum tamen hoc in fraudem credi-
torum non fiat Vvſen bech. in epit. feud.
cap. 6. num. 9. Schench. d. cap 3. nu. 33. limit.
4. part. 6. Hannetton. lib. 2. de iure feud. c.
3. fol. 161. argum. l. filio præterito, ff. de in-
iuſto rupto, & in rito teſtament. & ita ta-
citè repudiare poſſe, Thom. de Marin. tit.
6. de feud. hæredit. antiquo, num. 5. argum. l.
ſi poſt mortem ∫. fin. de bonor. poſſeſſ. cōtr.
tab. Scrader. d. part. 8. ante cap. 8. num. 13.
verſ. tertio filius à Patre &c. & part. 7. cap.
5. num. 12. Vvlteius de feud. lib. 1. cap. 9 nu.
95. Capyc. in inueſtit. feud. cap. feud. exe-
cutio, col. 6. ∫. limita ſecundo fol. 196. & a
feudatario, &c. filij col. 11. ∫. præteritus fol.
203. Rimin. conſ. 267. num. 23. Roland. à
Vall. conſ. 53. ex tenore priuilegiorum nu.
17. lib 3. & conſ. 57. nu. 78. eodem lib. Cla-
1 rus in ∫. feudum quæſt. 74. & de † iniuſtè
exhæredato, ſic tractarunt, ſic tradiderunt
Præpoſit. in d. cap. 1. an Agnatus, vel fil.
&c. num. 6 limit. 8. Afflict. ibid. num. 5. Fran.
Octoman. in fine, Balzeran. num. 24. Paul.
Pic de ſucc. feud. in princ. num. 14. & ſeq.
& præſertim num. 17. & 19. de quo ſupra
de ſucceſſ. teſtam. & ſimpliciter exhæreda-
tum ſuccedere tradunt, Hern. in d. cap. 1.
∫. fin. num. 5. Aluarot. ibid. num. 5. Rauenn.
de feud. cognit. Ardizzon. ſub dict. rubr.
137. ∫. item quæritur nunquid repudian-
do, ibi filius tamen exhæredatus, vbi etiam
indifferenter eo caſu, quando teſtamentum
Vaxalli Patris rumpitur, vel irritum ſit,
Iacobin. de S. Georg. d. num. 5. & in d. verſ.
præſentes num. 9. & 10. Nec propter de-
lictum in Dominum commiſſum, idem Ia-
cobin. verſ. dictiquè Vaxalli promiſerunt,
num. 8. Capyc. d. cap. feudorum executio-
nes, ∫. limita ſecundo, Zaſ. part. 8. num. 8.
& ſeq. Borcolt. cap. 7. in 2. membr. nu. 61.
Vvſembech. cap. 6. de ſucceſſ feud. num. 9.
Hannetton. d. lib. 2. cap. 4. in fine, fol. 161.
Iaſ. in l. Gallus, ∫. quidam rectè col. 44. ff.
de liber. & poſthum. Gulielm. de Perno,
poſt conſ. 22. in 4. notab. 71. Bart. Soccin.
conſ. 19. pro deciſione præſentis dubij nu.
18. & ſeq. lib 1. Roland. à Vall. conſ. 23.
num. 5. lib. 1. & d. conſ. 53. num. 13. lib. 3. vbi
alios multos allegat, & ex alijs Roſental.
d. cap. 7. concluſ. 10. per ferè totam, & ſi-
gnanter in gloſ. litera F.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXII.

THEMA.

Pater in debitis filijs, vti filijs non præiudicat, & ſic, nec in feudo ex pacto, & prouidentia, communis.

SVMMARIVM.

1 *FEudi ex pacto, & prouidentia Rex, nec vllus ſucceſſionem tollere poteſt ſucceſſuro, quia non eius iuditio, ſed legis prouidentia ad filium pertinet.*
2 *Pater non poteſt onerare, nec præiudicare filio ſuo circa portionem hæreditatis, quam habet ex Conſuetudine, vel lege.*
3 *Grauamen adiunctum filio, vti inualidè tollitur, ſicut à legitima debita iure naturæ.*
4 *Pater hæreditatem ſuam non poteſt dare ſecundogenito, & filius hæreditatem ſuam ob ingratitudinem aduerſus Patrē non amiſit.*
5 *Pater nihil filio gratuito dat, ſed debitum reſtituit, & primogenitus Regnum, ſiuè feudum recipit ex inueſtitura, vel Conſuetudine.*
6 *Filius, ſiuè Agnatus feudum ex pacto, & prouidentia ſine hæreditate, atquè ea repudiata feudum retinere licet.*
7 *Filius feudum ex pacto, & prouidentia Patre mortuo contra fratrem reiuendicaſſe poteſt.*

8 *Feudum conceſſum alicui non expreſſo ſibi, & liberis ex ſuo corpore legitimè deſcē-dentibus, vt ſolet ſemper in priuilegijs opponi erit ex pacto, & prouidentia.*

9 *Feudo antiquo ex pacto, & prouidentia filij ſuccedunt, etiam non hæredes.*

10 *Pater, nec filijs, nec Agnatis in feudo ex pacto, & prouidentia præiudicare poteſt.*

11 *Feudum ex pacto filius reuocare poteſt, etiam ſi non ſit Patris hæres, cum inuentario, quando in hæreditate Patris nihil remanſit.*

12 *Feudo ex pacto ſufficit, quando ſit filius, aut deſcendentes, & non ſit hæres.*

1 REx † aut alius feudi ex pacto, & pro-
uidentia ſucceſſionem tollore non
poteſt ſucceſſuro, quia non ex eius diſpo-
ſitiua volũtate ei ſuccedit: Hinc dicit tex.
quod Pater in legitima portione iure filia-
tionis debita non poteſt filio præiudicare,
aut illi eam impedire, quia non eius iudi-
ditio ad filium pertinet, ſed legis prouidē-
tia: Hæc ſunt verba, l. ſi arrogator, ff. de
2 adopt. Præterea dicit tex. † quod Pater nõ
poteſt onerare, vel præiudicare filio ſuo
circa portionem hæreditatis, quam ex le-
ge, vel per aliam perſonam habet, vt clarè
habetur, in l. qui fundum, ſ. qui filios ad
3 leg. Falcid. Quin immo omne † grauamen
adiectum, vti inualendum tollitur, ſicut
dicitur de onere adiecto per Patrem in le-
gitima iure naturæ debita, quod omne tol-
litur, & ſine onere remanet, vt in l. quoniã
in prioribus, ff. de inoffic. teſtam. & pro-
pterea dicitur in Deuthoronom. capit. 21.
4 quod † Pater non poteſt hæreditatem ſuam
dare ſecundogenito, quod firmat Innoc. &
Hoſtienſ. in cap. Grandi de ſuppl. negligen.
Prælat. immo nec ob ingratitudinem à filio
contra Patrem commiſſum, aut etiam ſimi-
lem cauſam non perdit ſucceſſionem, ne
ea Pater priuari poteſt, quia Regnum, &
feudum non conſequitur, nec habetur ab
eo, ſed ex Conſuetudine diſponente, vel ex
inueſtitura, vt diximus per d. l. ſi arroga-
tor, & d. l. qui fundum, ſ. qui filios. Hinc
dicit tex. quod propter ingratitudinem cō-
miſſam per Libertum contra Patronum,
idem Patronus non poteſt illum libertate
priuare, quam illi ex alterius diſpoſitione,
5 & ordinatione conceditur. Nam † Pater
& vltimus decedens; nihil gratuito illi de-
dit, ſed ei debitum reſtituit, vt eſt tex. in
l. 2. C. de libert. & eorum liber. & l. 2. de
oper. libert. facit in ratione l. 2. C. de interd.
& relegat. ſed primogenitus ſucceſſor Re-
gnum, ſiuè feudum obtinet ex Conſuetu-
ne, vel ab inueſtitura, vel à lege, vt prædi-
6 ctum eſt, & † filius, ſiuè Agnatus feudum
ex pacto, & prouidentia ſine hæreditate,
atquè ea repudiata feudum retinere poteſt
vt expreſsè dicit Bal. in d. cap. 1. an Agnat.
vel fil. ibiquè Aluarot. nu. 9. Præpoſit. nu.
6. Rauenn. verſ. ſcias ſi feudum conceſsum
ſit pro ſe, & hæredibus Martin. Laudenſ. n.
7. Federic. Schench. num. 5. Eguinar. Baro
ibidem Iſern. ſibi contrarius num. 18. in fi-
ne ait, (in feudo paterno, quod eſt ex pa-
cto, & prouidentia filij, etiam quod ſint hæ-
redes Patris non coguntur implere) idem
in cap. 1. ſ. quid ergo, num. 7. verſ. item
quid in feudo antiquo de inueſtit. de re
7 alien. fact. dicit, † quod filius non hæres feu-
dum ex pacto, & prouidentia contra Patrē
Patre mortuo poſſet vendicare feudum c.
1. ſ. etſi libellus num. 10. de alien. feud. pa-
tern. qui inquit, ſi dictum eſt, ſibi, & libe-
ris ſuis, videtur filijs ex contractu acquiri,
etiam ſi Patris hæredes non ſint, & in cap.
1. num. 9. ex quib. cauſ. feud. amict. dicit feu
8 dum, ſi dedit Rex alicui † non expreſſo,
ſibi, & liburis ex corpore ſuo legitimè de-
ſcendentibus, quod ſolet ſemper apponi in
priuilegijs donorum, vt intelligantur dictũ
tali caſu erit feudum ex pacto, & prouidē-
tia, & habent liberi, etiam quod non ſint
Patris hæredes, & in cap. 1. num. 2. in fine,
verſ. & filius fratris Imperator Lotarius
Eugenio, ſic expreſsè ait, item loquimur
9 in † feudo antiquo, quod prouenit ex pa-
cto, & prouidentia filij ſuccedũt, etiam non
hæredes dixerunt Pileus Bulgarus, & dicit
gloſ. in cap. 1. an Agnat. vel filij, & pluries
diximus, quæ verba clara elidi non poſſunt
licet Marin. Camerar. & alij tenent, & idē
Iſern. in cap. 1. ſ. præterea Ducatus, num.
10 78. ait, quod † nec filij, nec Agnatis Pa-
ter in feudo ex pacto, & prouidentia præ-
iudicare poſſit de prohib. feud. alien. per Fe-
deric. Afflict. etiam ſui immemor. in cap. 1
11 num. 4. de alien. feud. patern. addit † poſſe
filium feudum ex pacto reuocare, ſi non ſit
hæres, vel hæres cum inuentario, niſi hoc
intelligas in caſu excepto, ſcilicet quando
in hæreditate Patris, nihil remanſit, tunc fi-
lius repudiata hæreditate feudum retinet,
Iacobus de Bellouiſ. in cap. Titius filios in
fine, vbi Laudenſ. num. 10. Aluarot. num. 5.
Præpoſit. num. 3. & capite, & expreſſe Af-
flict. in hæreditarijs agens num. 8. ſi de feu.
defunct. controuerſ. fuer. Aluarot. in cap. 1.
ſ. Deniquè concluſ. 26. numer. 22. quæ fuit
prima cauſ. benefic. amict. quem ſequitur
ibidem Rauenn. eadem concluſ. 26. com-
munem vterquè aſſerens, Scrader. de feud.

part. 8.

Digitized by Google

part 8.cap.8.num.14.verſ.ſeptio filio permictitur, Scheneid.part.6.cap.3.numer.56. limit.8. Thom. de Marin. tit. 6. de feudo hæreditario loquens, ſed confecto inuentario, ita conſulto reſponder Det.conſ.208 num.8. in fine, Roland. à Vall. conſil. 57. quoniam præſens conſultatio num. 28. lib. 3. & alij per Roſental.cap.7. concluſ.2.in gloſ. l.t.O. & cap.6.concluſ.29. in fine, & vltra iam dictos feudum ex pacto filius reuocare poſſit, ſi Patris hæres non ſit, firmat Iacob. de Ardizon. ſub rub. de ſucc. feudi num. 137. §. item quæritur nunquid repudiando, Blanc. in ſumm.d.cap.1.num. 43. ſic accipiendo ſunt, vt aiunt Bulgarum & Pileum dicere, quod filius repudiata hæredirate feudum habere poſſet, ſi eſt Auitum, vel pro Auitum, dummodo tamen ad hæredes,ſiuè ſucceſſores feudorum perueniant, & non ſit perſonale, Iacob. de S. Georg. verſ. ita quod ipſi inueſtiti habeant num.2. in princ. Zaſ.part.8. de ſucceſſ.feu. num 6. B rcolt.cap.2. quomod.feud.acqu. num.94. Hannetton. de iur.feud.lib.2. c.3. in fine ſol.156.verſ.ſic autem Vaxallus pro ſe,& filijs, Vvſembech.de ſucceſſ.feud.cap. 6.num.9. & cap.11.num.18. communem eſſe tradit opinionem, Scrader.de feud.par. 7. de ſucc.maſcul.ab inteſt. quæſt.9. cap.5. num. 74. de communi, & latius cap. 8. nu. 12. verſ. ſimiliter, & filio Vaxalli, &c. vbi hanc veritatem aſſerit, Capyc. in inueſtit. feud. verſ. feudorum actiones promiſcule col.5. verſ. item dum in ſecundo, & in ſol. 98. quamuis in Regno Siciliæ aliter teſtari cenſetur Intrigliol.centur.1.quæſt.73.num.
12 28. & 34. ſufficere † in feudo pactionato, quod ſi filius, aut deſcendens non requirere, vt ſit hæres, & hanc Pinell. in l.1. §.3. num.83.in fine dicit receptiorem,& equiorem, & iuri communi conſentaneam, licet ipſe ſit inconſtans, vt ibi firmat, latè, & crebiorem interpretum ſententiam eſſe Caccheran.deciſ.162.dato,quod feudum ſit antiquum, & ex alijs communibus firmat Roſental.d.cap.7.concluſ.21. in gloſ. lit.C.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio LXIII.

THEMA.

Vaxallus ſucceſſor, & hæres tenetur ſoluere es alienum ab anteceſſore ſuo factum.

SVMMARIVM.

1 *Feudi ex pacto, & prouidentia ſucceſſor ad onera, & es alienum prædeceſſoris, non tenetur, niſi de fructibus anni mortis prædeceſſoris.*

2 *Filij, & Agnati poſſunt repudiata hæreditate feudum retinere.*

3 *Feudatarij feudi ex pacto, & prouidentia onera, & debita hæreditaria ab hærede vniuerſali debentur.*

4 *Feudum pro ſe, & hæredibus, vel ſimpliciter conceſſum nulla facta mẽtione filiorum eſt hæreditarium.*

5 *Feudum receptum pro ſe, & hæredibus, quibuſcunquè non ſolum in eo habiles, ſed etiam inhabiles ſuccedunt.*

6 *Feudi hæreditarij, ſiuè antiqui, ſiuè noui ſucceſſores debita hæreditaria ſoluere tenentur.*

7 *Hæres feudum hæreditarium ad finem ſoluendi debita, & feudum retinere, renuntiare non poteſt, vtrumquè renuntiare, vel retinere debet.*

8 *Inuentario facto ſucceſſor non tenetur, & alienum de feudo ex pacto, & prouidentia ſoluere, etiam ſi defũcti hæreditatem adierit.*

9 *Inuentarium non iurat in feudo hæreditario, quia etiam eo facto ad onera tenetur ſucceſſor, etiam de feudo.*

IN hoc eſt diſtinguendum, aut feudum eſt ex pacto,& prouidennia conceſſum filijs, vel ſucceſſoribus vlla hæredis facta mentione, aut eſt datum filijs, & deſcendẽ-
1 tibus hæredibus. Primo caſu, † ſi feudum eſt ex pacto antiquum, & ſucceſſor illud accipit hæreditate repudiata, ipſum ad ſolutionem eris à prædeceſſore facti non teneri, nec de fructibus quidem feudalibus, niſi de illis anno mortis anteſſoris proueniunt, de communi teſtatur Gaill. obſeru. 154 num.1. ſecundum diſtinctionem tex.in cap.1. §. de his conſequitur, tit. hic finitur lex, vbi communiter feudiſtæ, tex. in cap.
2 an Agnat. vel fil. poſſunt enim † hæreditatem retempto feudo repudiare, per tex.in d.cap.1. an Agnat. vel fil. vbi Bal. num. 8. Aluarot.num.5. Iſern.num.9. Zaſ. part.8. num.6. Nam ad feudum antiquum vocantur proprio, & ſanguinis iure ex pacto, & legis prouidentia non iuditio teſtatoris,vel beneficio Vaxalli defuncti,ſed primi acqui-
3 rentis † onera,& debita hæreditaria ab hærede vniuerſali præſtanda ſunt, vt eſt notũ, & eſt tex. in l. ex pacto, ff. de hæred.inſtit. & in l.quoties, C.eod.ac in l.1. & 2. C.de

hæred. vel action. vend. & in l.fin.de hære-
dit.actio.& cum feudi ſucceſſor non ſit hæ-
res vniuerſalis, ſed tantum particularis,vt
per Iſern. & alios in d.cap.1. an Agnat.vel
fil. ideo ad ſolutionem eris alieni non te-
netur, maximè quia bona feudalia prorſus
ab ipſa hæreditate ſe parata ſunt,Doctores
in d.cap.1. de prohib.feud.alien.per Fede-
ric.& proinde ſucceſſor talis feudi ex pa-
cto, & prouidentia ad onera hæreditaria
per prædeceſſorem facta non tenetur,vt ex
alijs authoritatibus, & rationibus de com-
muni comprobat Gaill.d.quæſt.154.num.1.
4 & ſeq. ſi vero † feudum conceditur pro ſe,
& hæredibus, tunc eſt hæreditarium,vt no-
tant Doctores in d.cap.1. an Agnat.vel fil.
vel ſimpliciter conceſſum ſit nulla facta
mentione filiorum,vel hæredum,quia tunc
in dubio hæreditarium præſumitur ex tex.
in c.1. de duob. fratrib. à Capitaneo inue-
ſtit. Bal. in d.cap. an Agnat. vel fil. num.8.
Aluarot.ibid.num.9. Zaſ.d.part.8. num.6.
& feudum ſimpliciter hæreditarium dici-
5 tur, quando † receptum eſt pro ſe,& hæ-
redibus, quibuſcumquè, & tunc non ſolũ
habiles, ſed etiam inhabiles comprehende-
re, & ſuccedere docet Iul.Clar.in §.feudũ,
quæſt.9.num.2. & quæſt.83.num.1. addens
ad conſil.Alex.33.num.11.lib.1.incip.quo-
niam fundatur, vbi multorum opiniones in
vtramuè partem cumulat, quod tali caſu
inhabiles comprehenduntur, qui articulus
ſi eſt contrarius pars, tamen affirmatiua,
communior eſt,Clar.d.quæſt.9.vbi commu-
nem dicit Socc.iun.conſ.72.num.22. libr.1,
incip.propoſita quæſtione, Tiraquell. de
vtroquè retractu gloſ.1.§.7.num.21.& ſeq.
6 vbi plures allegat, & † feudi hæreditarij
ſucceſſores filij, vel deſcendentes, ſiuè ſit
antiquum, ſiuè ſit nouum communis con-
cluſio eſt es alienum à defũcto relicto ſol-
uere, debere, ratio eſt, quia filius non ex
propria perſona, ſed Patris iure repræſen-
tationis venit, eſtquè eadem perſona cum
Patre, d.l.in ſuis, ff. de liber. & poſthum.&
§. ſui autem inſtit. de hæred.qualit.& diffe-
rent. tex. in l.fin.§.fin. C.de impub. & alijs
ſubſtit. & §. ei vero de in vul.ſtipulat. tex.
in l. cum ſcimus, §.fin. de Agric. & cenſit.
7 lib.11. & ideo † hæreditatem renuntiare
non poteſt ad effectum, vt onera hæredita-
ria euitet, & feudum retineat, vtrumquè
enim, aut repudiare, aut acceptare debet,
alias debita paterna ſoluere tenetur, per
tex. in d.cap.1. an Agnat. vel fil. vbi gloſ.
in verſ. repudiare, Iſern.ibid.num.4. Bel-
uiſ. Bald. & alij communiter tradunt ibi-
dem, & Gail. in d.quæſt.154.nu.10.& ſeq.
Vulteius cap.9. num.115. & hæc diſtinctio
multo certior eſt, quam illa ex inuentario
8 facto.à vulgo interpretum ſumpta,vt † cõ-
fecto inuentario ſucceſſor non teneatur es
alienum de feudo ex pacto, & prouidentia
ſoluere,etiam ſi hęreditatem defuncti adie-
rit, ad quod eſt gloſa ſingularis in l. fin. §.
in computatione, vbi confunduntur, C. de
iure deliber. Iſern. in c.1.in fine,qui ſucc.
ten. & in d.cap.1. an Agnat.vel fil. vbi Al-
uarot. Præpoſit. & alij, & Cannet. quæſt.8.
num.77. & ſeq. Laudenſ. in cap.1. §.Titius
filius numer.15. & ſeq. & de feud. defunct.
Zaſ.d.part.8.num.10.Pinell.part.3.num,93.
à qua ſententia, etſi Doctores diſceſſiſſe
ait, Afflict. in d.cap.1. §. hæc quoq;de ſuc-
ceſſ. feud. eorum ſententias multis validis
argumentis impugnat,Piſtor.quæſt.2.num.
9 44. & ſi † feudum eſt hæreditarium inuen-
tarium confectum, nihil prodeſſe hæredi,
ſed ad excludendum debitum, etiam de feu
do teneri, tradit Iſern.in cap.1.qui ſucceſſ.
tenean.& in cap.1. an Agnat. vel fil. & in
cap.1. de alien.feud pater. Afflict.in cap.1.
in princ.num.4 de ſucceſſ. feud. Curt.iun.
part.1.quæſt.8.num.2. Io: Thom.de Marin.
tit.5.num.37. Loffred.conſ.1. num.52. &
conſ.14.num.42. Gozadin.conſ.8. num.36.
Curt.iun.conſ.1.num.12. & conſ. 138.&
conſ.155. Afflict. deciſ.26. num.3. & deciſ.
112.num.3. & deciſ.240. num. 7. Vulteius
d.cap.9.num.115. circa finem.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXIV.

THEMA.

Feudum ex pacto, & prouidentia antiquum in legitimam non imputatur communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Formulas circa feudi ex pacto, & hæreditarij Doctores non conueniunt.*
2 *Feuda imputari in legitimam Doctores valde altercantur.*
3 *Feudum antiquum ex pacto, & prouidentia in legitimam filio non imputatur.*

1 DOctores † in hac quæſtione variè lo-
cuti ſunt valde, adeo quod circa for-
mulas conſtituentes feudum hæreditarium
& feu-

Digitized by Google

& feudum ex pacto, & prouidentia inter
eos, nec conueniant, dicit Michael. Graſſ.
2 in §. legitima quæſt. 21. in princ. & † ma-
gnam eſſe altercationem, an feuda impu-
tentur in legitima, dicit Vulteius de feud.
obſeruat. 11. Hartman. Piſtor. li. 2. quæſt. 38.
dicit in hac quæſtione ſolere communiter
diſtingui inter feudum antiquum, & nouũ,
item inter feudum ãtiquum hæreditarium,
& antiquum ex pacto, & prouidentia. Nam
3 feudum † antiquum ex pacto, & prouiden-
tia in legitima filio non imputari, firmat
Curt. part. 3. quæſt. 30. num. 134. Vuſembec.
d. obſeruat. 11. Mozz. de natural. feud. num.
211. Gail. obſeruat. 154. num. 15. Scrader.
cap. 5. num. 44. verſ. 2. Graſſ. d. quæſt. 21.
num. 5. Thoming. deciſ. 2. num. 13. Caſtrenſ.
Ang. & Cum. in l. ſi Patroni, ff. ad Senat.
Conſult. Trebell. Ripa in l. in quartam
num. 179. ff. eod. firmat addens ad Alex.
conſ. 8. verſ. legitimam lib. 3. eamquè com-
munem dicit Alex. in l. ſi Patroni, Bolo-
gnin. in d. l. in quartam num. 313. & Ro-
man. ibid. num. 27. & indubitatum eſſe in-
quit Caccheran. in repet. Auth. nouiſſ. in
rub. quæ ſunt imputanda num. 6. C. de in-
offic. teſtam. ac vno ore omnes interpretes
concludere affirmat, Piſtor. d. quæſt. 38 nu.
1. & ex innumeris authoritatibus, & opi-
nionibus communibus firmat Roſental. c.
7. concluſ. 13. in gloſ. litera G. quod idem
eſt, quod dicitur legitimam ex feudo, vero
non detrahi gloſ. in cap. licet de voto, vbi
Io: And. & Hoſtienſ. Det. conſ. 269. num. 5.
Pariſ. conſ. 17. num. 30. lib. 2. Menocch. conſ.
104. num. 14. ratio eſt, quod in legitima ea
imputari ſolet, quæ à Patre eiuſquè bonis
proficiſcuntur, per l. omni modo, §. impu-
tari, & l. quoniam nouella, Auth. nouiſſima,
& l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoffic.
teſtam. feudum autem antiquum, & ex pa-
cto, & prouidentia non cenſetur à Patre
profectum eſſe, ſed ex pacto anteceſſorum
quæſitum, ideo in legitimam filio, & deſcen-
dentibus non imputatur.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXV.

THEMA.

Feudum ex pacto, & prouidentia nouum imputatur in legitima communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Feudum nouum ex pacto, & prouidentia, ſi antiqui dicunt in legitimam non imputari, tamen verius eſt, quod ſic.*
2 *Feudum nouum eſt genus quodam militiæ, quæ in legitimam imputatur.*

1 IN feudo † nouo ex pacto, & prouiden-
tia, in quo ſuccedit filius primi acqui-
rentis, ſi nonnulli vti Ang. Cuman. & Ca-
ſtrenſ. in d. l. ſi Patroni, & Bal. conſ. 110. lib.
2. ſicut feudum antiquum ex pacto, & pro-
uidentia dicunt, non eſſe in legitima impu-
tandum, tamen contrarium eſt verius, Sa-
lic. & Caſtrenſ. in d l. omni modo, §. impu-
tari Ripa in d l. in quartam num. 119. Han-
netton. 2. de feud. Scrader. d. cap. 5. num. 45.
verſ. tertio, Alex. conſ. 27. num. 2. & ſeq.
& conſ. 179. num. 4. lib. 5. communem dicit
Graſſ. in d. quæſt. 21. in fin. Ruin. in d. l. in
quartam num. 29. magis communem, vbi
Bolognin. num. 316. Socc. in l. cum filiofa-
milias, num. 51. ff. de legat. 1. veriorem dicit
add. in addit. ad Alex. d. conſ. 8. lib. 3. Vaſq.
de ſucceſſ. Couarr. §. 30. num. 235. & longè
maximam interpretã partem, ita extimaſſe
teſtatur, Piſtor. in d. quæſt. 38. num. 4. idq;
procul dubio, ita eſſe dicit Thoming. d. de-
ciſ. 2. num. 12. rationem aſſignant, vel quod
2 feudum † nouum eſt genus quodam mili-
tiæ, quam in legitimam imputari, iux. tex.
in d. §. imputari, vel quod alio obueniet in-
ſtar peculij profectitij, quod ipſum, etiam
in legitimam imputatur, per tex. in dict. l.
quoniam nouella, vel deniquè, quod occa-
ſione Patris quæſitum per l. filiæ, C. famil.
erciſcund.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio LXVI.

THEMA.

Feudum hæreditarium antiquum, ſiuè nouum in legitimam computatur, communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Feudum nouum, vel antiquum hæreditarium in legitimam computatur, & num. 3.*
2 *Feudum hæreditarium, ſi legitimam exceſ-*

ſerit in Trebellianitam computatur.
4 *Feudum hæreditarium habetur ex hæreditate, & ſubſtantia Patris, & in eo ſucceditur iure hæreditario.*

1 DE feudo † hæreditario antiquo, aut nouo vnanimis eſt interpretum ſenten-
tia, quam etiam communiorem, & verio-
rem dicit Scrader.cap.5.num.43. illud filio
in legitimam imputari, quod feudo merò
hæreditario, ita firmat Graſſ. in §. Falcidia
quæſt. 17. & de feudo mixto, idem tradit
Fritia de ſubfeud. in different.14.Graſ.cōſ.
4.num.57.lib.1. Burſat.conſ.2. num. 37. &
conſ.89.num.37.lib.1. & ita fuit deciſum
de Franch. deciſ. 368. quem ſequitur Pere-
grin. in tract. de fideicommiſſ.art.36. num.
108. conſ.Fab.de Ann.conſ.130.numer.33.
Mart.vot.220.num.3. Mormilis Præſiden.
Regiæ Cameræ in Conſtit. vt de ſucceſſio-
nibus numer.30. Thor. in Compen. deciſ.
2 verſ. † feudum hæreditariū fol.207. col.2.
& ſi legitimam exceſſiſſet, in Treballiani-
cam computabitur, ſimiliter deciſ. refert
de Franch.deciſ.387. quem ſequitur Pere-
grin.de fideicommiſſ.art.3.num.3.conſ.Fab.
de Ann.conſ.130.num.31. conſ. de Georg.
alleg.29.num.32. Thor.vbi ſupra verſ.feu-
dum hæreditarium fol.208.col.2. & in hac
3 partæ nonæ Dilucidatio 64. Et in † feudo
hæreditario actiquo in legitimam compu-
tari communiter eſt receptum, firmat Pi-
ſtor.d.quæſt.38.num.3. & in feudo hæredi-
tario nouo, abſquè controuerſia approba-
tum eſſe, dicit idem Piſtor.d.nu.3. eo quod
4 feudum † hereditarium habetur ex hære-
ditate, & ſubſtantia Patris, & in eo ſucce-
ditur iure hæreditario ex prædictis autho-
ritatibus, clariſſimè patet, & firmat Capyc.
deciſ.2.num.5. ex alijs Anna Pater, & An-
na filius in ſing. 202. alios cohaceruantes,
& ex alijs Malull.addens in d.deciſ.Capyc.
2. litera D. ibiquè Petra litera B.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio LXVII.

THEMA.

Regna, Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & feuda, in quibus francorum iure viuitur, ſunt legitima primogeniti, communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *REgna, Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & feuda, in quibus francorum iure viuitur integrū eſt primogeniti legitima.*
2 *Legitima non debetur de feudo peruento, ſiuè perkenturo, nec detrahitur legitima aliorum filiorum.*
3 *Feudum, an ſit legitima primogeniti, latè explicat Camerar*
4 *Regna ad inſtar legitimæ ſunt indiuidua.*
5 *Regnum reputatur, tanquam legitima primogeniti, vt ei debeatur corpus Regni indiuiduum ex neceſſaria reſtitutione nulla diſpoſitione.*
6 *Regni ſucceſſio non eſt voluntaria, ſed neceſſaria ex parte Regis poſſeſſoris.*
7 *Feudum iuris francorum totum legitima primogeniti eſt.*

1 REgna, Principatus, Ducatus, Marchio-
natus, Comitatus, & feuda, in quibus
francorum iure viuitur, integrum primo-
geniti legitima eſt, gloſ. Innoc. in Canon.
in cap. licet de voto, quamuis ibi tex. loqua-
tur de Regno. Abb.conſ.12. lib.1. & conſ.
3.lib.2. Caſtrenſ.conſ.179.lib.1. Tiraquel.
de primogen.quæſt.5. & 52. Mozz. de nat.
feud.num.111. in fin. Iſern. in Conſtit.Di-
gnum expreſsè dicit, & in cap.1.col.6. nu.
16. poſt medium, quæ ſit prima cauſ. bon.
amiſſ. ibi (retineret, tàm ſibi illa, quibus
erat, ei moriens obligatus) Afflict. in tit. de
ſucceſſionibus num.75. & in Conſtit.Comi-
tibus, num.2. Io: Vinc. de Ann.ſing.19. Ia-
uel.in ſua Phyloſof.Ciuil.tract.1.cap.4.ver-
ſic.quantum ad tertium, Guid. Pap. quæſt.
476. iudicatum dicit, quem ſequitur Gu-
lielm. Bened. in repet. cap. Raynutius verſ.
in eodem teſtamento relinquens num.145.
2 Bor.deciſ.204. num.14. quod à † Regno,
ſiuè feudo primogenito peructo, ſiuè per-
uenturo, nec detrahitur legitima aliorum
filiorum, ita quod alij filij in eo legitimam
habere non debent, tenet etiam Petr. Ia-
cob. in practica, dum tractat de ſucceſſio-
ue Regni Franciæ, verſ. ſed quid dum de-
ceſſit, eſtquè de mente Imol. num.36. &
Zabarell. in cap. 2. extra de feud. & licet
hæc concluſio, quod Regnum, ſiuè feudum
totum ſit legitima primogeniti controuer-
tatur, per Oldrad. conſ.94. & Paul. de Ca-
ſtro, & conſ. 244. lib.2. conſiderantes, vel
quod non reputatur, tanquam legitima
3 hæreditaria, tamen † Camer. in repet. cap.
Imperialem de prohib. feud. alien. per Fe-
deric. §. Præterea Ducatus fol 99. litera E.
ſatis

Digitized by Google

ſatis doct explicat veritatem ſimul, & vtilitatem iſtius Capituli, & referendo rationes Oldrad. Paul. de Caſtr. & Socc. dicit, quod fruſtra laborarunt iſti, vt oſtenderẽt legitimam eſſe hæreditariam, cum nõ proſit, ex multis, quæ allegat intantum, quod
4 fol. 102. lit. E, concludit, quod † Regna ad inſtar legitimæ dicuntur indiuidua ratione dignitatis annexæ, & ſi Regna ipſa erunt ex pacto, & prouidentia reſtitutioni neceſſariæ ſubiacent, ſi vero Regna ipſa ſunt hæreditaria debentur filio primogenito, etiam ex neceſſaria reſtitutione, cum qualitate hæreditaria, & quandam ſimilitudinem habent, cum legitima ratione indiuiduitatis, ſed non ſtant iure legitimæ, & ex
5 his † Regnum reputatur, tanquam legitima primogeniti ad finem, vt ei debeatur corpus Regni indiuiduum ex neceſſaria reſtitutione nulla Regis in vita, vel in morte valente, nec manente diſpoſitione, ſi debetur Regnum iure hæreditario tenetur ſoluere debita Regis prædeceſſoris, & alias diſpoſitiones pecuniarias, & ſic patet, quod
6 Regnorum ſucceſſio non eſt † voluntaria ex parte Regis Regnantis, ſed neceſſaria, tàm in Regno hærditario, quam in non hæreditario, vt ex pluribus, Io: An. Lanarius maximus feudiſta in ſuo conſ. 1. num. 20. & ſeq. & præmiſſa procedunt, nè dum in Regnis, & in hoc Neapolitano, ſed & in
7 † feudis, tàm dignitatum, quàm non ſi frãcorum iure in eis viuitur, vt communiter dicitur in Regno, quod totum feudum, in quo francorum iure viuitur, eſt legitima primogeniti filij Iſer. in d. Conſtit. Dignum Afflict. in Conſtit. vt de ſucceſſionibus nu. 73. & alij præcitati Doctores, Thor. in Compen. deciſ. verſ. feudum totum an dicatur legitima primogeniti, fuit caſu occurrenti tractatum, quod ſit Ann. ſing. 197 feudum, & in repet. cap. 1. de Vaxall. decrep. etatt. num. 254. Ricc. Collectan. deciſ. 1620. Fritia de ſubfeud. lib. 3. different. 19. in princ. ſubdens hoc notant moderni in Conſtit. vt de ſucceſſionibus in fine, & in Conſtit. Comitibus, ex dictis per Iſern. & præcitatos Doctores in dictis locis.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio LXVIII.

THEMA.

Feudum totum iuris francorum hæreditarium non verè eſt legitima primogeniti, quia tenetur ad onera, ſed benè dici poteſt, quod ſit legitima ſucceſſio, communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum eſſe legitimam primogeniti, abſq. vlla grauamine, & confecto inuentario vltra vires hæreditarias feudum francum habere valdè errant.*

2 *Hæreditatis cuiuſcumque eſt corpus vniuerſa continens, & alio iure, quam hæreditario habere non poteſt, tenetur ad onera.*

3 *Feudum eſt legitima ſucceſſio primogeniti non legitima aliqua naturalis, quæ vnquam fuit conſiderata in feudis.*

4 *Feudum ex pacto, & prouidentia ſucceſſor capit iure ex contractu, & inueſtitura primi acquirentis, & in bonis alicuius, quod non eſt, non poteſt in ipſius legitima imputari.*

5 *Primogenituræ ius, quando non apparet in inueſtitura, eſt beneficium legis, vel Conſuetudinis.*

6 *Feudum ex pacto, & prouidentia in legitimam non confertur, & totum eſſe legitimam primogeniti in tali feudo verificari poteſt.*

7 *Feudum ex pacto, & prouidentia totum eſſe legitimam primogeniti in Regno, vbi omnia feuda ſunt hæreditaria, verificari non poteſt, ex communi forma conceſſionum.*

8 *Afflicti opinio in Regno non dari feudum ex pacto verificetur in genere, non in particulari cum adſint conceſſionis libris, abſquè verbo hæredibus, & Author vidit.*

9 *Feudum ex pacto, & prouidentia in legitimam non computari alia vero hæreditaria, & mixta ſic.*

10 *Feudum hæreditarium non legitima primogeniti dici poteſt, quia ſucceſſor hæreditatis ad onera tenetur, & de legitima non.*

1 OPinionem tenentium, quod † feudum primogenito debitum totum ſit legitima primogeniti, & in eo defuncto non recipiatur aliquod onus, vel grauamen, per l. quoniam nouella, C. de inoffic. teſtam. & illud penes primogenitum peruenit liberum, & francum à creditis contractis per defun-

defunctum, & confecto inuentario vltra vires non teneatur Doctores, hoc tenentes valdè errant. Nam licet ipſe primogenitus in eo ſit ſolus ſucceſſurus, quia vt hæres defuncti capit, non licet hæredi feudum ab hæreditate diuidere, cũ ſit hæres de corpore hæreditatis, vt notatur in gloſ. in l. non tantum, & ibi Bart. de petit.
2 hæreditatis. Vnicum eſt † corpus vniuerſa continens, quæ defunctus tempore mortis habuit, vt in regula iuris, Alio iure habere non poteſt. tenetur ad onera, ad quæ prædeceſſor defunctus tenebatur, vt per Alberic. de Roſat. in prohem. ff. firmat Licier. in tract. primogen. lib. 2. quæſt. 5. allegat Oldrad. in conſil. 94, quem etiam allegat Loffred. d. conſ. 1. nu. 171. qui per alia media conatur impugnare opinionem, tenentium feudum totum eſſe
3 legitimam primogeniti dico, quod † feudum totum, & integrum eſt legitima ſucceſſio ipſius primogeniti non legitima aliqua naturalis, quæ nunquam fuit conſiderata in feudis, & feudũ Regni Ducatus, Comitatus integrum eſt legitima primog. gl. Innoc. & alij in cap. licet de vot. licet tex. loquatur de Regno Abb. conſil. 12. lib. 1. Tiraquell. de primogenit. quæſtio. 5. & 52. & ex alijs Mozz. de natural. feud. numer. 111. & in propriè intelligitur de non legitimam iure naturæ filijs debita, ſed propriè legitima ſucceſſio ex more, & Conſuetudine francorum, qui primogenitum tantum admictunt in feudo, non quod ſit legitima iuris naturalis, ſuper quo non admictitur onus, & vt ipſe totum capiat præcipuum, ſentit Scrader. de feud. par. 7. cap. 5. num. 44. & ſeq. eadem met Conſuetudo facit ipſum hæredem in feudo, vt de feudo, vltimi morientis, at non primi acquiren-
4 tis, quando † autem feudum eſt ex pacto, & prouidentia cum ſucceſſor capiat iure ſuo ex contractu, & inueſtitura primi, & nõ curamus de vltimo decedente, aut alio intermedio (vt ſuo loco dicimus) quod enim in bonis illius, aut eius contemplatione, nõ eſt in legitimam illius imputari non poteſt
5 vt dicunt Doctores in d. l. in quartam: † ius primogenituræ, quando non apparet inueſtitura, eſt beneficium legis, vel Conſuetudinis, ſecundum Bal. conſ. 360. quantum ad punctum lib. 2. & cum ea qualitate, qualis ex more viuentium, aut feudi inueſtitura detulit, vt per Fritiam in d. different. 19.
6 in fine, maximè quod tale † feudum ex pacto & prouidentia in legitimam non confertur, vt in prædenti Dilucidat. 61. circa principium diximus, & ex multis etiam opinionibus communibus Doctorum, &c. firmat Roſental. in cap. 7. concluſ. 13. in gl.
7 lit. G. & præcitati † Doctores tenentes totum feudum eſſe legitimam primogeniti in feudo ex pacto, & prouidentia eorum opinio ſuſtineri poteſt, ſed quomodo hæc diſtinctio, ſi feuda omnia in Regno ſunt hæreditaria ex communi forma conceſſionum pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè
8 deſcendentibus, & ita iudicatum † firmat Afflict. in deciſ. 140. in Regno non eſſe, dare feudum ex pacto, & prouidentia, ſed Afflict deciſio poteſt verificari in genere, non in particulari, cum in Regno non deſinunt feuda ex pacto, & prouidentia, & ego vidi aliquas conceſſiones pro ſe, & liberis, abſquè verbo hæredibus, vt ſunt feuda ex pacto, & prouidentia, vt in illis feudis pro-
9 cedit opinio ſuperius dicta † feudum ex pacto, & prouidentia in legitimam non imputari alia vero hæreditaria, & etiam mixta in legitimam computari, vt de communibus opinionibus innumeris authoritatibus, & deciſum diximus, & ipſam diſtinctionem feudi ex pacto, & feudi hæred tarij, latè pertractas Roſental. de feud. cap. 2. concluſ.
10 33. & † feudum hæreditarium in legitimã primogeniti iure naturæ debitam dici poteſt, quia ſi eſſet legitima filius ſucceſſor in feudo ad onera hæreditaria non teneretur, prout tenetur, licet cum beneficio legis, & inuentarij, non vltra vires hæreditarias, vt prædiximus.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXIX.

THEMA.

Filius primogenitus ſuccedens in feudo tàm ex pacto, & prouidẽtia, quàm hæreditario antiquo, ſiuè paterno tenetur ad vitam, & militiam alijs fratribus minoribus.

SVMMARIVM.

1 *Feudis de iure communi feudorum omnes filij ſuccedunt, & inter ſe, ſicut in bonis allodialibus diuidunt.*

2 *Feuda diuiduntur ſecundum ius Longobardorum, & multarum Regionum Ger-*

Germaniæ, Italiæ, & aliarum, in quibus etiam feuda dignitatum

3 *Feuda eſſe diuidua ante Federicum Imperatorem, alias non probibuiſſet per particularem legem, cap. Imperialem.*

4 *Res de facili reuertitur ad ſuam primauã naturam.*

5 *Feuda dignitatum de iure communi eſſe indiuidua,*

6 *Feuda indiuidua, nec per diuiſionem minuitur.*

7 *Res melius per vnum, quam per plures adminiſtrantur.*

8 *Multos imperitare malum eſt, Rex vnicus eſto.*

9 *Darium multa milia talentorum Alexandro obtuliſſe, vt Aſiam ſecum diuideret.*

10 *Alexandri reſponſio, nequè Terram duos Soles, nequè Aſiam duos Reges tolerare.*

11 *Primogenitus de iure communi feudorum tenetur præſtare alimenta ſecundogenitis egenis.*

12 *Feudorum dignitatum, nè dum fuit introducta indiuiduitas, ſed & aliorum per ius francorum, & per ius huius Neapolitani Regni, & ſeruatur in multis alijs partibus extra.*

13 *Primogenitus ratione ſua incluſionis, & excluſionis aliorum ad vitam militiam alijs fratribus tenetur.*

14 *Feudi hæreditarij nullum ius primogenito conſideratur in vita Patris, ſed poſt mortem, & ſi Pater alienat, ceßant omnes regula collationis.*

15 *Feudi ex pacto, & prouidentia ius primogeniti à morte Patris pendet, vt ceßet omnis collatio.*

16 *Feudorum ius commune ceſſat in ſpetialiter prouiſis.*

17 *Vitam, & militiam tanto ſecundogenitis dari mandatur per Conſtit. Regni nulla facta diſtinctione, & ſic pars feudi, vel pretij dari ceſſat.*

18 *Feudum, ſiuè conſideratur, vt feudum, ſiuè vt pretium, de quo fuit emptũ filius contra Patrem in vita non agit, nec contra Dominum, vt inueſtiat, quia actio præſupponit obligationem, quam non habet.*

19 *Primogenitus, ſi dat partem pretij feudi à Patre empti, vel aliter quæſiti minuit, quod ipſa ex Conſuetudine, & francorum iure habet, quod conferre non tenetur, cum ſit proprium lucrum ex eadem cauſa.*

20 *Feudi dignitatis, vel iuris francorum, in quo ex Conſuetudine ſuccedit primogenitus legitimam portionem ſecundogenitis dare non tenetur.*

21 *Legitima feudi ſi deberetur, debet ſolui per hæredem vniuerſalem in pecunia.*

22 *Feudum dignitatum, vel iuris francorum ſunt legitima primogeniti.*

23 *Feuda dignitatum, vel iuris francorum, vt ſiuè legitima primogeniti facit feudi natura, quod eſt indiuiduum.*

24 *Secundogenitus excluſus à proprietate feudi non poteſt dicere, quod ſit pretium valoris, & frater maior tenetur tantum ad vitam, & militiam.*

25 *Secundogenitus ex Conſtitutione Regni, & ex Iſern. non habet partem pretij, nequè legitimam vllam feudi, ſed loco partis habet alimenta, & militiam.*

26 *Vita militia datur ſecundogenitis loco partis, à qua excluditur.*

27 *Vita militia, cum vita ſecundogeniti extinguitur.*

28 *Feudum totum, & integrum eſt legitima ſucceſſio primogeniti, non legitima naturalis, & quomodo.*

29 *Primogenitus ſuccedit cum onere dandi alimenta, ſiuè vitam, & militiam ſecundogenitis per Conſtit. Regni.*

30 *Primogenitus de iure communi feudorum tenetur alere ſecundogenitos, & de iure Regni tenetur ei vitam militiam dare.*

31 *Primogenitus dat vitam, & militiam ſecundogenitis loco portionis, & legitima ſuper feudo, & ſecundogenitus excluſus à proprietate feudi non poteſt dici, quod ſit portio valoris.*

32 *Vita, & militia onus feudi, & reale, & aliud onus legitima eſt ſublatum.*

33 *Secundogenitus habet à feudo, vnde militare poſſit, ex quo vita militia datur, nè dum, vt alatur, ſed & vt militet.*

34 *Vita, & militiæ ſignificatio eſt vita pro alimentis, & militia, vt militet.*

1 DE iure communi feudorum in feudis omnes filij ſuccedunt, & feuda inter ſe, ſicut bona allodialia in capita pro numero perſonarum diuidunt, tex. eſt in c. vnic. §. & quia vidimus, ibi (ad omnes æqualiter filios pertineat de his, qui feud. dar. poſſ.) de ſucceſſ. feud. & vtrobiquè gloſ. Iſern. & omnes ſcribentes Hen. Gonde conſ. 6. num. 11. & diximus ſupra contradictione vnius ex conſortibus non obſtante ex alijs firmat Roland. à Vall. conſ. 80. nu. 44. & ſeq. li. 1. nulla primogenituræ habita ratione, & ſe-
2 cundum † ius Longobardorum feuda fuiſſe diuidua, quod eſt ſublatum à Regno, Maxill. in Conſuet. Barenſ. in prohem. nu.

228. &

228. & ſolum quòad Mundualdum in cer-
tis partibus tantum remanſiſſe, & ſecundũ
Conſuetudinem Germanorum Italiæ, &
multarum Regionum io aliquibus partibus
feuda, etiam dignitatum diuidi ſolent. Bald.
Aluarot. & alij in §. præterea Ducatus, &
ex alijs multis firmat Borcolt. de feud. c 7.
num.42. qui oum.43. ſubdit, ea quæ Con-
ſuetudo, in qua videri oon debet propterea
3 quod, & ante Federicum † Imperatorem
vſitatum fuiſſe videtur, alias neceſſe non
erat Imperatorem ipſum diuiſionem pro-
hibere, per cap. Imperialem, §. præterea
Ducatus de prohib. feud. alien. per Federic.
4 vbi Aluarot. notauit, & † res de facili ad
ſuam primęuam naturam reuertitur, l. ſi v-
nus, §. pactus, nè poteret de pact. cap ab
exordio, 25. diſtinct. Iaſ. in l. 2. num. 182. C.
de iure emphyt. Vaſq. lib. 2. controu. Illuſt.
cap. 56. num. 14. & cap. 82. nu. 4. & ex alijs
5 Borcolt. d. loc. Sed † de eodem iure com-
muni feudorum à tempore Imperatoris
Federici ordinatum fuit, quod feuda digni-
tatum, puta Ducatus, & ſimilium non di-
uidantur, per d. §. præterea Ducatus, adeſt
& cap. licet in fine, vbi ordine geniture pri
uandum extra de voto, cum ante Impera-
torem Federicum diuidebantur, vt dictum
eſt, & habetur ex illis verbis in d. §. præte-
rea, ibi (de cœtero non diuidantur,) ſed
exinde indiuidua eſſe ordinatum fuit, per
d. §. præterea Ducatus, & d. capit. licet, &
vtrobiq; firmant Doctores, Iacob. de Bel-
louiſ. in diuiſ. feud. 8. diuiſ. & ibi Aluar. nu.
9. Laudenſ. io 10. diuiſ. Tiraquell. de iure
primogen. quæſt. 4. num. 211 & ſeq. Duen. in
reg. 316. & io hoc nemo diſcrepat. Caſſan.
in Conſuet. Burgund. rub. 3. Desfiedes. §. 6.
6 num. 7. & † hoc primo, nè per diuiſionem
feuda diminuaotur, & deſtruantur gloſ. in
d. cap. licet Doctores in d. §. præterea Bal. in
Auth. hoc amplius, C. de fideicomm. Caſ-
ſan. loco citato Roland. à Vall. d. conſ. 80.
7 num. 2. ſecundo † quia per vnum rectius
adminiſtratur, quam per multos Bald. in
d. §. præterea, & ex Ariſtotelis ſententia
8 12. Methaphyſicæ. Multos † imperitare
malum eſt Rex vnius eſto, quam Ariſto-
telis ſententiam ex Homero ſumpſit ex ſe-
cundo Iliados vlixet Thorſiteo ea ſenten-
tia compeſcet, Caſſan. loc. citato, numer. 9.
Cæphal. conſ. 3. num. 20. & ſeq. lib. 1. Tira-
quell. vbi ſupra quęſt. 4. ibi ex Plutarcho
9 referr. † Darium multa milia talentorum
Alexandro obtuliſſe, petijſſequè vt Aſiam
ex equo diuideret, & cum quidam Parme-
nio diceret, equidem accipere, ſi Alexan-
10 der eſſem, & ego quoquè † Alexander in-
quit, ſi Parmenius eſſem, Dario autem re-
ſpondit, nequè Terram duos Soles, nequè
11 Aſiam duos Reges tolerare, & † ſic pri-
mogenitos in Regnis, & feudis ſuccede-
12 re de iure communi, cum eſſet † ſuperue-
nit, poſtea ius francorum, & deindè ius
huius Neapolitani Regni, & indiuiduitatè,
nè dum dignitatum, ſed & feudorum in-
troduxerunt, & ad ipſorum ſucceſſionem
filios primogenitos vocarunt francorum
iure, quod ſeruatur in Regno Franciæ, Si-
ciliæ, & Angliæ, dicit Iacob. de Bellouiſ.
in prohem. feud. in 10. diuiſ. Gulielm. de
Perno conſ. 4. num. 5. verſ. veruntamen in
Regno, &c. & de iure Regni noſtri per Cõ-
ſtitut. diuæ memoriæ in tit. de reuoc. feud.
lib. 3. 10 tex. ibi, (& rebus feudalibus mi-
nuendis, dũ expreſsè prohibet feuda minui
diuiſionem prohibuiſſe videtur, & conſe-
quenter ius francorum introductum, quia
nihil eſt tàm magnum, quin diuiſione non
minuatur, & ad nihilum reducatur, Bal. in
d. §. præterea Ducatus, & ex alijs ſupradi-
ctis huius Partis Nonæ Dilucidat. 4. vbi
conſ. Io: And. de Georg. in alleg. 21. nu. 9.
allegans d. Conſtitutionem diuæ memoriæ
firmat, quod ius Regni induxit indiuidui-
tatem feudorum, & pariter prætulit primo
genitum. Gulielm. de Perno conſ. 18. verſ.
ſed hodiè nouæ infeudationes in Regno s
Iſern. in d. §. Prætera Ducatus, & ex alij,
13 in d Dilucidat. 4. Qui † primogenitus ra-
tione ſuæ incluſionis, & prælationis in feu-
do alijs filijs, ſuis fratribus de feudo vitam
militiã dare tenetur, per Conſtit. Regni Co-
mitibus, de qua latè dicimus infra in Part.
12. Dilucidat. 45. & pluribus ſequentibus,
quam opinionem defendit Minad. in repe.
tit. Conſtit. in aliquibus de ſucceſſ filio. nu.
14 30. dicens, aut † feudum eſt hæreditarium,
in quo primogenitus ſuccedit, prout com-
munis eſt inueſtitura, & vſus in Regno, &
tunc nullum ius conſideratur in vita Pa-
tris, niſi poſt mortem, arg. l. fin. C. de pact.
ſi omninò poſt mortem eſt habiturus, & Pa-
ter viuens, alienat omnes regulæ collatio-
nis, & præſumptus titulus donationis, &
retrohabitio, & quecumquè pro contraria
opinione, quod debeatur pars pretij con-
ſiderantur, per Iſern. & Loffred. in d. §.
15 Præterea Ducatus, aut † feudũ eſt ex pa-
cto, & prouidentia, & adhuc, quia loqui-
mur in feudo oouo empto filius, qui eſt de-
terioris conditionis, quam Agnatus d. cap.
1. an Agnatus, ſimiliter ius eius à morte
Patris pendet, vt ceſſet collatio per ea, quę
dicit Bart. in l. 1. §. nec Caſtrenſe, ff. de col-
latio,

latio, Bero in l.quodcumquè, ff.de verbor.
oblig. cum alijs ibi adductis, & ſi dicatur,
quod de iure communi ſeudorum habetur
clarè primogenitum teneri ad partem pre-
tij ſecundogenitis, dum eo iure in ſeudis
omnes filij pro equis partibus ſuccedunt,
16 vt prædictum eſt † ius commune ſeudorũ
in ſpetialiter prouiſis ceſſat, cap. 1. de noui
oper.nunt. cap.1. de feud. cognit. dum per
17 Conſtitutionem Regni † Comitibus vita-
militia tantum per primogenitum ſucceſ-
ſorem in ſeudo dari ſecundogenitis partem
feudi, & prerij dari ceſſare videtur, maxi-
mè quod non diſtinguit de ſeudo nouo, vel
antiquo donato, vel empto, & potuit di-
cere, & non dixit, ſtandum eſt iuri ſranco-
rum inueſtituræ, & Conſtitutioni Regni,
ex quibus primogenitus ad vitam milit am
tantum tenetur, l. tractabatur de milit.te-
ſtam. l. Depræcatio de publician. cum vul-
18 gatis, ſiuè igitur † conſideratur ſeudum, vt
ſeudum, ſiuè conſideretur pretium, cuius
cauſa ſeudum habet, quia emptum vt dixi-
mus: in vita contra Patrem non agit, nec
reuocat, vt in cap.1. de alien. ſeud.patern.
contra Dominum, & inueſtiat nequaquam,
quia actio præſupponit obligationem, l. li-
cet, §. obligatio, ff. de præſcript. obligatio
non eſt nata ante mortem Patris, quia o-
portet eum eſſe hæredem, ergo nec actio,
& ſic a ctenta diſpoſitione, & iuris ſranco-
rum, & dicta Conſtitutione in aliquibus à
prædictis per Minad. diſcedi non videtur,
quibus addo.
19 Primò, principaliter † primogenitus dat
partem pretij ſeudi à Patre empti, ſiuè ali-
ter quæſiti minuit, quod ipſe à lege iuris
francorum, & ex Conſuetudine habet, quod
conſerrè non tenetur, quia iſtud eſt pro-
prium lucrum ex eadem cauſa, dicit Bald.
in l. cunctos Populos col.8. verſ. venio ad
ſecundum, C.de ſumm. Trinit. & fide capt.
& idē voluit in Auth. ex teſtamento, verſ.
18. de collatio per rationem, quia hujuſ-
modi ius ex forma defertur, vt non diui-
datur, nec enim recipit ſeparationem, vnde
conſerri impoſſibile eſt, argum. l quædam
mulier, ff.famil.erciſc. & l.Carmelia pia, ff.
de iure Patron. quam opinionem Bal.ſecu-
ti ſunt Roman. in d. Auth. ex teſtamento
col.vlt. verſ. item in quantum dicit, quod
iura illorum, in l.quæ Pater col.2. verſ. itē
quia de his famil. erciſcun. Panormit. conſ.
12.caſus talis eſt Magnificus col.3. verſ.ſed
eſt dubium lib. 1. Martin.Laudenſ.in tract.
de primogen.col.7. verſ. quæro an ius pri-
mogeniti Franc.Curt.Sen.cōſ.69. Dominus
Ioannes col.12. verſ. quarto modo diuidũ-
tur Bened. in cap. Raynutius, verſ. in eo-
dem teſtamento relinquens lect.1. nu.144.
& ſeq. ex alijs Tiraquell. de primogenitu-
ra quæſt.51.num.1. & 2.
20 Secundò, principaliter de † feudis di-
gnitatum, vel iuris francorum, vel ex Con-
ſuetudine, in quibus primogenitus ſuccedit
legitimam portionem alijs fratribus poſt
ſe genitis dare nō tenetur, firmat expreſsè
Petr. Iacob. in titul. de ſucceſſione Regni
Franciæ fol.91.col.4.per cap.licet de voto,
vbi idem firmat gloſ.in verſ. ſucceſſionem,
Hoſtienſ. in verſ. ordine genituræ in fine,
Ioan. And.Cardin.Florent. qui illam gloſā
dicit ſingularem col. 3. verſ. tertio ſoluit,
Imol. & Panormit.col.2. verſ. in gloſ. fin.
& idem voluit, idem Cardin.Florentin in
conſ.64. D.Hera ſit audienda col.vlt. verſ.
item ex quo eſt, & idem Panormit. in dict.
conſ. 12. vt clarè materia in tertio dubio
lib.1. & conſ.3. Nitar in præſent in 2. & 3.
dubio lib.2. Paul.Caſtrenſ.in conſ. 179. in
cauſa quā Magnificus Dominus col.2. verſ.
proponitur autem lib. 1. Ægid. Bellamera
conſ.48. an Comes col.1. verſ.aliud dubiũ,
Guid.Pap. conſ. 140. Conſilium pro nobili
in 2.dubio, verſ.quia videmus, & deciſ.Del-
phinatus 476. vtrum legitima, vbi ita dicit
conſuluiſſe, Criſtofor. de Caſtell. atquè ita
21 iudicatum fuiſſe, & quod talis † legitima ſi
deberetur, debet ſolui per hæredem vni-
uerſalem in pecunia, & ſic ſucceſſorē feudi
& de ſeudo legitimam ſecundogenitis non
debere, & iterum deciſ.487. Pater in teſta-
mento, verſ.quo vero ad Regna, Benedic.
vbi ſup.num.145.Borc.deciſ.204.quæritur
vtrum pactum col. 7. num. 14. & 29. Ant.
Rub. conſ.34. Præſupponitur col. 3 verſ.
etſi iterum dicatur, vbi id declarat, & è no-
ſtris firmat Capyc.d.deciſ.2.nu.7. Paibelle
Camerar. in d.§.præterea Ducatus fol.102.
litera G. Afflict. in princ. num.17. de pro-
hib.ſeud alien. per Federic.Sonsbech part.
1.num.157. Hartman.Piſtor. in quæſt. iur.
lib.2.part.2.quæſt.38. num.19. 20. & vtro-
biquè communem opinionem eſſe actestās,
Mozz. de feud. tit. de natur.ſeud.num.111.
in fine Aſcan.Clement.de Patr.poteſt. Oſ-
ſect.16. quæſt.56. Tiraquell. de primogen.
quæſt.4.num.33.ferè communem poſt alios
teſtatur Burſat.conſ.132.num.16. (arbitra-
ri tamen ex alijs bonis, &c.dignitati ſubie-
ctis eam debere, quod reſtringere videtur,
vt hic ſub nu.5.) & ex alijs innumeris Ro-
ſental. in ſue Synopſi feud.cap.7. concl.13.
in gloſ. litera A.
22 Tertiò, principaliter † feuda dignitatum,
& alia, quæ iure francorum primogenitis
defe-

deferuntur ſunt legitima primogeniti, præ-
citati omnes volunt, & præterea Io: An d.
in d.capit.licet de voto, verſ. ſed nunquid
Pater, Iſern. in Conſtit. huius Regni Di-
gnum, & in d.§ præterea Ducatus, & Car-
din. Alexan.in c. per uenerabilem, §.quod
autem col.3 t. verſ. & nota quod vbi, qui
fil. ſint legit. Tiraquell. de primog quæſt.
5.num.3.ex alijs, notant Moderni in Con-
ſtit. vt de ſucceſſionibus in fine, & in Con-
ſtit.Comitibus ex dictis per Iſern vbi ſupr.
qui monetur, ex notatis per Io. Andr. &
Hoſtienſ. in d.cap.licet de voto, per illum
textum dicunt totum Regnum eſſe legiti-
mam Regis, qui eſt ſucceſſur s in Regno,
Panormit. in d.conſ.12. & clarè in 3.dubio
lib.1. & in conſ.3. Nitar.lib.2. Boer. dict.
deciſ.204. Ripa in l. in quartam col.25.n.
123. ad leg.Falcid. & ex alijs Fritia de ſub-
feud.lib.3.different.19.nu.1. ſubdens, quod
23 hoc facit † feudi natura, quod eſt indiui-
duum, & fauor publicus, nè ſcindatur in
plures, non habeat à genere præcipuum,
nequè eſt ſucceſſoris dignitas, ſed rei natu-
ra, aut Domini fauor: ex hac ratione col-
ligitur, quod illud, quod datur fratri ſecũ-
dogenito pro vita militia non ſit loco por
tionis feudi, à quo ipſe excluditur per pri-
mogenitum, nequè pro legitima feudi, quia
cum totum feudum ſit legitima ipſius pri-
mogeniti, non poteſt ſecundogenitus por-
tionem cotam, aut legitimam ſuper feudo
prǣcedere, nec in eo, vel eius reſpectu
portionem vllam adipiſci, ex Iſern. & alijs
Fritia in d.different.19.num.2. & ſic iam
allegati concludunt, & faciunt, quæ notat
Iaſ. in l. ſi quando, §. & generaliter num.
11. C. de inoffic.teſtam. per l. Parentibus,
C.eodem, Paul. de Caſtr. in l. Titio cẽtum,
§.Titio genero in penult.col. ff.de condit.
& demonſtr. Alex. conſ. 3. circa præmiſſã
conſultationem num.2. & ſeq. & num.10.
lib.7. Curt.iun.conſ.21. prohibenda nu. 11.
Burſat. conſ.132. magis receptam ait, ex
alijs Tiraquell. de Nobil. quæſt. 55. circa
medium, Camer. in d.§. præterea Ducatus
ex multis iuribus rationibus, & authorita-
tibus concludit legitimam nullam de feudo
ſecundogenito deberi, ſed ſolam vitam, &
militiam fol. 102. litera G. & pluribus ſe-
quentibus, ergo, &c.
24 Quartò, principaliter † filius ſecundo-
genitus, qui excluditur à proprietate feu-
di non poteſt dici, quod ſit portio valoris,
per gloſ. in Conſtit. Regni Comitibus, ibi
(nam ſecundum vſum eorum, qui in Re-
gno viuunt iure francorum, frater maior
ſuccedit in feudo, & rebus feudalibus, ta-
men ipſe frater maior tenetur ſecundum
poſſibilitatem feudi, & rerum feudalium
præſtare alimenta, & militiam fratribus
minoribus iux.Conſuetudinem bonorum,
& aliorum nobilium Regni,) ergo non ad
25 partem † pretij, ſiuè legitimam vllam,
quod firmat Iſern. in d.Conſtit. Regni Di-
gnum col. 2. fol 210. dicens, (Hoſtienſis
etiam dicit extra de voto. cap.licet, quod
primogenitus ſuccedens in Regno, tantum
debet dare ſecundogenito vnde poſſit vi-
uere, & facere, ſicut Rex, nè ab alijs con-
tendetur 11.quæſt.3.Pauper.) & melius idẽ
Iſern. in Conſtit. Comitibus in repet.t.col.
2. fol. 242. dicit (periti Regnicolæ dicunt
contra, & bene, quia hoc eſt onus feudi, vt
argum. in fine huius Conſtit. vbi videtur
eſſe caſus ad literam, quod excluditur à
ſucceſſione minor iure frãcorum loco par-
tis, ſibi debitæ, à qua excluditur, quia dan-
tur, ſibi alimenta, & militia) intellige de
feudo antiquo, & Paulo infra ibidem Iſern.
ſequitur, (nec dicitur præſtare maior mi-
26 nori de ſuo, ſicut iure Romano, ſed † loco
partis à qua excluditur minor, non ideo
dicitur liberalis in hoc, quia neceſſe habet
alere per Conſtitutionem hanc. Prælatus,
ſeu Præpoſitus in feudo bonorum commu-
nium, argumento de annuis legat. l. rem
legatam,) quæ verba Iſern. clarè oſtendũt
portionem, nec legitimam vllam de feudo
ſecundogenitis deberi, ſed ſolum vitam, &
27 militiam. Alimentorum loco, quæ † cum
vita ipſorum ſecundogenitorum fratrum
extinguitur, ex quo vno mortuo alijs non
accreſcit, ſed tantum Domino, qui eſt pri-
mogenitus, per tex. qui non allegatur, ibi-
dem à ſcribentibus, in l.Dominus, §.fin. &
ibi gl.de vſufruct. Fritia in d.differ.19.nu.2.
& hoc apertè Minadoi opinionẽ confirmat.

Quintò, principaliter ſi diceretur legiti-
mam onus non recipere, & ſic ad vitam, &
militiam primogenitum ſecundogenito nõ
teneri, dic vt per Fritiam d. loco, † quod
28 feudum totum, & integrum ſit legitima
ſucceſſio ipſius primogeniti, de qua à Patre
nõ põt priuari, Aff. in d.Conſtit. vt de ſuc-
ceſsionibus num.74. in fine, non legitima
aliqua naturalis, quæ nunquam fuit conſi-
derata in feudis, Intrigl. quæſt.49.n.143. de
feud. legitima ſucceſſio ex more Conſuetu-
dinis francorum, qui primogenitum tantũ
admictit in feudo, non quod ſit legitima
iuris naturalis, ſuper qua non admictitur
onus, & vt ipſe totum capiat præcipuum
eadem met Conſuetudo facit ipſum hære-
dem in feudo, vt vltimi morientis, & non
29 primi acquirentis † primogenitus ſuccedit
cum

cum hoc onere dandi alimenta, ſiuè vitam & militiam alijs fratribus ſecundogenitis, iuxta dictam Conſtitutionem Comitibus,
30 quod non mirum, quia † de iure communi & feudorum primogenitus vitam, ſiue dictum ſecundogenitis conuenientem dare debet, ſecundum cumulata per Fœlin in cap. Prudentiam num.7. & in feudis titulatis concludũt omnes, in d. §. Prætcrea Ducatus ſi vnde ſe alere non haberent, ac dixerunt Hoſtienſ. & Io: And. in d. cap. licet de voto, Martin. Landenſ. in tract. primogen. col. 10. Abb. in d. conſ.3. lib.1. Loffred. in d. §. Præterea Ducatus fol.64. col.3. in fin. & ſeq. & ſi primogenitus ſuccedit in feudo iure francorum, vel ex Conſuetudine Regni non legitimam de feudo dare tenetur ſecundogenitis, vt ſupra ſatis bene fundatum eſt: ſed vitam, & militiam tantum, per tex. in d. Conſtit. Comitibus, & concludit Camerar. in d. §. præterea Ducatus, & ex alijs firmat fol. 102. litera M. & ſeqq. vſquè ad literam Q. incluſiuè Iſern. in d. Conſtitut. Dignum, gl. in d. Conſtit. Comitibus, ibiq; Iſern. per verba clara in præcedenti num. adducta, & firmat Napod. in Conſuet. Neapol. incip. quod ſi aliquis, in verſ. tenetur ex Iſern. in d. Conſtit. Comitibus, ibiquè Affl. num.3. & 24. dicit, quod frater primogenitus non tenetur aliquod feudum in proprietatem dare, ſed ſolum præſtare alimenta, & vitam militiam, ſecundum poſſibilitatem feudorum, hoc etiam firmat Grammat. in d. Conſtit. Comitibus num.1. fol.92.
31 quæ † vita militia à primogenito datur ſecundogenitis loco portionis, & legitimæ ſuper feudo, & cum ſecundogenitus à proprietate feudi excludatur, non poteſt dici, quod ſit portio valoris, Iſern. in d. Conſtit. Comitibus. & ideo dantur alimenta, vt ex gloſ. & alijs firmat Fritia in d. differen.19.
32 num.2. ipſamquè † vitam, & militiam eſſe onus reale, & feudi, vt declaratum extat per Regem Rubertum in cap. Regni alienationis actus, Iſern. in cap. 1. de inueſtit. de re alien. fact. num.6. ibi (vel eſſet onus feudi, vel pro maritanda ſorore, vel danda militia fratris minori, vt in Conſtit. Regni, &c.) & in Conſtit. poſt litem, Napod. vbi ſupra, Camerar dict. fol.102. his M. & ſeq. ſubdens, ſi eſt onus, aliud onus legitimæ
33 eſt ſublatum, † habet, nãquè à feudo ſecũdogenitus, vt militare poſſit, pro quo feuda adinuecta fuerunt, vt in cap.1. quib. mod. feud. amict. in cap.1. §. fin. hic finit, lex, & in cap.1. §. firmiter de prohib. feud. alien. per Federic. vita, & militia debetur ſecundogenito excluſo non minus, vt alatur, quam vt militet, vt in d. Conſtitut. Comitibus, vt ex
34 ipſius nominis ſignificatione † colligitur, vitam pro alimentis, & militia, vt ſeruiat, dicit Intrigliol. de feud. quæſt.57. num.11. argum. l.2 §. appellata. ff. ſi cer. pet. ex quibus nullam legitimam ſecundogenito, ſed vitam, & militiam de feudo in hoc Regno deberi, vt in d. Conſtit. Comitibus, vel extra Regnum alimenta, cap. ad audientiam de offic. deleg. vbi Fœlin. & alij ſcrib. & Doctores in d. §. præterea Ducatus, vbi ita concludit Camerar. d. fol.102. litera Q. R. ac Dec. in conſ.389. num.7. Gail. obſeruat. 153. numer.2. ibi ſi huiuſmodi feuda indiuidua ſunt, & ex alijs Roſental. capit.9. concluſ.55. in gloſ. litera I.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio LXX.

THEMA.

Feudatarius partem pretij tempore emptionis feudi debere, & non tempore mortis Patris, & quamuis contraria opinio prætendatur, tamen partem pretij empti deberi eſt decilum.

SVMMARIVM.

1 *INdiuidua res, quæ non poteſt præſtari, præſtatur extimatio.*
2 *Doctor intelligitur ſecundum authoritatẽ, quam allegat.*
3 *Patre mortuo, cum ſcitur feudum, ad quem pertinet, alij filij deducunt tantundem, quantum Pater emit, & pars de feudo eſſet danda de hæreditate burgenſatica, & non de feudo.*
4 *Primogenitus non tenetur cõferre partem in corpore feudi, nec extimationem rei, vt in re ſucceſſiſſet.*
5 *Secundogenitis non feudi extimatio in hæreditate burgenſatica debetur.*
6 *Primogenitus ſucceſſor feudi, totum eſt ſuũ in effectu, & ſine diminutione.*
7 *Feudi noui partem non deberi, ſed de Patrimonio, & hæreditate burgenſatica, abſquè diminutione feudi.*
8 *Opinio contraria, & quod debeatur pars pretij ſecundigenitis eſt vſu recepta, & deciſa, de quo miratur Author, quia*

Digitized by Google

contra tex. & legem Regni.

9 *Vita, & militia tantum per legem Regni, datur ſecundogenitis, abſquè diſtinctione feudi noui, vel antiqui, aut aliter quæſiti ex Iſern. & alijs.*

10 *Loffred. volens reconciliare opiniones dicit dari electionem ſecundogenitis, ſi volunt partem pretij, vel vitam, & militiam nulla lege cauetur.*

11 *Pars pretij, ſi eſſet danda attenditur tempus emptionis feudi non mortis emptoris reiecta contrarietate.*

12 *Pars pretij, ſi eſſet danda deberetur à die petitionis, & interpellationis, abſquè fructibus medij temporis.*

13 *Feudi retrouenditi pretium, & pecunia ſpectat cuilibet pro rata, & inter fratres diuidenda.*

DOctores Iſerniæ ſequaces ex ipſius dictis in capit. 1. § præterea Ducatus
numer. 40. ſe fundant, quod de re indiuidua, quæ præſtari non poteſt, præſtatur
extimatio, vt in cap. 1. de duob. fratrib. in
2 gloſ. & Doctor † intelligitur ſecundum
authoritatem, & ea quæ allegat ex Doctrina Bart. in l. non ſolum, § liberationis verba num. 10. ff. de libert. leg. quam ſequitur
Roland. à Vall. in conſ. 68. num. 18. lib. 1.
Abb. in cap inſuper. 6. num. 4. de teſti, Gutieres lib. 1. pract. quæſt. 2. num. 22 Iaſ. in
l. 1. num. 98. C. de iure emphyt. & ex alijs
Dominus Ioannes Baptiſta Valenz. apud
ſuam Maieſtatem meritiſſimus Regens in
ſuo conſ. 35. num. 10. gloſ. allegata nihil de
hoc ſentit, talis eius authoritas in hoc nil
operatur, & idem Iſern. ibidem paulo in-
3 fra dicit (ſed † mortuo Patre cum ſit certum, ad quem feudum pertinet, & alij tantumdem deducens de hæreditate, vt perindè habeatur, ac ſi tunc quando Pater emit,
hoc feudum certum fuiſſet, quod pro iſto
eſſet feudum acquiſitum) ex his Iſern. verbis feudi empti à Patre partem pretij non
deberi ſecundogenitis de feudo, nec debere
conferri, ſed alij filij tantumdem deducent,
de hæreditate, & feudum, etiam ſi ſit hæreditarium, ſi pars aliqua pretij ſecundogenitis deberetur, eſſet danda de hæreditate
burgenſatica, & non de feudo, vt Iſern. explicando in d. cap. Imperialem firmat Camerar. ibidem fol. 104. litera N. ibi (non
4 tamen † tenetur conferre partem ipſius
feudi, nec extimationem ipſius rei, vt in re
ſucceſſiſſet,) & ibidem litera Q. & R. ſe-
5 quitur, (quam ob rem † cæteris fratribus
pars pretij, non autem extimatio ex vi
collationis in hæreditate burgenſatica
debetur, vti per Iſern. hic in additione in
princ. medio, & fine ter declarat, vnde in
effectu, (vt contrarium argumentum nititur oſtendere) minus adeſt in bonis, & patrimonio burgēſatico primogeniti, ex quo
compellitur ſoluere partem pretij; itaquè
minuitur patrimonium filij, & augetur hæreditas burgenſatica Patris, non tamen
minus adeſt in patrimonio feudali ipſius
Patris, & in portione, & ſucceſſione ipſius
6 primogeniti, † qui ſuccedit in feudo; quod
totum eſt ſuum in effectu, & ſine diminutione) & fol. 105. propè literam B. dicit
(non curamus, quod propter pretium
conferendum diminuatur patrimonium
burgenſaticum modo non diminuatur ſuc-
7 ceſſio reſpectu totius feudi,) & ſic † ex Iſer.
& Camerar. habetur partem pretij nō deberi de feudo, ſed de patrimonio ex hæreditate burgenſatica, abſquè diminutione
feudi ex eorum dictis confirmatur præcedens opinio, maximè Iſern. & aliorum
ſcribentium in d. Conſtit. Comitibus, & mi-
8 ror, quod † opinio contraria ſit vſu receptæ, & in dies iudicatur, adeò quod primogenitus aliquando cogitur feudum vendere contra intentionem Patris, cum pars
pretij ſecundogenito ſoluatur, vt per Minād. in Conſtit. in aliquibus num. 30. in fin.
quod eſt contra clarum, tex. in d. Conſtitu-
9 tione Comitibus legem Regni, quæ † expreſsè vitam, & militiam, ſimpliciter abſq.
vlla diſtinctione feudi veteris, vel noui, ſiuè aliter donati, vt ex ea, & contra ipſius
Iſern. dicta in præcedenti num. 25. & 26.
per primogenitum dari ſecundogenitis vitam, & militiam tantum, vt volunt ibidem
Grammat. cæterique ſcrib. Fritie Camerar. & alij in præcedenti verſ. quinto principaliter, & idem videtur ſentire Capyc. in
d. ſua deciſ. 2. num. 7. in fine, ibi (quia in
Regno habemus deciſum per Conſtitutionem Comitibus, quod ſecundogeniti, &
alij poſt primogenitum, quando ipſe ſolus
ſuccedit in feudo habere, dare vitam, &
10 militiā, & ſi Loffred. † qui ſequendo Iſer.
in figurata opinione, ex gloſ. In d. cap. 1. de
duob. fratribus, & gloſ. nihil de hoc dixit,
vt prædiximus adducendo dictam deciſionem illorum de Pignatellis in d. § præterea Ducatus fol. 64 col. 4. poſt principium
volens reconciliare ſuum dictum contra
Conſtitutionē, & præcitatos dicit, (& ideo
probabiliter videtur dici poſſe, quod hæc
opinio procedit, non ſolum de communi
iure feudorū: verum etiam de iure Conſtitutionum Regni data electione ſecundogenito, ſi malit habere vitam, & militiam,

vel

vel partem pretij) & quidem neſcio Loffred. quomodo hoc dicat, cum de iure cõmuni feudorum, nec de iure Conſtitutionum Regni de tali electione non eſt prouiſum, & ſi de parte pretij, quia de communi feudorum eſt ordinatum, quod in feudis omnes filij ſuccedant æqualiter ius commune feudorum in ſpetialiter prouiſis ceſſat, d.cap.1.de noui oper.nuntiat.cap.1.de feu. cognit. cum per d. Conſtitutionem Comitibus primogenitus tenetur ſecundogenitis dare vitam, & militiam tãtum, partẽ feudi & pretij dare; ceſſare videtur, dum non diſtinguit de feudo antiquo, vel nouo empto, vel alias quæſito, nec de electione dixit ſtandum eſt iuri francorum inueſtituræ & Conſtitutinni, ex quibus primogenitus vitam, & militiam tantum ſecundogenitis
11 dare tenetur, & † ſi pars pretij eſſet dãda, quod tempus eſt actendendum emptionis feudi, vel mortis Patris, in hoc dico quod, & ſi Paul. de Caſtr. in l. illud num.4 tenet inſpici valerem feudi tempore mortis, & ibi Iaſ.col.2. in gloſ. C.de collat. Afflict.in d.§.præterea Ducatus, num. 51. Tiraqnell. de primogen.quæſt.51.num.3. tamen Iſer. in d.§.præterea Ducatus in fine tenet; deberi habito reſpectu ad tempus emptionis feudi, non autem augmenti temporis, quia quod ab hæreditate fuit ademptum, idem firmat Luc. de Penn. in l. 1. C. de impon. lucrat.deſcript. lib. 10. verſ. quid enim, ſi feudum num.48. & Minad. in d. Conſtit. in aliquibus in rub. num. 32. licet dicat contrariam opinionem eſſe communem, tamen fatetur, ſecundum hanc poſteriorem eſſe iudicatum, teſtatur Minad. d.loco num.32. Anna Pater ſing. 200 & in ſpetie in cauſa Pirri de Loffredo, cũ Marchione Trluici, & refert etiam Ann.filius conſ.26.num.6.& 7. quamuis teneat contrarium, quòad liquidationem legitimæ, quæ differt à collatione, dum tantum abſuit ab hæreditate ementis feudum, ſecundum Luc. de Penn. & alios, vbi ſupra, & conſil. de Anna in d. conſ.26.num.12. verſ quarto ideo,&c.dicit ex quo à relata dec ſione non decedunt, & alia ſua dicta procedunt in caſu ſuo liquidationis legitimę, & in emptione facta per fratres exiſtentes in communi,& alias per Loffred.in d.§.præterea Ducatus,quæ breuitatis cauſa omicto, & quia ex diuerſis nõ ſit illa illatio, amplius in hoc non inſiſto
12 bene tamen amplius dico, quod ſi † talis pretij pars ſit danda per primogenitum deberetur à die petitionis, & interpellationis abſquè fructibus medij temporis Minad. vbi ſupra,& Ann.Pater ſing.566. Vaxallus vbi ita iudicatum fuiſſe in cauſa illorum de Fidele,& ex alijs Thor.in Compen.deciſio. verſ.primogenitus,& Vaxallus.& poſtquã
13 ſumus in materia pretij feudi empti.† quid de pretio, & pecunia feudi retrouenditi, dic non ſpectare ad primogenitũ, ſed ipſius partem, & portionem ſpectare cuilibet filiorum pro ſua rata quemadmodum in re legata haberent, per tex. in l.Codicillis, §. Inſulam, ff.de leg.2. quia pecunia diuidenda eſt inter fratres,vt res mobiles, quando eſt reſtituta, vt reiectis contrarijs firmat Tiraquell. in tract. primogen. quæſt.82. & ſic tali caſu primogenituram, valdè conſiderandam eſſe ex prædictis.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXXII.

THEMA.

Feudi donati, ſi per primogenitum ſucceſſorem debetur pars pretij deciſum, tamen contraria opinio, quod vitam militiam tantũ dare teneatur, & de donatione propter merita, quod debeatur euictio in æqualitatem.

SVMMARIVM.

1 FEudi empti, quamuis deciſum ſit partem pretij deberi ſecundogenitis eſt contra legem Regni, cum de omni feudo quoquomodo quæſito vita militia tantum debeatur.

2 Iſern. loquitur in feudo nouo partem pretij empti, quaſiti, vel per donationem ob merita, vt deciſum fuit.

3 Feudo ob merita donato debetur euictio ſaltim pro æquiualenti excambio.

4 Papa auferens beneficium de plenitudine poteſtatis tenetur illum prouidere de æquo bono.

5 Euictio donationis ob merita debetur, quatenus merita concurrũt, ſed ſecus ſi euincitur ex defectu aſſenſus.

6 Euictio non venit, quando conceſſio ob merita eſt facta ſaluis iuribus alienis, quod multis non placet, & ſufficit, quod Rex ſit debitor remunerationis, vaxallus egit ad tantundem.

7 *Feudum ob merita datum retinet naturã feudi.*

8 *Feudi empti, vel ob merita donari partem pretij deberi opinionem procedere, quod non procedit in feudo à Rege gratis donato.*

9 *Feudi donati Patri, & filio, vt dicit Iſer. partem pretij non deberi, quod nec de feudo empto, vt in præcedenti Dilucidatione.*

10 *Feudi partis pretij, ſi deberetur, eſſet danda de omni feudo quæſito, & qualitercumquè donato, & non eſt onus feudi, ſed filij ad differentiam vita, & militia.*

11 *Rouiti ratio, quod corpus feudi ſit, abſquè onere non militat, quia & feudi empti pars pretij non debetur, ſed tantum vita, & militia.*

1 IN præcedenti Dilucidatione † diximus
feudi empti partem pretij deberi, quamuis
decisum tamen rationibus, & authoritatibus
pluribus, & ex claro text. in Conſtit.
Regni Comitibus vitam militiam deberi,
alias eſſet cõtra dictam legem Regni
generaliter non diſtinguendo, ſi de feudo
antiquo, vel empto de nouo quod etſi ſubſtineri
non debet, tamen ita per Sacrum
Conſiliũ decisum, vt eſt dictum, quæ deciſio
vim legis habet, & facit ius in Regno, vt ex
alijs firmat Afflict. deciſ. 169. num. 9. & quid
in feudo aliter, quam per emptionẽ quæſito,
puta per donationem gratuita, vel ob
merita, & in ſeruitiorum recompenſam,
nam Capyc. in deciſ. 2. num. 7. loquens de
primogenito ſucceſſore in feudo, quod ad
partem pretij ſecundogenitis teneatur, di-
2 cit, quod And. in † cap. Imperialem. de
prohib. feud. alien. per Federic. num. 30. loquitur
in feudo nouo empto per Patrem,
nec habet locum in antiquo; vel quæſito
per Patrẽ, aliter, quam per emptionẽ, ſi ob
merita quæſierit, & ex mente Luc. de Penn.
in l. vnic. C. de imponen. lucrat. deſcript.
lib. 10. qui hoc non dicit, immò cum caſus
accidiſſet inter Ferdinandum, & Cæſarem
Fideles in Sac. Conſil. referẽte Domino Felice
de Rubeis, fuit deciſum in ſecundogenito
in feudo donato ob merita ſeruitiorũ
die 24. Decembris Anni 1554. Actuario
Tramontano, ſiuè Iubeno, dicit Ann. ſingul.
201. qui hanc deciſionem allegant, &
ita ſimpliciter refert Petra, addens ad Capyc.
d. deciſ. 2. lit. C. & ratio eſſe poteſt; quod
3 de † feud. taliter donato donans mercedẽ
ſoluere cogi poteſt, & debetur euictio, ſaltim
ad finem, vt equiualentem excambium
concedat, maximè ſi ob merita expreſsè
fuerit conceſſum, iuxta notata in cap. 1. de
inueſtit. de re alien. facta, idem Capyc. in
deciſ. 197. num. 4. Marſil. ſing. 634. credo te
4 ſcire, ſubdens † idem in Papa, qui ſi beneficium
aufert de plenitudine poteſtatis, tenetur
illi prouidere de eque bono Roman.
ſing. 803. an Epiſcopus cũ ibi notatis, Dec.
conſ. 357. Afflict. deciſ. 286. Petra addens
ad Capyc. dicta deciſ. 197. litera B. & Dominus
non tenetur de euictione, niſi donatio
ſit remuneratoria, vt latè Boer. deciſ.
67. Iaſ. conſ. 73 lib. 1. Gabˌll. in tract. de
5 euict. §. 4. & proindè † tenetur quatenus
merita concurrunt, dicit Fritia de ſubfeud.
lib. 2. quæſt. 50. num. 17. intellige, quod tenetur
ad tandundem non ad duplum Affl.
in cap. 1. num. 13. ſi de feud. Vaxalli ab alien.
inter. fuer. tenetur de euictione, quãdo
euincitur, quia res aliena, ſecus ſi ex defectu
aſſenſus de feud. dat. in vic. l. commiſſ.
6 §. ſi quis in fine, † non tenetur, ſi conceſſio
fuerit facta cum clauſula iuribus alienis ſaluis,
cap. 1. de leg. Corrad. ad literam, &
ita Grammat. deciſ. 66. num 54. quod mihi
non placet, ſufficit, quod Rex ſit debitor
remunerationis, ſi quod dat ab alio euincitur,
tenetur reficere recompenſam, &
Vaxallus aget contra Dominum non pro
euictione, ſed ad tantundem eiuſdem bonitatis
Capyc. in inueſtit. feud. §. feudorum
7 actiones concluſ. 6. fol. 6. & † feudum ob
merita datum retinet naturam feudi Pariſ.
de Put. de reinteg. feud. in prohem. num.
8. & 9. & redeundo ad noſtrum intentum
de feudi donati pretio, ſiuè vita militia debenda
dico, quod ex præcedentibus dictis
8 prædicta opinio videtur, † quod procederet
in feudo empto, vel in recompenſam
ſeruitiorum donato, ſed Dominus Conſiliarius
Rouitus in Pragmat. 24. num. 37. de
feud. dicit, quod eſſet, ſecus in feudo à Rege,
vel ab alio nulla præcedẽte obligatione
gratis ex munificentia conceſſo alicui francorum
iure, prout aperto ore tradiderunt
Iſern. in d. §. præterea Ducatus de prohib.
feud. alien. per Federic. prope finem, verſ.
quando Rex, vel alius donat feudum num.
40. Luc. de Penn. in dict. l. 1. C. de impon.
lucrat. deſcript. lib. 11. Capyc. in d. deciſ. 2.
num. 7. Afflict. in dict. §. præterea Ducatus
nu. 33. verſ. & hanc vltimam partem Loffred.
ibid. col. 15. in princ. ante verſ. expenſis,
quod etiam apertiſſimè voluit Fritia
de ſubfeud. indifferent. 33. num. 3. in fine, ibi
quando feudum gratuito habet per rationem,
quia feudi gratis donati pretium, nunquam
fuit in patrimonio Patris, nec in feudo,
& corpus feudi remanſit liberum, ex

quo

Digitized by Google

quo alij fratres ſecundogeniti nihil præ-
tédere poſſunt, vt p D. Rouitũ, & ad verita-
9 tem negotij, dico quod Andr. de † Iſern.
aperto ore, nec vllo modo præſuppoſitum
dicit, nam Iſern. ipſe in allegato per eum
loco loqueas de ſeudo empto per Patrem
deberi partem pretij ſecundogenitis, po-
ſtea dicit, hoc non eſt promptum dicere,
quando Rex, vel alius donat feudum Patri,
& primogenito, quia poſſunt rei ſuæ dice-
re legem, quam vol. C. mand. l. in re mãdata
ex his verbis habetur, clarè non deberi
partem pretij de feudo donato Patri, &
filio, & in hoc caſu nulla poteſt eſſe dubi-
tatio, quia à donante expreſsè fuit dona-
tum Patri, & filio primogenito copulatiuè,
& coniunctiuè, per dict. veerba Iſern. & per
eiuſdem præcedentia verba prætendatur,
quod dicat partem pretij de feudo empto
deberi, nec dicit, vt in præcedenti Diluci-
datione diximus de feudo aliter donato, ni-
hil dixit, & ſi ipſe non dixit, nec eius ſe-
quaces, cum opinio ſcribentis ſecundum
opinionem ſui Authoris intelligenda eſt,
10 vnde † ſi pars pretij de feudo deberetur,
erit præſtanda de omni feudo qualiter-
cunquè donato nulla habita diſtinctione
ad differentiam vitæ, & militiæ, quæ eſt
onus Regale, & feudi, vt in præcedenti Di-
lucidatione diximus: hæc pars pretij, ſi de-
beretur, non eſſet onus feudi, ſed filij, velut
ex Patrimonio burgenſatico, vt per Came-
rar. in dict. §. Præterea Ducatus fol. 104.
11 litera Q. & fol. 105. litera B. & † ratio D.
Rouiti dict. numer. 37. quod dum non fuit
ſolutum pretium pro acquiſitione feudi
remanet ſolum ipſum corpus feudi libe-
rum ab onere pretij, & ſucceſſiuè ſuccedit
ſolus primogenitus, abſquè onere pretij in
beneficium ſecundogenitorum, quia etiam
in feudo empto per Patrem ſubſtineri po-
teſt partem pretij ſecundogenitis non de-
beri, ſed ſolum vitam, & militiam, iuxta
claram Conſtitutionem Comitibus legem
Regni, & ex alijs ſuperius dictis in præce-
denti Dilucidatione, & ſi ratio D. Rouiti
nihil pro ſuo dicto facit.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXXII.

THEMA.

Pars pretij feudi per primogenitum ſucceſſorem in Collaterali linea non debetur alijs fratribus ſecũdogenitis deciſum.

SVMMARIVM.

1 Feudi antiqui datur ſucceſſio, vſquè ad legitimum gradum in Collaterales à primo acquirente deſcendentes.

2 Feudum, quando ab vno Collaterali fecit tranſitum in alium Collateralem deſcẽdentes illius ſuccedunt in infinitum.

3 Feudo acquiſito pro ſe, & deſcendentibus frater non ſuccedunt fratri, niſi ex Regia gratia huit Ciuitati, & Regno.

4 Succeſſio nulla datur in Collaterali linea, vt feudi poſſeſſor extinguatur Collateralem inſtituere ſucceſſorem, cum hoc ſit inter aſcendentes, & deſcendentes tantum.

5 Feudi pars pretij, vel legitima, aut vita militia, vel alimenta per primogenitum debita ſecundogenitis ſunt loco ſucceſſionis legitima.

6 Legitimam illis deberi, qui ſi præteriti fuerint, poſſunt dicere teſtamentum nullum, etſi exhæredati de inofficioſo redarguere.

7 Legitima illis debetur, qui in ſucceſſione primum locum tenit.

8 Legitima non debetur Agnatis tranſuerſalibus.

9 Fratri hæreditatem deberi non eſt ſemper ſed tantum, quando turpis paterna inſtituitur.

10 Gratia Principis, maximè de ſucceſſione amplianda, & ſtrictè interpratanda, & vt minus lædus ius commune, & Regni feudorum.

11 Verbis ab expreſſis, & iure non eſt ſuccedendum in materia ſtricta, & correptoria.

52 Omiſſum pro omiſſo haberi.

13 Gratia non vocat ſecundogenitus ad partẽ pretij, ſiuè ad vitam militiam.

14 Primogenitus ſuccedens, ſi eius ſucceſſor neceſſitaretur dare partem pretij, ſiue vitam militiam fratribus, totius caſus acciderit, diminueretur feudum in dam-

*num ſeruitÿ , & primogenitus haberet
minus ſecundogeniti .*

*15 Rouiti dictum partem pretÿ feudi noui
deberi in linea Collaterali non procede-
re, & contra ipſum in ſui præſentia, &
vocante fuit per Sacrum Conſilium iun-
ctis Dominis duarum Aulaarum no-
uiſſimè deciſum .*

Hæc dilucidatio pluribus modis firmari põt.

1 PRimò, diximus feudi † antiqui ſucceſ-
ſionem in Collaterali linea dari, iuxta
tex. in cap. 1. §. hoc quoquè ſciendum, ibi
(vel beneficium hoc venientes ex latere
vltra fratres Patrueles non progreditur
ſucceſſione ſecundum vſum ab antiquis ſa-
pientibus conſtitutum, licet moderno tem-
pore, vſquè ad ſeptimum gradum ſit vſur-
patum) ibiquè gloſ. & Doctores , & hoc
inter Collaterales deſcendentes à primo
2 acquirente, ſed quando † ab vno Collate-
rali feudum tranſit in alium Collateralem
in dicto ſeptimo gradu comprehenſum: de-
ſcendentes ipſius ſuccedunt , vſquè in infi-
nitum, & ita intelliguntur omnes Doctores
in numero infinito allegati per Roſenta-
lem in ſua Synopſi feud. cap.7. concluſ. 56.
in text. num. 14. & in gloſ. litera M & ad
dictum ſeptimum gradum incluſiuè firmãt
addentes per eundem, ibidem in gloſ. litera
N. & hoc de iure communi feudorum, quo
iure feudi ſucceſſor primogenitus tenetur
ſecundogenitis ad alimenta , & de iure Re-
gni ad vitam , & militiam , vt diximus in
præcedenti Dilucidatione 66.
3 Secundò, in feudo † acquiſito pro ſe, & li-
beris deſcendentibus, nec frater ſuccedit
fratri, niſi ex gratia huic Neapolitanæ Ci-
uitati, & Regno elargita, vt diximus, quod
etiam dico in feudo tàm antiquo , quàm
nouo, nec de iure communi feudorum, nec
de iure Regni , vel ex enumeratis in gra-
4 tia † in linea Collaterali nulla datur ſucceſ-
ſio, vt feudi poſſeſſor ſit aſtrictus Collate-
ralem ſucceſſorem inſtituere , quia hoc ſo-
lum inter aſcendentes , & deſcendentes eſt
cautum , ita quod Pater tenetur filium hæ-
redem inſtituere , vel cum legitima cauſa
exhæreditate, alias teſtamentum eſt ipſo iu-
re nullum, l. inter cætera , ff. de liberis , &
poſthum , nam paterna hæreditas dicitur
debita filijs, l.fin. §. pen. C. de Codicill. Auth.
de triempt. & ſemiſſ. num.1. & ex alijs conſ.
Paſcalis in tract. de vir. patr. poteſt. part. 2.
cap.4. num.1. & Pater ſaltim ſuorum bono-
rum legitimam liberis relinquere debet ,
quæ tanquam æs alienum à toto Patrimo-
nio deducitur, l. Papinianus, §. ſi quis im-
pubes, ff. de inoff. c. teſtam. ipſiſquè filijs de-
betur libera, l. quoniam in prioribus, C. de
inoffic. teſtam. & è contra filij teſtando te-
nentur Parentibus , ſaltim bonorum ſubſi-
dium relinquere , vt in §. iuſtum autem
perſpeximus, Authen. vt cum de appellat.
cognoſc. cap.4. cum alijs per Peregrin. de
de fideicommiſſ. art. 36. & dicit Molfeſ. ad
Conſuet. Neapol. part.4. quæſt. 57. num.3.
5 Tertiò, pars † pretij, ſiuè legitima, vel vi-
ta militia, aut alimenta , quæ à primogeni-
to debentur ſecundogenitis ſunt loco legi-
timæ ſucceſſionis in feudo paterno , vt in
Conſtitut. Regni Comitibus, & de iure com-
muni feudorum, per Doctores in cap. licet
de voto, & ex alijs dictis in hac part. 10. Di-
lucidat. 121. & in hoc duæ ſunt faciendæ re-
6 gulæ primam eſſe † legitimam illis deberi,
qui ſi præteriti fuerint, poſſent dicere nul-
lum, & contratabulare teſtamentum, vel ſi
fuerint exhæredati poſſent teſtamentum
7 de inofficioſitate redarguere; Alteram † re-
gulam eſſe , vt illis debeatur , qui primum
locum in ſucceſſione inteſtati tenent, vt per
Bart. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum num.
7. & 8. ff. de liber. & poſthum, vbi latè A-
lexand. numer. 11. Soccin. Iaſ. Ruyn. Claud.
8 & cæteri, ibi ſcribentes. Ex prima † infer-
tur legitimam non deberi Agnatis tranſ-
uerſalibus, qui hi præteriti, aut exhæredati
non redarguunt teſtamentum , ex ſecunda
non deberi illis , qui ex ſucceſſione inteſtati
primum locum non tenent, nam his omni-
bus a ſucceſſione excluſis legitima non de-
betur, pleniſſimè docuerunt Alexan. Socc.
Iaſ. Ruyn. & alij in loco iam dicto, poſtquã
portio feudi, ſiuè vita , & militia , aut legi-
tima ſucceſſio tranſuerſalibus non debetur
in ſpetie in feudalibus , & emphytheuticis
bonis, in quibus filia ab inueſtita portionẽ
non eſt habitura in eidem quoquè partem
legitimæ non habebit. Caſtrenſ. conſil. 244.
numer. 4. lib. 2. Abb. conſil. 12. in tertio du-
bio lib. 1. Corn. conſil. 132. lib. 1. Alexand.
poſt Ang. in l. ſi Patroni numer. 4. ff. ad
Trebell. idem Alexan. in l. ſi pro hærede ,
§. ſi quid tamen , ff. de acquiren. hæred t.
Iaſ. conſil. 87. lib. 1. Curt. iun. conſil. 21. nu-
mer. 52. Pariſ. conſil. 17. numer. 29. libr. 2. in
feudalibus primogeniti, & maioratibus, Ti-
raquell. de primogenit. quæſt. 5. Roland. à
Vall. conſil. 71. numer. 58. lib. 2. & alij per
Peregrin. d. loco num. 7.
9 Quartò, ſi dicatur † hæreditatem fratri con-
ſanguineo deberi, non eſt ſemper, ſed tan-
tum quando turpis infamis, & vilis perſona
inſtituitur hæres, vel libertus, erga Patro-
num ingratus, tunc enim frater Præteritus

aut

aut exhæredatus rectè impugnat teſtamen-
tum, & rem venditam, per tex. in l. frater
C. de inoffic. teſtam. vbi latè Iaſ. firmat, &
pro ſorore concludit, Det. conſil. 530. col. 2.
verſ. quinto quæritur Ruyn. conſil. 5. lib. 3.
etiam ſi fratri relictum ſit minus legitima:
nam non ad ſupplendam, ſed ad impugnã-
dum teſtamentum agerem, ſecundum Gu-
lielm. de Cun. & Salicet. in dict. l. Fratres,
Afflict. in deciſio. 240. & communem dicit
Pariſ. conſil. 64. numer. 26. lib. 3. & hæc ve-
rior, vt ex alijs firmat Peregrin. dict. loco,
numer. 45. qui numer. 47. approbat etiam,
ſi fratri legitima integra relicta fuerit per
præcitatos Doctores, ergo tali caſu fratri
ſecundogenito portio loco legitimæ non
competit, & ſic nec legitima portio, ſiuè
vita, & militia in feudis.

Quinto, ſi dicatur ex gratia huic Ciuita-
ti, & Regno per Regias Maieſtates ſucceſ-
ſionem fuiſſe ampliatam in fratres carnales
Conſobrinos, & in Patruo, & Amita in di-
ctis gradibus exiſtentes, dum vocantur ad
feudi ſucceſſionem primogenitus, qui præ-
cedit alios eodem gradu, & habet feudum
ſecundogenitus ad partem pretij, ſiuè ad
vitam, & militiam tenetur, hoc quidem
10 non obſtat, nam ſumus † in gratia facta
à Principe ſucceſſionem feudi ampliante,
quæ ſtrictè eſt interpretanda, & vt minus
lædat ius commune, & Regni feudorum,
dicit enim gratia, quod ſuccedat frater, &
cæteri intelliguntur ſecũdum naturam feu-
di, vt ſi iuris francorum primogenitus in
toto feudo ſuccedat, non quod diuidatur,
& de eo dentur partes ſecũdogenitis, quod
intelligitur, dum verba non dicuntur, &
11 ius, vti diximus, intelligit ab ipſo † iure
& à verbis expreſſis recedere non debe-
mus in materia ſtricta, & correctoria, ad
tex. in l. quidquid aſtringendæ, ff. de verb.
12 obligat. & † omiſſum pro omiſſo habetur,
ad text. in l. commodiſſimè, ff. de liber. &
poſthum. nec fit extenſio ex identitate
rationis, vt in Auth. quas actiones, C. de
Sacroſanct. Eccleſ. & quod expreſsè non
mutatur ſtare non prohibetur, l. præcipi-
mus, C. de appellat. & in l. ſancimus, C. de
teſtamen. vt in propria materia horum Ca-
pitulorum, & gratiarum loquitur Regens
de Ponte in conſil. t. numer. 71. & 72. cum
13 dicta † gratia non vellet ſecundogenitos
ad partem pretij, ſiuè ad vitam, & militiam
quæ eſt data per aliaiura, & Conſtitut. Re-
gni Comitibus non dicere, & interpretare
non debemus, & dare ſecundogenitis por-
tionem feudi, ſiuè vitam, & militiam pro
feudo, à quo per primogenitum excludi-
tur, vt dicit Iſern. in dict. Conſtitution. Co-
mitibus, & diximus in præcedenti Dilucida-
tione 125. & pluribus ſequentibus, dum ver-
ba gratię nõ dicũt, nec nos dicere debemus.

Sextò, ius francorum Conſtitutio Regni
diuæ memoriæ, & capit. conſiderantes in-
troduxerunt primogenituram, & ſucceſ-
ſionem in feudis primogenitis, vt decor, &
magnitudo Familię conſeruaretur, & de
iure communi feudorum dantur alimenta
ſecundogenitis, vt diximus, & per Conſti-
tutionem Regni Comitibus ordinatur,
14 quod † primogenitus ſucceſſor in feudo
dare habeat ſecundogenitis vitam, & mili-
tiam, quæ loco portionis ſuæ ſucceſſionis
legitimæ eſt, vt prædiximus, ſi muruo Pa-
tre ſucceſſo primogenito, & deindè ipſo
primogenito refecto reperto primogenito,
ſi iſtæ habet dare vitam, & militiam, ſiue
partem pretij alijs fratribus, & poſſunt
euenire alij caſus, & ſecundogeniti habe-
rent aliam portionem, vltra quod feudum
diminueretur, & ad nihilum reduceretur in
præiudicium ſeruitij Domini primogeni-
tus haberet minus, quam ſecundogeniti
contra intentionem Regis Caroli Secundi,
& iuris francorum, vt plus haberet pri-
mogenitus, vt per eum dignitas Familiæ
conſeruaretur, vt eſt dictum, & in fauorem
primogeniti, quod introductum eſt, reuer-
teretur in ipſius damnum, & odium contra
text. in l. quod facere, ff. de legib. & in
præiudicium ſeruitij directi Domini aſſenſus
quia per totum diuiſiones diminuerent
feudum, & ſeruitium, & conſequenter pro-
pter eorum paupertatem deficerent equi,
& alia neceſſaria ad ſeruiendum in bello,
iuxta notata per Iſern. in cap. Imperialem
§. firmiter de prohiben. feud. alien. per Fe-
deric. & miror de Conſiliario Scipione
Rouito tàm laborioſo, quod in Pragmati-
ca 24. de feud. numer. 44. & 46. apertè di-
cat in feudis nouis partem pretij ſecundo-
geniti tàm in linea deſcendenti, quàm in
linea Collaterali deberi, & quando mor-
tuo Patre pluribus relictis filijs, ab vno
ex eis empto feudo, & poſtea ſine deſcen-
dentibu ab inteſtato defuncto, altero ma-
iore nato ſucceſſo minor habebit partem
pretij, quo fuit emptum, non per viam
collationis, ſed per actionem petitionis hæ-
reditatis, cum ex prædictis veritas ſit in-
contrarium, ex quibus, & alijs iuribus, &
rationibus per me adductis infra in hac
parte 12. Dilucidatione 23. ad excluſionem
Collateralis à vita, & militia, quæ à pari
procedit cum parte pretij, & ipſam vitam,
& militiam Collateralibus non deberi ad-
duxi

duxi in cauſa Marchionis Campaneæ, cum
ſuis fratribus, & omnia faciunt ad præſen-
tem noſtram Dilucidationem, ex quibus
clarè patet ſeudi empti partem pretij in
Collaterali linea non deberi, prout ita
per Sacrum Regium Conſilium Neapoli-
tanum iũtis] Dominis duarum Aularum, &
eodem D. Rouito, etiam interueniente
refeſente Domino Cõſiliario Matthæo Pa-
tigno Regio ipſius cauſæ Commiſſario
fuit deciſum feudi noui empti ſucceſſorem
ad collationem partis pretij alteri fratri
tertiogenito nõ teneri die vltima Octobris
Anni 1625. penes Carbonum Sac. Conſil.
Actorum Magiſtrum, & an primogenitus
partem pretij feudi empti à Patre ſecundo-
genitis incontantis ſoluere teneatur, &
ad feudum vẽdendum cogi, dico, quod Iſer.
& alij in cap. 1. §. præterea Ducatus de pro-
hib. feud. alien. per Federic. & ſi concludũt
16 ad † partem d. pretij primogenitũ teneri nõ
dicunt, vt de contanti ſoluat, ſed in colla-
tionem ponere cum æqualitate inter filios,
vt in titulis, ff. & C. de collat. bon. vbi DD.
& ſecundogeniti vitam militiam à fratre
primogenito petere, iuxta Conſtit. Comiti-
bus, & partem pretij feudi noui, iux. Con-
ſuetudinem in Regno inductam, & cum nõ
17 ſit onus feudi, † ſed filij non habent actionẽ
hypothecariam in rem, vt de paragio, vt
per Iſern. in Conſtit. in aliquibus, ſed per-
ſonali actione primogenitus cõuenitur hinc
eſt, quod ſi feudatarius feudi poſſeſſor con-
trahit debita, cum aſſenſu creditores præ-
feruntur ſecundogenitis in parte pretij de-
bita ſecundogenitis, cum ſint creditores in
actione perſonali, & licet eis ſit conſultum
pro vita, & militia conſequenda à feudi em-
ptore, iuxta capit. Regni alienationis actus
261. ex quo primogenitus pro dicta parte
pretij ad feudum vendendum cogendus non
eſt, niſi facta prius diſcuſſione bonorũ bur-
genſaticorum in hæreditate paterna remã-
ſorum, vt per Iſern. in d. Conſtit. in aliqui-
18 bus col. 6. verſ. ſed † ſi dicamus, & alijs bonis
non exiſtentibus exequi feudũ non vt ven-
datur, ſed vt de fructibus feudi ſatisfieri
poſſit, vt in ſolutione paragij, ibi loquitur
Iſern. per fratrem poſſeſſorem feudi debiti
ſorori, & ei datur loco pignoris, donec de
fructibus ex computandis in partẽ ſatisfiat
vt per Iſern. in d. Conſtit. in aliquibus, & in
cauſa Corneliæ de Piccolhominibus, cum
Marchione Illiceti fratre per Sacr. Conſil.
fuit deciſum, & refert Reg. Conſil. Rouitus
in Pragmat. 24. in fin. de feud. qui num. 68.
licet contra magis communem dicit Para-
gium eſt onus feudi, quando contra tertium
poſſeſſorem, tamen fatetur, quando eſt pe-
nes hæredem in ſubſidium exequi poſſe, vt
eſt dictum.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXXIII.

THEMA.

Clericus primogenitus, qui propter ordinem non ſuccedit in feudo, non excluditur à vita militia, nec à parte, vel toto pretio feudi empti. nec à burgenſaticis, ſiuè allodialibus, ſibi debitis, vel relictis, communis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, etiam Cardinalis non ſuccedit in feudis.*

2 *Clericus officiorum ſæcularium non eſt capax.*

3 *Clericus à vita militia, quæ non eſt feudalis non excluditur.*

4 *Fructus feudi non ſunt feudales.*

5 *Pretium impenſum feudo, vel ex eo peruentum non eſt feudum.*

6 *Feuda, non niſi in immobilibus conſiſtere poſſunt, & eorum directum dominium ſemper penes Dominum remanet, quod non eſt de rebus, quæ vſu conſumuntur.*

7 *Feudum non poteſt conſiſtere in pecunia, nec in mobilibus, etſi ex conuentione, etiam cum iuramento eſt nulla cum ratione, & num 9.*

8 *Intellectus ad tex. in cap. 1. ſi de feud. Vaſall. ab aliqua interpelletur.*

10 *Conuentiones, & pacta inter contrahentes valent, quando à lege non ſunt prohibita, vel contra publicam vtilitatem, & ſuper impoſſibili.*

11 *Pretium rei non eſt ipſa res, & nummus ex re furtiua non eſt furtum, & aliud eſt res aliud rei pretium.*

12 *Clericus non eſt prohibitus ſuccedere in burgenſaticis, num. 19.*

13 *Pecunia pretij feudi empti ſemper eſt burgenſatica inter bona hæreditaria burgenſatica connumerantur.*

14 *Pecunia obnoxia ſoluenda in aliquo tempore non mutatur, & ſuo tempore reſuſcitat, tanquam à ſomno.*

15 *Pri-*

15 *Primogenitus, vel capax ſuccedens in feudo pretium, ſiuè partem pretij feudi empti tenetur conferre fratribus ſecundogenitis.*

16 *Pretium feudi empti, quod confertur ſecundogenitis remanet in hareditate.*

18 *Pecunia ex re immobili peruenta inter immobilia connomeratur, & haredes mobilium habere debent, ſic in pretio feudi.*

19 *Pretium in ſingularibus non ſuccedit loco rei.*

29 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis, & Clericus excluſus à feudo eſt incluſus, & ſuccedit in burgenſaticis.*

21 *Bonis burgenſaticis liberè ſuceeditur ex teſtamento, & ab inteſtato.*

22 *Moriens, abſquè diſpoſitione dicitur vocare venientes ab inteſtato,*

23 *Feudatarius poteſt habere duos haredes, vnum in feudalibus, alium in burgenſaticis.*

24 *Quis poteſt decedere. pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

25 *Si relinquitur hares in Caſtrenſibus, ſiuè feudis paganica, ſiuè burgenſatica habebunt venientes ab inteſtato.*

26 *Feuda in Caſtrenſi peculio annumerantur.*

27 *Clericus primogenitus incapax feudi ſuccedit in pretio feudi, & in burgenſaticis, ſiuè allodialibus.*

28 *Diſtinctio ſucceſſionis.*

29 *Clericus primogenitus excluſus à feudo, habebit integrum pretium feudi empti, etiã quia proximior.*

30 *Clericus non ſuccedere in burgenſaticis nullo iure cauetur.*

ETſi ex dictis in præcedentibus Dilucidationibus huiuſmodi determinatio
habere poſſet, tamen ad clariorem intelli-
1 gentiam dico † Clericum in feudo non ſuc-
cedere, eſt tex. in cap. ſi Clericus, ſi de
feud. defunct. mil. contr. fuer. cap. an Mutus
cap. 1. de milit. Vaxall. qui arm. bell. de-
poſ. latè Curt. in ſuo tract. feud. quæſt. 10.
tangit Capyc. deciſ. 10. ibiquè add. etiam
dignitatem Cardinalitiam tenentem contra
illud, vult Iaſ. conſ. 164. lib. 4. quia eius ra-
tiones non ſtringunt, cùm in materia feu-
dali Cardinales non reperiuntur priuile-
giati, ſed ipſum, & Clericum non poſſe
ſuccedere, nec tenere feudum eſt adeo ve-
rum, quod nec per ſubſtitutum ſeruire
poſſunt ex pluribus rationibus hinc inde
adductis per Facchin. in ſuis controuer. iur.
lib. 7. cap. 35. & 36. in quo de equite Hie-
roſolomytano, ſiuè Maltenſe in fine pro
concluſione d. cap. 35. de Clericis dicit, nam
& Clerici alij, & Religioſi viri Deo inſer-
uientes, & milites Chriſti, vt loquitur tex.
non minori ſint genere digni, & tamen in
feudis non ſuccedunt, & per ſubſtitutum
ſeruire non poſſunt, quia id præſupponit
eos feudum obtinere, & tenere non poſſe:
immò ſi quod habent, amictunt, ergo non
eſt laborandum, ſi per ſubſtitutum ſeruire
2 poſſunt hæc Iacobin. ibi, & idem † in offi-
cijs ad hæredes, fortè non tranſeuntibus,
quia Clerici ſunt inhabiles ad iuriſdictio-
nalia officia Laicorum, quæ in Neapolita-
no Regno exercere prohibentur per Regiã
Pragmaticam Eminentiſſimi Cardinal. de
Granuela Viceregis de Anno 1571. in tit.
de Eccleſiaſt. perſon. Campan. in cap. Regni
incip. quia de Vicarijs, num. 14. Minad. in
Conſtit. in aliquibus, verſ. filiorum num. 5.
& 6. Præſid. de Franch. deciſ. 479. num. 3.
Troys. in Rit. Mag. Cur. Vic. 235. num. 13.
dicit Clericum propter Sindycatum coram
Iudice Laico conueniri debere, ſi fortè ali-
quod laicale officium exercuerit, benè ve-
3 rum eſt, quod Clericus à vita militia non
excluditur per Conſtit. Comitibus, vt diffi-
cultatibus reſolutis, firmat Minad. d. loco
num. 7. & ſeq. quia non eſt feudalis, ſed al-
lodialis, ſiuè burgenſatica, etiam quia de-
4 betur † ex fructibus feudi, qui quamuis ex
feudo perueniunt, ſunt burgenſatici, & non
feudales, Luc. de Penn. in l. quicumquè C.
de omni agit. deſerr. lib. 10. Affict. deciſ. 26.
5 ſic † pretium impenſum in feudo, vel ex
eo peruentum non eſt feudum, nec res feu-
dalis, quia pretia rerum ſunt pecuniæ, l. 1.
ff. de rer. permut. l. 3. ff. de contrah. empt.
Regés Valenz. conſ. 30. num. 19. & pecunia
de per ſe, aliàuè res mobiles, quæ vſu con-
ſumuntur in feudum dari non poſſunt, quia
6 feuda † non niſi in immobilibus conſiſtere
poſſunt, cum plerumquè directum domi-
nium pænes Dominum remanere debet, &
rerum quæ vſu conſumuntur directum
dominium, & Ciuilis poſſeſſio penes dantẽ
remanere non poſſunt, Iſer. in cap. 1. nu. 2.
ſi de feud. Vaxall. interpell. fuer. vbi Bald.
num. 6. Laudenſ. num. 16. Afflict. num. 17.
Aluarot. num. 6. Octoman. in diſput. feud.
c. 6. rationes affert, & ex alijs, & ex Scruff.
conſ. 11. num. 2. centur. 1. firmat Roſental.
de feud. cap. 4. concluſ. 7. in add. lit. A. dum
pretium illud non erat feudale, & vti bur-
genſaticum, & allodialis in hæreditate, &
7 bonis paternis extare cenſetur: immò † cũ
feudum non poteſt conſiſtere in pecunia, &
in mobilibus ſed ſolum in immobilibus, &
inter

Digitized by Google

inter immobilia connumera, capit. 1. §.
ſciendum de feud.cognit.Præſid.de Franch.
in deciſ.75. num.6. & latè diximus ſupra
Part.3.Dilucidat.1.& ſeq. etſi conueniatur
quod pecunia ſit loco feudi, huiuſmodi cō-
uentio eſt ipſo iure nulla, etiam iuramento
vallata, prout ita poſt gloſ.in verſ feudum
communiter determinant DD. Iſern. Bal.
& alij in cap.1. tit. ſi de feud. Vaxall.inter-
pell. per rationem, quia proprietas feudi
debet remanere apud Dominum feudi, &
vtile dominium tranſijt in Vaxallum, vt in
cap.1. de inueſtit. de re alien.fact. ſed quā-
do daretur pecunia, vel res mobilis con-
ſumeretur per accipientem, & proprietas
deſineret eſſe apud Dominum, & ſic non
eſſet feudum, & ſi non conſumerentur,
& conſeruerentur, non adeſſet vuſ-
fructus, nec commoditas aliqua penes
recipientem, quod eſſet contra naturam
8 feudi. Nec obſtat, † tex. in d.cap.1.d.titul.
ſi de feud. Vaxall. ab aliquo fuer.interpel.
ibi (vel nummos in feudum dando nume-
rat) quia non intelligitur, quod nummi
debeant in feudum dari, ſed nummos in
feudum dandos, ideſt loco feudi euicti ſol-
uēdos eſſe, vt ex alijs Porbelle firmat Scruf.
d.conſ.11.num.2. ſic in caſu propoſito pre-
tium, id eſt pecunia feudi, quæ feudalis non
eſt dari, & ſolui debet ſecundogenitis, abſq.
9 dubio: Nec † ex conuentione, cum iura-
mento ſubſtinetur, quod pecunia, vel res
mobilis ſit feudum, & quod dicitur contra-
ctus ex conuentione legem accipere, l.1.§.
ſi conuenerit, ff. depoſiti, & quod pacta
contra legem valeant, l.paciſci, l.iuriſgen-
tium, §. ſi paciſcar, ff. de pact. ſ3. quando
non ſunt contra publicam vtilitatem, l.pa-
cta, quæ cum ſimilibus, C.de pact.ſed pri-
uatam, & ibi, & per DD. in d.l.paciſci: nam
hoc eſt verum, ſecundum DD. in dictis le-
gibus expreſsè reprobarunt pacta ſicut in
10 iſto caſu, vt ex prædictis patet, † quia re-
probantur à iure pacta, etiam iuramento
firmata, quod pecunia ſit feudalis, etiam ſi
fidelitatem præſtiterit, quia ſuper impoſſi-
bili eſt nulla, argum.§.impoſſibilis inſtit.de
inutil.ſtipulat. l. non ſolum, ff.de action.&
obligat. & per ea, quæ notat Scrader. de
feud.part.3.cap.1.num.10. Scruff. d.conſ.11.
num. 2. communem dicit, quam commu-
nem refert, & ex alijs firmat Roſental.de
11 feud.cap.4.num.3. Amplius dico, † quod
pretium rei non eſt ipſa res, l. videtur ex
hæreditate, vbi Bart.notab.2. ff. de hæred.
vel actio.vend. valdè facit tex.in l.qui vas,
§.fin.ff.de furt. ibi (quod enim ex re furti-
ua redigitur, furtum non eſt) ſic in
hoc caſu pretium verſum in emptionem
feudi, vel ex eo peruentum, aut peruenié-
dum ſecundogenitis non eſt feudum, nec
feudalis res, & eſt alius tex. in feudo loquēs
in d.cap.1. §. ſi Vaxallus, ſi de feud.cont.
ſuer.inter.domin, & Agnat. ibi (nec quod
accipit tranſactionis nomine feudum erit)
aliud eſt res, aliud rei pretium, l. fundum
Cornelianum, ff.de nouat. ibi (ex quo non
fundus, ſed pecunia datur) Tiraquell. de
retract. lignag. §.31. gloſ.vnic. num.20 ex
multis, & exemplis in præcedentibus nu-
meris 16.17.18.& 19. ex Iſern.& alijs fir-
mat Præſid. de Franch. d. deciſ.64.num.3.
& dum tale pretium eſt burgenſaticum, nō
video primogenitus, ſi Clericus eſſet in d.
ꝑtio burgenſatico non ſuccederet.& quan-
do Pater inſtituit hæredem primogenitum
12 † Clericum in burgenſaticis, vel ab inte-
ſtato ſucceſſit Clericus, ipſe in dicto pretio
fundi empti burgenſatico ſuccedère debet,
cum contra talem ſucceſſionem nulla lex
adeſt, maximè quia talis pecunia à princi-
pio, & à tempore emptionis feudi erat bur-
genſatica, & in morte Patris erat danda
ſecundogenitis feudum non habentibus, ſi
aliter Pater non diſpoſuiſſet, legando, vel
dando alijs, ſi aliqua vmbra, ſiuè nebula
mutationis ſuæ burgēſaticæ naturæ adeſſet
(prout non adeſt, nec adeſſe poteſt) ad
tempus celebratæ emptionis feudi, & ad
eius naturam retrotraheretur, l.2.§.id quo-
13 què, ff. de collat.bonor. ſed † hæc pecu-
nia pretij feudi empti ſemper burgenſatica
extitit, & inter burgenſatica bona hæredi-
taria Patris connumerata cenſetur, vt erat,
& eſt, l. ſicut, §. ſuper vacuam, vbi Bart.
quib.mod.pig.vel hypot.ſoluar, & dum vi-
gore debiti paterni relinquendi filijs, quod
eis tenetur, & obligationis fratris primo-
geniti, ſiuè alterius ſucceſſoris feudi debi-
tis partem pretij ſecundogenitis videtur
eſſe eiuſdem qualitatis, prout erat, ante
eius erogationem in feudo, Curt.in l.ſequi-
tur, §. idem labeo de vſucap. ad quæ fa-
ciunt, quæ dicit Bal. in l. qui ea lege, C.de
pact.inter empt.& vend.& quando dominiū
14 transfertur ſuſpenſiuè, vt † hic pecunia
burgenſatica pro pretio feudi ſoluta obno-
xia, vt tempore mortis Patris ſolueretur
ſecundogenitis, fuit ſuſpenſiuè conditiona-
liter, & immutabilis ſoluta, vt adueniente
tempore ſoluendi ſecūdogenitis, vt à prin-
cipio erat burgenſatica eius natura non
dimiſit, etſi dimiſiſſet (vt non) de facili
ad ſua principia, & eſſentiam attractiuam
redijt, l.vnic.col.10. verſ.attende hic, Cod.
quando non petent. part. dicit, quod reſo-
luto

luto contractu, qui non habet perpetuam,
ſed ſuſpenſiuam cauſam, dominium primi.
reſuſcitit, tanquam à ſomno, vt ex alijs
firmat Præſid. de Franch. in deciſ. 64. num.
11. & 12. & num. 18. in fauorem anterio-
rum creditorio, abſquè aſſenſu iuntis Do-
minis duarum aularum deciſum affert per
rationem, quia pretium ex feudo vendito
peruentum erat burgenſaticum, & ex alijs
15 vt ibi, cum † in Regno veriſſima, & indu-
bitata ſit concluſio, quod licet primogeni-
tus, vel capax ſuccedit in feudo empto
per defunctum feudatarium, tamen tene-
tur conferre partem, ſiuè totum pretium,
ipſius feudi fratribus ſecundogenitis, quaſi
hæc pecunia remanſerit in hæreditate,
poſtquam non poteſt fieri collatio in cor-
pore feudi, quia indiuiſibile, vt concludit
Iſern. in cap. 1. §. nuatus in 2. add. num. 36.
de prohib. feud. alien. per Federic. quem
refert, & ſequitur Martin. Laudenſ. in tract.
primogen. quæſt. 36. Afflict. in d. §. præterea
Ducatus num. 27. & ſeq. vbi Loffred. &
Camerar. de hoe facit Dialogum in fine
ſuæ reper. d. cap. Imperialem fol. 101. Luc.
de Penn. in l. 1. de imponen. lucrat. deſcrip.
Capyc. deciſ. 3. num. 6. Fritia lib. 3. de ſub-
feud. in differ. 33. feud. hæredit. & feud. ex
16 pacto, & prouidentia, ſi hoc † pretium
confertur, ergo effectualiter remanet in
hæreditate defuncti, text. eſt in l. certum,
vbi gloſ. cap. famil. erciſc. ſi hoc pretiũ re-
manſit in hæreditate, omninò debetur ſuc-
ceſſori legitimo in burgẽſaticis, vt Porbelle
concludit Regens Lanarius in ſuo conſ. 80
num. 49. & 50. Fœlin. tenens feudum em-
ptum pro ſoluendo pretio, ſiuè totum, ſiuè
partem fratribus ſecundogenitis neceſſe
habet exburſare pecuniam, quæ inter im-
mobilia connumeratur, & aliquando ven-
dere eundem feudum, & pecunia, ſiuè per-
ueniat ex ipſo feudo nouo, vel alijs vendi-
tis, vel ab alijs bonis hæreditarijs eſt bur-
genſatica, ſic in hoc caſu facilius dicendum
eſſet pretium feudi empti ſpectare primo-
genito Clerico de feudo priuato, maximè
naturam burgenſaticam à principio ante
emptionem feudi in ipſo feudo exiſtentem,
nunquam dimiſit, & tale pretium eſt bur-
genſaticum, vt diximus, & Clericus in bur
genſaticis ſuccedendi nullam prohibitioné
17 habet, † non video cur Clericus primoge-
nitus pro ſuo Clericali ordine de feudo pri
uatus in pretio feudi empti, quod burgen-
ſaticum eſt, ſuccedere non debeat, etiam
ex ſententia Firmiani in ſuo fecũdiſſimo In-
18 dice, in verſ. bona Mobilia, verſ. 4. † dicen-
tes pecuniam reductam ex venditione rei
immobilis eſſe inter mobilia connumeran-
da, per notata à Bal. in l. ea demum, C. de
collat. quo in loco Bal. ipſe Iacob. de Bel-
louiſ. Cyn. Alberic. Corn. & Det. tradide-
runt hæredes bonorum mobilium, hanc
ipſam pecuniam obtinere, non autem hæ-
redes bonorum immobilium, & ſic feudi,
etiam ſi ea pecunia obuenerit poſt mortẽ,
de cuius ſucceſſione agitur, & firmat Tira-
quell. de vtroquè retract. §. 1. gloſ. 7. num.
113. verſ. ex diuerſo, & §. 32. gloſ. vnic. nu.
19. ſic in narratis Clericus ſuccedere debet
in pretio feudi empti, quod inter mobilia
connumeratur, & eſt burgenſaticum, & nõ
ſucceſſor in feudo, vt fundatum eſt, nec di-
19 catur † pretium ſuccedere loco rei, & ſic
loco feudi, quia in feudo, quod res parti-
cularis, ſiuè ſingularis eſt reſpectu Domi-
ni, & in ſingularibus rebus pretium non
ſuccedit loco rei, l. ſi rem & pretium, ff. de
pet. hæred. Tiraquell. d. num. 19. & ſeq. Re-
gens Valenz. conſ. 39. num. 51. & 52. ex alijs
dum talè pretium à principio burgenſati-
cum in emptione feudi verſum, & in mor-
te Patris, ſiuè extrahatur à feudo, ſiuè ab
hæreditate, & bonis paternis, tale pretium
ſemper fuit, & eſt burgenſaticum, vt per
tot iura, authoritates, rationes, & exempla
de communi, & deciſum eſſe, dicere poſ-
ſumus, etiam quia Clericus primogenitus
propter Eccleſiaſticum militiam à ſucceſ-
ſione feudi excluditur, & excipitur abſquè
dubio in ſucceſſione burgenſaticorum eſt
20 excluſu: Cum † exceptio firmat regulam
in non exceptuatis, Iſern. in cap. 1. qui ſuc-
ceſſ. ten. Grammat. conſ. 6. crim. num. 1. &
ex alijs in meo conſ. 45. num. 22. Amplius
21 in † pretio feudi noui empti, & in bonis
hereditarijs burgenſaticis, ſiuè allodialibus
liberè ſucceditur ex cauſa teſtati, vel ab
inteſtato, quando Pater, vel alius, aut de-
ceſſit facto teſtamento, tunc in illis bonis
allodialibus inſtitutus, vel vocatus in te-
ſtamento ex ſucceſſione teſtata, capit totũ
pretium feudi, quod Pater tanquam rem
burgenſaticam de ea teſtare, & relinquere
potuit, & partem cuius relinquitur, vel
capientes feudum ex cauſa teſtati habet, &
portionem ſuam iure proprio, ſibi debitam,
aut non diſpoſuit, & ab inteſtato diſſenſit,
& tunc in illis bonis allodialibus, ſiuè bur-
genſaticis hæreditarijs, veniet ipſe filius,
aut proximior decedentis, & ad ſolum pre-
22 tium feudi, quia † moriens, abſquè diſpo-
ſitione dicitur taciti vocare venientes ab
inteſtato, & in eos tacitè diſpoſuiſſe, l. con-
ficiuntur, ff. de iure codicill. ibi (ſed ideo
fideicommiſſo dari poſsũt ab inteſtato ſuc-
ceden-

Digitized by Google

cedentibus, quoniam creditur Paterſamilias ſponte ſua his relinquere legitimam hæreditatem,) cum ſimilibus Curt. iunior. conſil.4.numer.4. Corbul.de iure emphyt. in quæſt. cauſ. priuat. ob mortem Ciuilem numer.45. fol. mihi 33. cum quilibet præſumitur voluiſſe decedere ſecũdum diſpoſitionem legis, Minad. in Conſtitut. in ali-
23 quibus not.1. numer. 59. & † feudatarius duos poteſt habere hæredes, vnum in feudalibus, alium in burgenſaticis, ſiuè allodialibus, ita Bald. in Auth. ceſſante num.4. de legit.hæred.qui dicit, quod Baronia eſt, quid vniuerſale, ſicut peculium Caſtrenſe, & ideo quis poteſt habere vnum hæredem in Baronia, ſiuè feudo, & alium in Paganicis, ſiuè burgenſaticis, & probat text. in l. ſi certarum, ſ.1. ff.de milit.teſtamen. quod miles habet duos hęredes, ſcilicet Paganicum, & Caſtrenſem, & ideo fungitur
24 vicem duorum teſtatorum, & † quis poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, l. ſi duobus, ff. de milit. teſtam. inteſtatus in Caſtrenſibus, & teſtatus in paganicis, vel è contra, & proindè dicitur,
25 quod † ſi miles reliquit hæredem in Caſtrenſibus venientes ab inteſtato habebunt paganica, quæ ſunt burgenſatica, & gloſa fin. in l.1. C. de teſtam. milit.dicit, quia ſi miles inſtituit alium in paganicis, & aliũ in Caſtrenſibus inter ipſos non eſt locus iuri accreſcendi, quia reperiuntur, vt duæ hæreditates, & dicit, quod procedit, etiam ſi inſtitutus in Caſtrenſibus non adiuit: imò plus dicit, quod inſtitutus in paganicis reperitur in primo gradu, cum defuncto repudiata hæreditate Caſtrenſi ab inteſtato habebit bona Caſtrenſia non iure inſtitutionis. ſed ab inteſtato, quæ omnia in feu-
26 datario procedunt, cum † feuda Caſtrenſi peculio annumerantur, Bal.in l cum multi C. de bon. quæ liber. & in l. ſi vxori 10. in fine, C. de condit.inſert. & ex alijs Regens Lanarius d.conſ.80. num.49. & ſeq. ſic in caſu, quando primogenitus, quia Clericus, aut ob corporis indiſpoſitionem, aut alias eſt feudi incapax, ſecundogenitus, vel alius Agnatus ſuccedit, & eſt hæres in feudali-
27 bus, & † primogenitus ob ſuam incapacitatem feudalium erit hæres ab inteſtato in burgenſaticis, & habebit pretium feudi em-
28 pti à Patre, cum hac diſtinctione, † v3. ſi hæres capax in feudalibus erit frater mediatè legitimus ipſe excluſus à feudalibus habebit burgenſatica, ſibi ſpectantia, in qua venit portio pretij feudi empti; ſi vero ſucceſſor in feudo non eſt frater carnalis, ſed Agnatus, ſiuè Agnata in vlteriori gradu ipſius fratris excluſi à feudo, & ſi in pari gradu foriè eſſet, & fuit maritata, vel in genere aut in ſpetiè talis defuncti ſucceſſionem renunciauerit ipſe frater primogenitus incapax feudi, erit vniuerſalis hæres in burgenſaticis, & habebit integrum pretium feudi empti, tanquam res burgenſatica, & in hæreditate feudatarij defuncti remanſa, & ab inteſtato, ſibi delata
29 etiam qua † proximior aliorum, per tex. in l. 1. ſ. ſi quis proximior, vbi gloſ. in verſic. ſequentibus allegat concordantia, ff. vnde cognat. l. poſt conſanguineos, ſ.2. ff. de ſuis, & legit. & eſt legalis regula, quod in ſucceſſionibus maior adhibetur fauor lineæ magis coniunctæ, quam lineæ, & perſonæ magis remotæ, ſ. noſtra autem inſtit. de ſucceſſ. ab inteſtato, & l. ſi viua Matre, C.de bon.matern.& ſucceſſor in feudalibus, ſi fuerit frater carnalis, & in pari gradu coniunctus cum ipſo primogenito, propter eius incapacitatem excluſus quilibet habebit portionem vnicuiquè ipſorum tangentem partis pretij feudi in pecunia, & non partem de corpore feudi, vt eſt dictum in pręcedẽtibus Dilucidationibus 69. & 70. ſi vero ſucceſſor habilis, qui habebit feudum, eſſet Agnatus in remotiori gradu dicti primogeniti excluſi, quia ipſe primogenitus vti proximior ſucceſſor habebit integrum pretium feudi empti, tanquam burgenſaticum, & omnia alia bona burgenſatica in hæreditate defuncti remanſa, cum
30 quod † Clericus primogenitus ſi feuda habere non poteſt, nullo iure cauetur pretij feudi burgenſatici, & aliorum burgenſaticorum non ſit capax, quæ omnia habere debet, vt ex prædictis diſtinctè fundatum eſt, quod alio non eſt opus, & omnia quando caſus acciderit, periti penſare dignentur, vt veritas Dilucidationis plenius habeatur, & melius iudicatur.

PARTIS

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio LXXIV.

THEMA.

Frater conſanguineus, ſiuè vterinus fratri conſanguineo, vel vterino defuncto excluſo Patre, fortè viuente ſuccedit, etiam ſi non eſt coniunctus, ex latere vnde feudum peruenit, communis, & pluries deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Feudo Dominus, de cuius familia elegit, qui dicuntur Agnati, ſuccedere debent.*

2 *Frater non ſuccedit fratri, vnde feudum non peruenit, ſed feudo prædeceſſoris, communis.*

3 *Frater in his, quæ communis Parentis fuerunt alteri fratri ſuccedit.*

4 *Cognationis iure in feudis non ſucceditur.*

5 *Vterinus frater excluditur à ſucceſſione fratris non coniuncti, à quo feudum peruenit.*

6 *Frater vterinus, vel conſanguineus ad ſucceſſionem alterius fratris in feudo ab anteceſſore diuerſo peruento ſuccedit de iure communi.*

7 *Coniuncti ex vtroquè Parente ad ſucceſſionem vocantur coniuncti ex vno tantum Parente.*

8 *Molſeſij contrarietas aduerſus facchineũ reÿcitur.*

9 *Feuda regulantur ſecundum diſpoſitionẽ legis, & hominis, & in petitione hæreditatis venire.*

10 *Frater ad ſucceſſionem fratris iure communi feudorum vocatur, abſquè vlla diſtinctione.*

11 *In linea tranſuerſali prima cauſa eſt fratris, quia proximior.*

12 *Iura indiſtinctè loquentia diſtinctionem non recipiunt.*

13 *Ius Regni induxit nouum vſum ſuccedendi in feudis.*

14 *Frater, & Soror in capillo ex vno, ſiuè ex alio Parente coniuncto ſuccedit communi Patre excluſo.*

15 *Deſcendentes ſexus, & ætatis prærogatiua ſuccedunt in infinitum.*

16 *Fœminæ vocantur in feudis de iure Regni.*

17 *Fratres vocantur in feudo nouo de iure Regni.*

18 *Frater vterinus, vndecunquè ſit coniunctus, & ſit peruentum feudum de iure Regni ad ſucceſſionem vocatur.*

19 *Conſtitutio, vt de ſucceſſionibus, & capit. conſiderantes loquuntur, ſimpliciter de fratre non exiſtente ex latere, vnde feudum peruenit, qui ſuccedit.*

20 *Lex, per quam dura ſit, ſeruanda eſt.*

21 *Fratres ad ſucceſſionem alterius fratris, vocantur indiſtinctè, & ita intelligi debet.*

22 *Imperator dictam legem fecit, vt in futurum in ſucceſſione feudi nulla oriretur differentia.*

23 *Conſtitutio, vt de ſucceſſionibus, & aliæ ſunt ius commune in Regno.*

24 *Conceſſio, & inueſtitura pro hæredibus ex corpore intelligitur, & regulatur ſecundum dictam Conſtitutionem, vt deſcendentes in infinitum ſuccedant.*

25 *Vterinus moriens, ſine deſcendentibus, frater ex vno tantum latere tantum coniunctus ſuccedit.*

26 *Deciſio.*

27 *Feuda veniunt iure hæreditario, & iure ſucceſſionis.*

28 *Feudis non ſucceditur iure teſtamenti, vel ab inteſtato, ſed quodam iure hæreditario.*

29 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus intelligitur de hæredibus ſanguinis, ideſt filijs.*

30 *Feudis vocatur perſona vocata ad ſucceſſionem, & verbum hæres hodiè importat qualitatem hæreditariam.*

31 *Feudum, aut eſt hæreditarium, aut ex pacto, ſi hæreditarium hæres non capit, niſi ſit hæres. ſi ex pacto, non niſi hæreditatem adeat.*

32 *Filius adiens hæreditatem fratris pro feudo ex pacto, non erit hæres in feudo, nec feudum erit, quid hæreditarium.*

33 *Hæres verbum accipitur pro perſonis vocatis à lege, & erit hæres beneficio iſtius legis, à qua inueſtitura informatur.*

34 *Conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus, & cap. conſiderantes vocant deſcendentes in infinitum, & Collaterales finita linea deſcendentium.*

35 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis, quod in Regno eſt dicta Conſtitutio, per quam deſcendentes in infinitum, & Collaterales ad certum gradum.*

Digitized by Google

36 *In qualibet inueſtitura ineſt tenor Conſtitutionis, & legis Regni, & ab ea interpretationem recipit.*

37 *Conſtitutionis diſpoſitio omnium conſenſu vocat fratres ex altero tantum Parente, quamuis acquirenti feudum non ſit coniunctus.*

38 *Feudum, & fideicommiſſa æquiparantur, quamuis alienari non poſſint, non prohibentur habere hæredem ab inteſtato.*

39 *Per dictam Conſtitutionem feudum defertur ab inteſtato, & frater ſit habilis, & non coniunctus à latere feudi ſuccedit.*

40 *Inueſtitura ceſſat, poſt quam Conſtitutio reducit ſucceſſionem in linea Collaterali ſecundum Conſtitutionis formam ſucceditur.*

41 *Feudorum iure Agnati veniunt ad ſucceſſionem feudi, vſquè ad ſeptimum gradum, ſed correctum, per d. Conſtitutionē cuius diſpoſitione arctata non admictitur remotior.*

42 *Fiſcus eſt in quarto gradu, cui bona vacātia deferuntur, quando nullum legitimum Dominum habent.*

43 *Hærede caret, & ſine hærede decedere, quis quando neminem de Agnatis, & Cognatis reliquit.*

44 *Vacantia mortuorum tunc ad Fiſcum ſpectare, quando ſi nulla, ex qua vis ſanguinis linea relinquitur.*

45 *De ſanguine dicere eſt, quantum dicere de Agnatione, & Cognatione.*

46 *Dictio qua vis, quæ vniuerſalis eſt omnia, comprehendit.*

47 *Lex, quando nō diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

48 *Lex vacantia in indiuiduo contra Fiſcū, & aliæ plures.*

49 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis adducuntur.*

50 *Bona pro vniuerſa hæreditate accipiuntur, in qua comprehendūtur feuda, quæ in hæreditate veniunt, & tunc.*

51 *Feudum in bonis Vaxalli eſt.*

52 *Bonorum duo ſunt genera burgenſatica, & feudalia.*

53 *Rebellis reſtitutus ad omnia bona intelligitur reſtitutus ad feudum.*

54 *Fratres ex particulari lege vocari ad feuda.*

55 *Conſanguineus, ſiuè vterinus eſt incluſus, & vocatus in primo gradu.*

56 *Frater conſanguineus, conſanguineo fratri, & vterinus vterino fratri in feudo ſuccedit, etiam ex gratia contra Fiſcum per ſuam Maieſtatem declarata.*

57 *Conceſſiones, & inueſtitura ex communi forma Regiæ Cancellariæ ſunt pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus.*

58 *Doctorum dicta contra legem ſunt nulla.*

59 *Fratres ad ſucceſſionem fratris, cum gradus prærogatiua vocātur.*

60 *Frater vterinus ad ſucceſſionem alterius vterini fratris vocatur beneficio Conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus.*

61 *Imperator ad omnem dubium dirimendū in dict. Conſtitutione expreſſit, ſiuè ex vtroquè, ſiuè ex altero tantum latere.*

62 *Dictio, ſiuè ponderatur in vtroquè caſu.*

63 *Fratres vocantur generaliter, abſquè diſtinctione, & fratris appellatione omnes comprehenduntur, ſiuè ex vno, vel altero latere ſit coniunctus, nec in feudo.*

64 *Frater ſufficit, quod ſit frater, qui vocatur, cum excluſiua aliorum in vlteriori gradu exiſtentium, & Fiſci.*

65 *Proximitas in fratre intelligitur reſpectu vltimi decedentis.*

66 *Conſtitutio ab antiquis interpretis fuit interpretata contra gloſam.*

67 *Conſtitutio ſimpliciter de fratre de omni qualitate fratris intellecta fuit.*

68 *Conſtitutio coniunctionem carnis ſolum conſiderat, & gradū vltimi præmortui.*

69 *Conſtitutio, vt de ſucceſſionibus eſt fauorabilis.*

70 *Regens de Ponte hanc veritatem negare non potuit.*

71 *Conſuetudo per bina decreta inducitur.*

72 *Feudorum cauſæ fiunt in Mag. Cur. Vicariæ Tribunal Regis.*

73 *Sententias fuiſſe pro fratre vterino vendicante feudum alterius lineæ.*

74 *Sententia vna poſt longum tempus ad conſuetum ſufficit, & vna etiam in declaratione ambiguitatis.*

75 *A deciſionibus, & communibus opinionibus non recedendum.*

76 *In dubio contra Fiſcum.*

77 *Iudices non rectè cogitantes, iudicantes Deum habent vltiorem.*

IN præcedēti Dilucidat. concluſum extat fratrem, vel ſororem ex vno, vel altero Parente natos in feudo alterius fratris ſine filijs defuncti ſuccedere diſcutiendum duxi, an frater conſanguineus in feudo materno, & è contra, an vterinus frater vterino fratri in feudo paterno, vel ex alio, quam ex quo peruenit feudum, coniuncto ſuccedat, & videtur dicendum, quod non ex pluribus.

1 Primò, Dominus † feudi eligit illos de tali familia, & domo feudum habeat excluſis, qui ſeorſum ab ea familia, & domo naſcuntur,

ſcuntur, vt per Cuiac. de his, qui feud dar. poſſ. & ex ea familia deſcendente, & Collaterales dicuntur Agnati, & qui per fœminã coniunguntur, dicuntur Cognati, quæ fœmina ſuæ Familiæ eſt capud, & finis, l. Pronuntiatio in fine, ff. de verb.ſignif. Roland. à Vall.conſ.56. num.26. lib.3. Vnde fratri, ſiuè ſorori de Familia, & ſtipite, à quo ſcudum peruenit vterinus frater, ſiuè ſoror ex alio Patre nati ſuccedere non poſſunt, ex regula tex. in cap.1. §. his deficientibus

2 de grad. ſucceſſ. in feud. vbi † frater non ſuccedit in feudo, aliundè quam à communi Parente peruento, & firmat Iſern. in cap. 1. nu.8. de natur.ſucc. feud. quia feudi ſpecialis natura eſt, vt ſuum ſtipitem ſemper reſpiciat, Luc. de Penn. in l.1. C. de impon. lucrat.deſcript.lib.10. Regens de Ponte de Poteſt.Proreg.§.1 n.4.de ſucceſſ.fœmin.

Secundò, adducitur gloſ. Marini Caramanici in Conſtit. vt de ſucc. verſ. ex altero tantum dicens, licet aliqui dicant contrarium, quando feudum de cuius ſucceſſione agitur peruenit defuncto ex eo Parente, ex quo iſte frater ſuperſtis eſt coniunctus per verba eiuſdem Conſtitutionis, ibi (filij au-

3 tem fratrum † in his, quæ communis Patris fuerunt, non ſi ex altero Parente, qui non fuit communis prædeceſſor) argum. l. de emãcipatis in fine, C. de leg. hæred. dictamq; gloſam firmaſſe Papam Honorium in ſuis cap. dicit Iſern. in d.cap.1. de natur.ſucceſ. feud. vbi diſputat Articulum, & opinionẽ gloſ. quam ſequitur Afflict. ibid. not.7. num. 17. poſt Ang. & Bald. in conſ.110. & mouetur ratione, quia eſt finitum genus primi acquirentis feudum, quando ſolus frater

4 vterinus adeſt, & quia in † feudis iure cognationis nulla adeſt ſucceſſio, capit.1. de grad.ſucceſſ.in feud. iſtam opinionem, ſimpliciter ſequitur Laudenſ. in d. §. quia vidimus, quem ſequitur, ibidem Aluatot. verſ. hoc quoquè ſciendum eſt col.4. dicens idẽ tenere Nicol. de Neap. & Ardizon in ſum. de mod. ſucced. in feud. ſub rubricella de Agnatorum ſucceſſ. & iſta eſt veritas, dicit Curt. de feud.part.3.num.55.fol.302.

5 Tertiò, fratrem † vterinum excludi à ſucceſſione feudi, quod fuit ſui fratris vterini peruenti ex Patre iure communi feudotum inſpecto, dicit Curt. vbi ſup. & alij, quos adducit conſ. Fab. de Ann. conſil.25. num.1. & ſeq. ſiuè feudum ſit antiquum, ſiuè nouum per dictam rationem, quia feudatarij linea eſt finita, Regens Carol. Tapp. Marchio Belmontis in deciſ.Sac.Conſil.2. num. 1. ex alijs firmat, & ſtante, maximè conceſſione, & inueſtitura pro ſe, & hæredibus, ſiuè filijs ex corpore deſcendentibus frater non eſt de deſcendentibus, ergo non ſuccedit.

Pro parte affirmatiua. Primò de iure

6 communi Romano frater † vterinus, vel conſanguineus ad ſucceſſionem alterius fratris in bonis ab anteceſſore diuerſo peruẽtis ſuccedat, eſt tex. in Auth.ceſſante, C. de legit.hæred. vbi legitur (ceſſante ſucceſſione lineæ deſcendentis, eiuſq; ſola ſit Aſcẽdentis, vocantur primo fratres, fratriſquè præmortui filij in ſtirpes, eſt etiam text. in nouella de hæred. ab inteſt. coniunct. §. ſi igitur, ibi (ſi igitur defunctus, nequè aſcendentes, nequè deſcendentes reliquærit primum ad hæreditatem vocamus fratres, & ſorores ex eodem Patre, & ex eadem Matre natos, quos etiam cum Patribus ad hæ-

7 reditatem vocamus: His † autem nõ exiſtentibus in ſecundo ordine illos fratres ad hæreditatem vocamus, qui ex vno Parente coniuncti ſunt defũcto, ſiuè per Patrem ſolum ſit coniunctus, per quem textum clarum, ita firmat Fulgoſ. & Corn. in Auth. itaquè C.commun. de ſucceſſ. & Facchin. in ſuis qq.lib.6.cap.5. in princ. & dum verba dictorum iur. relata ſunt clara prætenſam

8 contrarietatem per † Patrem Molfeſium in Conſuet. Neapol. part.4. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.4. num.4. contra Facchin. ſalua pace tanti Patris eius dictum in d.loco non obſtat, & Facchin. opinio praua ete debet

9 per dicta iura, & etiam quia † feuda, nè dũ veniunt, & regulantur ſecundum diſpoſitionem hominis, ſed etiam diſpoſitionem legis, vti per Iaſ. in conſ.224. lib.2. idemquè ante eũ aperte ſentijt Faber. in §.1.gl.3.n.11. inſt. de ẽpt.& vẽd. & ex alijs Præſ. Amat. cõſ. 35.n.18. dum per dicta iura determinatur, vt vterinus frater, vterino fratri ſine deſcendentibus defuncto, vndecumque vterino peruentis ſuccedat, quæ lex vocat fratres ad hæreditatem alterius fratris defuncti, & ſic etiam in feudis, quia in petitione hæreditatis veniunt feuda, vt notat gloſ. in l. item videndum, §.fin ff. de petit.hæred. quam allegat, & ſequuntur Bart. in l.vt ius iurandi, §. ſi liberis, ff. de oper. libert. etiã

10 qa † feuda in Regno ſunt hæreditaria, & in hæreditate venire, vt per Iſern. in cap. 1. in princ. de alien.feud.patern. & in cap.1. an Agnat. & per Alex.conſ.129.lib.5. & in l. ſi Patroni num.12. ff. ad Trebell. communem dicit Loffred.conſ.14. num.6. Gulielm. de Pern. conſ.22. in 4.totab.num.27.& 28. & Graſſus in lib. recept.ſenteut.§.fideicomm. quæſt.50.nu.1. Clar. in §.feudum q.85. nu. 1. & ex alijs Roſental. de feud.c.7.conclu.11.

Mm 2 num.

num.3. & in gloſ. litera B. per prædicta iu-
ra communia, etiam feuda ad fratres veni-
re ſimpliciter, abſquè diſtinctione vlla,
ſi ſunt ex vtroquè, vel altero tantum Pa-
rente coniuncti, & feudum a communi ſti-
pite non venit lex ipſe indiſtinct intelligi
debet, l.1.§.quod autem, ff. de alez vſu, &
ex alijs per Præſid. Amat.conſ.97. num.25.
10 Secundò † de iure communi feudorum
ad ſucceſſionem fratris in feudo vocantur
fratres, per tex in cap.1. de ſucceſſ. fratr.
vel grad. in feud. per tex. in cap.1. de ſuc-
ceſſ.feud. ibi (his vero deficientibus vocā-
tur primo fratres, cum fratruum præmor-
tuorum filijs, deindè Agnati vlteriores, vbi
Iſern. Bald. & Martin. Laudenſ.hoc firmāt
Ioſeph Cum. Sicul. in capit. ſi aliquem in
verſ. non communibus à num. 3. vſquè ad
num.13.ex alijs diſputando firmat, fratrem
ſuccedere fratri, etiam quod ſit ex altero
Parente nato, & non ſit coniunctus ex illo
latere, ex quo feudum peruenit, & hanc
concluſionem pluribus firmat modis, etiam
contrarijs reiectis, cuius concluſionis ea eſt
11 ratio, quod † in ſucceſſione tranſuerſali in
feudis prima cauſa eſt fratrum, cum illi ſint
proximiores fratri defuncto probatur per
cap. 1. §. & quia vidimus de his, qui feud.
dar.poſſ. & in cap.1. vbi Affl. de grad.ſucc.
in feud. quod ponderauit Cannet. in ſua
extrauag. ſi aliquem fol.274.num.2.Intrigl.
de feud.centur.1.quæſt.46.num.58 & cen-
tur.2.quæſt.36.nu.92. Regens Carol.Tapp.
March.Belmontis in deciſ.Sac.conſ.2.num.
2. & 3. quæ iura feudalia ad ſucceſſionem
fratris in feudo vocant fratres indiſtinctè,
& generaliter frater ſuperſtis, defuncto fra-
tri ſuccedere debet in feudo, vndecumquè
12 peruento, & † iura ipſa indiſtinctè loquen-
tia diſtinctionem non recipiūt, etiam ſi ma-
ior ratio in vno caſu, quam in alio eſſet per
d.l.1.§.quod autem, ff. de aleæ vſu, & ex
multis Præſid.Amat.d.conſ.97.n.25.& 26.
13 Tertiò, de † jure Regni per Conſtitu-
tionem, vt de ſucceſſionibus, & cap. conſi-
derantes, quæ induxerunt nouum modum
ſuccedendi in feudis addendo, cumulando,
minuendo, & reformando, vt ex ipſius ver-
bis, vz. (feuda tenenti filij, & deſcenden-
tes in infinitum ſuccedunt, cuiuſcunquè ſe-
xus ſint) dum dicunt ſexus, & ætatis præ-
14 rogatiua ſeruata, deindè ſequitur (ex † Col-
laterali venientes, vt fratres, ſiuè ex vtro-
què Parente, ſiuè ex altero tantum, & ſo-
rores in capillo excluſo, etiam Patre ſu-
perſtite, omninò ſuccedant.)
15 Ampliando † in deſcendentes in infinitū
ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata.
16 Vocauit fœminas, quæ penitus erant
excluſè per ius feudorum cap 1.§.hoc no-
uando in prima rubri. de his, qui feud. dar.
poſſ cap.1.de feud. March.cap.1.de ſucceſſ.
fratr.
17 Vocauit fratrem in feudo nouo excluſū
per ius feudorum capit.1.§. hoc nouando,
qui feud.dar.poſſ. c.1.§. in alios de ſucceſſ.
feud. cap.ſi duo fratres de feud.March.c.1.
de duob.fratr.de nouo beneficio inueſtitis.
18 Vt frater † vterinus fratri vterino ſuc-
cedat in feudo, ſiuè ab alijs aſcendentibus
ad fratrem ex verbis Conſtitutionis patet,
ibi (ex Collaterali venientes, vt fratres,
ſiuè ex vtroquè Parente, ſiuè ex altero tan-
tum) & hoc quando non ſupereſt frater, à
quo feudum peruenit, Iſern. in d.verſ.fra-
tres intellexiſſe ſucceſſionē Collateralium,
ſecundum ius Romanum, vt frater vteri-
nus ſuccedat in bonis maternis, etiam quā-
do vnus frater ſupereſt coniunctus ex vno
latere tantum firmat ex alijs conſil.Georg.
alleg.21.num.54.conſ.Ann.d.conſ.25. nu.9.
& eſt ita diſpoſitum per cap. Papæ Honorij
in cap.1. d.§.& quia vidimus de grad. ſucc.
in feud.not.7.num.17. quod cap.Pap.Hono-
rij ſeruatur in Regno, & ſecundum illud
pluries iudicatum teſtatur Loffred. conſil.
38.num.16.
19 Conſtitutio † præd. vt de ſucceſſionibus
& cap. conſiderantes ſimpliciter de fratre
loquuntur, non exiſtente altero proximio-
re, ſiuè fratre, vnde peruenit feudum, intel-
ligitur de coniuncto ex vno latere, & ita
dicere voluit omni diſtinctione excluſa, an
ſit coniunctus ex illo latere, vnde feudum
peruenit, nec nè ſufficit eſſe fratrem pro-
pter prouidentiam Conſtitutionis, & Capi-
tuli, & ſic ſimiliter iura communia, & feu-
dalia omnia ſimpliciter loquentia, ſimpli-
citer ſunt intelligenda vulgata lege de pre-
tio, de publiciana in rem actione, & quod
Conſtitutio ipſa coniunctionem carnis, &
20 graduum præmortui ſolius conſiderat, †
& lex etiam, ſi per quam dura ſit, ſeruari
debet, l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, &
hæc Iſern. opinio in cap.1. de natur.ſucceſſ.
feud. in addit. numer. 8. non ex rerum
iudicatarum procedit, ſed potius, vt iudi-
tium ſuum inter hæc diuerſas opiniones;
ita perpetuò videatur, vt ipſæ iudicauit, &
iudicat verum eſſe authoritate, quoquè re-
rum iudicatarum, teſtè Camerar. maximus
feudiſta in ſuo reſpōſo poſt extrauag. Can-
netij in cap. ſi aliquem in verſ. ſcripſerat,
namquè Andreas fol.361. & ſequè, quam
concluſionem firmant conſ.Fab.de Ann. d.
conſ.125.num.19. & 20 Regens Io: Franc.
de Pon-

Digitized by Google

de Ponte de Poteſtat.Proreg.tit.de ſucceſſ.
Mulier,num.6. Præſid. Amat.conſ.97.num.
25. qui alios adducunt.
21 Ipſa † Conſtitutio ad ſucceſſionem fra-
tris in feudo indiſtinctè vocat fratrem, ita
indiſtinctè intelligi debet,l.1 §.quod autem
ff. de aleæ vſu, & in propria quæſtione ar-
guit Iſern. in d.cap.1.de natur.ſucceſſ.feud.
& ideo prætentio diſtinguentium, quod fra
ter ſuccedat fratri coniuncto, vnde feudum
peruenit, videtur vana; cum lex indiſtin-
ctè loquatur, ſciuiſſet enim Imperator di-
ſtinguere, ſi voluiſſet, non diſtinxit, ergo
noluit, & ſic indiſtinctè intelligenda eſt, d.
l.de pretio, ff. de public. in rem act. & fa-
ciunt ea, quæ dicit Cicer.lib.2. Rethor de
inuent.tit.8. (ſcriptorem neque ingenium,
neque opera, neque facultatem vllam de-
fuiſſe, quo minus poſſet apertè ſcribere, id
quod cogitur ei non fuiſſe grauè, nec diffi-
cilè, & eam cauſam excipere,quam aduer-
ſarij potuerunt, ſi excipiendum putaſſent)
quæ verba refert Luc. de Penn. in l. fin. C.
de his, qui ſpont.mun.ſubeu.lib.10. Cannet
in d.extrauag.§.ſed tractandum eſt, nu. 23.
& 24. fol.177 & in §.ſeq.num.11.fol.239.&
in §. non erit otioſum num.17.fol.297. &
poſt eum Io: Ang.Piſanell. in ſuo reſponſ.
poſt d.extrauag. Cannet. num. 23. fol.341.
cum in d.cap.ſi aliquem, verſ.non commu-
nibus num.5.& in ſimili, ita arg. Anton.de
Alex.conſ.52. in final. conſ.Loffred.nu.65.
verſ. ſed ad hoc reſpondetur, & ita etiam,
argum.Iſern.in cap.1.num.13. verſ.nec re-
fert de controuerſ. inueſtit.quod procedit,
etiam ſi maior ratio eſſet in vno caſu,quam
in alio l. 1. §. generaliter de leg. præſt. l. ſi
Rufinus, C. de milit.teſtam. Præſid. Amat.
conſ.97.num.24.& in dicta Conſtit. nulla
22 eſt admictenda diſtinctio, quia † Impera-
tor legem ipſam fecit,vt in ſucceſſione feu-
dorum nulla in poſterum oriremur dubita-
tio, nec ratio argui (inquit ipſe) vt nos
diſtinguamus,d.l.de pretio, l.3.in fine, ff. de
offic. Præſid.Iſern. in d.cap.1. Paulo ante
additionem num.8. de natur.ſucceſſ.feud.&
in eadem Conſtit.col.antepenul. verſ.vide-
tur, & in Conſtit.proſequitur col.2. in fine
verſ. nec ad conſequentiam Cannet.in ter-
minis d.Conſtitutionis in d. §.promictendũ
num.30. & 85. Camer.in ſuo reſponſo poſt
Cannet.fol.356. verſ.hæc oportet argumẽ-
tari col.5. Præſid.Amat.d.conſi.97. numer.
30.ex alijs.
23 Dicta † Conſtitutio,vt de ſucceſſionibus,
& aliæ Conſtitutiones ſunt ius commune in
Regno, dicit Iſern. in cap.,1. verſ.nec Do-
minus col.4. ibi (quando ergo) de prohib.
alien. per Federic. & in cap.1.num.5.de eo,
qui ſibi, & hæred.ſuis, Loffred.conſ.39. nu.
16. Piſanell. in d.ſuo reſponſo num.17. fol.
24 340. Conceſſio, † & inueſtitura pro hære-
dibus ex corpore deſcendentibus intelligi-
tur, & regulatur ſecundum dictam Conſti-
tutionem, vt de ſucceſſionibus, quæ eſt ius
Regni, l.quod ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de
edilit.edic.cum vulgat.& proindè datur in-
tellectus ad inueſtituram, vt deſcendentes
ex corpore coniuncti, vt in infinitum ſuc-
25 cedant: Verum † ſi vltimo morienti non
ſuper eſſent deſcendentes ex corpore con-
iunctj, qui in infinitum ſuccedunt, ſed fra-
ter vtrinquè coniunctus, vel ex vno latere
tantum fratri vterino,vel in conſanguineo
in feudo, etiam non à ſuo prædeceſſore, ſed
ab alio peruento ſuccedit ex forma dictæ
Conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus, & iſto
arguendi modo vtitur, Luc. de Penn.in l.1.
col.4. verſ.videtur, quod primogenitus,C.
de impon.lucr.deſcript.lib.10. & ita firmat
Pariſ.conſ 21. col.5. ibi rurſus conſideran-
dum eſt lib.1. qui conſuluit in caſu, in quo
26 conſului, ego dicit Io: Angel. Piſanell.† &
obtinui pro vxore Ill.Domini Iulij de Ru-
beis Comitis Calatiæ, & ex alijs firmat, idẽ
Piſanell. in dict. ſuo reſponſ. poſt extrauag.
Cannet.num.12.fol.346. & Iſern. in d.cap.
ſi aliquem col.penult. ac Cannet.in d.ſua
extrauag. ſi aliquem, §.opinio num.17.fol.
251. Præſid. Amat.dict.conſ.97.num.44. ex
multis firmat,& ſic habemus noſtram con-
cluſionem deciſam, quod verba pro hære-
dibus ex corpore deſcendentibus, nihil o-
perantur, & vltimo, ſiuè deſcendentibus
decedenti ſuccedunt fratres, nè dum ex
vtroquè, vel ex altero tantum Parente,
ſed etiam quod feudum à prædeceſſore ſu-
peruinentis fratris non peruenerit.

Quod dicitur conceſſiones, & inueſtitu-
ras fieri pro hæredibus ſimpliciter,vel pro
filijs, & hæredibus ex corpore legitime de-
ſcendentibus frater eſt capud lineę tranſ-
uerſalis,prout ex dicta Conſtitutione habe-
27 tur, cum conditionaliter loquitur, & † in
feudis ſucceditur iure hæreditario,vel ſuc-
ceſſorio, vt ex textu dictæ Conſtitutionis,&
tex. in cap.1. §. cum vero Corradus de his,
qui feud.dar.poſſ. & fortius, quia dicta iura
non loquuntur ſimpliciter de hærede, ſed
de legitimo hærede, qui eſt ille,qui ſucce-
dit ab inteſtato l.3.§.de illo, vbi gl. & DD.
ff. pro Soc. & licet Iſern. in cap. 1. verſ.
item ſi teſtamento relinquitur, qualit.olim
feud. pot. alien. dicat mortuo feudatario
feudum non deuoluitur iure ſucceſſionis,
ſed ex vi contractus,& formæ conceſſionis,

quod refert Gulielm.de Pern. in conſil. 12. col. 2. num. 17. & 47. ſubdens, neſcio, quo modo in filijs hæredibus procedere poſſit, quia nō poſſunt habere feudum præter ius, & nomen hæredis, tamen Bal. in cap. 1. de
28 ſucceſſ. feud. col. 2. dicit, † quod in feudo non ſucceditur, nequè teſtamento, nequè ab inteſtato, ſed quodam alio iure ſucceſſorio feudorum, & Bal. ſequuntur Aluarot. & Præpoſit. in d cap. 1. in princ. de ſucceſſ. feud. & gloſ. in d.Conſtit. vt de ſucceſſionibus fol. 269. col. 2. num. 20. dicit, ſi conce-
29 datur †! feudum alicui, & hæredibus ſuis conceſſum intelligitur pro hæredibus ſanguinis, & deſignat qualitatem ſucceſſoris, & non ſucceſſionis, quam opinionem Baldi poſt Camer. & alios Regens de Ponte de Poteſt. Proreg. tit. de teſut. feud. §. 7. num. 15 Regens Carol. Tappia in deciſ. Sac. Conſil. 57. nu. 11. dicunt, quod verbum hæres in feudis intelligitur de herede ſanguinis, ideſt de filijs, vt eſt tex. exprexus in cap. 1. §. ſed diuerſum de alien. feud. in cap. 5. §. etſi clientulus de alien. feud. quod pluries ius feudorum ſic intelligit ex declaratione gloſæ, & eiuſdem Iſern. in 1. rub. cap. 1. §. cum vero Corradus, qui ſucceſſ. ten. in cap. 1. §. rurſus ſi de feud. defunct. milit. contr fuer. & alibi,
30 & ſic in † feudo vocat perſonam ad ſucceſſionem feudi vocatam, quæ ex illo iure erat, deſcendens Maſculus, hodiè per dict. Conſtitutionem, eſt ampliata ſucceſſio ad Collaterales, ergo in feudo verbum hæres de dictis iuribus Regni non importat qualitatem hæreditariam, ſed ſucceſſoriam, vt ex alijs firmat conſ. Georg. in alleg. 19. num. 38. & ſeq. Gulielm. de Pern. conſ. 9. col. 9. & omnes ſequuntur, & ex ipſius Iſern. dicto non procedit, quod dixerat in feudo ſuccedi vigore conceſſionis, & inueſtituræ, cum ipſemet in dictis locis, & alibi dicit procedere ex ſucceſſione ſanguinis, ſed benè dicit, poteſt procedere ex vtroquè, ſcilic. ex inueſtitura, & ex ſucceſſione ſanguinis, &
31 † feudum, aut eſt hæreditarium, aut ex pacto, ſi hæreditarium filius, vel Agnatus non capit citra ius, & nomen hæredis, vt idem Iſern. in cap. 1. an Agnat. & latè Loffred. in ſuo conſ. 1. & latiſſimè Pariſ. conſ. 27. lib. 1. & feudum ex pacto, licet habeatur ex prouidentia Principis, non admictitur, niſi hæreditatem feudatarij defuncti adeat, per tex. in cap. 1. an Agnat. de cuius intellectu, latè Cannet. in d. cap. volentes, & Loffred. in addit. ad cap. 1. §. præterea Ducatus, verſic. non obſtat, dicit, quod filius non poteſt habere feudum meri pacti, niſi hæreditatem
32 Patris, adeat † & non erit hæres in feudo, nec feudum erit, quid hæreditarium, & allegat hoc tenere Franciſcū de Aretio in l. pro hærede, §. quid ſi tamen col. fin. ff. de acquir. hæred. tamen quando feuda deferūtur non ex inueſtitura, ſed ex lege, prout ex diſpoſitione dictæ Conſtitutionis, vt de
33 ſucceſſionibus, & cap conſiderantes † hoc verbum hæres accipitur pro illis perſonis vocatis ab ipſis iuribus, & declarat gloſ. in dicta Conſtitutione. verſ. ex vtraquè parte illæ perſonæ vocatæ erunt hæredes beneficio d.Conſtit. vt per Ant. de Alex. in conſ. 52. ſiuè vlt. inter conſ. Loffredi. & in hoc Regno, (quia ſucceditur ex hac lege, & inueſtitura info matur ab ea) beneficium iſtius legis ſucceditur, & non aliter nullo habito reſpectu ad inueſtituras, tanquam informatus ab hac lege ſucceditur, prout hæc latius Cannet. in d. ſua extrauag. §. eſt præterea Ducatus num. 2. & pluribus ſeqq. vſquè ad verſiculum, ſed non inutiliter fol. 106. & ſeq.
34 Ad idem † Conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus, & cap. conſiderantes vocare deſcendentes ex corpore in infinitum, & Collaterales, ibi (ex deſcendenti linea) ibi (ex Collaterali linea) ſi occurrerit, quod linea deſcendens, extinguatur ad ſucceſſionem vterini ſine prole, an fiſcus, vel fratres ad ſucceſſionem feudi vocantur, hoc inueſtitura non dicit, ſed caſus iſtæ per inueſtituram omictitur per eas, quæ vidi, & ita
35 credo in nulla hoc eſſe prouiſum, ſed † caſus eſt omiſſus, ideoquè iuris communis diſpoſitioni relinquitur, l. ſi cum dotem 21. ff. ſolut. matrim. l. ſi extraneus 6. ff. de condit cauſ. dat. & primo de iure Regni, quod eſt ipſa Conſtitutio, vt de ſucceſſionibus, & aliæ, ac Capitula, vt per Iſern. in capit. 1. num. 5. de eo, qui ſibi, & hæredi ſuis, & ex alijs ſup. verſ. dicta Conſtitutio, &c. nu. 23. & feudorum inueſtituræ ſemper recipiunt interpretationem à Statuto, & lege Regni, & loci, vbi feudum eſt, & ſemper præſumendum eſt diſponentes voluiſſe, ſe conformes redere, cum diſpoſitione Statuti, & legis, quæ viget in loco feudi, vt declarat Bart. in l. vt ius iurandum, §. ſi liberi de
36 oper libert. & in omnibus † inueſtituris ineſt dictæ Conſtitutionis diſpoſitio, vt in terminis probat Pariſ. d. conſ. 21. numer. 48. Regens Villanus in ſuo reſponſ. poſt extrauag. Cannetij impreſſo num. 18. fol. 347. & inueſtituræ ab hac Regni Conſtitutione interpretationem recipit, Piſanell. firmat in reſponſ. poſt extrauag. Cannetij impreſſo, num. 18. & 19. fol. 340. & in ipſa inueſtitura ineſt Cannet. ex alijs in d. ſua extrauag.

cap. ſi

Digitized by Google

cap. ſi aliquem, §. opinio, num. 17. fol. 251.
Vern. in d. cap. ſi aliquem col. penult. verſ.
concedendis, etſi inueſtituræ verba ceſſa-
37 rent, tamen non † deficit Conſtitutionis
diſpoſitio, (quæ omnium ferè conſenſu)
vocat fratres ex altero tantum Parente cō-
iunctos, quamuis à ſtipite primi acquiren-
tis non deſcendat, vt ex deciſionibus, &
peritorium Regni, Iſerniæ, & aliorū com-
munibus opinionibus aduerſus gloſam di-
ctæ Conſtitutionis dicimus infra in cap. in-
cip. dictam Conſtitutionem, vt de ſucceſ-
ſionibus num. 61. & quamuis talis Conſti-
tutio non diſtinguit formas, & inueſtituras
ad talem ſucceſſionem feudi debere ſeruari
deciſionem dictæ legis in omnibus feudis,
tàm antiquis, quàm veteribus, & nouis cō-
cedendis, ex quibus verbis Conſtitutionis
apparet Principem voluiſſe, omninò talem
fratrem conſanguineo, ſiuè vterino fratri
ſuccedere, vel eius filios, etiam à latere
feudi non coniuncto, ideo ſi videbitur à te-
nore inueſtituræ excluſus, tamen admicti-
tur beneficio iſtius Conſtitutionis informā-
tis, & reformantis ipſam inueſtituram, vt
non excludatur, quæ Conſtitutio, tunc ha-
bet locum, quando deficiunt verba inueſti-
turæ, vt declarat, & determinat, Gulielm.
de Pern. in d. ſuo conſ. 21. pro qua opinio-
38 ne adducitur ratio inconuincibilis: † nam
feuda, & fideicommiſſa æquiparantur, &
æquiparat Iſern. in cap. 1. §. hoc quoquè
de ſucceſſ. feud. & firmat Dec. conſ. 441. nu.
21. tamen fideicommiſſum eſt reſtrictum,
nè fideicommiſſarius poſſit alienare extra
Familiam: nihilominus talis fideicommiſ-
ſarius non prohibetur habere hæredem ab
inteſtato, etiam extraneum, vt probat tex.
in l. cum Prætor, ff. de leg. 2. vbi Bart. &
eſt communis opinio, vt per Alex in conſ.
56. libr. 1. & conſil. 59. lib. 3. Pariformiter
quamuis feudatarius non poſſit ſub dicta
forma alienare feudum extra comprehen-
ſos in inueſtitura, tamen ab inteſtato non
prohibetur ei ſucceſſio hæredis, qui non ſit
comprehenſus in inueſtitura, cum ergo per
39 iſtam † Conſtitutionem, vt de ſucceſſioni-
bus, & legem deferebatur ſucceſſio ab in-
teſtato, & ſit habilis frater, etiam nō con-
iunctus à latere feudi ad ſuccedendum, vt
dixi, merito non eſt curandum de inueſti-
tura, cum vocetur beneficio legis contra
inueſtituram, in qua ſucceſſione eſt mani-
feſta ſtatuentis voluntas, quia formam ſuc-
cedendi in Conſtitutione narratam ſeruari
voluit in omnibus feudis veteribus, tàm
antiquis, quàm de nouo concedendis, & iſta
ratio confundit Afflict. Loffred. & alios, qui
immorantur, & faciunt vim in ipſa inueſti-
tura, quæ derogat omni naturæ feudorum,
nihilominus non tractatur de ſuccedendo
vigore inueſtituræ, ſed beneficio dictæ Cō-
ſtitutionis, & legis informantis, & refor-
40 mantis ipſam inueſtituram: nam † inue-
ſtitura ceſſat, poſtquam feudum ad tranſ-
uerſales deuoluitur, & informatur à dicta
Conſtitutione, & lege cuius beneficio vo-
cantur, quæ opinio eſt vera, & veriſſima,
vt ex ſuperius dictis habetur, & etiā infra.
41 De iure † feudorum Agnati ad ſucceſſio-
nem feudi admictuntur, vſquè ad ſeptimum
gradum, quod fuit correptum per dictam
Conſtitut. vt de ſucceſſionibus, quæ in ſuc-
ceſſione tranſuerſalium non admictit, niſi
fratrem, qui eſt in ſecundo gradu, & fratris
filium, qui eſt in tertio gradu, & actenta
diſpoſitione iſtius Conſtitutionis in inueſti-
tura non comprehenditur Agnatus remo-
42 tior, & tanto minus † Fiſcus, qui tanquam
poſt omnes vocatus eſſet in quarto gradu,
Afflict. in Conſtitut. for iudican, verſ. & li-
beros, vel Parentes, &c. cui bona vacantia
deferuntur, l. 1. ff. de iur. fiſci, & l. 1. per to-
tam, C. de bon. vacant. lib. 10. & bona va-
care dicitur, quādo nullum legitimum Do-
minum habent, & defuerunt deſcendentes
ab inteſtato, vel facto teſtamento hæredi-
tas adita non fuit, vel adiri non poteſt, l. in-
teſtatus, ff. de verb. ſignif. l. 1. ff. de ſuis & le-
git. l. 2. ff. de iniuſto teſtam. §. 1. inſtit. de hæ-
red. quæ ab inteſt. deferuntur, vt per Alex.
43 in rub. ff. de acquir. hæred. & eum † ſine
legitimo hærede deceſſiſſe, qui neminem
reliquit ex linea deſcendenti, vel tranſuer-
ſali Agnatia, vel Cognatia, vſquè ad deci-
mum gradum, & qui, vel quæ ſine viro, aut
vxore abierit, omnes enim perſonæ, quæ
de iure Ciuili, vel Prætorio admicterentur
ad ſucceſsionem inteſtati defuncti præfe-
runtur Fiſco l. 1. & l. vacantia mortuorum,
44 C. de bon. vacant. lib. 10. vbi † legitur (va-
cantia mortuorum bona, tunc ad fiſcum
iubemus transferri, ſi nullum ex qualibet
ſanguinis linea, vel iuris titulo legitimū re-
liquerit inteſtatus hæredem, ex hoc enim
tex. apertè habetur fratrem conſangui-
neum, ſiuè vterinum in ſucceſſione alterius
fratris conſanguinei, vel vterini. quamlibet
ſanguinis linea Agnatorum, vel Cognato-
rum excludere Fiſcum, per d. tex. vbi gloſ.
Pirr. Alberghermeus antiqus Doctor, fol.
mihi 18. col. 1. in add. in verbo vacantia Io:
de Platea, ibid. num. 1. qui num. 2. in verſic.
ſanguinis dicit, quod tantum eſt dicere
45 de † ſanguine alicuius, quantum de eius
cognatione ingenere, quod comprehendat
Agna-

Digitized by Google

Agnatos, & Cognatos, & DD. alij, ibi ſcribentes, & ſtãte etiam dictione qualibet ſanguinis linea, quæ vniuerſalis eſt, & verba vniuerſalia trahuntur, etiam ad caſum improprium, gloſ. in l.2. verſic. alias, C. de
46 quatrien. præſcript. vbi talis † dictio quauis verbum vniuerſale omne comprehendit, Aym.conſ.194.num.2.pro hoc facit,id quod dicit Bal. in cap. 1. §. donec qualiter olim feud.alien.pot. vbi conceſſio feudi facta tibi, & hæred. tuis quibuſcumquè venit in feudo hæres extraneus,ſicut dictio,quælibet omnimodam generalitatem importat, ita quod iſte dictiones, quando apponuntur
47 in l.vel in Canone,† & lex.vel Canon non diſtinguit, vt d tex. vniuerſaliter loquendo de qualibet ſanguinis linea, abſquè diſtinctione, nec nos diſtinguere debemus, text. eſt in cap.ſolitè de maior. & obed.vbi gloſ. & DD. l. Preces, ff. de offic. Præſid. l. de pretio, ff. de public. in rem actio,& in meo conſ.20.num.1.& ſeq. & conſanguineus,ſiuè vterinus frater conſanguineo, ſiuè vterino fratri ſuccedat, & dicit talis lex vacantia
48 in † proprijs terminis, & contra fiſcum, etiam tex. in l.2. C. de petit. bonor. ſublat. lib.10. & eſt etiam caſus in l. 1. C.vnde vir, & vxor, quæ indiuiduo idem determinat,& in l.2.eod.tit.habetur, quod vxor ad quartam bonorum ſuccedit, per tex. in Auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor, vbi recuſantibus, ſeu excluſis tranſuerſalibus ipſa ſuccedit in reſiduo hæreditatis ad contrahendum reſiduum hæreditatis : ſic pulchrè Corn. ita firmat conſ.324.lib.4.refert,& ex alijs Peregrin.de iure fiſci,lib.4.tit.3.de bon. vacant.num.1.& ſeq. qui num.5.exceptuãdo, quod fiſcus excludit ſororum affinem
49 exceptio † firmat regulam in nõ exceptuatis, Iſern. in cap.1. qui ſucc ten. Dec.conſ. 379. & 381. Grammat.conſ.crim.6.num.1. & in conſ.45. num.22. etſi prætendatur dicta iura non loqui in feudis, vltra quod non obſtaret, quia loquuntur generaliter, & de hæreditate, cuius appellatione veniunt feuda, & vt diximus ſup. nu.10 & frater conſanguineus, ſiuè vterinus, & quilibet legitimus ſucceſſor, etiam qui adoptiuus eſt l.1.§.licet,l.2. §.hæredit.s,ff.de ſuis, & legit. nè dum remotiorem in gradu,ſed etiam fiſcum excludit à quocumquè feudo, vndecumquè perueniat, vt eſt fundatum per dicta iura,& alia prædicta,ſed etiam per ver-
50 bum † bona in d.l.vacantia, cum bona pro vniuerſa hęreditate accipiũtur,per tex.in l. bonorum appellatione 208. ff. de verb. ſignifi. in quo comprehenduntur feuda,quia in hæreditate veniunt, & hæreditaria eſſe, vt diximus ſup.num.10. & hæreditas nihil aliud eſt, quã in vniuerſum ius,quod defunctus habuit verba ſunt, l. nihil aliud,ff.de verb.ſignif. ex Iſern. Tiraquell. de Nobil. capit 18. & qui bona vendidit res, quoquè feudales vendidiſſe cenſetur dicit Io: Brecheius in l. bonorum appellat one 49. in fin. fol.144. etſi aliqui dicunt appellatione bonorum non venire feuda, in contrarium eſt veritas, & quod veniunt, firmat Specul. in tit. de locat. §. tunc aliqua, verſic. 157. quem refert Iaſ. ſibi contrarius in prælud. feud.num.45. & in l. tres fratres,ff.de pact. & conſ.207.lib.2. Ruyn.conſ.2.col.2. lib.1. & tradit Tiraquell.in l.ſi vnquam in verbo bona,num.10. C.de reuoc.donat.& in tract. de retract.§.1.gloſ.3.numer.12. vbi adducit gloſ. in cap. 1. per quos fiat inueſtit. quam
51 omnes ſequuntur,quæ gloſ.decidit † e dum eſſe in bonis Vaxalli, argum. l. bonorum,ff. de verb.ſignif. Cann t. in extrauag.cap.volentes colligitur primæ partis fol.23.nu.32. vnde feudum dicta à contrario ſenſu, per Afflict. in rubr.8. de cultu p cis numer.78.
52 item † bonorum duorum ſunt genera, vel burgenſatica,vel feudalia, ſed dicendo Imperator, quod omnia bona confiſcentur, ſatis clarè oſtendit, quod burgenſatica, & feudalia confiſcari debent, ſecundum Bart. in prima Conſtitut.ff §.omnes ad hoc facit, quod dicit Florion. de ſancto Petr.in 1, Cõ-
53 ſtit. §.fin. ff. ſi ſeruus,venditi.quod † ſi Rebellis eſt reſtitutus ad omnia bona, videtur etiam reſtitutus ad feud m, vt idem dicit Bal. in capit.1. hic finitur lex, ſic in hoc
54 caſu,& fratres ex † particulari lege Regni vocari ad feuda conſanguinei, ſiue vterini fratris,etiam in feudo a non co iuncto peruento per dictam Co ſtitutionem, vt de ſucceſſionibus, quæ cenſetur i eſſe omnibus priuilegijs, & conceſſionibus feudorum, vt probat text. eiuſdem Conſtitutionis in fine, & notat Galieum. de Fern. in ipſa Cõſtit. ſcribens in verſ. conce eudis, & conſil.
55 7. ac conſil 21. col.5. ideoquè † per prius cenſetur vocatus, & comprehenſus conſanguineus, ſiuè vterinus in primo gradu exiſtens, qui quamuis a'io iure eſſet excluſus tamen per dictam Conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus eſt inclusus ſecundum opinionem Iſern. ibidem, & iſta eſt vera opinio, & communis dicit Canner. in d. extrauag. §.opinio,num.15. in fin. fol.250. & alij & fiſcus in vlteriori gradu exiſtentes ſunt excluſi, vt eſt ſupra fundatum, abſquè dubio.

Primò de iure communi Romano vſq. à num.6. vſquè ad num.10.

Secun-

Secundò, de iure feudorum, vt num. 10. 11. & 12.

Tertiò, de iure Regni num. 13. huc vſq.

56 Quartò, vigore † gratiæ per Maieſtatē Inuictiſſimi noſtri Regis Phylippi Secundi, huic Ciuitati, & Neapolitano Regno elargitæ vterinum fratrem, vterino fratri in feudo à non coniuncto ſuccedit, nam cum talis ſucceſſionis ex forma conceſſionum, & inueſtiturarum pro ſe, & hæredibus ex corpore deſcendentibus, quæſtio eſſet dubitabilis, & etiam inter Regnicolas controuertebatur ad euitandum omnium contrarietatem per deputatos Regni fuiſſe ſupplicatum dicto Inuictiſſimo noſtro Regi in Comitijs Anni 1589. & declaratur fratres vterinos eſſe comprehenſos in gratia, quam de Anno 1586. concellerat, quod frater ſuccederet fratri in feudo nouo, & per dictam Maieſtatem fuit declaratum eſſe comprehēſos, vt ex eius verbis, quæ ſic ſe habent, *(item perche in la precedente gratia è ſtato per V. M. conceſſo, che in li feudi nuoui ancorche l'inueſtitura dica pro ſe, & hæredibus ex corpore poſſano, & debbiano ſuccedere li Fratelli, & le Sorelle, & loro figli vtriuſquè ſexus, ſi bene ſeconda la più commune opinione de Doctori in la detta gratia, ſe comprendono, etiam li Fratelli, & Sorelle conſanguineæ tantum. & vterina tantum, & loro figli vtriuſquè ſexus, ſi come anco per la Conſtitutione del Regno è ſtato particolarmente diſpoſto, & ſecondo la interpretatione della diſpoſitione di quella, nondimeno per l'Auuocato Fiſcale del Regio Patrimonio de V. M. in alcune Cauſe ſi è difficultato, che la detta gratia non comprende li Fratelli, & Sorelle vterini, ſe ſupplica V. M. ſe degni fare gratia particolare à queſta fideliſſima Città, Baronaggio, & Regno declarare, che la mente de V. M. ſia ſtata de comprēdere in la detta gratia, etiam li Fratelli, & Sorelle conſanguinei tantum, & vterini tantum, & li loro Figli vtriuſquè ſexus legitimi, & naturali ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata non obſtante la detta pretentione dell'Auuocato Fiscale.* Placet ſuæ Regiæ, & Catholicæ Maieſtati.

Stante ex abundanti tali gratia, abſquè dubio frater conſanguineus, vel vterinus, etiam in feudo nouo, quod ſui conſanguinei, vel vterini fratris fuit, ſuccedere debet, & firmat Regens Carolus Tappia dictam gratiam referendo, vt iacet in ſua deciſ. Sac. Conſ. 2. num. 7.

Ex his concluſio pro conſanguineo, vel vterino fratre non coniuncto ex latere, vnde feudum peruenit omni iure, & ex abundanti per Regiam gratiam declaratam, & confirmatam, quod ſuccedere debent excluſo Agnato, & quouis alio in vlteriori gradu exiſtente, & ſic decisa, & firma extat, & in omni feudo antiquo, & nouo, vt ex verbis in Conſtit. vt de ſucceſſionibus, & cap. conſiderantes patet, & ad exuberantiam relata gratia declarauit, etiam in feudo nouo.

Veniendo ad primum, ſecundum, & tertium Cannarium, qui ſunt omnia ex aduerſo prætenſa, ad vnum tendentia, quod frater non deſcendens ex illo ſtipite à Domino electo in feudo, & eſt coniunctus ex alio latere, & non ex quo peruenit feudum conſanguineo, vel vterino fratri non ſucce-
57 dit, maximè quod † conceſſiones, & inueſtituræ in Regno ex communi forma Regiæ Cancellariæ fiunt pro ſe, & filijs vtriuſquè ſexus, hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, refert Iſern. in cap. naturales, ſi de feud. defunct. milit. contr. fuer. num. 8. Loffred. conſ. 1. num. 13. & Afflict. in §. præterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Federic. num. 33. dicit, etiam ſi in conceſſione dicatur pro ſe, & hæredibus, abſquè alia expreſſione deſcendentium cēſetur facta pro ſe, & filijs, & deſcendentibus, etſi contraria ipſa ex iam dictis reſoluta ſint, non militare ex abundanti dicitur non obſtare.

58 Primò, quia † loquuntur, & ſunt contra aperta iura, vz. contra l. 1. & l. vacantia, C. de bon. vacant. contra l. 2. C. de petit bon. ſublat. lib. 10. Auth. præterea, & l. 1. & 2. C. vnd. vir. & vxor. contra dictam Conſtit. vt de ſucceſſionibus legem Regni, & contra d. Regiam gratiā, ex quibus habetur, quod quiuis ex linea Agnationis, & Cognationis exiſtens, & ſic frater conſanguineus, ſiuè vterinus excludit vlteriorem Agnatum ſiuè Cognatum, & Fiſcum, vt ex dictis iuribus, & gratia, vt benè fundatur ſup num. 13. & ſeq. & n. 44. & ſeq. & ſi ſententiæ Regiæ contra legem ſunt nullæ, tanto magis opiniones Doctorum cōtra dicta iura, communia, & feudorum Conſtitutionem Regni & d. Regiam gratiam ſunt nullæ, l. non dubium, C. de legib. Pragmat. 77. §. 20. ff. de offic. Sac. Conſ. Milanenſ. deciſ. 5. & ſic de ipſis contrarijs nulla eſt habenda ratio.

59 Secundò, dictam † Conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus ad ſucceſſionem feudorum vocat fratres, & ſorores trāſuerſales Agnatos, non ſimpliciter, ſed cum prærogatiua gradus, & cum proximioritate, cum ergo vocatur frater non coniunctus ab ea parte,

vnde

vnde feudum peruenit ad defunctum in ſucceſſione feudi fratris prędefuncti ſub illa qualitate,quia proximior, quomodo Agnatus, & quiuis alius inferioris gradus admitti poſſit ſtante proximiore, ſpetialiter, & ſpecificè ab ipſa Conſtitutione, & lege vocato? certè eſt de directo contra textum ipſum,& illud quod aliqui dicunt Agnatum debere præferri, quia comprehenſus in inueſtitura, & electus à Domino concedente feudum eſt falſum, cum Conſtitutio ipſa in ſucceſſione trāſuerſali vult proximiorem:

60 Meritò † frater vterinus proximior admiſſus ſolo beneficio iſtius Conſtitutionis, & non comprehenſus in inueſtitura excludit Agnatum, & quamuis alium in remotiori exiſtentem, quamuis in inueſtitura comprehenſi eſſent,vt ex alijs Cannet.dict. loco num.37. & pluribus ſeqq. qui nu. 46. dicit (ſtat igitur firma concluſio, quod frater non comprehenſus à latere feudi excludit omnes remotiores,) ita & iſte frater in inueſtitura non comprehenſus pari ratione beneficio huius Cōſtitutionis, & legis,vt de ſucceſſionibus admictitur, quam in conceſſione non ſit incluſus,quæ Conſtitutio cum ſit lex communis in Regno,vt diximus nu. 23. ad vnguem eſt obſeruanda, prout ſeruata fuit, & ſecundum eam plures iudicatum, vt etiam infra.

61 Tertiò, Imperator † ad omnem dubium dirimendum in d.Conſtit.vt de ſucceſſionibus dixit, ſiuè ex vtroquè, ſiuè ex altero tantum latere, vnde feudum non peruenit omnes fratres vnica determinatione, vnica verborum oratione vocando, & quemadmodum reſpectu fratris, vtrinquè coniuncti nulla eſt dubitatio, vt vndecunquè peruenerit, feudum admictitur, ita pariter, & in alijs ex vnica tantum lineæ,vnde feudum non peruenit coniuncti, dicendum eſt, vt æqualis fiat determinatio, l. iam hoc iure 4. ff. de vul. & pupill.ſubſtit.l.quamuis, C.de impuber. & ita arguit Cannet. in d. §.præmictendum,num.32. & ſeq. fol. 245. in indiuiduo adducens tex. in l.1. C.de legit. hæred. vbi legitur (in ſucceſſione, quæ titulo conſanguinitatis, vel bonorum poſſeſſione, quæ titulo proximitatis nomine competit, tàm frater, quàm ſorores pari iure eſſe, licet ex eadem Matre ſuſcepti ſunt) qui Cānet. in d.loc.num.35. ad idem ponderat di-
62 ctionem, † ſiuè in d. Conſtitutione, vt de ſucceſſionibus poſitam,vt in vtroquè caſu, idem ſtatuendum ſit, cum talis ſit natura alternatiuæ, l. quod ſeruus 25. ff. de ſolut. l. ſiuè ex Prætoriana 3. C. de exerc.& exactor lib.12. & melius probat tex. in l. 3. ff. de reb.dub. ibiquè Socc. in princ. in l.vtrū, ff.de petit.hæred.& hæc ſuperflua ſunt;cum ex claris verbis d. Conſtit. vt de ſucceſſionibus reſolutum ſit fratri ex vno Parente tantum coniunctum in feudo ex alio latere peruento ſuccedere, debere vltra prædicta plenius fundatur infra.

63 Quartò,iura † Ciuilia, & feudalia ad ſucceſſionem fratrum in feudo vocant fratres ſimpliciter, & generaliter, abſquè vlla diſtinctione, ſi ex vtroquè, vel vno Parente ſit frater, & à prædeceſſore, & de Familia cuius fuerit, vel aliundè feudum peruenerit, ſed ſufficit, quod ſit frater, quia appellatione fratrum omnes continentur,ſiuè ex vtroquè, ſiuè ex altero tantum latere ſit coniunctus, decidit Bartol. in l. Lutius, §. quæſitum, ff. de leg.3. Io: Ang.Piſanell.ſua ætate Doctor nemini ſecundus, in ſuo reſponſo poſt extrauag. Cannet. in cap. ſi aliquem impreſſo num. 10.fol.339. ex alijs firmat, & per tex. in l. Iuriſconſultus, §. ſecundo gradu, ff. de grad. & quod de proprietate ſermonis fratrem vterinum venire conſuluit Soccin conſ.25.col.7.lib.3. & ſic
64 ſufficit, quod † ſit frater conſanguineus, vel vterinus tantum ex diſpoſitione dictorum iurium communium, & feudorum, & Regni dicitur vocatus, cum qualitate excluſiua aliorum, ideſt Agnatorum, in vlteriori gradu fortè exiſtentium, & fiſci ſuccedere prætendentium, cum ſemper proximior, vbi gloſ. in verſ. ſequentibus, quæ allega concordantia, ff. de ſuis, & legit. & vnius incluſio eſt aliorum excluſio, l. cum Prætor, vbi notat, ff. de iudic. cum concordantijs, ita tenet, & arguit Iſern. in cap. 1. §. his vero de grad. ſucceſſ. in feud. & idem arguit in cap. 1. col.5. vbi quærit gloſ. de natur.ſucceſſ.feud. idem tenet Abb. in ſucceſſ.maiorat.Hyſpā.loquens conſ.85. incip. in præſenti quæſtione col.fin. verſ. nec obſtat lib. 1. & huic veræ intelligentiæ conferuntur verba dictorum iurium, quæ de
65 fratre loquuntur, & † proximitas eſt in fratre Collaterali reſpectu vltimi decedentis, prout eſt regulare in ſucceſſione feudorum, vt attendatur proximitas vltimi decedentis,de cuius ſucceſſione tractatur,cap. 1. in fine, vbi Iſern. declarat de natur.ſucceſſ. feud. & ita iudicatum multos referendo, dicit Soccin.cōſ.86.col.fin.lib.3.Gozad. conſ.4.num.17.& Corn.conſ.22.col.6.lib.2. & ex alijs, idem Io:Ang.Piſanell.vbi ſupra.

66 Quintò, Conſtitutionem † ipſam, vt de ſucceſſionibus ab antiquis iurium peritis contra dictam gloſ. in verſ.ex altero interpretatam fuiſſe, vt frater ſuccedat fratri, etiam

etiam ex vno latere tantum coniuncto, & non requiritur coniunctio ex eo latere, vnde feudum peruenit, vt ibidem idem gloſator teſtatur, & firmant, v3. Iſern. cum omnium conſenſu dicit in eadem Conſtitut. in verſ. fratres in fine, ibiquè rationes ex hac parte refert, & in cap. 1. de natur. ſucc. feud. in add. num 8. dicit, ita fuiſſe bis ſententiarum tempore Regis Caroli Primi, & plenius in Conſt. ſi quãdo foriudicari, col. 1.

Afflict. in d. Conſtit. vt de ſucceſſionibus num. 17. & 19. ita Iſern. ſentijſſe firmat.

Loffred. in ſſ. ad Iſern. in d. capit. 1. de natur. ſucceſſ. feud. idem tenet fol. 47. 48. & 49. & in conſ. 38. num. 2. & 8.

Fritia de ſubfeud. in different. feud. quater. & feud. plan. & de tab. idem firmat nu. 28. fol. 241.

Intrigliol. idem firmat in ſua cent. 2. de feud. art. 48. num. 4. & cent. 1. quæſt. 46. num. 58. & centur. 2 quæſt. 36. num. 92:

Ioannes Angel. Piſanell. inſignis Doctor Regni huius poſt extrauag. Cannet. in cap. ſi aliquem in ſuo Reſponſo impreſſo firmat idem num. 5. fol. 315.

Regens Villanus, ibidem idem firmat nu. 22. fol. 346.

Camerar. in explicatione verborum Andreæ de Iſern. in verbo ſcrîpſerat, namquè
67 Andreas fol. 361. dicit, quod † Conſtitutio
ſimpliciter de fratre locuta ſit non exiſtente coniuncto, vnde feudum peruenit intelligitur de coniuncto ex vno latere, & ita dicere voluit, & dixit per verbum ſiuè ex altero omni diſtinctione excluſa, an ſit cõiunctus ex illo latere, vnde feudum peruenit, nec nè ſufficit eſſe fratrem propter prouidentiam ipſius Conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus, quæ ſimpliciter loquitur, ſimpliciter eſt intelligenda vulgata, l. de
68 pretio, ff. de public. in rem actio. & † Con-
ſtitutio ipſa coniunctionem carnis, & gradum præmortui ſolius cõſiderat, & ex alijs Camer. ibidem firmat.

Cumia Siculus in cap. ſi aliquem, verſic. non communibus à num. 3. vſquè ad 12. numerum incluſiuè fol. 101. hanc opinionem tenuiſſe Iſern. dicit, & latè dictum Articulum diſputat, & hanc concluſionem pluribus medijs comprobat, & fundat, quod frater vterinus, vterino fratri in feudo ex alio latere peruento ſuccedat, cuius concluſionis ea eſt ratio, quod in ſucceſſione tranſuerſali prima cauſa eſt fratrum, nam illi ſunt proximiores defuncto fratri, vt probatur in cap. 1. ſſ. & quia vidimus de his, qui feud. dar. poſſ. & in cap. 1. vbi Afflict. de grad. ſucceſſ. in feud, quam ponderauit Ca-
net. in d. extrauag. capit. ſi aliquem fol. 274.
69 quia † Conſtitutio eſt fauorabilis, vt ex
alijs firmat Regens Carol. Tapp. Marchio. Belmontis in d. deciſ. Sac. Conſ. 2. n. 2. & 3.

Conſ. Fab. de Ann. conſ. 125. nu. 19. & 20. ex alijs concluſionem ipſam firmat.

Regens de Ponte in tit. de ſucceſſ. Mul. rum. 6. ibi inquieſq; dictam peritorum concluſionem communiter receptam eſſe, & idem in lecturis de ſucceſſ feud. lect. 12 nu. 23. & ex Iſern. & alijs eam deciſam afferr, qui Regens de Ponte, quamuis contrariare
70 voluerit, tamen hanc † veritatem negare
noc valuit, & pluries in p̃dictis locis refert.

Regens Carolus Tappia in d. Sac. Conſil. deciſ. 2. num. 2. & 3. hanc partem affirmatiuam pro quocunquè fratre, & vndecunq. venerit feudum tenet.

Regens Rouitus eandem concluſionem firmat in Pragmat. 11. de feud. num. 10. tenentes negatiuam, & affirmatiuam referẽs, quidquid ſit de iure veritas eſt, dicit, hoc eſſe in ſubſidium tantum, & in defectum fratris conſanguinei non autem, quando extat frater conſanguineus ex ea linea, ex qua peruenit feudum, ſed quando ſupereſt vterinus tantum ipſe vterinus ſuccedit, ex Iſern. & alijs firmat.

Milanenſis in deciſ. 6. num. 168. lib. 1. idẽ ex aljjs comprobat.

Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. part. 4. q. 7. n. 8. vt D. Rouitus in ſubſidium, quod idem eſt, quia quando nullus alius adeſt, niſi vterinus, ſiuè conſanguineus frater in feudo ex alio latere ſuccedit, etiam quod in ſubſidium expreſſum nõ fuiſſet, cenſetur ineſſe, quia taciti, & expreſsi eadem eſt vis, vt ſcribunt DD. in l. cum quid, ff. ſi cert. pet. maximè Dec. Curt & Alciat. poſt Aret.

Ioannes Domin. Taſſon. Iudex M. C. in Ciuilibus in ſuo tractat. de Antef. n. 30. fol. 249. expreſſe ex alijs hanc cõcluſionem affirmatiuam quod vterinus, ſiue conſanguineus frater in feudo ex alio latere peruẽto ſuccedat comprobat.

Anell. Amat. Præſid. Reg. Cam. Summ. in duobus ſuis conſilijs 97. & 98. in indiuiduo dictam concluſionem contra fiſcum diſcutiens pro fratre coniuncto ex latere, vnde feudum non peruenit ex multis firmat, & contraria reijciendo in fin. conſil. 98. refert cauſam non fuiſſe deciſam, ſed cum Regio Fiſco tranſacta pro ducatis vigintiquinque millibus, licet feuda magni valoris exiſterent, plura aderant onera.

Et cum prædicta concluſio, & opinio ab antiquis, & recentioribus iurium peritis, ita ſit intellecta, & pluries, ita deciſa poſſu-

mus

Digitized by Google

71 mus dicere † hoc eſſe de Conſuetudine,quę
per bina decreta inducta fuit, per tex. in l.
1. ff. quæ ſit long. conſuet. & in l. an in-
totum, ff. de ædific.priuat. notat Bart. in l.
de quibus,ff.de legib & firmat Camer.in ſuo
reſponſo poſt extrauag. Gannet. in capit.ſi
aliquem impreſſo fol.361.col.2. in fine,etſi
dicatur,quia fuit ſententiatum in prima in-
ſtatia, & in appellatione in eadem cauſa, &
ſic vnicam eſſe ſententiam non obſtat,quia
72 ſententiæ ipſæ fuerunt factæ † in Mag.Cur.
in quo Tribunali feuda Neapolitani Regni
dirimuntur, vt in Conſtit.2. de Offic.Magi-
ſtri Iuſtitiarij,& Iudicis Magnæ Curiæ,quæ
Vicaria vocatur, tunc Regis Tribunal in-
quo ſuo nomine iudicabatur, vnde eſt rubr.
in Pragmaticis Regni de Officio Magiſtri
73 Iuſtitiarij Noſtri, rub. in † quo Tribunali
pro vterino fratre vendicante feudum ſo-
roris mortuæ, ſibi coniunctæ ex Matre tã-
tum, quæ habuerat illud feudum à Patre-
ſuo, & ille frater non erat coniunctus ex
latere, vnde feudum peruenerat, fuit iudi-
catum, & ſententia confirmata fuit in ap-
pollatione, ex quo clare oſtenditur, non-
ſemel, ſed bis ſub nomine Regis Caroli
Primi ſententiatum fuit, vt dicit Iſern.in d.
Conſtit. vt de ſucceſſionibus, & confirma-
tum eſſe, quod communi ſententia omnes
tenent, & DD. non tenent, quod in duabus
cauſis ſeparatis, ita ſit iudicatum, ſed ſen-
74 tentias duas,quas hic habemus, † amplius
vna ſententia infra longum tempus à tem-
pore Regis Caroli Primi,vt in hoc caſu ſuſ-
ficit, tenet Iſern. in d.cap. 1. de natur. ſucc.
feud.& in l.Imperialem, §.illud, & deniquè
quia non ſumus hic in probanda Conſue-
tudine, in qua duæ requiruntur ſeutentiæ,
ſed in ex plantatione verborum ãbiguorũ
Conſtitutionis, & quod talis fuerit mens
Iſern. habetur in pluribus locis eam opi-
nionem, quam hic tenuit per ſœpè confir-
mauit, vt ſupra diximus nu. 66. & ex alijs
firmat Camer. in explicatione verb. Iſern.
in Dialogo cum Io: Angelo Piſanello poſt
extrauag. Cannetij in capit. ſi aliquem im-
preſſo fol. 361. & ſic quod dicto tempore-
antiquo fuerit bis in terminis iudicatum nõ
eſt dubitandum, & etiam nouisſimè dicit
75 Piſanell.ſupr.num.26. Etſi † omni iure ab
ipſa deciſa opinione, & ſecundum præcita-
tos Doctores, & alios per eos adductos pro
parte affirmatiua recedẽdum non eſt, l.mi-
nimè, C. ſi ex interpetratione, ff.de legib.
l.filius, ff. de falſ. ibi (ſic enim inueni Se-
76 natum cenſuiſſe,† & in dubio contra fiſcũ,
per l. non puto, ff. de iure fiſci, Iſern. in d.
Conſtit, verbo filij, autẽ fratris, verſ. in-
dubijs enim, & in tit. quæ ſint Reg. poſt
num.71. Grauett. conſ.309. in fine, tamen
77 quando caſus acciderit † iudicantes pro,
& contra omnia dicta. & adducta penſare
dignentur,vt ſentẽtia pro veritate,& vt iu-
ris eſt, proferatur, alias vè illis non benè
cogitantibus proferentes forſan, quia qui
eos iudicẽt in foro fori, & poli nõ habent,
ſed Deum habebunt vltorem, gloſ. in §.
pœnitẽtia diſt. 1.& potẽtes potenter tormẽ-
ta patiuntur, Iſer.in prohem.Conſtit.col.7.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio LXXV.

THEMA.

Rege effecto Monaco Regnum nõ
tranſit ad Monaſterium, & quo-
modo feuda Vaxallorũ trãſeant
ad Eccleſias.

Quia breuis non opus Summario.

REX, ſi efficiatur Monacus Regnum non
tranſit ad Monaſterium,dixit Bald.in l.
Deo nobis, col. 6. C. de Epiſcop. & Cleric.
ſed ſi Vaxallus habet feudum, de quo præ-
ſtatur ſeruitium in pecunia, vel alia præ-
ſtatione ſecundum concluſionem Alexan.
conſ.10.lib.5.ſi efficiatur Monacus feudum
tranſit ad Monaſterium capacem eo viuẽ-
te, poſtea redibit ad Dominum, dicit etiam
Bal.in cap.quæ in Eccleſiarum,& in Auth.
niſi rogati, C. ad Trebell.ſed in hoc Regno
credo non procedere per Conſtit.Regni in-
cip.errores de his, qui debent accedere ad
ordinem Clericatus,vbi ſtatim dimictit feu-
da,& nihil tranſit in Monaſterium,quod eſt
propter iuramentum ligij præſtatur, Regi
firmat Afflict.in cap.1.de milit.Vaxall.qui
arm.bell.depoſuit, & in cap.1.de beneficio
fratr. de iure communi feudorum, quando
conceſſio eſt pro ſe hæredibus,& ſucceſſo-
ribus ex corpore vtriuſquè ſexus legitimè
deſcendentibus, quia ſuccedunt etiam fœ-
minæ deficientibus Maſculis,& caſus eueni-
re poteſt, & quando euenit fœmina ſeruit
per ſubſtitutum, tunc Monaſterium habe-
bit viuente feudatario facto Monaco ad cõ-
moditatem, & fructus feudi, cum ſuffic t
legem habilitaſſe per ſubſtitutum, vt per
Capyc. in deciſ.10.num.31. & 32. Curt. in
ſuo tract.feud.num.13.Monaſterium,& Cle-
ricos in ſacris non poſſe ſuccedere in feu-
dis nouem modis modificat, & ex alijs Vr-
ſill. ad Afflict. in deciſ.320.num.10. & ſeq.
Et ad hãc materiã diximus multa in par.6.

THEA.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXXVI.

THEMA.

Clericos primę tonſurę feuda tenere poſſe, ac tenentes, non amittere iuxta veriorem opinionem, Monaci niſi dimiſſo ordine, vel habitu re integra ſecũdũ aliquos.

SVMMARIVM.

1 *CLericos primæ tonſuræ feuda tenere poſſe, aliqui tenuerunt.*

2 *Feudalia iura generaliter loqui de omni clerico, & non poſſe ipſos tenere ſecundum alios, niſi re integra clericatum renuntiauerint.*

3 *Monachus, vel conuerſus re integra renuncians ordinem feudi capax eſt.*

4 *Feudum amittens propter ingreſſum ad Religionem elapſo anno amplius non recuperat iuxta nonnullos.*

1 CLericos † primæ tonſuræ feuda tenere poſſe, aſſerunt Bald. in d. §. qui clericus num. 2. & ibi Aluar. num. 4. Præpoſit. num. 1. & in §. & quod nu. 19. & idem Bald. in cap. 1. num. 3. verſ. quærit hic gloſ. de benefic. fœmin. Curt. iun. d. loco num. 25. verſ. ſecundo limita, Clarus in d. §. feudum q. 78. num. 5. communem dicit Roland. à Valle conſ. 23. num. 23. lib. 1. quorum ſententiam Germani Iureconſulti amplectuntur Sonſbech. par. 12. num. 175. Chirchou. in theſaur. commun. opin. lit. F. verſ. an feudũ clericus, & ex pluribus cõmunibus comprobat Roſental. de feudis cap. 7. concluſ. 30. nu. 5. & in gloſ. lit. F. Foreſter. d. cap. 23. num. 15. non
2 obſtante quod iura feudalia loquuntur generaliter de quocumque clerico, dicat Piſtor. d. q. 33. nu. 17. regulæ iuris feudalis inhærendo, tunc demum admittendã eſſe exiſtimat, quando clerici re adhuc integra, & prius quam alij ius eſſet in feudo quæſitum habitum religioſum exeunt, quod idem in effectu ante ipſum tradiderunt Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 231. num. 10. lib. 2. & conſ. 181. num. 81. lib. 2. Thom. de Marin. tit. 2. nu. 140. verſ. alia, & ſecunda opinio Crau. conſ. 203. num. 8. & 9. Roland. à Valle d. conſ. 23. num 23. & ita loquitur Beluiſ. in d. cap. 1. de benefic. fœmin. Bald. & cæteri iam dicti, Roſental. d. concluſ. 30. num. 6. in gloſ. lit. G. & ſimiliter non obſtante, quod aſſerunt aliqui,
3 quod tantum ſi † monacus, & conuerſus re integra infra ꝓfeſſionis annũ à die intrauit deſiſtens, feudi capax eſt, ſed ſecus ſi profeſſionem deſerat Laudenſ. in d. cap. qui clericum num. 4. Præpoſit ibid num. 2. tit. ſi de feud. defunct. controuerſ. ſit, Feder. Schench. in cap. 1. nu. 17. de vaxallo milite, qui arma
4 bellica depoſuit, ſed ſi † poſtea quam in feudo ſucceſſit, Religionem intrauit, ſiue habitum aſſumpſit, & infra dictum annum dimiſerit, non recuperat feudum ſemel ingreſſo &c. ipſo amiſſo, & alij quæſitum ſit, tradit Iſern. in cap. qui clericus num. 5. ſi de feud. defunct. &c. & ſic loquitur, & intelligitur text. & gloſ. in d. cap. qui clericus, & ibidem omnes interpretes nemine excepto in hoc concordant, ſi de feud. defunct. &c. & in cap. 1. §. ex hoc, de feud. fœmin. & præcitati Doctores, Capyc. in inueſtit. feud. c. feuda amittuntur col. 42. §. aduerte tamen, & deciſ. 115. nu. 11. & ſeq. ſol. 63. Burſat. conſ. 63. num. 26. lib. 1. Afflict. in d. cap. qui clericus num. 10. & 11. ſi de feud. defunct. & in cap. 1. §. ex hoc nu. 4. de feud. fœmin. Thom. de Marin. in d. tit. 2. num. 140. verſ. tertia, & vltima. Menoch. de arbitr. Iudic. d. caſu 231. cent. 2. num. 10. lib. 2. Vulteius d. cap. 9. tit. de cleric. nu. 67. Hartman. Piſtor. lib. 2. qq. iur. par. 2. q. 33. num. 18. Balzeran. in cap. 1. nu. 19 de milit. vaxall. qui arm. &c. iuncto cap. 1. qui clericus num. 12. ſi de feud. defunct. &c. Ardizzon. ſequitur Aluar. in d. cap. 1. nu. 4. de milit. vaxall. &c. & ibidem Præpoſ. nu. 2. & Rauenn. & Roſental. d. concl. num. 1. & in gloſ. lit. B. & in lit. G. & alij.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio LXXVII.

THEMA.

Cardinales in feudo ſuccedere, duę referuntur opiniones.

SVMMARIVM.

1 *CArdinalem feudum tenere poſſe, conſuluit Iaſon, & alij dixerunt.*

2 *Cardinalem feudum non poſſe tenere conſuluit Ruin. & alij firmarunt.*

3 *Cardinalem feuda de quo ſeruitium perſonale præſtatur per iuramentum fideli-*

tatis tenere non poſſe.

2 *Cardinalis in materia feudali nõ eſt priuilegiatus.*

1 PRo parte affirmatiua conſuluit Iaſon. conſ.117. num.2. lib.4. quem ſequitur Cæphal.conſ.2.in fine,dicens Ruin.contrarium tenentem inauertenter loqui, & Borcolt.de feud. cap.7.nu.62. Foreſter.cap.23. num.44. Vulteius cap.9.nu.30. fol.467. pro
2 parte vero † negatiua,quod Cardinalis feudum non retineat ſecundum regulam conſuluit Ruin. Cardinalē feudum rectũ retinere nõ poſſe in conſ.42.nu.9.lib.1.Menoc. conſ.54 nu.32.& 33. lib.1, conſ.181. nu.74. & conſ.202.num.21.& ſeq.nu.117. maximè
3 ſi ſeruitium † perſonale eſſet præſtandum nu.126. vel ſi virtute iuramenti fidelitatis præſtatur ſeruitium num.127.immo & ſpecificè ſuccedere poſſe negat,& nu.134.& de arbitr.Iudic.caſu 231.centur.3.nu.6.& ſeq. lib.2. Ioan. Thom.Minad. in conſtit. Regni in aliquibus in princ. verſ. filiorum num.6. fol.17. contra id, quod conſuluit Iaſ. in d.
4 conſ.117. nu.2. lib.4. cum in † materia feudali Cardinales nõ reperiuntur priuilegiati, & in eis ratio eadem militat,quæ in cœteris excludendis Ant. Gomez. eundem allegat, & ſequitur in d.q.33.num.3.lib.2.par.2.Albert. Brun. conſ. 17. & de rigore hanc veriorem dicit poſt Bald. Ruin. d. conſ. 42. nu.2.lib.1. Afflict.deciſ.320. Vulteius d. c.9. num.65.ſol.467. verſ.de Cardinali, Roſent, d.cap.7.concluſ.30.num.9.& in gloſ.lit.H.

PARTIS NONÆ.

Dilucidatio LXXVIII.

THEMA.

Archiepiſcopum, aliumuè Prælatũ feudorũ capaces eſſe, vide ſupra in ſexta Parte, Dilucidatione quinta, & ſeq. & ſicut cęteri clerici. communis.

SVMMARIVM.

1 *CLericos poſſe tenere feudum, Doctores variant.*

2 *Epiſcopum non poſſe in feudo ſuccedere,& habentem amittere, verior opinio eſt.*

3 *Archiepiſcopum, ſiue clericum in feudo conceſſo, ſiue empto, vt ſeruiat per ſubſtitutum, ſiue tenere, & tenere poſſe.*

1 IN hac parte ſi clerici feudũ tenere poſſunt, licet Doctores varient quibuſdam affirmantibus ipſos admitti, Bald.in cap.inter dilectos,in ꝟ.& ibidem,Felin.nu.7.verſ. in textu,& Aynotom. num.5.in fin. de fide inſtrument,Cæphal.conſ.1.nu.62.& ſeq. vbi dicit communem videri ſententiam eſſe, vt Comitatum habens,non amittat, ſi Epiſcopus factus ſit, & conſ. 2. per totum lib.1. & conſ.181.nu.80.lib.2. Borcolt.cap.7.nu.62.
2 de † iure tamen veriorem opinionem eſſe putauerit Epiſcopum à feudi ſucceſſione excludendum eſſe,& amittere habentem, per tradita per Imol. in cap. inter dilectos num.6.Ioan.de Anan.in cap.Iudei,& l.2. de Iudeis,Thom.de Marin. de gener.& qualit. feud.d.tit.2.par.2.nu.142.Vulteius d.cap.9. num.67. verſ.de Epiſcop. fol.467. Menoch. remed.recuper.10.num.68.& ſeq.vbi diſtin-
3 guit, quod quotieſcumque † feudum ita eſt expreſſum, vel conceſſum, vt ſemper per ſubſtitutum liceat ſeruire clericos eius ſucceſſione eſſe capaces,vt per Iſer. in cap.qui clericus, de benefic. fœminæ, Curt. iunior d.par.3. memb.2. nu.22. verſ.erit ergo talis ſenſus illius gloſ. Sonsbech. part.9.nu.105. verſ.tertio fallit, Io. Ant. Cannet. in extrauag.volentes, ꝟ.ſed opere pretium erit &c. ſect.67. nu.7. verſ.cum ergo feudum, & numeris ſeqq.poſt Alex.in conſ.10.nu.3.lib.5. hoc vno ore omnes tradere teſtatur Piſtor. d.q.33.num.26.Nicol.Intrigl.in ſua centur. feud. q.30.nu.11. Capyc.in d.cap.feudatarij habiles colum.2. ꝟ.monachus &c. Menoch. multos citat d.conſ.181. num.67. & nu.84. & conſ.54 num.11.& 32.& ſeq.vbi loquitur de Epiſcopo,& in remed.recuper.10.nu.68. & ſeq. ac de arbitr.Iudic. cent.2. caſu 231. num.7.quibus locis de Epiſcopis, & Cardinalibus agit, ſic Crauett. conſ.303.num.10. verſ.ſecundo reſpondeo, Clarus in ꝟ.feudũ quæſt.78.nu.4. in fine,& ſentiunt hoc multi citati ſupra in præcedenti dilucidatione,ita vt hæc ſit communis opinio dicit Roſental. cap.7.concluſ.30.num.20.in gloſ.lit.R.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXXIX.

THEMA.

Equites Hieroſolymitani, Theutonici, & ſimilium, feudorum incapa-

capa-

capaces, & habentes, ſiue ad eos peruenićtes amittunt. cōmunis.

SVMMARIVM.

1 *EQuitum Hieroſolymitanorū origo fuit de anno 1084. quando Mercatores Amalphiæ Neapolitani Regni ibi acceſſerunt,& quando,& quomodo.*

2 *Mercatores Amalphitani præuia licentia à Calipha Ægypti Principe ædificarunt in Hieruſalē Eccleſiā dictā Sancta Maria de Latina, in qua Monaci Caſinenſes introducti fuerunt.*

3 *Mercatores Amalphitani aliam Eccleſiā in Hieruſalem conſtruxerunt,quam Diuam Mariam Magdalenam nominarunt, ibique Cappellam, & Oratorium Diui Io. Baptiſtæ fecerunt.*

4 *Amalphitani mercatores fuerunt fundatores Hoſpitalis Sancti Ioannis Baptiſtæ de anno 1060.*

5 *Goffredus Baſsà Rex Hieruſalem aliqua dicto Monaſterio donauit,& Hoſpitale in Sedis Apoſtolicæ protectione à Papa Paſcale recepto, qui multa priuilegia ei conceſſit.*

6 *Regnum Cipri datum in protectionem Gotfredi de Laratha (Authoris familiæ) Hieroſolymitanorum Equitum, & Religionis magni Magiſtri.*

7 *Hieroſolymitani,ſiue Sācti Ioannis Equitum primus magnus Magiſter fuit Raimundus de Podio.*

8 *Rodi Inſula quam Equites Hieroſolymitani conquiſtauerant à Summo Pontifice, eis donata, & confirmata de anno 1308.*

9 *Religionis Sancti Stephani, & Sācti Lazari Hieroſolymitani per Summū Pontificem extincta, & earum bona Religioni Sācti Ioannis Hieroſolymitani vnita, & aucta.*

10 *Rodi Inſula de anno 1523. amiſſa in anno 1529. Religio Equitum Sancti Ioannis Hieroſolymitani in Inſulam Melitā collocatur per Carolum Quintum Imperatorem maximum.*

11 *Hieroſolymitani, ſiue Sācti Ioannis Equitis, qui militant feudorum capaces eſſe aliqui dicunt.*

12 *Hieroſolymitani,ſiue Sācti Ioannis Equites à feudis excludi, alij Doctores dicūt.*

13 *Hieroſolymitani, ſiue Sācti Ioannis Equites non tenere feuda in particulari, ſed in vniuerſali pro Religionis ſubuētione, & commoditate.*

1 ISti Hieroſolymitani † Equites originem
habuerunt, quando de anno 1048. Mercatores Itali, & Amalphitani Regni Neapolitani cum eorum mercibus, & Peregrinis,ac nauibus ſuis Soriam, & in Ægyptum accederent,non habentes commoditatem in Ciuitate Hieruſalem,vbi diuina officia iuxta Romanam Eccleſiam celebrarentur
2 à † Calipha Ægypti Principe obtinuerunt territorium intus Hieruſalem, vbi ædificarent,& cum libenter conceſſum,fuiſſet ædificata Eccleſia quā Diuam Mariam de Latina nominarunt,Monaſterium conſtrui fecerunt, in quo à Monte Caſino Sancti Benedicti Ordinis Monaſterio, Abbatem cum
3 monacis adduxerūt, & deinde alium † Monaſterium cum hoſpitale conſtrui fecerunt, & Diuam Mariam Magdalenam nominarunt,& informati,quod in eodem loco Zaccharia Propheta dicti glorioſiſſimi D. Ioannis Baptiſtæ pater multoties orare ſolebat, Oratorium in honorem dicti Diui ibidem
4 etiam erexerunt. & ſic † Amalphitani hoſpitalis prædicti fundatores primi fuerunt de anno 1060. capta, & deuaſtata Hieruſalem à Turcis. Poſtea tempore Vrbani Secundi Romanorum Pontificis, & ab Imperatore Adriano reedificata, & à Chriſtianis reparata; (in qua Fratres Hoſpitalis prædicti Sancti Ioannis Baptiſtæ valdè iuuarunt
5 à † Goffredo Bugliono Hieruſalem Rege in dictum Hoſpitale donata, & in multis Chriſtianitatis Prouincijs magnas alias donationes eidem factas,& à Papa Paſcale Secundo Hoſpitale prædictum in protectionē Sedis Apoſtolicæ receptum multa priuilegio eidem Hoſpitali, & Fratribus de anno 1113. cōceſſit,& Religio ipſa in dies aucta,
6 ne dum bonorum, ſed & † Regni Cipri in eorum protectionem datum fuit, mediantibus literis Apoſtolicis Innocentij Tertij, miſſis Fratri Goffredo de Laratha Authoris familiæ, tunc temporis dicti Hoſpitalis, & Equitum magno Magiſtro,de qua protectione Regni fuit etiam rogatus ab Americo Luſignano Hieruſalem, & Regni Cipri Rege de anno 1199. vt omnia habentur in prima parte Hieroſolymatorum hiſtoriarū per Iacobū Boſium fol.3.& ſeq.fol.15.lib.1. & de gubernatione fol.146.& ſeq. & Frater
7 Raymundus de † Podio fuit primus magnus magiſter Hoſpitalis prædicti, & capta Hieroſolyma à Barbaris Tholomaida Pro-
8 uinciæ Vrbem † receperunt, & à Summo Pontifice Inſulā Rodi,quam de anno 1308. conquiſtauerant, eis confirmata, & donata fuit, vt per Boſium d.lib.1. fol.16. à qua deiectis à Barbaris,& rurſus recuperata de

9 anno 1479 per † Summum Pontificem Religio Sancti Stephani, & Religio Sancti Lazari Heroſolymitani extinctæ fuerũt, cum eorum iuribus, priuilegij, & bonos dictę Religioni Sancti Ioannis Baptiſtæ vnitæ, vt in 2.par.lib. 11.fol 315.iterum Inſula Rodi de anno 1523. amiſſa, vt in dicta 2.par. lib.20.
10 fol.590. per † Imperatorẽ Carolum Quintum de anno 1529. in Inſulam Melitam collocantur, vt contra Turcos, alioſq; infi-
11 deles pugnet, aliqui dicunt † tales Equites feudorum eſſe capaces, quia militant, & adhoc ordinantur, vt tradunt Aluarot. verſic. quæro quid ſi vaxallus, vbi Bald. num.4. & Afflict. num.13 de milit.vaxall. & in §. qui clericus num.21. Iacobin.in verſ.dictiq; vaxalli num.41. verſ.quid autem in militibus, Curt.Sen.conſ.62.nu.63. Rub.conſ.80.nu.1. Natta conſ.107.nu.9.lib.3.Sonsbech par.12 num.115. Roſental.cap 7.concl.30.in gloſ. lit. N.Scrader.cap.5.nu.30. Foreſter.cap.23. nu. 39. quam ſententiam conſuetudine Pedimontij, & Mõtisferrati acceptam, reſpondit Neuizan.conſ.30.num.4. per dictam rationem, quia arma non relinquerunt, & militant, ideo cum ratio clericorum excludendorum in illis ceſſet, excluſionẽ etiam ceſ-
12 ſare debere videbatur. † Alij verò Doctores immẽſi Iuris conſulto, eos etiam à feudis excludunt Andr. Barbatia in rubr. de feud.num. 3.verſ.quod ſi vaxallus efficiatur miles, & in tract.de præſtant. Cardinal. c.t. q.5. nu.7. quem etiam citat, & ſequitur Caſſan. in conſuetud.Burgund. rub.3. des fiefs, §.5. nu.18. limit.9. citatur Cotta in memorab.iur.verſ.clericus, Thom.de Marin. tit.2, de feud.ex pacto antiquo fol.2.nu.141. Menoch.de arbitr.Iudic.centur.3.caſu 231.n.5. hanc.de rigore iuris veriorem dicit Albert. Brun.conſ.17.dum quæritur Aym. Crauett. conſ.303.quæritur an magnificus nu.1.& 3. & ſeq. per tot. Alciat. reg.29.num.6.lib.1. Roland.à Vallè conſ.23.viſis iuribus nu.39 viſis iuribus nu.39. lib.1. multis, & fusè ſic ſcribit Menoc. conſ.54.in controuerſa cauſa nu.13. verſ.cœtera re diligentiſſimè perpenſa &c. & numeris ſeqq. & per totum, & conſ.519.num.8.lib 6.latè Oſaſc.Cacher. Pedemont.deciſ.27. probata ſentẽtia nu.18. hanc ſententiam approbant Cannet. in extrauag.volẽtes, ſed an poſſit in militem &c. ſect.68.per totum, præſertim nu.1.& finali, verſ.clericus in fine, Iſern.in d.cap.qui clericus num.3. ſi de feud.defunct.controuerſ. fuer. de hoſpitalitijs hoc aſſerens Roſental. ex alijs d.cap.7.num.10.& in gloſ.litera O. Piſon.in prælud.ſub tit.an Milites Hieroſolymitani sũt feudorum capaces; propterea quod certum ſit hos milites eſſe perſonas religioſas, Deoquè dicatas per cap. quamuis, de decim. gloſ. in clement. quia contingit, verſ. militarium de relig.dom. Gemin. in cap.2. §. Laici verſ. quæro, qui dicuntur de reb.Eccleſ.non alien. in 6. & tex.feudales nimis generaliter loquuntur, & Piſtor. in d quęſt.33.nu.22.totum iudicandum eſſe, ſi præſtare poſſunt ea, quæ in iuramento ratione fidelitatis continentur, à ſucceſſione eos non excludi, ſi obſtent excludi, refert Vulteius d.cap 9. fol.469. verſ.verum valdè &c. ſubdens, quibus addo diligenter attendendam eſſe, quid conſuetudine receptum ſit; ergo addo, quod in profesſione iure dictum obediẽtiæ, caſtitatis, & paupertatis in 2 verſ.1.verum addo, & capitulari-
13 ter ſola. † ſed aduerte, quod ſi aliqui tenent non ipſi in particulari, ſed eorum religio pro ſubuentione, & bellis gerendis in occurrentijs à Summis Pontificibus, Imperatoribus, a Regibus elargitur, vel ab alijs, cum prædictorũ, ſiue aliquorum ex eis, vbi feudum adſunt, aſſentit, vt eſt notum, & idẽ de alijs Equitibus Sancti Iacobi de Spata, Alcantaræ, Teutonicorum, & aliorum, qui dictam profesſionem agunt, & votum paupertatis iurant per prædicta.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXXX.

THEMA.

Clerici, Monaci, & in eccleſiaſticis ordinibus exiſtentes, vel peruenientes, in feudis non ſuccedunt, nec Monaſterium. verior, & deciſa opinio.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum ſucceſſionẽ in feudis, variam, & multum dubitabilem eſſe.*

2 *Sententiæ tot, quod ſunt capita.*

3 *Clericus feudum, quod ſemel adeptus eſt retinere poteſt, ſi ſeruitium per ſubſtitutũ præſtatur.*

4 *Clericos feuda retinere im Germania, & in Gallia receptum eſt.*

5 *Clericos, & Monacos in ſacris conſtitutos in feudis regulariter non ſuccedunt nonnulli affirmant.*

6 *Clericus eo ipſo, quod quis efficitur, amittit feudum.*

7 *Vaxallus effectus monacus feudum paternum ſtatim vadit ad agnatum, feudum nouum ad dominum etiam ſi per ſubſtitutum ſeruiret, & allodialia ad monaſterium.*

8 *Vaxallo facto clerico, vel monaco, feudo carere eſt, magis communis opinio eſt deciſa, & veriſſima reiectis contrarijs.*

9 *Vaxallus inhabilis ſecundum naturam feudi, vt clericus, monachus, vel ſimiles non ſeruient per ſubſtitutum.*

10 *Clerici, & monaſterium poſſe tenere feudum, ſi ſeruitium honeſtè per eos praſtari poteſt per ſubſtitutum ſed ſecus ſi ſeruitium eſt incertum, & eſt electa induſtria perſona.*

11 *Clericus, aut monacus, & Eccleſia contenta in iuramento fidelitatis praſtare, nec per ſubſtitutum poteſt, cum prohibentur pugnare, & eſſe in bello, & ita deciſum.*

1 CIrca hoc ſi clerici † ſuccedant in ſeu-
dis, plures, & varias eſſe opiniones,
quas tradit Capye. in deciſ. 10. nu. 4. & ſeq.
& multum dubitabilem quæſtionẽ, ac quo-
dianam dicit Curt. iun. in ſuo tract. feud. p. 3.
num. 13. & maximè controuerſum dici Si-
card. in addit. ad Villalop. in commun. opin.
lit F num. 29. & Miſinger. cent. 5. obſeru. 84.
ita quod Siluan. in conſ. 3. num. 52. clarè aſ-
2 firmauerit de ea dici poſſe, quod dicit † ille
tot eſſe ſententias, quod ſunt capita tamen
breuiter, & concluſiuè pro affirmatiua opi-
3 nione, quod clerici, & huiuſmodi ſeuda, quæ
ſemel adepti ſunt, retinent modo ſeruitia
per ſubſtitutum præſtare parati ſint vide-
tur adeſſe text. in cap. 1. §. fin. de capit. Cor-
rad. & eſt gloſ. in cap. 1. verſ. nunc valet an
mutus, vel alias imperfectus, & in c. 1. verſ.
ſuccedere, de ſeudo fœminæ, & in l. quiſquis
de Epiſc. & cler. & de iure canonico eſt tex.
in cap. ex trãſmiſſa, de ſoro cõpet. & in cap.
1. §. verũ, de regul. iur. in 6. & cap. pro ma-
la, §. debet autem, de appellat. in 6. & cap.
fin. §. clericus, vel monialis in 6. quam opi-
nionem confirmat Dyn. in ſumma de feud.
§. fœminæ, verſ. clericus, Laudenſ. in cap. 1.
§. & quia num. 19. & ſeq. de his, qui ſeudum
dare poſſunt, Archidiac. in cap. ſi qua mu-
lier 18. q. 6. Gemin. in cap. in præſentia, de
probat. Curt. ſenior conſ. 63. num. 63. Siluan.
conſ. 3. num. 65. Capye. deciſ. 10. num. 4. &
communem eſſe opinionem ſcribit Salic. in
authent. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. & com-
muniorẽ aſſerit Iacobin. in verſ. & quibuſ-
cumque, vbi dicit ibi ita conſuluiſſe, & ob-
4 tinuiſſe, & hanc opinionem in Germania, &
in Gallia receptam eſſe, vt per Haunett. 2.
feud. 3. & ſecundum eam hodie in Conci-
ſtorijs pronunciant, vt videre licet, & con-
ſtitutione Flectoris Auguſti 28. in 3. par. di-
cit Borcolt. cap. 5 num 49. & ex multis fir-
mat, & cap. 7. num. 62. verſ. & licet Martinus
Laudenſis &c & de iure etiam Pontificio
probat prædicta Eguinar. Baro in cap. 1. §.
qui clericus, ſi de feud. defunct. &c. Vulteius
de feud. cap. 9. nu. 67. fol. 461. verſ. quod au-
tem clericus, vbi quod per ſubſtitutum ſer-
uire poteſt, & quod ſoluatur pecunia, & ex
alijs rationibus dictam opinionem confir-
5 mat pro contraria † opinione, vt clerici,
monaci, cæteriq; omnes in ordinibus eccle-
ſiaſticis conſtituti regulariter, quod in ſeu-
dis non ſuccedant, referam tantum autho-
ritates quidquid ſit decidit, text. ad lite-
ram in cap. 1. de ſeud. fœmin. ibi (clericum
vllo modo ad feudum paternum ſuccedere
debere, etiam ſi poſtqua habitum Religio-
6 nis aſſumpſerit, poſpoſuerit, † qui clericus
efficitur eo ipſo feudum quod habet, amit-
tere videtur, per text. in cap. 1. §. qui cleri-
cus, ſi de ſeud. defunct. &c. quam ineuitabi-
lem putat Curt. iun. par. 2. num. 26. verſ. pro
iſta vbi dictum verbum hoc ipſo feudum
amittere, ideſt iure ipſo feudo priuari, argu-
mento l. iubemus, §. ſanè, C. de ſacroſanct.
Eccleſ. præſertim quia text. vtitur verbo
temporis præſentis, quod ſignificat priua-
tionẽ, quæ fit ipſo iure, per cap. licet causã
§. 2. & ibi gloſ. in l. fin. C. de iuriſd. omn. Iud.
7 ſimiliter † vaxallus monacus factus, feudũ
non retinet, ſed ſeudum paternum ad agna-
tum nouum verò ad dominum redire, vi-
detur per capit. vnic. de vaxall. milit. qui
arm. depoſuerit, allodialia tamen tacito iu-
re monaſterium ſequuntur ex nouella de
monaſterijs, & adeo hoc eſt clarum, quod
etiam ſi clerici, monaci, vel ſimiles per ſub-
ſtitutum ſeruire, vel de fructibus cõtribue-
re velint, in feudis non ſuccedunt, & ea, quæ
habent amittunt, etiam ſi Religionem de-
ponunt; poſt Iſer. in cap. an mutus, vel alias
imperfectus, voluerunt Petr. de Ceruo, Nic.
de Neap. Aluarot. & Rauenn. in cap. 1. §. &
hoc, de feudo fœminæ, Afflict. ibidem nu. 1.
& 2. & in cap. 1. §. præterea ſi vaxallus nu.
15. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt. Cuiac.
in citato cap. vnic. de vaxall. milit. lib. 2. tit.
21. & 23. Ardizzon. in ſumma ſub rub. 97.
quib. mod. ſeud. amitt. verſ. item amittitur, ſi
clericus efficitur idem de ſucceſſ. feud. rub.
137. verſic. ſed fortè quæret aliquis an
clericus ſuccedat, Blanc. in ſumma tit. de

ſucceſſ.feud.lib.3.cap.1.num.35.§.ſed fortè
quæret aliguis, qum inquit,pro mortuo ha-
betur, Petr.de Bellapert. in ſumma verſic.
qualiter per clerieationē, Iacobin. de San-
cto Georg. ſibi contrarium in verſ. dictiq;
vaxalli promiſerunt nō facere nu.40. Curt.
iun. par.3.memb.2.q.10.à num.13. prolixè
hac quæſtionem examinat vſque ad nu. 20.
vbi in fine in verſ. in tanta difficultate &c.
8 † bene reiectis contrarijs, quibus reſpon-
dit,concludit hanc ſententiam communio-
rem,& veriorem eſſe n.22. Capyc.in inueſt.
feud.c.feudatarij habiles col.1.verſ.clericus
ſi efficiatur,& cap.feuda amitti col.42.verſ.
42.& ſeq. Zaſ.par.5.nu.71.& ſeq. receptio-
rem,& veriorem dicit, & ſic iudicatū refert
Thom. de Marin. de gener.& qualit. feud.
tit.2.de ſeud.nu.139. quod ſequitur Cannet.
in extrauagant. Federici Secundi volentes,
§.ſed opere pretium erit &c. leſſ.67.nu.2.&
& in §. & idem videtur dicendum ſect. 16.
num.9. & ſeq. & in extrauag. Iacobi Regis
Siciliæ ſi aliquem, §. deportatio &c. ſect. 8.
nu.2.lib.1.cap.9.fol 465.& ſeq.Borcolt.de
feud.cap.7.num 62.tamquam veriorem ap-
probat Hannetton. lib.2. cap.3. & in lib.3.
cap.9.Piſtor.lib.2.par.2.q.33.nu.2.vbi mul-
tos cumulat item num 5.& 10.Hoſtienſ.in
tit.quib.mod.feud.amitt. verſ.propter reli-
gionem vero,& de immunitate Eccleſiæ §.
in quantum, & Speculator de feud. §. quo-
niam ſemper homagio num.45. de inſtrum.
edit. §.compendioſè,verſ.quod ſi homo vel
aſcriptitius ius, in l.de quibus num.38. ff.de
legib. l.1.num.54.C.de iure emphyt.in rub.
feud.num.120. Bart.in l.1.nu.5. C.de legib.
& in l. ſi finita, §. ſi de vectigali nu.3. ff.de
damno infecto, vbi Zaſ. num.18. Bald.in l.
quiſquis num.1.& 2. verſ.ſecundo caſu,&
ibidem Alberic.de Roſat & Iacob.de Bel-
louiſu C.de Epiſc.& cler Alberic. in auth.
ingreſſi,C.de ſacroſ.Eccl. Duen.In reg.203.
Caſſan.in conſuet.Burgun.in tit.des fies §.5.
verſ. excepte les religeus in princ. & nu.8.
in fin. verſ. quid dicendum cum ſeq. nu. 9.
& 10. & ſeq. Panormit. in d.cap.in præſen-
tia num.69. Ruin.conſ.42.num.9. dicens,li-
cet Authores variēt hanc veriorem, & ma-
gis communem eſſe opinionem lib.1. Alex.
conſ.80.circa dubium mihi nu.203.Crauett.
conſ. 303. quæritur an magnificus num.10.
Cæphal.conſ.1,num 40.vt affert Afflict. in
ſua ſolemni deciſ.320. Cacheran.in ſua de-
ciſ.27. prolata ſententia nu.4. dicit veram,
& communem Capyc. deciſ.31.num.2. Me-
noch.conſ.54.num.18.& ſeq. præſertim nu.
21.& conſ.181.nu.80.& conſ.102.num.121.
& 122. dicit magis receptā Roland.à Valle
conſ.23.viſis iuribus ad me num.19.& ſeq.
& ex Franc.Burſat. conſ.63. num.24.& 27.
incip. deceſſit nobilis dominus lib.1. Iulius
Clarus in §.feudum q.78.nu.4. & ſi Eguin.
Baro in tit.ſi de feud.defunct. &c. dicat de
iure canonico diuerſum obtineri, per cap.
cœterum de iudic. ſed text. ille nihil mutat
de iure feudali,dicendo in Gallia obſeruari,
quod clerici ſuccedāt in feudis, & per ſub-
ſtitutum ſeruiant, licet lib. 2. cap.14. verſ.
muti,ſurdi clerici &c. dicat,quod clerici in
feudis non ſuccedant, & Iacob.de Bellouiſ.
in d.cap.qui clericus, dum ibi,& in alijs lo-
cis ſe ad ea, quæ in cap.ſi quis deceſſerit, ſi
de feudo defuncti remittit, vbi reiecta gloſ.
diſtinguit, quod ſi ſeruitium per ſubſtitutū
præſtari nequeat,non poſſit, ſi vero per ta-
9 lem expediri queat,quod aut † vaxallus ſit
inhabilis ſecundū naturam feudi ab initio,
& ex poſt facto ſicuti fœmina,clericus,mu-
tus,& ſimiles,& tunc non ſeruiunt per ſub-
ſtitutum,quia à principio excluditur a ſuc-
ceſſione,aut eſt inhabilis ex poſt facto tan-
tum, & poteſt per ſubſtitutum acceptabilē
ſeruire per §.firmiter,de prohib.feud.alien.
per Federic.& quod dicit Cyn.in authent.in-
greſſi,C.de ſacroſ.Eccl.quod ſi tale ſit ſer-
10 uitium quod † clericus honeſtè poſſit præ-
ſtare, tunc ſi factum interuenerit impedi-
mentum per ſubſtitutum ſeruiret, ſecus ſi
incertum debeatur ſeruitium, quia electa
eſt perſona,& ibidem Decius num.74. dicit
non tranſire ad monaſterium, niſi ſeruitiū
honeſtè præſtari poſſit ab ingrediente, vel
per ſubſtitutum, & idem Clarus in d. q.78.
ſimiliter diſtinguit, vt ex Abbate vbi ſupra
videlicet dum ſeruitium perſonale ſit tale,
quod honeſtè per clericum,aut monacum,
vel ſubſtitutum explicari poſſit; ſic etiam
Graſſ.in lib.2.commun.opin.cap.2.verſ.feu-
11 dum q.9. & prædicta obſtant,quia † etiam
infidelitatis iuramento contenta per ſubſti-
tutum,vel per clericum explicari non poſ-
ſunt,vt de militia cum in d.cap.1.de milite,
qui arm. &c. additur hoc caſu, quod ni mi-
rum miles ſęculi eſſe deſierit, qui cœperit
eſſe miles Chriſti, nec feudum pertinet ad
eum, qui officium militare gerere non de-
bet, vt maximè per vires corporis poſſit,
cui conuenit,& illa de qua in d.cap.1. cleri-
cātu feudum amitti,Deo ſiquidem militans
ſæcularibus ſe ſe negotij implicare non de-
bet, vt in cap. placuit 21.quæſt.3. & in ſpe-
cie, quod clerici non poſſunt eſſe in bello,
nec pugnare expreſſi ſunt teſtes Iuris Pon-
tificij, in cap. ex multis, §. de clericis, de
voto, cap.clerici 23.q.8. clem.1. de homic.
Menoch. conſ.54.nu.19.& 20. lib.1.& conſ.

181.

181.num.79.lib.2.ad idem eſt text feudalis in cap.1. an mutus &c. vbi affirmatur de clerico idem eſſe ſtatuendum, ſi quæratur de retentione feudi, quod de eo, qui imperfectus natus eſt ex eadem nimirum ratione, quod clericus pro feudo ſeruire nõ valeat, ideſt non poſſit militaria officia præſtare, neque ea, quæ iuramento fidelitatis continentur, quã ſola de cauſa clericum excludi, reſpondit Cæphal.d.conſ.1.num.3. eamque eſſe fundamentalem rationem prohibendi clericos, & religioſos à ſucceſſione, docet Curt. iun. d. num.18. & ad talia clericos admitti non debere, Ficard.in addit. ad Villalops in commun.opin. in lit.F. num.29. & hanc ipſum tanquam veriorem, & communiorem ſemper tenuiſſe, & ſecutam eſſe atteſtatur, idemque Ludouicum Grempium Germaniæ Iureconſultũ feciſſe, & Cameram Imperialem iudicaſſe, ex Miſinger.in obſeruat.84. num.8.centur.5. eſtque veriſſima ſententia dicit Roſental. d.cap.7. concluſ.29. ex multis in gloſ. lit.A. & in fine, & cum clariſſimum ſit hanc ſententiam tum manifeſtis iuris feudalis teſtibus, tum etiam communibus interpretum, ac ſuffragijs, & deciſionibus valdè probat etiam contrarijs reiectis ſtabilitũ eſſe, adeo tam in iudicando, quam in conſulendo, non eſſe recedendum, ſcribit Piſtor.d.q.39.num.11.& refert Vulteius vbi ſupra, ibique etiam de clericis primæ tonſuræ, de Cardinali, de Epiſcopo, & a ijs religioſis ex multis probat feudorũ incapaces eſſe, vbi etiam de Equitibus Rodijs Hieroſolymitanis, Theuthonicis, & ſimilium ordinum d.cap.9. fol.466. & ſeq. & ſpecialiter de omnibus aliqua in Parte quinta, Dilucidatione quinta, & ſequentibus Dilucidationibus dicimus.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXXXI.

THEMA.

Mortuo feudatario, cui remanſit frater matris ſuæ, qui dicitur auunculus; & ex ipſius feudatarij patruo, filius qui dicitur patruelis quomodo ſuccedatur.

SVMMARIVM.

1 *Patruum ſuccedere Nepoti, & è contrà in feudis antiquis.*

2 *Feudo nouo patruus non ſuccedit nepoti, nec è contra de Iure Regni; ſed ex gratia.*

3 *Auunculus ſi inueſtitura caret clauſula pro ſe; & hæredibus ex corpore, quod ſuccedat, ſi aliqui dicunt non eſt ita.*

4 *Hæres verbũ in feudis intelligitur de filijs, & hæredibus ſanguinis.*

5 *Auunculus qui non eſt comprehenſus in inueſtitura non ſuccedit, niſi feudum ſit maternum.*

6 *Inueſtitura ſiue ſit ſimplex pro hæredibus, ſiue pro hæredibus ex corpore ſuccedunt ſolum in inueſtitura comprehenſi, id eſt deſcendentes.*

7 *Amita quia proximior excludit patruelem, qui exiſtente proximiore, non comprehenditur in gratia.*

8 *Feudatarius per gratiam Regno factam poteſt excludere amitam proximiorem, & dare feudum antiquum patrueli.*

9 *Gratia notata in pragmatica, & ſic in ſtatuto quod ſtrictè interpretatur non extenditur de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum.*

IN præcedẽtibus Dilucidationibus latè diximus de ſucceſſione patrui, & nepotis, &
de nepote filio ex fratre primogenito præmortuo in locum patris ſub ingreſſo, quod
ſuccedat, & præferatur patruo poſt ipſius
patris genitõ nunc videndũ an patruus ſuc-
cederet nepoti, & è cõtra, & breuiter dico,
1 quod ex † cõſtitutione Regni vt de ſucceſ-
ſionibus, colligitur in feudis antiquis, quæ
fuerunt patris, aui, aliorumq; prædeceſſorũ,
habetur patruũ ſuccedere nepoti, & è con-
2 tra nepotem patruo. In † feudo verò nouo
acquiſito per patruum, vel alium, cõſtitu-
tio ipſa, neutri ipſorum inuicem ſucceſſio-
nem dare videtur, ſecundum opinionem
Regentis de Ponte in repet.feud.i 2.nu.25.
ſed bene verum eſt, quod nepos ſuccedit
patruo, & patruus nepoti; non de Iure Re-
gni, ſed vigore gratiæ à Sua Maieſtate huic
Ciuitati, & Regno elargitæ, per Nos relata
ſupra in Dilucidatione 73. nu. 56. quo vero
ad feudatarij mortui ſucceſſionem nullo
relicto hærede, ſed ſolum fratre matris, qui
dicitur auunculus; & filio patrui ipſius feu-
datarij, qui dicitur patruelis; in hoc eſt di-
3 ſtinguendum: Primo, ſi † inueſtitura caret
clauſula pro ſe, & hæredibus ex corpore, &
eſſet ſimpliciter pro ſe, & hæredibus, licet
aliqui dicunt auunculum ſuccedere miror,
4 dum verbum hæres in feudis, intelligitur de
filijs, & hæredibus ſanguinis, vt in cap.1. §.
& ſi clientulus, de alienat feud. & in cap.1.
§. ſimiliter, de lege Corrad. & ex alijs Ioan.
Thom.

Thom.de Marin.de feud.ex pacto lib.1.nu.
35.fol.7. & etiã quod dicat ſimpliciter pro
hæredibus,& nihil de filijs,ſiue deſcenden-
tibus, intelligitur de hæredibus ex corpore
legitimè deſcendentibus, firmat Afflict.in
in cap.Imperialẽ,de prohib. feud. alien. per
5 Federic.num.33. abſque dubio † auunculus
qui non eſt incluſus in inueſtitura feudi pa-
terni defuncti, nec de iure Regni, nec in
gratijs eſt vocatus, cum per nouas gratias
Ciuitati, & Regno conceſſas fratres, & filij
fratrum vocantur, non autem auunculus
fratèr matris feudatarij, qui eſt extraneus,
& vnde feudum peruenit,non deſcendit, &
in gratijs ille tantum eſt admiſſus in feudis
antiquis, qui deſcendit a primo domino, &
ſtipite feudi, ex quo feudatarius mortuus
deſcendebat,vt in pragm.11.& ſeq.de feud.
ergo auunculus, qui de linea materna, cui
feudum conceſſum non fuit,non ſuccedit, ſi
vero feudum fuerit maternum antiquum,
& ex linea materna peruentum auunculus
ſuccedit, in quo patruelis vti extraneus nõ
deſcendẽs à ſtipite, vnde feudum peruenit
6 non ſuccedit, & ſiue † inueſtitura loquatur
pro hæredibus ſimpliciter,ſiue pro hæredi-
bus ex corpore ſuccedunt ſolum, qui in in-
ueſtitura ſunt comprehenſi prærogatiua
ſexus, gradus, & ætatis ſeruata in hoc Re-
gno vbi Francorum iure viuitur, & nemo
miretur, ſi in Dilucidatione præcedenti 74.
concluſum fuit, fratrem conſanguineum in
feudo materno vterino fratri ſuccedere, &
è contra vterinum fratrem, conſanguineo
fratri in paterno feudo ſuccedere, quia illa
concluſio ibi firmatur per diuerſa iura, ra-
tiones, & authoritates, & quæ in auunculo,
& patruele applicari non poſſunt, & con-
7 currente † amita ſorore patris feudatarij,
& fratre patruele amita, quia proximior in
gradu excludit patruelem,quem ſi gratia
includit,non tamen exiſtente proximiore
ipſius in gradu, licet ſit fœmina, ſed quan-
do alia, ſiue alius patruelem in gradu non
præcedit, ſed ex nouiſſima gratia in prag-
8 matica vltima de feudis, † feudatarius po-
teſt excludere amitã, vel ſororem in pro-
ximiori gradu exiſtentes, & feudum anti-
quum dare,& in eo inſtituere patruelem in
remotiori gradu exiſtentem,dummodo fœ-
minis non exiſtentibus,ille ab inteſtato ſuc-
cederet,& ita obſeruatum eſſe teſtatur Ful-
uius Lanarius addens in repetit. Regentis
Lanarij 1. nu.1. de ſucceſſ.feud.& Montan.
in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus
num.48. de prohib.feud.alien. per Federic.
& ſi non obſtante,quod in vltima volunta-
tẽ, & in contractu nulla valeat diſpoſitio,
nec inſtituto ſine regio aſſenſu in feudis, vt
per conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ,
& d.cap. Imperialem,& vtrobique DD.feu-
datarius habens filias fœminas,& maſculos
virtute dictæ vltimæ gratiæ poteſt in filiũ,
& proximum ſucceſſorem de feudo diſpo-
nere, ipſumq; inſtituere, non tamen ei aliũ
ſubſtituere, quia Rex fecit gratiam diſpo-
nendi in proximum ſucceſſorem tempore
primi inſtituti, quo tẽpore ſubſtitutus pro-
ximior ſucceſſor non extat, ergo ſubſtitu-
9 tio non procedit, nec ex † gratia poſita in
pragmatica,& ſic in ſtatuto,quod ſtricte in-
terpretatur, & de perſona ad perſonam nõ
extenditur,firmat Dec.conſ.587. nec de ca-
ſu ad caſum, quia valet argumentum ſicut
de perſona,Bar.in l.quod plures,ff.de vulg.
& pupill.ſubſt argum.l.vt tamen, ff.ſi cert.
petat.Dec.in l.ſi ſcriptura num.13.de fide
inſtrum. in cap. paſtoralis, §.quoniam, de
reſcript. & ex alijs per me in meo conſ.50.
num.4. & 5.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXXXII.

THEMA.

Fœminæ ad ſucceſſionem feudorũ in defectum maſculorũ ſunt admiſſæ, ſed in aliquibus caſibus etiam maſculis exiſtentibus in feudis ſuccedunt, de quibus infra.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina ad ſucceſſionem feudorum omnium ſunt habilitatæ per conſtitutionem Regni in aliquibus, & per conſtit. vt de ſucceſſionibus.*

2 *Maſculi habent prærogatiuam ſexus cũ fœminis in ſucceſſione feudorum*

3 *Maſculus ex vno latere coniunctus vnde peruenit fœudum præfertur fœminæ etiã vtroque latere coniunctæ.*

4 *Maſculo exiſtente clerico in ſacris eſt, vti ſi non extaret, & ſic fœmina in feudo ſuccedit.*

5 *Maſculus præfertur fœminæ, ſiue in poteſtate ſit ſiue non.*

6 *Maſculus præfertur, etiam maſculo ex fœmina nato.*

7 Ma-

7 *Maſculo renuntiante feudum, & in eo ſuccedere nolente ſuccedit fœmina.*

8 *Maſculus ſi legitimus & naturalis non eſt, non præfertur, ſed fœmina niſi à Rege ſit legitimatus ad feuda.*

9 *Maſculus præfertur fœminæ ſua vita durante ſed mortuo ſuccedit fœmina.*

10 *Filius maſculus ingratus patri, & ab eo exhæredatus ſuccedit fœmina, quia eſſet vt ſi non extaret.*

11 *Filius ingratus exhæredatur.*

12 *Feudi argumentum ad lucra nuptialia, quæ commoda præmiorum appellantur.*

13 *Filium ingratum exhæredatum non ſuccedere tam in feudo nouo, quàm antiquo.*

14 *Cap. 1. an agnatus in nouo. & antiquo procedit, & filius hæres habet.*

15 *Exhæredatio nõ niſi in poteſtate exiſtente patris, vel aut procedit, vel in quem inſtituere tenetur.*

16 *Filius non poteſt repudiare hæreditatem, & acceptare feudum tàm hæreditarium, quàm ex pacto & prouidentia.*

17 *Feudum ex pacto & prouidentia & ſi non capitur, vt res hæreditaria non habetur ſine hæreditate.*

18 *Exhæredatio eſt ſtricti iuris, & odioſa.*

19 *Pater exhæredatus ſi præmoriatur ſuo patri nepos ſuccedit auo, ſi feudũ reperiatur penès auum tempore ſuæ mortis.*

20 *Filius exhæredatus ab auo, ſuccedit patri, & alijs à quibus exhæredatus non eſt, & non auo exhæredanti, & nu. 22.*

21 *Filius patris exhæredati oportet, quod ſit ſolutus à patria poteſtate, alias pater per indirectum haberet feudum ex perſona filij.*

23 *Fœmina exiſtente maſculo bannito, ipſa ſuccedit.*

24 *Bannitus forindicatus dicitur hoſtis publicus, & non poteſt ab omnibus impunè occidi, equiparatur deportato, & bannito.*

25 *Fiſcus durante vita banniti capit feudum cum alijs bonis confiſcatis.*

26 *Maſculus bannitus reſtitutus ad omnia reſtituitur ad feudi ſucceſſionem.*

27 *Fœmina non ſuccedit maſculo ſimpliciter bannito in banno purgabili per comparitionem infra annum.*

28 *Fiſcus infra annum in quo bannitus comparere poteſt, non capit feudum.*

29 *Contumacia ex cauſa priuationis feudi non cadit, ſi tempore banni vocatus feudum non poſſidebat, quia ſeruire non tenebatur.*

30 *Fiſcus poteſt annotare fructus feudi, in quo bannitus ſucceſſit, & capere tertiam partem feudorum à ſolo ſeparatorum.*

31 *Bannitus ſuccedens, vel habens feudum cum vaxallis cum mero, & miſto imperio, Regia Curia conſueuit ponere Gubernatorem in feudo.*

32 *Bannitus iuriſdictionem exercens, ſtatim amittit eam, & exercere non poteſt, ſed comparens intra annum recuperat.*

33 *Confiſcatis bonis alicuius, confiſcatur etiã feudum.*

34 *Vaxallus requiſitus à domino ſi renuerit per annum, & cõtumax amittit feudum.*

34 *Excommunicatus equiparatur deportato, & bannito & amittit feudum.*

36 *Feudatario effecto monaco, vel alias religioſus eſt feudi incapax, & in eo ſuccedit fœmina.*

37 *Hermafrodita non poteſt ſuccedere feudo, idem ſi eſt impotens, vt quia non haberet teſticulos.*

38 *Demens, vel aliter perpetuò imperfectus, non poteſt eſſe capax feudi, & ſic ſuccedit fœmina.*

1 Fœminę † ad ſucceſſionem feudorum in defectum maſculorum ſunt habilitatæ per conſtit. Regni in aliquibus, tenet Iſern. in cap. 1. verſ. in fin. de his, qui feud. dar. poſſ. & in cap. 1. col. 3. de natur. ſucceſſ. feud. vbi dicit, dictam conſtitutionem in aliquibus filiorum correxiſſe num. 9. & ponit caſus in quibus de iure communi fœminæ ſuccedebant in feudis, quam opin. Iſern. ſequitur Loffred. in cap. 1. col. 1. Imperator Lotharius, ſed Afflict. in d. cap. 1. tenet, quod fœminæ ſunt admiſſæ ad feuda per conſt. Regni vt de ſucceſſionibus, quia iſta cõſtitutio loquitur de feudis, & conſtitutio in aliquibus, nihil penitus rerum feudalium meminit, quam Afflict. opinionem ſequitur Camerar. in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. fol. 95. lit. F & idem Afflict. ſibi cõtrarius in cap. 1. § filium, de ſucceſſ. feud. nu. 6. dicit per conſtitut. in aliquibus, fœminas ad feudorum ſucceſſionis fuiſſe admiſſas, quæ Afflict. & Camer. opinio ſi eſſet vera ſequeretur, quod fœminæ in feudis planis, & de tabula non ſuccederent, ex quo conſtitutio vt de ſucceſſionibus, non admittit illas niſi ad feuda quaternata ſimpliciter, vel ſecundum quid, vt ex ea, & ibi notatur per Iſern. & per eundem Afflict. in deciſ. 243. & per Camerar. d. loco fol. 4. lit. 8. ſed veritas eſt, quod per dictas ambas conſtitutiones, fœminas ad ſucceſſionem feudorum admiſſas fuiſſe; nam licet conſtitutio in aliquibus, nihil de bonis feudalibus loquatur, tamen dicendo de balio dando filijs Comitum, & Baronum, qui dantur habentibus feuda, &

cęteris

cęteris ſolent dari tutores , vt eſt notum,
dicere poſſumus ſœminas ad ſeuda admiſſas
fuiſſe per ambas dictas conſtitutiones,& eſt
de mente Iſern. in cap.1.col.1.verſ.videtur
aliud dici,de eo,qui ſibi,& hæred. ſuis,& ſic
ſequitur , quod fœminæ ſuccedunt etiam in
feudis planis,& de tabula,& inquit Iſern. in
cap.1.num.14. de natur.ſucceſſ.feud. & ha-
betur per gloſ.in d.conſtit. & Io.Thom. de
Marin.de gener.feud.tit.11.de feud.fœmin.
& matern.num.27.fol.106.& dum fœminæ
admiſſæ ſunt ad feuda in defectum maſcu-
2 lorum , ipſi † maſculi prærogatiuam ſexus
3 habent , & † maſculus præfertur fœminæ,
etiam ſi coniunctus ſit feudatario ex vno
parente tantum ex patre, vel vnde perue-
nit feudum, & fœmina ex vtroque parente
coniuncta ſit ; ita probat text. in conſtit. vt
de ſucceſsionibus , §. ex collaterali linea
venientes,vt fratres,ſiue ex vtroque paren-
te , ſiue ex altero tantum, & ſorores in ca-
pillo in feudo ſuccedunt, & ſic text.ibi pa-
riter admittit fratres, ex vtroque parente,
vel ex altero tantũ , & primo vocat fratres
ex altero parente tantum, quam ſorores in
capillo ad ſucceſsionem feudi,& per conſe-
quens frater ex vno parente tantum con-
iunctus, ſcilicet à quo feudum peruenit ſo-
rori vtrinque cõiunctæ præfertur, quod ex
Bal.& alijs, comprobat Petr.de Gregor.Si-
cul.de feud par.4.q.7.num.2.& ſeq. & alios
adducit D. Garſia Maſtrill. ibi add. lit. A.
4 fol.135.& † ſi idem Petr.de Gregor.d.loco
num.9.& plur.ſeqq.dicat maſculum dictam
ſexus prærogatiuam habere, etiam ſi eſſet
clericus, ex Bald. in l. cunctos populos, C.
de ſumma Trinit. & fide cathol. & ex alij
hoc fundare conatur, vt in Regno Siciliȩ vl-
tra Pharum procedat : tamen ex late addu-
ctis etiam reiectis contrarijs per Thom. de
Marin. lib.1.de generat.feud. tit.2. de feud.
ex pacto,& prouid,antiq.ſiue patern. num.
139.fol.63. dictum Petri de Gregorio non
procedit maximè in hoc Regno Siciliæ ci-
tra Pharum, cum ſtante maſculo clerico in
ſacris incapace ad ſucceſsionem feudorum,
vt latè diximus in dilucid.73.nu.1.hac par-
te fœmina ſuccedit,quia eſt hac ſi maſculus
5 non extaret,& † maſculus capax ſuccedit,
& præfertur ſȩmina,tàm ſi in poteſtate pa-
tris,vel alterius ſit,quã ſi non,ſiue ſit eman-
cipatus,vt latè ponit Curt.in ſuo tract.feud.
par.3. verſ.ſecundo principaliter, quod in-
telligitur etiam ſi maſculus minimam ca-
pitis diminutionẽ patiatur , vt per Campeg.
6 in tract.de dote q.27. par.5. princ. & † ma-
ſculus non ſolum præfertur fœminæ , ſed
etiam maſculo alio ex fœmina deſcendenti,
vt latè firmat Afflict.in d.conſtit. in aliqui-
bus, col.5. verſ. quarto quæro , ſunt & ali-
qui caſus in quibus extantibus maſculis, fœ-
minæ eis prȩferuntur,& in feudis ſuccedũt,
videlicet.

7 Primus † caſus eſt, ſi maſculus renun-
tiauerit feudum , & in eo ſuccedere nequit
cũ certis conditionibus,de quibus per Petr.
de Gregor. vbi ſupra nu.21.& plur.ſeqq..

8 Secundus caſus eſt † ſi maſculus non eſt
legitimè,& naturaliter natus, vel per Regẽ
ſpecialiter ad feuda legitimatus fœmina
ei præfertur, & ſuccedit in feudo, vt in c.1.
§. naturales , vbi latè per DD. ſi de feud.
controu. fuer. & ſic excludi videtur à ſuc-
ceſsione feudi, & tunc fœmina ſuccedit.

9 Tertius caſus eſt † maſculum proroga-
tiuam ſexus habere quamdiù viuit,ſed ipſo
mortuo fœmina ſuccedit in feudo , quia
ſtante prærogatiua ſexus , fœmina cenſetur
habilitata ad ſucceſsionem feudi , non exi-
ſtente maſculo, & ſic non cenſetur excluſa
ſimpliciter,ſed ſecundũ quid, quamdiù ma-
ſculus ſupereſt in eodem gradu, qui ſucce-
dat in feudo , nec iſto caſu fœmina dicitur
vocata de iure communi feudorum ex pa-
cto ad ſucceſsionem feudi,vt ſemel excluſa
per maſculum, etiam remotiorem in gradu
dicatur perpetuò excluſa,vt in cap.1.§.quin
etiam Epiſcop.vel Abbat.& in cap.1.de eo,
qui ſibi,& hæred.ſuis,quia in hoc Regno Si-
ciliȩ tàm ex forma conſtitutionis,& capit.hu-
ius Regni,quàm ex generali conſuetudine
Regni , fœmina cenſetur habilitata ad ſuc-
ceſsionem feudi ab inteſtato ſeruata præro-
gatiua ſexus, & ſic cenſetur excluſa, donec
maſculus ſupereſt, & per conſequens non
poterit dici, quod ſi ſemel fuerit excluſa;
donec maſculus ſupereſt, dicatur perpetuò
excluſa,& ita declarat expreſsè Bal.in pro-
poſito in d.cap.1. §.quin etiam, in 2. notab.
idem etiam voluit Bart.in l.fin.§.1. in 1. &
2. col. ff. ad Tertull. concordantes adducit
Campeg.de dote in 23.quȩſt.5.part.princ.&
Curt.in ſuo tract. de feud.in 3.part. verſ.ad
declarationem,in pract.Papienſ. in forma
libell. quo agitur ad reuoc. feud. in verſ.ac
nomine, col.2.in fine,& vide infinitos con-
cordantes ad hoc per Modernos in tract.
quod extantibus maſculis &c. quæſt.28.vbi
limitãt tribus modis,vt ibi per eos, & pro-
pterea dixit Bald.in l.in ſubſtitutione, ff.de
vulg.& pupill.ſubſtit. quod ſtante prædicto
ſtatuto , ita demũ maſculus excludit fœmi-
nam, ſi extat eo tempore,quo de excluſio-
ne fœminæ tractatur,vt ibi per eum.

10 Quartus caſus eſt quando filius † maſcu-
lus eſſet ingratus patri, & ab eo legitimè
exhæ-

exhæredatus, quia tunc non præfertur fœ-
minæ in ſucceſſione ſeudi, ita formaliter di-
cit Iſern. in cap. 1. in princ. col. 1. verſ. eſt ra-
tio, de ſucceſſ. feud. mouetur, quia ſicut pa-
ter in rebus quas habet neceſſe relinquere
filio de nuptialibus lucris, poteſt ipſum
11 † filium ingratum exhæredare, l. hac edi-
ctali in princ. l. fœminæ, & in Auth. hæres,
C. de ſecund. nupt. ergo & eodem modo in
feudo poterit filium ingratum exhæredare,
licet illud habeat neceſſe relinquere filio
12 ex forma conceſſionis arguēdo † à lucris
nuptialibus ad feuda, quæ etiam commoda
premiorum appellantur, prout arguit idem
Iſern. in cap. 1. §. quid ergo, col. 2. verſ. an
iudiciale pign. de inueſtit. de re alien. fact.
per text. in l. commodis, ff. de re iudic. quod
firmat Curt. de feud. par. 3. verſ. tertio prin-
cipaliter quæro, Iacobin. de Sancto Georg.
verſ. pręſentes, & conſentientes in pen. col.
verſ. quæro ſubſequenter, & Moderni in
13 d. tract. extantibus maſculis, quod † proce-
dit in feudo nouo per patrem exhæredan-
tem quęſito, & etiā in feudo paterno quęſi-
to, quia vtrobiq; ratio diuerſitatis nō mili-
tat, ſentit idem Curt. d. loco, verſ. contra ta-
men, iunctis, quæ dixit ibi in q. 5. ſeq. vti ita
declarat text. in d. cap. 1. in princ. de ſucceſſ.
feud. ibi nulla ordinatione defuncti in feu-
dis manente, vel valente, vt non procedat
quando filius eſſet ingratus, vt & propter
hoc eſſet legitimè exhæredatus, vt ibi per
14 eundem, quod † cap. 1. an agnatus, proce-
dit tàm in feudo nouo, quàm in antiquo,
apertè dicit gloſ. in d. cap. verſ. repudiare, &
& ibidem Beluiſ. & Bald. nu. 7. Aluarot. ante
num. 1. Rauenn. Schench. nu. 4. & alij, Iſern.
in cap. 1. verſ. filius non poteſt, num. 12. de
cap. qui cur. vend. Zaſ. in epit. feud. pag. 8.
num. 6. Hannetton. lib. 2. de feud. cap. 3. reg.
155. Borcolt de feud. cap. 7. num. 49. id extra
omnem dubiū ponit Scheneid. in epit. feud.
par. 6. cap. 3. Clar. in §. feudū q. 76. & ex alijs
Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 21. in add.
lit. G. & iuſtè exhæredatus hæres eſſe non
poteſt, & proinde fœmina ſuccedit, & hoc
procedit in feudo hæreditario, & in feudo
15 ex pacto, & prouidentia, cum † exhæreda-
tio non cadit niſi in perſonam filij, vel ne-
potis exiſtentium in poteſtate patris, ſiue
16 aui, † & filius non poteſt repudiare hære-
ditatem patris, & acceptare feudum tàm
hæreditarium, quàm ex pacto, & prouiden-
tia conceſſum, filius niſi ſit patris hęres tale
feudum capere non poteſt, expreſſe voluit
Aret. in l. pro hærede, §. quid ſi tamen, col.
vlt. verſ. quærit etiam, ff. de acquir. hæred.
poſt Bart. in l. ius iurandi, §. ſi liberi, ff. de
oper. libert. & in l. quod dicitur, ff. de verb.
oblig. & Io. Andr. in add. ad Specul. in tit.
de feud. §. 1. verſ. 37. quia ſpeciale eſt ibi de
conſuetudine feudi, & nulla eſſet ſpeciali-
tas, ſi textus ille reſtringeretur ad filium,
quod feudum deſertur ad vnum vti hære-
17 dem, & ita vt iſta ſimul, quod † feudum ac-
ceptum ex pacto, & prouidentia conceden-
tis nō capiatur, vt res hæreditaria, & tamen
non poſſit acceptari ſine hæreditate, ſicut
vidimus in prædijs tributarijs donatis, vt in
l. hęredes, C. de omni agr. deſert. lib. 11. & ibi
latius per eum, & hoc ſi teſtamentū nō fuit
irritum per querelam inofficioſi teſtamen-
ti, vel alio modo, ſed ex eo fuit adita hære-
ditas, & teſtamentum confirmatum alias ſe-
cus, arg. l. ſi exhęredatus filius, ff. ad Syllan.
& l. ſi patronus, §. ſi filius, ff. de bon. libert.
per quæ iura ita decidit Curt. & Iacob de
Sancto Georg. in locis allegatis, & ſimiliter
18 procederent prædicta, quando agitur † de
ſucceſſione patris exhæredantis tantum,
ſecus autem ſi ageretur de ſucceſſione al-
19 terius non exhæredantis, quia † exhæreda-
tio ſtricti iuris eſt, & odioſa, l. cum quædā
de liber. & poſthum. & proinde reſtringitur
ad perſonam exhæredantis tantum, & pro-
inde ſi pater exhæredatus præmoriatur
auo, à quo non reperitur exhæredatus ſuc-
cedit in feudo aui, dummodo feudum repe-
riatur penès auum tempore mortis aui, quia
tunc agitur de ſucceſſione aui præmorien-
tis, & non patris exhæredantis; ita decidit
Aluarot. in cap. 1. §. & quia vidimus, in 10.
col. qui feud. dar. poſſ. ad quod bene facit l.
Paulus, §. fin. ff. de bon. libert. quem refert
Curt. in 3. par. verſ. quarto principaliter, &
Iacob. de Sancto Georg. in loco allegato, &
per Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 4.
q 7. num. 45. & ſeq. è contra ſi filius reperi-
20 tur † exhęredatus ab auo, poſſet ſuccedere
patri ſuo, à quo exhæredatus nō reperitur,
quia tunc agitur de ſucceſſione patris vlti-
mi morientis, non aui exhæredantis, voluit
Aluarot. in d. §. & quia vidimus, poſt Iacob.
Ardizz. in loco ibi per eum allegato, quos
ſequuntur Curt. & Iacob. vbi ſupra. & ad-
21 uerte, † quod ſi nepos filius exhæredati
ſuccedit auo, ſi ipſe nepos reperitur exem-
ptus à patria poteſtate ſui patris exhęreda-
ti emancipatione, vel arrogatione in aliam
familiam, vel alio modo, nè per indirectum
nepos ſuccedens auo, acquirat feudum pa-
tri ſuo exhæredato, in cuius poteſtate filius
reperitur, argum. l. ſi patronus, §. 1. & 2. ff.
de bon. libert. & l. quod ſi pater, & l. ſi filius,
ff. de opert. libert. per quæ iura ita firmat
Aluarot. vbi ſupra, quem referunt Curt. &
Iacob.

Iacob.in locis allegatis,& per Petr.de Gregor.d.loco num.47.in fine,& quia diximus, quod exhæredatus ſi nō ſuccedit patri ſuo,
22 vel auo exhæredanti,ſuccedit tamen omnibus alijs in gradu ſucceſſibili non exhæredantibus, quia ſolum à bonis exhæredantis excluditur,vt etiam dixit Aluarot.in d.§.& quia vidimus,in 10.col.per tex.in l.1.§.pen. ff.de ſuis, & legit. quem ſequitur Curt. de feud.par.3.verſ.octauo quæro,in tit.an filius exhæredatus excludatur à ſucceſſione collateralium,& Iacob. de Sancto Georg. in verſ. præſentes, & recipientes, verſ.quæro ſubſequenter,in pen.col. & Pet.de Gregor. d.loco num.48.in fine.

23 Quintus caſus quādo † exiſtente maſculo, fœmina ſuccedit, eſt quando maſculus eſſet bannitus; ita Bald.in l.Gallus, §.quid ſi tantum, in pen. col. verſ. deinde dicitur, ff. de liber. & poſthum. quem referunt, & ſequuntur Moderni in d.tract.quod exiſtentibus maſculis,fœminæ nō ſuccedunt, q.16. quia requiritur,quod maſculus ſit perſona ſucceſſibilis, & capax ad ſuccedendum, vt voluit Bald.in l.ſubſtitutione, ff.de vulg.& pupill. ſubſtit. quem ſequitur Alexand. in 3.col. verſ. inducit Bald. & plura cumulat Campeg.in tract.de dote q.44. par.5.princ. Moder.in d.tract. quod extātibus maſculis,
24 q. 50. & intelligas de † bannito foriudicato,qui dicitur hoſtis publicus,& impunè ab omnibus offendi, iuxta text.in conſt.Regni pœnam eorum, qui equiparātur deportato, voluit Bald.d.loco in col.penult. & Iaſon inſtit.de action.in princ. col.6. verſ.de hoc, vbi allegat concordantia,& amittit omnia, quæ iuris ciuilis ſunt, & Ciuitatem,& filius ab eius patria poteſtate eximitur, & mediā capitis diminutionem punitur, vt volunt gloſ.& DD.in §.cum autē, inſtit.quib.mod.
25 ius patr.poteſt.ſolu. & tunc † feudum, & Baronia durante banniti vita præoccupatur à Fiſco , vna cum alijs bonis confiſcatis ipſius foriudicati , vel deportati , l. Statius Florus, §.Cornelio Felici, ff.de iure fiſci, & in d.l.cum pater, §. hæreditatem, & declarant latè DD.in d.§.& quid ſi tantum,& Al-
26 beric. in Auth. ſi verò, C. de hæred. † niſi per omnia ad priſtinum ſtatum reſtitueretur , quia tunc ipſe maſculus admitteretur ad ſucceſſionem feudi,iuxta ea quæ habentur per DD.in d.§.& quid ſi tantum,& in d.§.cum autē,& per Iaſ. poſt alios in l. fin.
27 ff. de conſtit. Princ. & † fœmina non ſuccedit ei , etiam ſi maſculus eſſet ſimpliciter bannitus,& in banno purgabili per eius cōparitionem in iuditio infra annum , idem maſculus ſuccedit in feudo,& præfertur fœminæ,quia non eſt inſucceſſibilis, nec incapax,vt per gloſ. inſtit quib.mod. ius patriæ poteſt.ſoluat.& per DD in l.1. C.de hæred.
28 inſtit. † & infra annum Fiſcus non poſſet capere feudum,niſi vaxallus poſſidebat feudum ante bannum , & bannum ſuperuenit ex ea cauſa ex qua requiſitus à domino veniret priuandus feudo, vt dicit text. in c.1. de milit.vaſſall. qui contum.eſt, ſed maſculo bannito ſimpliciter tempore ſucceſſionis
29 feudi † conſumati , quæ peruenit ex cauſa priuationis feudi, non poteſt cadere, quia ante damnum feudum non poſſidebat, & ante poſſeſſionem feudi vaxallus non tenetur domino ad ſeruitium aliquod , vel homagiū præſtare,vt dixit Alberic.in l.emancipatum, §.fin. in fin. verſ.ſed quid ſi filius,
30 ff.de Senat. ſed † Fiſcus poteſt annotari facere feuda,& alia bona, in quibus bannitus ſucceſſit,iuxta ea,quę ponit Bart per illum text.in l.1.ff.de acquir.rer.domin.& poterit capere tertiam partem fructuū ipſius feudi à ſolo ſeparatorum iuxta ſententiam banni, ſi reperitur bannitus poſt bimeſtre à die ſententiæ banni iuxta formam Ritus, Petr. de Gregor. dicto loco num 55. in fine, & ſi
31 feudū habet vaxallos,vel merum,& mixtū imperium,vel aliquam iuriſdictionem,tunc Regia Curia huius , ſiue Excellentiſſimus Prorex tam ratione dominij directi , quod habet in feudo,conſueuit apponere Gubernatorē, ſeu Officialem in feudo, ſiue Baronia, vel alio loco cum vaxallis , necnon & commoda pœnarum , quæ dicuntur eſſe de fructibus Baroniæ,vt voluit Bart.in l.fin.ff.
32 ſolut. matrim. quia † Bannitus non poteſt iuriſdictionem exercere,& ſi tempore banni,talis bannitus reperitur feudum,& Baroniam poſſidere, gubernare,& iuriſdictionē in ea exercere ſtatim eius gubernatio, & exercitiū iuriſdictionis amiſiſſet,vt expreſsè voluit Idem.in conſtit.clementiæ,in vlt.col. vbi etiam vult,quod ſi talis bannitus veneri infra annum,recuperabit iuriſdictionem, & veniret poſt annum à die ſententiæ banni, eo caſu non ſolum amittit poſſeſſionem feudi, ſed etiam ipſum feudū vna cum alijs eius bonis allodialibus , quod probatur ex forma ſententiæ banni dictatis, reliquis vero bonis ſuis omnibus tàm mobilibus, quā ſtabilibus poſt anni circulū pro parte Re-
33 gij Fiſci in ſcriptis annotandis , & † confiſcatis bonis alicuius,confiſcatur etiam feudum,vt declarat Alexand. poſt Bart.in l.ſi finita, §.de vectigalibus, ff. de damn. infect. de quibus per Curt.de feud.in 3.par. verſic. nono , & vltimo, & per Iacob.in. de Sancto Georg.in tract.de feud. verſ.dictiq; vaxalli

promi

promiſerunt, in princ. in penult. col. verſ.
extra caſus prædictos, & Petr. de Gregor.
d.loco num.58 & 59.& habetur in cap.1.de
34 de milite vaxallo, vbi † vaxallus requiſitus
à domino, ſi per annum perſeuerauerit in
cōtumacia, feudum amittit diſtinguendo, vt
Practica Papienſis diſtinguit, in forma libelli quo agitur ad reuocationē feudi, verſ.
contra debitum fidelitatis in 3.col. verſ.vlterius.

35 Sextus caſus † vt maſculo exiſtente, fœmina ſuccedat, eſt quando maſculus eſt excōmunicatus, quia deportato equiparatur,
vt voluit Bart.in l.cum pater,∫.hæreditatē,
ff. de leg.2. cum ſimil.& in cap.2. in princ.
hic finitur lex, vbi per Aluarot. colum.2.&
Card.Florentin.conſ.129. punctus talis eſt,
& dùm deportato equiparatur incapax eſt
ſucceſſione feudi, & in ipſo feudo ſuccedit
fœmina, vt ex prædictis bene fundatum eſt.

36 Septimus caſus. quod † exiſtente maſculo, fœmina ſuccedat, eſt ſi maſculus fuerit
effectus monacus, vel aliter religioſus, quia
religioſi ſunt feudorum incapaces, vt per
modernos in tract.de extante maſculo, fœmina non ſuccedat q.15. quo caſu feudum
non tranſit ad Monaſterium, quia ad Monaſterium tranſit illa ſucceſſio, quæ tranſit
ad hæredes extraneos,& nec ad religioſos,
qui eo ipſo, quod religioſi ſunt amictunt
feuda, & ſucceſſionem feudorum, vt in c.1.
de vaxall.mil.qui arm.bell.depoſuerit,c.1.
∫.ſi quis per triginta, verſ.qui clericus, ſi de
feud.defunct.fuer.contr in quibus locis firmat Iſern.& alij Scribentes, ſed tale feudū
remanet ipſi generi, vt voluit Bald.in l.Deo
nobis, in 4.col. verſ.quarto nota, quem refert, & ſequitur Alex. conſ.10. incip. viſo
inſtrumento in 2.col. lib.5. ad idem Afflict.
deciſ.320.inclp.Ioannes quaſi per totam, in
verſ.ſecundo allegatur,& ſic maſculus non
præfertur fœminæ,& ſucceſſiuè non ſuccedit, nec monaſterium in feudo loco filij maſculi, ſed ſuccedit fœmina, Petr.de Gregor.
vbi ſupra num.64.qui num.65, dicit, niſi filius maſculus eſſet effectus monacus alicuius Religionis, quæ poſſidet, & bona in cōmuni, qui præfertur fœminæ in ſucceſſione
feudi, vt declarat Afflict. in conſt.in aliquibus, col.17.verſ.decimoquinto quæro, hoc
nō placet, & in proprijs terminis fuit contra Monaſterium,& monacum iudicatum;
nam exiſtente controuerſia inter fratrem
Baronis monaci,& ſororem maritatam ſuccedere petentem: fuit deciſum, non poſſe
Monaſterium ſuccedere, & proinde abſoluendam ſororem prædictam ab inſeritione
Monaſterij, Afflict.d.deciſ.320. à nu.1.vſq;
ad 11. Petr.Garſ deciſ.44. Carol.de Graſſ.
in tract.de effectib.cler. in 4 effectu num.2.
& 319.& alia ponit Loffred. in paraſr.feud.
in cap.clericus, ſi de feud.defunct.mil.controu.fuer.col.2. allegat hic Afflict.eundem
citat deciſ.354.num.8.& Capyc.in inueſtit.
feud. rubr.feudatarij habiles, verſ.clericus
an ſuccedat fol.245.refert pariter fuiſſe deciſum contra monacum,& Monaſterium,
eundem Capyc.citat Balzeran.in cap.1.de
vaxall.mil.qui arm.beli.depoſ.nu.27. Cannet.in extrauag.volentes, ∫.ſed opere pretium nu.53.& idem eſt in officijs, quod Monaſterium non ſuccedat, quia ſtrictiorem
cauſam habent quam feuda, vt latè Franc.
de Amic.in cap.1.qui feud.dar.poſſ.∫.dicebam cum ∫∫.ſequentibus fol.61.& ſeq. vt
ex alijs firmat Io,Bapt.Thor. in ſuo comp.
deciſ.in verſ.Monaſterium an ſuccedat in
feudo, & ex his maſculo effecto monaco,
nec ipſe, nec Monaſterium ſuccedit, ſed fœminæ eos excludit, & ita deciſum, vt eſt dictum non amplius inſiſtendum.

Octauus caſus eſt, maſculo extante ipſe
non præfertur fœminæ, ſed ipſa ei,& ſucce-
37 dit in feudo eſt quando † maſculus eſſet
hermafroditus,& magis caleſceret in fœmina, quam in maſculo, vt dixit expreſsè Bal.
& Angel. in l.quæritur, ff. de ſtatu homin.
quia fortè non haberet teſticulos, vt voluīt
DD.in l.poſthumos, ∫.ſi quis in princ.ff.de
liber. & poſthum. & per Aluarot in cap.1.
in vlt.col. an mutus, vel aliter imperfectus,
& per Modern. in tract. extantibus maſculis quæſt.10.

Nonus caſus, quando extante maſculo in
feudo ſuccedat fœmina, eſt ſi maſculus ſit à
38 natura † demens, vel aliter perpetuò imperfectus, vt in d cap.1.& ibi per DD. in
cap.1.∫.mutus Epiſc.vel Abbat.per rationem, quia vt maſculus præferatur fœminæ,
ex prærogatiua ſexus requiritur, quod ſit
capax ad ſuccedendum, vt per Alex. poſt
Bald in d.l.in ſubſtitution.in 3.col. verſ.inducit Bald. & ponunt Moderni in d. tract.
quod extante maſculo quæſt.10.& Campeg.
de dote quæſt.44.par.5.princ.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXXXIII.

THEMA.

Filius foriudicati poſt foriudicationis ſententiam cōceptus, aut na-

tus; ſi aliqui dicunt, quod non ſuccedat, tamen non eſt ita, & remanet agnatus, cognatus ſuccedit, & præfertur fœminæ.

SVMMARIVM.

1 *Filio concepto, vel nato poſt patris foriudicationem, fœminæ non præferri, aliqui tenent.*
2 *Pœnæ de iure ff & C. inductæ, quæ ſint.*
3 *Ciuitas, & libertas per damnationem in metallum amittebatur.*
4 *Libertati bene natus non amittit, & pœnæ deportatorum, quæ de iure tollant.*
5 *Foriudicatio de iure communi non fuerat cognita, ſed fuit introducta per Conſtit. Pœnam eorum.*
6 *Pœnæ non ſunt extendendæ, & delictum patris non tollit filio, qui à natura, & progeniæ habet.*
7 *Deportatus remanet agnatus, & cognatus, & ius ſuccedendi eſt de iure naturæ.*
8 *Foriudicatus pro mortuo ciuiliter habetur, vt ſi naturaliter mortuus eſſet.*
9 *Filius foriudicati remanet agnatus & cognatus alijs, & ſuccedit excluſa fœmina.*

DIximus foriudicato bānito fœminam
1 præterri quid de † filio concepto, vel nato poſt patris foriudicati ſententiam latam, dic quod ſi aliqui tenent non ſuccedere, nec fœminæ ipſum præferri, quia natus ex inhabili, vel alias inſucceſſibile, tamen
2 nō eſt ita, nam † pœnæ de iure ff. & C. inductæ; ſunt mors naturalis, damnatio in metallū, quæ loco interdictionis aquæ, & ignis, ſiue relegatio, vt in l. 2. in princ. in l. relegati §. conſtat, in l. aut damna, §. eſt pœna, ff. de pœn in l. cognitionibus, §. minuitur, ff. de var. & extr. cognit. & in l. 1. & l. deportatorū
3 C. de pœn, & † damnationem in metallum, & capitis diminutioni Ciuitas, & libertas amittebatur, vt in §. maxima, inſtit. de capit. dimin. & in d. §. conſtat Ciuitatem, & non
4 libertatem amittebat, cum † nemo bene natus pro quocumq; delicto libertatem amittit, auth. de nupt. § quod autem prius, & iura, quæ de pœna deportatorum loquuntur, nullatenus cognationem tollūt, ſed ius cognationis, quod effectus iuris ciuilis eſt: &
5 † foriudicatio de iure communi non fuerat cognita, ſed per conſtitutionem Regni pœnam eorum fuit introducta, in qua de ea nulla fit mentio, nec de amiſſione agnatio-
6 nis, ſiue cognationis, nec quod filij cōcepti, vel nati poſt foriudicationis ſententiam ſint inhabiles ad ſuccedendum, vt ex ea, &
6 † pœnæ non ſunt extendendæ, ſed ſuos debent tenere authores, l. ſācimus, C. de pœn. & delictum patris non tollit filio ea; quæ à natura, vel à genere ei proueniūt; dicit tex. in l. 3. ff. de interd & releg. nec iura ſanguinis. l. iura ſanguinis. ff. de regul. iur. taliter quod ſunt cognati, & habent bonorum poſſeſſionem vnde cognati, l. 2. ff. vnde cognati, ibi (quos ſanguinis ratio vocat, licet iure
7 ciuili deficiant) ergo † deportatus remanet agnatus, & cognatus, cum hoc ab ipſa natura ſit tributum, & ius ſuccedendi de iure naturæ eſt, cap. iure naturali 1. diſtinct. licet ſucceſſio à iure ciuili regulata fuerit, vt declarat Ioan: Andr. in reg. ſine culpa, de reg. iur. in 6. & erit agnatus, & cognatus omni-
8 bus excepto patre † foriudicato, qui pro mortuo ciuiliter habetur, vti ſi naturaliter mortuus eſſet. l. Titius, l item hi, & per totum titulum ff. de ſuis, & legitim. hæred. vbi conceptus, & natus poſt mortem aui, non erit agnatus, & idem text. in l. 1. §. ſi proxi-
9 mior, ff. vnde cognati, quia † cum mortuis nulla trahitur agnatio, nec cognatio, & quo ad alios filius erit agnatus, & cognatus, etiā quod pater maximam, vel minimam capitis diminutionem patiatur, dicunt text. in l. hi quorum, & in l. 1. §. ſciendum, verſ. ſed & ſi pater, ff. eod. tit. de ſuis, & legitim. hæred. & dum ius non ſuccedendi in pœnam non habet, poteſt omnibus agnatis, & cognatis ſuccedere excluſa fœmina, ex prædictis bene dilucidatum eſt, quod alio non opus.

PARTIS NONAE.

Dilucidatio LXXXIV.

THEMA.

Vxor, adoptiuus, naturalis, ſocius, Eccleſia, Collegium, Cōſiliarius, miles peregrinus, obſidis, hoſpitale, poteſtas furioſus, tutor, Ciuitas, & alij excludunt Fiſcum in bonis ſucceſſorem non habentibus, & in quod ſuccedat Fiſcus, vt infra.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *VXor in ſucceſſione viri excludit Fiſcum.*

2 *Adoptiui filij, ſiue arrogati ſuccedunt, & Fiſcum excludunt.*

3 *Filij naturales ex concubina domi retenta libera excludunt Fiſcum.*

4 *Filij naturales ſuccedunt in duabus varijs vna cum maſculis.*

5 *Filij naturales excludunt Fiſcum in duabus vntijs.*

6 *Filij naturales ex teſtamento patris, vel aui, ex donatione inter viuos totum capium, ſed extante prole legitima vna cũ matre non capiunt vltra vntiam.*

7 *Filij naturales ab inteſtato exiſtentibus legitimis non ſuccedunt, ſed eis ſalua ſunt alimenta.*

8 *Filij naturales, legitimis non exiſtentibus ſuccedunt in duas vncias,& nõ exiſtentibus parentibus, in illo pluri ſuccedit filius.*

9 *Socius in re ſibi, & ſocio donata ſuccedit, & non Fiſcus.*

10 *Patronus in ſucceſſione liberti Fiſcum excludit.*

11 *Eccleſia in bonis clerici conſanguineis,nõ relictis ab inteſtato excludit Fiſcum, & ipſa ſuccedit.*

12 *In dubio præſumendum, quod defunctus non fuerit clericus.*

13 *Clerico defuncto habenti titulum Eccleſiæ,ipſa Eccleſia ſuccedit. ſi vero Altare, ſuccedit Altare, ſi neuter habeat titulũ, ſuccedit Epiſcopus.*

14 *Epiſcopus occupat bona clerici damnati pro ſua Camera,quia habet Fiſcum iure ordinario.*

15 *Epiſcopus eſt de maioribus magiſtratibus habens merum,& mixtum imperium.*

16 *Epiſcopus Præſidi comparatur.*

17 *Epiſcopus ſuccedit clerico decedenti ſine hærede, ſed quod capit, erogare debet in pios vſus.*

18 *Epiſcopus capit bona ſtabilia clerici ſine hærede decedentis mobilia Fiſcus temporale,& ita ſeruatur Venetiæ, & Paduæ, ſed in hoc Regno Nuntius Apoſtolicus capit omnia.*

19 *Collegia licita,Vniuerſitates,Confraternitates, & curiales ſuccedunt ipſorum defuncto, excluſo Fiſco.*

24 *Peregrinis inteſtatis, & ſine deſcendentibus morientibus excluſo Fiſco, ſuccedit Epiſcopus loci.*

25 *Obſidum bona in obſidatu quæſita morientibus acquiruntur Fiſco.*

26 *Expoſitis ſine hærede decedentibus ſuccedit Hoſpitale excluſo Fiſco.*

27 *Furioſis, & dementibus defunctis præmiſſa proteſtatione ſuccedunt illi, in quorũ cuſtodia ſunt.*

28 *Ciuitas, vel communitas, aut municipiũ non ſuccedit ab inteſtato ciui ſuo,quæ nõ habent iura fiſcalia.*

29 *Patriæ maieſtas illa Deorum numinibus æquatur.*

30 *Patriæ ſocietas omnium aliarum carior pro qua quis non dubitat mortem appetere dum ſit patriæ profutura*

31 *Princeps, & Rex eſt caput Ciuitatis, & Ciuitas ex perſona ſui Principis ſuccedit ſuo ciui, ſed non ſeruatur, quia ſucceſſit ciuis,defertur Principi,vel Fiſco ſuo.*

32 *Extenſio non eſt facienda de ſimilibus, quia hæreditates ex legibus deferuntur, & non extenduntur de perſona ad perſonam.*

33 *Pupillo mortuo ſine hærede, ſi aliqui dicũt quod ſuccedat tutor,Fiſco excluſo,vel diuidant tamen, quod non ſuccedat,eſt cõmunis opinio, & num. ſeq.*

35 *Erubeſcimus cum ſine lege loquimur.*

36 *Tutor nullo periculo ſe ſubmittit, ſi officium rectè exercet.*

37 *Feudalia, & emphyteuticæ bona à Fiſco non dependentia, non applicantur ad Fiſcum, ſed ad directos dominos.*

38 *Maritum non ſuccedere vxori in feudalibus,& in emphiteuticis bonis ſed directi domini alijs ſucceſſioribus nõ extantibus.*

39 *Fiſcus à bonis vacantibus perſcriptione excluditur.*

40 *Fiſcus triginta ante annos triginta admittitur, ſi quis decedit nullis in gradu ſucceſſoribus ab inteſtato,vel ex teſtamento hæredibus relictis regulariter ſuccedit Fiſcus tanquam proximus. Hæc tamen regula in pluribus fallit.*

PRimo, ſi defunctus vxorem relinquat,
1 † vxor Fiſco excluſo ſuccedit,per tex. in l. 1. C.vnde vir,& vxor, vbi gloſ. & DD. omnes, Afflict.in tit.quæ ſint regalia, verſ. bona vacantia, Peregrin.de iure fiſci lib.4. tit.3.num.3.quod prædixerat Bald.in l.pen. C.de Senat.Conſ.Orfic. & poſt eos Paleott. in tract.de not.& ſpur.cap.41.num 3.in fin. Roſental.de feud. cap.5.concluſ.52.in gloſ. lit D Immò vxor talem ſucceſſionem ad hæredes ſuos tranſmittit per ius accreſcendi,vel attrahẽdi reſiduum bonorũ,& hæreditatis,vt pulcrè dicit Corn conſ 324.lib.4.

2 Secũdo, adoptiuus, † ſiue arrogatus legi-

timus ſucceſſor eſt, l.1.§.fin.& l.a. §.hære-
ditates, ff.de ſuis, & legit. & l.cum in ado-
ptiuis,C.de adopt.proinde Fiſcum excludit,
gloſ.in d.l.vacantia,Peregr.d.loco nu.6.
3 Tertiò,† naturales illi,qui ex cõcubina,
in domo retempta ſola,& libera,& ſit talis,
cum qua matrimonium contrahi poſſit,&
per cõcubinam publicè in domo loco vxo-
ris receptæ, & in eadem menſa, & lecto, &
tunc in duabus vntijs vna cum naturalibus,
& legitimis concurrit,& ſuccedit, per text.
in §.conſideremus,in Auth.de trient.& ſe-
miſſ.& in §.diſcretis,in Authent.quib.mod.
natur.effic.ſui,& in Auth. licet, C.de natur.
4 liber. & † ſuccedit in dictis vntijs, ſi natus
eſt cum dictis cõditionibus, vt communiter
vbique concludunt Scrib. per dicta Spec.in
tit. de ſucc.ab inteſt. §.1. verſ.nunc,de na-
tur.Io.Andr.ad Specul.in rubr.qui filij ſint
legitimi, Bart.in l.fin. ff.de concubin. Bald.
in l. eam quam num.35. C.de fideicommiſſ.
& pulchrè in l.pariter, ff. de in ius voc. Ol-
drad. conſ.196. & ex alijs Peregr. de iure
fiſci lib.3. de incapac. tit.18. de natural. &
5 ſpur.nu.3.& ſic in dictis duabus vntijs alijs
legitimis hæredibus non extantibus exclu-
dit Fiſcum, Peregrin.d.loco num.1.cum ex
6 † teſtamẽto patris, vel aui,aut ex donatio-
ne inter viuos,non exiſtente legitima ſobo-
le totum capere poſſunt,modo relinquatur
legitima aſcendentibus, ſi extiterint extan-
te autem ſobole legitima, non poſſunt vna
cum eorum matre ſupra vntiam capere, &
ſi quid amplius ei relictũ fuerit, id ad filios
7 legitimos pertinet † ab inteſtato vero ex-
tante ſobole legitima in nulla portione ſuc-
cedunt, ſeruato tamen eis iure alimentorũ,
8 quod ſi legitima ſoboles non extiterit, † in
duas paternæ ſubſtantiæ vntias ſuccedunt,
reliquum vero deferat defuncti parẽtibus,
& agnatis, quibus non exiſtentibus, Fiſcus
reſiduum vltra duas vntias capit, niſi exti-
terit coniux, quæ per prædicta iura firmat
Peregr.d.tit.num.1.
9 Quarto, † ſocius in re pro ſocio ab inte-
ſtato, ab Imperatore, & ſupremo Principe
donata ſocio, inteſtato defuncto abſq; legi-
timo hærede in re illa Fiſco præfertur, l. 1.
ſi liber. imperat ſocius lib.10. & iſta nõ eſt
vniuerſalis ſucceſſio,ſed particularis in illa
re,& eſt veriſſima propoſitio,de qua mate-
ria late ſcribitur per DD. in l. reconiuncti,
ff.de legat.3. & in l. ſi mihi & Titio, ff. de
verb. oblig. & in terminis ſic decidit Bella-
mera conſ.23.num.5.Peregr.d.lib.4.de bon.
vacant. tit.3.num.8.
10 Quinto,patronus † in ſucceſſione liberti
Fiſcum excludit, §.ſed noſtra, inſtit. libert.
& l. ſi quis præsbyter, C. de Epiſc. & cler.
Peregr.d.lib.4.tit.3 num.9.
11 Sexto, Eccleſia † in bonis clerici inteſta-
ti defuncti,nullis relictis conſanguineis ſuc-
cedit excluſo Fiſco tẽporali, l.ſi quis præſ-
byter, C.de Epiſc. & cler. & ibi notat Bald.
Alberic. & Caſtrenſ. cap. 1. extra de ſucceſſ.
ab inteſt. & inde colligunt Butr. Abb. & alij
Canon.Bart.in l.ſi quis filio, §.eius, ff.de in-
iuſt.rupt.teſtam. Rota in antiquis ſub rubr.
C.de teſtam. deciſ.7. mortuo Titio, Vbald.
de ſucceſſ.ab inteſt.5.& vlt.part.propè finẽ,
12 vbi inquit † in dubio præſupponendum
eſt pro Titio ſucceſſore,quod defunctus nõ
fuerit clericus pro clariori tamen reſolu-
tione directa,tamen reſolutione diſtinguo,
13 aut clericus defunctus habet titulum in
Eccleſia, & eo caſu Eccleſia ipſa particula-
ris ſibi ſuccedit, d.cap.1. vbi Abb. notat, &
d.l.ſi quis presbyter, vbi Bald. & Paul. de
Caſtr.ſi vero non habet Eccleſiã in titulum
beneficij, ſed Altare, tunc Altare illi ſuc-
cedit, Abb. d.cap.1. num.3. & ſi non habet
Eccleſiam, nec Altare in titulum beneficij
ſuccederet Epiſcopus, Abb.in d.cap.1. in
fin. non tamen, vt ſibi appropriet, ſed in
vſus pios, vel Eccleſiæ conuertat, idẽ Abb.
in cap. ſeq. & in cap. excommunicamus ex-
tra de hæret.quod idem Abb. in cap. quia
diuerſitatẽ eſt vltra,extra de conceſſ. præb.
14 intelligitur, quod † Epiſcopus occupabit
pro Camera ſua, quia Epiſcopus habet Fi-
ſcum, & ſi aliqui cõtradicunt tamen ſecun-
dum gloſ.ibi d.cap.quia diuerſitatem, extra
de conceſſ.præbend. vbi inquit argumẽtum
eſſe,quod bona clerici donantis ad Fiſcum,
Eccleſiæ pertinet, & licet nonnulli intelli-
gant de Fiſco Romanæ Eccleſiæ,tamen cõ-
munis Canoniſtarum opinio eſt de Epiſco-
po Epiſcopi, colligentes Epiſcopum iure
ordinario habere Fiſcum;& iura fiſcalia. ſic
Ant.de Butr.Imol.& Abb.ibi, Io.de Anan.
Abb. & Marian.Soccin.in cap.excommuni-
camus,extra de hæret. Cardin.in clem.2. in
6.quæſt.eodem titulo, & eſt communis opi-
nio,vt latè per Felyn. in cap.irrefragabilis,
§.certorum, num.10. extra de offic. ordin.
vbi adducit plures concordantes, & ad hoc
concludit d.Bald. in d. l. ſiue per ſe, C. de
15 dilation. vbi inquit † Epiſcopus eſt de ma-
ioribus Magiſtratibus habens merum, &
mixtum imperium, vnde eſt pares ſuæ Ciui-
tatis, & diœceſis in ſuos ſubditos, ſequitur
16 Gulielm.de pern. conſ.8. in fine, † & Epi-
ſcopus Præſidi cõparatur, Alex.& Modern.
in rubr.de iuriſd.omn.Iudic.quod in termi-
nis decidit Rota deciſ.7. mortuo Titio, ſub
17 rubr.de teſtatore, de † clerico decedente
ſine

ſine hærede, quod eius Fiſcus ſuccedit; ſed
erogare debet ad pios vſus,vt diximus, &
ideo Epiſcopus Fiſcum habet,& capit bona
clerici decedentis ſine hærede; ex prædictis
ſatis ſundatum eſt,& per Peregr.lib.4.tit.3.
de bon.vacant. num.10.& in tit.1.num.104.
& ſeq. Aſflict.in cap.1. verſ.bona vacantia
num.11.in tit. quæ ſint regal. qui Peregrin.
d.tit.num.110. ex Roland. conſ.17. & alijs
in d.lib.4.tit.7.num.10.verſ.attende,diſtin-
18 guit † bona ſtabilia clerici defũcti ſine
hærede Epiſcopũ capere, mobilia vero fo-
rum temporale,& cum de facto accidit ca-
ſus per mortem præsbyteri Alexandri cu-
rati in Villa Tramitarum,qui deceſſit reli-
ctis quibuſdam mobilibus,& debitorum no-
minibus abſque hęrede Fiſcus huius Came-
ræ ſucceſſit, excluſa Eccleſia, & bona fue-
runt vendita, & diuiſum pretium iuxta le-
ges die 19. Martij 1583.& habita fuit infor-
matio per fidum publicum, ex clerico pu-
blicorum officiorum, quod ita in alma Ve-
netiarum Vrbe dicit Peregrin. dicto loco,
& poſuit, quia ſunt valdè cogitanda dubia,
in hoc Regno Nuntius Apoſtolicus capit
omnia mobilia, & alia clerici,vel Epiſcopi
etiam hæredem relinquentis, quæ nota, &
cogita.

19 Collegia † item licita Vniuerſitates, &
Curiales defuncto aliquo de Curia colle-
giato Vniuerſitatis ſecundum aliquos, Fi-
ſcum in illius ſucceſſione excludunt, l.1.&
ſeq. C.de hæred.decur. & ibi notat Bald. &
Salicet. Bart.in l.ſi quis filio, §.eius, ff.de
iniuſt.teſtam. ſecutus eſt Benedict. Capra
20 conſ.159.in 2.dubio,vbi cõcludit,quod † Con-
gregatio Monialium tertij ordinis S. Fran-
ciſci iure approbata in ſucceſſione Monia-
lis defunctæ,Fiſcum excludat, & etiam per
21 illa iura, quod † Vniuerſitas ſæcularium
Fiſcũ à ſucceſſione ſæcularis inſtituti abſq;
legitimo hærede defuncti excludit,determi-
nat Oliuerius de ſucceſſ.ab inteſt. ad finem
operis num.124. vbi tamen intelligit,quod
Vniuerſitates iſtæ ſuccedant in bonis, quæ
defunctus ibi habuit cum in alijs, & fuit di-
ctum Bald.in l.receptitia in fin. C.de conſt.
pecun. per text.in l.diuus Commodus, ff.de
iure fiſci, Det.in l.1.C.vnde vir.& vxor.nu.
20.Tiraquell.in tract.le mort, ſeu le viu,in
22 2 par.14.declarat.num.6. † Conſiliarij,&
Decuriones Fiſco excluſo ſuccedunt de-
functo ſui ordinis, eleganter Salic. in d.l.1.
C.de hæred.decur.ſequitur Detius in d.l.1.
num.20. Aſflict. in ſupra relatis caſibus d.
verbo bona vacantia, Peregr.vbi ſupra nu.
12.tit.3. lib.4.

23 Miles de vna legione inteſtatus decedẽs
abſq; legitimis hæredibus ſucceſſores ha-
bet commilitantes de ſua legione, Bart. in
d.l.ſi quis filius, §.eius, ff.de iniuſt. teſtam.
Peregr.de iure fiſci d.tit.3 nu.13.lib.4.

25 Peregrinus † ſi moriatur abſq;.legitimis
hæredibus,non quidem Fiſcus eis ſuccedit,
ſed Epiſcopus loci eorũ bona capit in pias
cauſas diſpenſanda,caſus eſt in auth. omnes
peregrini, C.commun. de ſucceſſ. Peregrin.
ibidem nu.14.

25 † Obſidum bona per eos in obſidione
quæſita eis morientibus Fiſco acquiruntur,
l.diuus Commodus, ff. de iure fiſci, nec de
eis teſtari poſsũt, l.obſides, ff.de teſtam. &
vtrobique DD. ſunt enim obſides, qui ini-
micis pro obſtagijs dantur ob pœnam,
quando tractatur de aliqua pace, ſiue
tregua,vt per gloſ. & DD.in d.l. obſides,&
per Detian.in tract.crimin.lib.7.cap.18.Pe-
regrin.d.loco nu.15.

26 Expoſiti ſine † hęrede decedẽtes eis ſuc-
cedit Hoſpitale, excluſo Fiſco, Bald.in l.ſi
qua illuſtris, verſic. & ideo expoſitis, C.ad
Orſician. cautus eſt Oliuer. vbi ſupra ſub
num.126.. Peregrin.d.loco num.16. furioſi,
27 † & dementes ſi moriantur illi,in quorum
cuſtodia, & regimine, ac poteſtate fuerint,
ſuccedunt, nè dum excluſo Fiſco, ſed & li-
beris,ac parentibus furioſi,præmiſſa tamen
in id proteſtatione,Auth.liberi,C.de Epiſc.
audient.& notat Oliuer.d.loco præallegato
adducens,quod dicit Sanctus Lucas cap.10.
de Sammaritana, Peregr.d.loco nu.17.

28 Ciuitas, † vel alia communitas, aut mu-
nicipium, nõ ſuccedit ab inteſtato ciui ſuo,
l.3.§.municipium,ff.de bonor.poſſeſſ. d.l.s.
C.de bon.vacant. vbi caſus in terminis ete-
nim Ciuitates,& municipia quamuis habere
poſſunt burſam communem, nõ tamen ha-
bent fiſcalia iura niſi ex Imperatoris con-
ceſſione, vel niſi illud de iure, vel de facto
in ſuperiorem non recognoſcunt,veluti de-
clarar Bart.in d.l.1.& in l.2.C.de iure fiſci,
Alex. conſ.31. lib.1. Aſflict.vbi ſupra col.
penult.quod mirum eſſe debet,cum Sanctus
Ambroſius lib. de offic. inquit: ordinata
pietas eſt primo in Deum, ſecundo in pa-
triam, tertio in parentes. Valer.Max.lib.5.
29 cap.6.dicit: reſtat nunc vt † patriæ pietas
exhibeatur. cui Maieſtati etiam illa,quę de
eorum muneribus numinibus exequatur
parentum authoritas vices ſuas ſubiacens
fraterna quoque caritas equo animo, ac li-
benter cedit,& Cicer.officiorum cap.14.ſiue
30 54. inquit: † omnium ſocietatum nulla
eſt gratior,nullaq; carior quam illa,quæ in
re publica eſt: vnicuique cari ſunt parẽtes,
cari ſunt liberi, propinqui, familiares, ſed

omnes omnium caritates patria vna com-
plexa eſt, pro qua quis non dubitet mor-
tem appetere, modo ſit patriæ profutura.
ad quod plura adducunt Marian.Socc.conſ.
35.nu.11.lib.1. Luc.de Penna in l.filij, C.de
decur.lib.10. Cepoll.conſ.15.nu.9.& ſi Col-
legium,ſiue collegiato ſuccedit,cum Ciuitas
pro ciue ſuccedere non debet; cui difficul-
tati occurrerunt Bald.& DD.& vera eſt re-
31 ſolutio. Nam Princeps, & Rex eſt capud
Ciuitatis,idcirco Ciuitas ſuccedit ſuo ciui ex
perſona ſui Principis,qui protectionem re-
giminis Ciuitatis habet, & ſic tandẽ voluit
Oliuer. d.loco num.12. dicit Peregrin.art.3.
nu.20.lib.4.de iure fiſci,quod non mihi pla-
cet,quia iura ſuperius adducta dant ſucceſ-
ſionem decedentis ſine hærede Principi,vel
ſuo Fiſco,vt in principio huius Dilucidatio-
32 nis,& † non eſt facienda extenſio de ſimili-
bus ad ſimilia, quia hæreditates ex legibus
deferuntur,non ſunt trahenda ad alias per-
ſonas,& extra caſus de iure deciſos Docto-
rum authoritate contra Fiſcum non facilè
aſcribendum, & in hoc Ciuitas debet habe-
re priuilegium proprio Principis motu cõ-
ceſſum,alioquin nihil prodeſſet, ſi ad peti-
tionem Ciuitatis, vel municipij foret indul-
tum, niſi incerta eſſet particularis clauſula
derogatoria iura in contrarium obſeruata,
vt eſt caſus in l.1.& 2. C.de pœn.bon.ſublat.
vbi notat plenè Maſcard.d.conſ.31.& Affl.
vbi ſupra,& ſic Ciuitas nõ ſuccedit,ſed eius
Princeps, & Ciuitas non niſi priuilegium
habeat.

33 Tutor †.quauis aliqui velint, quod mor-
tuo pupillo, ſua adminiſtratione durante
nullis exiſtentibus cõiunctis hæredibus ex-
cluſo Fiſco, tutor ipſe ſuccedit, vt apertè
vult gloſ. in l. ſi quando, C.de bon. vacant.
quam ſequuntur Angel.Caſtrenſ.& Bald.in
l.nutritoribus, C. de commun. de ſucceſſ.
Afflict. in d.cap.vnic. verſ.vacantia num.4.
quæ ſint regalia,Paleott.d.tract.de natur.&
ſpur.cap.41.nu.3. & alij quos refert Tiraq.
in tract.de mort ſeit le viu par.2.declar.14.
nu.4.& 5. Roſental.de feud.cap.5.concl.54.
in gloſ.lit.A. Peregr.de iure fiſci tit.3.nu.18.
lib.4.qui duo tenent poſtea contrariũ, ſicut
& Bart.in l.qua tutela num.1. per dictam
gloſ. ibidem, eiuſque argumenta refutat ff.
de regul.iur. per d.l.nutritoribus,quæ certè
hac in re magnopere poſſet,& pro hac par-
te Tiraquell.d.loco limit.15.num.5. allegat
Angel.Roman. & Iaſ.in l.1. C.vnde vir,&
vxor,alioſq; multos,dicitq; hoc in Gallia
obſeruari attingit,ſed non decipit Alexand.
conſ.31.lib.1.hanc communem eſſe ſenten-
tiam poſt Corn.in d.l.nutritoribus,Cagnol.
in d.l.qua tutela nu 4.& propter hanc Do-
34 ctorum varietatem † nonnulli hæreditatẽ
inter Fiſcum,& tutorem diuidendã ſtatuũt,
vti Caualcan.in tract. de tutore nu.336. vbi
refert ſic Ianuæ iudicatum,& Peregrin. in
d.tract.de iure Fiſci tit.3. num.18.lib.4. di-
cens mihi autem Bart. opinio magis placet
vti in iuris regula fundata Roſental. d.loco
lit.C. dicit, verum ego id iuri refragari exi-
ſtimo, ſed ſi hoc ob æquitatem admitterem
non adeo reſiſto,& ſic opinionem Bar.com-
munẽ ſequi videtur tanquã magis iuri con-
ſona,& nulla lege cauetur,tutorem præter-
quam ex coniunctione pupillo ſuccedere,&
ſucceſſio non datur niſi vocatis à lege,§.1.
35 inſtit.de hęred.quę ab inteſt.defer.& † eru-
beſcimus cum ſine l.loquimur, l.depreca-
tio,& ibi DD. de public. in rem actio. & eſt
melior text.in §.ſcù l.conſideramus, C.de
trient.& ſemiſſ.Nouell.Conſtit.in l.illa, C.
de collat.l.diſtinctas,ibi,nulla iuris præcipit
conſtit. C.de repud. cap.illa, ibi (cum nun-
quam reperiatur iure cautum) nè ſede va-
cant.cap is qui, ibi (cum non ſit expreſſum
iure) de ſent. excommun. lib.6. & ſi aliqui
colorant propter periculum tutelæ admi-
36 niſtrationis,dic quod † tutor nullo pericu-
lo ſubmittitur, ſi ſuo officio rectè fungitur,
& ex prædictis hoc ſatis reſolutum patet,
37 bona † feudalia,& emphiteutica à Fiſco nõ
dependentia non ad ipſum Fiſcum, ſed do-
minis directis applicãtur,& eſt elegans tex.
in cap.1.de ſucceſſ.& grad. ſucceſſ. in feud.
cap.1. de frat.de nouo benefic. inueſtit. & ſi
de feud.defunct.contr.fuer.inter domin.&
agnat.cum ſimil.& ibi DD. Afflict. in cap.1.
num.5.an maritus ſuccedat vxori in benef.
& in cap.1. num.4. de inueſtit. quam Titius
accipit à Sempronio,quibus locis dicit,non
38 † maritum vxori, cæteris hæredibus in
feudalibus deficientibus ſuccedere, ſed do-
minum,text.eſt apertus in cap.1.§.his con-
ſequenter. hic finitur lex &c. & in cap.1.
§.ſi clientulus, de alien.feud. §.præterea
quib.mod. feud. amitt. Sonsbech.par.9. nu.
116. in cap. ſocius nullo alio exiſtente hæ-
rede,nec Fiſcus, ſed dominus inquit ſucce-
dit,ſequitur Vulteius lib.1. cap.9. in fine,
Gaill.lib.2.obſeruat.148. num.1.in fine, &
ex alijs Roſental.cap.7. concl.fin. in gloſ.
litera T. ſic quoque proprijs, & aſcriptitijs
ſuccedunt domini ſæpè excluſis proximio-
ribus ſecundum diuerſas locorum conſue-
tudines,vt per Iacobin.de Sancto Georg. ae
l.2.C.in quib.cauſ.&c.lib.11. Miſinger. ob-
ſeruat.27.cent.2. Roſental.cap.5.concl.54.
in text.num.5. & in gloſ.lit.E.
39 Fiſcus † à bonis vacantibus perſcriptione
exclu-

excluditur ſcilicet ante denuntiationem quatriennij 10. aut 20. poſt factam denunciationem, per text. in §.res fiſci, inſtit. de vſurp. l.intra, ff.de diuerſ.& temp.præſcript. l.1.de iure fiſci, l.diuus, C.de quatrienn.præſcript.in quibus locis DD.hanc cōmuni Doctorum ſuffragio receptam teſtatur Balb.de præſcript. part.2. quintæ partis principalis quæſt.1. num.4. in fine, Petr.Gregor.in ſintagm.iuris vniuerſi cap.12.nu. 12.lib.3. Caſſan.in conſuetud.Burgund.rub.2. des confiſcationes §.1.gloſ.1.num.36.verſ.ſexageſi-
